

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.

+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.

+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.

+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

http://books.google.com



642419

BIBLIOTHECA SICULA

SIVE

DE SCRIPTORIBUS SICULIS.

QUI TUM VETERA, TUM RECENTIORA SÆCULA ILLUSTRARUNT,

NOTITIÆ LOCUPLETISSIMÆ;

In quibus non solùm Siculorum Auctorum, qui ad hæc usque tempora scripserunt, Codices excusi, vel manuscripti adnotantur; verùm etiam eorumdem Patria, Ætas, Professio, Munia, Dignitates, Memoranda, Obitus, & Epitaphia recensentur.

Encomia itidem, quibus adhuc exteri Scriptores Siculos Auctores exornarunt, in Lectorum gratiam indicantur: nonnulli Scriptorum lapsus corriguntur: plureſque Siculi Scriptores vel ab alienigenis Provinciis usurpati, veræ Patriæ restituuntur.

AUCTORE SAC. THEOL. DOCTORE

ANTONINO MONGITORE

PRESBYTERO PANORMITANO.

TOMUS SECUNDUS.

PANORMI

EX TYPOGRAPHIA ANGELI FELICELLA MDCCXIV.

Superiorum Permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA SICULA,

SIVE

DE SCRIPTORIBUS SICULIS,

QUI TUM VETERA, TUM RECENTIORA SÆCULA ILLUSTRARUNT,

NOTITIAE LOCUPLETISSIMAE.

AUCTORE

D. ANTONINO MONGITORE

PANORMITANO.

L

LÆLIUS CENTURIONUS incertæ patriæ vir, sed certè Siculus, ut ex indice Poetarum Siculorum Joannis Vigintimillii, libro primo Poetarum Siculorum præfixo, habemus. Fuit Poeta præclarus, & Academicus Accensorum Panormi, circa annum 1571. Hujus extant Italicè

Rime in libro cui titulus: *Rime dell'Accademia degli Accesi di Palermo*. Panormi apud Jo: Matthæum Maidam 1571. in 8.

LÆLIUS PALUMBUS. vide Paulus Bellus.

LAUDANTIUS ALCIDES Messanensis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. Natus 29. Julii 1653. cùm annum ageret 15. Regularem Ordinem amplexus est, in quo solemnia emisit vota 11. Augusti 1669. Emensis cum laude studiorum spatiis, ingenii excellentiam liquidò patefecit: hinc in Panormitano Ordinis sui Lyceo fuit studiorũ Magister, & Bononiæ, ut vocant, Collegialis. In Bononiensi Academia triennio Philosophiam docuit, & acceptâ Magisterii laureâ, eamdem facultatem Mutinæ tradidit. Messanæ in generali Ordinis studio Baccalaurei titulo insignitus, quatriennio Methaphysicam docuit: ibique etiam septennio Theologiam Dogmaticam, & Moralem, ac triennio Pontificia Jura explanavit: ac eximiam doctrinæ, & eruditionis præstantiam, quâ exornatus refulsit, abundè detexit. Eloquetiâ clarus, in præcipuis Siciliæ, & Italiæ Civitatibus in quadragesimali curriculo conciones habuit, præsertim Senis., Messanæ bis anno 1680. & 1695. Panormi anno 1684. Pactis, Tropeæ, Mileti, Catanæ, Raguſæ, & alibi: ut etiam extra Quadragesimam pluries concionatus est cum auditorum plausu, ac fructu. Hinc licèt ab honoribus abhorreret; attamen Guardiani munere Cœnobiis Messanæ, Calatajeroni, & Randatii præfuit. Nunc apud suos haud exiguâ æstimatione prosecutus, Definitoris perpetui titulo exornatus refulget. Edidit Italicè

Digitized by Google

Panegirici Sacri. Meſſanæ apud Vincentium Amicum 1686. in 12.

LAURA BONANNO nobiliſſima Panormitana, non minus generis claritate, quàm ingenii excellentiâ inſignis, amœniores literas, ac Etruſcam Poeſim egregiè coluit. Floruit circa annum 1571. Ipſam laudat Antoninus Alfanus in libro: *Rime degli Acceſi di Palermo pag.*7. Scripſit nonnulla metro alligata; at pauca leges in citato libro: *Rime degli Acceſi di Palermo*. Panormi apud Jo: Matthæum Maidam 1571. in 8.

LAURENTIUS ABBAS Meſſanenſis Eques, & Sacerdos. In Deiparam Virginem ſingularem enutrivit amorem: ejuſque cultum calamo, & exemplo amplificare mirificè ſtuduit. Extructâ Meſſanæ à fundamentis Eccleſiâ, cui titulum impoſuit, S. Mariæ à Bono Itinere, in ea, Sacellani munere, toto vitæ ſuæ tempore Cœli Reginæ inſervire non deſtitit. Doctrinâ cumulatus effulſit, ac Muſas dilexit, quarum benevolentiâ apud poſteros innotuit. Ipſum laudant Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.*5. *cap.*12. *pag.*583. Placidus Reina *in not. hiſt. Meſſanæ p.*2. *pag.*528. & Hippolyt. Marraccius *in Biblioth. Mariana p.*2. *pag.*10. Edidit Italicè

Dialogo tra il Maeſtro, e il Diſcepolo ſopra la Vita, ed Eccellenze della Sagratiſſima Vergine. Meſſanæ apud Sarmantellum 1613. in 12.

Vita di S. Alberto compoſta in verſi ſciolti. Florentiæ in 4.

LAURENTIUS AMICUS nobilis Mylenſis Ordinis Minimorum S. Franciſci Paulenſis, in ſæculo dictus, Antoninus Amicus, lucis uſuram accepit 17. Decembris 1633. ac renuentibus parentibus, ut divinæ vocationi obtemperaret, Ordinis inſtitutum amplexus eſt Catanæ 5. Octobris 1648. In ea gravioribus diſciplinis inſtructus Lectoris munere functus eſt: ſeptennio enim Philoſophiam, ac Theologiam docuit. At morborum vi exagitatus ad mitiora ſe vertit ſtudia: ideoque Canonicas Inſtitutiones aliis explanauit. Tyrones Ordinis inſtituit. Multa rexit Provinciæ ſuæ Cœnobia: bis præfuit in Sicilia Provincialis: in comitiis Generalibus Siculæ Provinciæ nomine interfuit. In Provincia Paulenſi Vicarium Generalem egit, & alia præclara exercuit Ordinis munia; multaque etiam promeruit, quibus nuncium remiſit; inter quę munus Socii Patris Zelantis, ut vocant, ſive Procuratoris Generalis. A Mylenſi Urbe pluries Orator miſſus eſt ad Sicilię Proreges, & ad Meſſanenſem Magiſtratum, ut magni momenti negotia pertractaret. Nunc annorum pondere gravatus, in patria non ſine emerita æſtimatione vivit. De eo Philippus de Amico *in epiſtola nuncupatoria Reflexion. hiſtor. Mylenſis Vrbis pag.*26. Edidit ſub nomine, quo in ſæculo utebatur,

Diſſertationes Epiſtolares ad Amicum directas, quibus ſtemma, & patria D. Franciſci Aleſſii de Paula vindicatur. Meſſanæ apud Vincentium de Amico 1693. in 12.

Scripſit etiam

Formularium electionis Canonicæ. in 4. quod Genuę Amico cuidam religioſo tradidit, & an typis ediderit ignoratur.

Librum Cæremoniarum Eccleſiaſticarum. in 4. quem multi ut opus novum probavere, at dum ipſum legendo percurrebat U.J.D.D. Placidus Joppolus, ex inopinata hujus morte liber amiſſus periit. Italicè verò

Vita di S. Papino Martire.

Panegirici: & alia,

quæ in bello Siculo anni 1676. amiſit. Philippus Amicus citatus *pa.*14. ſcripſiſſe etiam ait:

Diſcurſum, quo probavit linguam Italicam à Sicula derivatam. & pag. 25. & 27. opus ipſius citat, cui nomen

Epinovium.

LAURENTIUS ANTIQUUS Leontinus Sacerdos, Philoſophiæ, ac Theologiæ Doctor, vir Græcis, Latiniſque literis apprimè excultus. Poſthabitâ Siciliâ Patavium adiit, ibique Seminario Magiſter præficitur, ubi eximiis literarum elementis adoleſcentes erudivit. Vivebat anno 1601. De eo Petrus Angelus Spera *de nobilit. profeſs. Grammaticæ lib.*4. *pag.*479. Philadelphus Mugnòs *in Raptu Proſerpinæ fol.* 11. & *in Theatro Geneolog. p. p. pag.*65. Philadelphus Maurus *in hiſt. SS. Alphii, Philad. & Cirini lib.*1. *cap.* 10. *pag.* 71. & Vinc. Coronellus *in Bibliot. tom.*3. *pag.* 1133. Edidit

De Eloquentia compendiarios libros tres. Adjecta eſt brevis copia verborum, & rerum appendix. Venetiis apud Paulum Mejettum 1594. in 8.

De Inſtitutione Grammaticæ Commentarios tres. Patavii apud Mejettum 1601. in 8.

Hujus viri cognomen errandi anſam dedit Joſepho Queſnello, qui inter antiquos Grammaticos Laurentium collocavit *in Cathalogo Bibliothecæ Thuaneæ*, ut obſervat Jo: Albertus Fabricius *in appendice Bibliothecæ latinæ pag.*101. ſicut & lapſus eſt Elias Putſchius in opere inſcripto: *Grammatici Veteres*, quos collectos, & emendatos edidit Hannoniæ 1605. in 4. ex eodem Fabritio cit.

LAURENTIUS ARPA Panormitanus, natus an. 1610. ex Franciſco Arpa Medico Doctore, Philoſophiæ, Theologiæ, & Juriſprudentiæ operam dedit: Politioribus etiam literis ornatus, vixit: eruditione, ac Poeſi clarus, fuit inter Academicos Reaccenſos Panormi recenſitus. Procuratoris munere eximias dotes in Panormitano Prætorio, ac Magna Regia Curia patefecit. Obiit Panormi an. 1675. & in Eccleſia S. Franc. Paulenſis ſepultus eſt. Ipſum laudat Hyacinthus Maria Fortunius *in Relatione feſti D. Roſaliæ an.* 1652. *pag.* 19. Edidit Italicè

Il Mondo Vilipeſo Dráma muſicale per S. Roſalia. Panormi apud Petrum Iſolam 1658. in 4.

Dialogo nella Venuta dell' Illuſtr. e Rev. Signore F. D. Martino di Leone, & Cardenas Veſcovo di Puzzuolo, & Arciveſcovo di Palermo. Panormi apud Petrum Coppolam 1650. in 4.

Leo Allatius in ſua *drammaturgia ind.*6. *pag.*615. ſcripſiſſe teſtatur hæc alia, non dũ typis tradita.

Martirio di S. Felicita con ſette ſuoi figlioli Dramma muſicale in verſo. La

Digitized by Google

La Pellegrina d'Amore favola Paſtorale rappreſentata in Palermo nell' anno 1650. nelle nozze di D. Carlo d'Oria Duca di Turſi in verſo.

In libro inſcripto : *Deſcrizione del Trionfo fatto in Palermo celebrandoſi a 15. di Luglio dell' anno 1652. l' Invenzione di S. Roſalia V. Palermitana.* Panormi apud Joſephum Biſagniũ in 4.pag.19. & ſeq.aliqua ejus ingenii monumẽta ſervantur.

LAURENTIUS BALSAMUS Panormitanus, Siculas Muſas coluit, quarum ſuffragio pios animi affectus mirificè expreſſit. Laudatur à Joſepho Galeano *in Muſis Sicul. par.4. pag.* 241. ubi vernaculâ linguâ extant

Canzoni Siciliane Sacre. Panormi apud Joſephum Biſagnium 1653. in 12.

Ottave Siciliane. Ibid. in 8.

LAURENTIUS BOLANUS Catanenſis Philoſophiæ,ac Medicinæ Doctor celebris: has enim facultates ultra annos viginti in Catanenſi Academia publicè docuit, non ſine doctrinæ plauſu. Anatomes, ac Metheſeos peritiſſimus in Orbe literato mirificè inclaruit. Ingenio, & eruditione excelluit. Antiqua Patriæ monumenta ſedulò perſcrutatus eſt. Floruit anno 1588. Obiit Catanæ, & in Cœnobio S. Dominici ſepulturæ traditus fuit. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 95. Petrus Carrera *in hiſt. Catanæ vol.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 22. *cap.* 3. *pag.* 37. *cap.* 38. *pag.* 80. *cap.* 50. *pag.* 112. *& vol.* 2. *lib.* 2. *pag.*362. & Joannes Baptiſta de Groſſis *in Decacordo Catan. tom.* 1. *pag.* 7. *& tom.* 2. *pag.* 152. Edidit

Opus Logicum. Meſſanæ typis Petri Brea, 1597. in 8.

Ex Pirro etiam

Rhetoricam.

Scripſit etiam

Chronicon Urbis Catanæ, quod opus m. s. ſeruabat Hieronymus Bolanus, teſte Carrera, qui eumdem citat in hiſtoriis, lociſque citatis, ut etiam de Groſſis *loc. cit.* uterque verò nonnulla hujus operis fragmenta exſcribit.

Italicè etiam ſcripſit

Diſcorſo di Mongibello. ex eodem Carrera, *vol.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 135.

LAURENTIUS CORRADUS Meſſanẽſis Ordinis Minimorum S. Franciſci Paulenſis, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac Sancti Officii in Sicilia Conſultor. Vir doctrinâ, & eruditione inſignis, amœnioribus literis inſtructus enituit. Floruit anno 1690. Edidit Italicè

Il Minimo Maſſimo. Poema Sacro della vita del Glor. S. Franciſco di Paola Patriarca de' Minimi. Meſſanæ apud Vincentium de Amico 1681. in 12. & ibidem apud Dominicum Coſtam, 1695. in 12.

Ejus operâ prodiere *Opuſcula S.Franciſci de Paula.* Meſſanæ apud Matthæum la Rocca 1684. in 12.

Apud ſuos ſervatur m. s.

Epitome curſus Philoſophici,& Theologici.

LAURENTIUS FERRARUS Nobilis Panormitanus Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis in Gregoriano Cœnobio S. Martini propè Panormum. Vir multarum ſcientiarum ornamento conſpicuus, virtute verò longè clariſſimus:ideoque meritò ejuſdem Cœnobii Abbas perpetuus, Monachorum ſuffragio electus 3. Septembris 1452. ex Nicolai V. facultate à Simone Bononia Archiepiſcopo Panormitano ſolemni ritu benedictionem accepit. Cœnobium ſibi creditum laudabiliter rexit, ad cujus majeſtatem ab Alphonſo Rege, & Calixto III. Pontefice Max. nonnulla obtinuit privilegia. Egregiis virtutibus inſignitus enituit; nam ferventiſſima charitatis officia perſæpè complectebatur. Pauperes, ac Peregrinos frequentiſſimè excipiebat, cibo inſtaurabat, eorumq; pedes magno humilitatis exemplo proluebat. Cœnobii, Templique cultum, & ſtrictiores regularis obſervantiæ leges ſedulò curavit: hinc eo moderatore monaſtica diſciplina mirificè efflоruit. Concionatorem egit eximium; & tum Fratres ſuos,tum pauperes hoſpites ſermonum ardore incendebat. Spiritualium librorum, ac divinæ pſalmodię ſtudioſiſſimus fuit. Tandem exacto ſexto (non octavo ut Pirrus mox citandus) præclariſſimi regiminis anno, piiſſimè deceſſit in eodem Monaſterio, menſe Octobris anno 1458. adeptâ jam ſenectute. De eo Rocchus Pirrus *de Abbatiis pag.* 180. *&* 181. qui ſcripſiſſe teſtatur : *Non pauca volumina de re concionatoria* m. ss. in Archivo ejuſdem Cœnobii aſſervata. Ex relatione Monachorum laudati Monaſterii ibidem ſervari ſcimus

Sermonum volumina varia.

Sermones Aſceticos.

De vero Monachorum profectu libros tres.

LAURENTIUS FINICCHIARUS Catanenſis Societatis Jeſu, natus anno 1609. ad Societatem acceſſit anno 1625. cui votorum Sacramento ſe adſtrinxit. Exacto ſtudiorum curriculo, præter humaniores literas, Rhetoricam, Græcaſq: literas ſodales ſuos ſexennio docuit. Diu etiam Concionatorem non ſine laude egit. Collegia Ennenſe, ac Thermitanum rexit. Superſtes erat Catanæ anno 1680. ubi deceſſit. De eo lege Bibliothecam *Soc. Ieſu pag.* 540. Edidit Italicè

Le Attioni, ed opere meravigliose del P. Bernardo Colnago della Compagnia di Giesù. Panormi apud Joſephum Biſagnium 1653. in 4. hanc P. Bernardi vitam latinitate donavit Joannes Paulinus Societatis Ieſu. Monachii 1662.in 8. & in compendium contraxit P. Marius Clemens Baratta, ac Italicè edidit Taurini apud Joannem Sinibaldum 1663. in 12.

Le Glorie del Gran Martire di Santa Chieſa S. Giorgio. Panormi apud Joſephum Biſagnium, 1658. in 4.

Suppreſſo nomine edidit etiam Italicè

Vita della Ven. Serva di Dio Suoro Remigia Scammacca, e Tornabene. Catanæ apud Paulum Biſagnium 1680. in 4. edita etiam videtur ſub Alexii Lombardi nomine, officinæ typographicę miniſtri.

LAU-

Digitized by Google

LAURENTIUS LANCEA Panormitanus nobiliſſimo genere ortus, Octauii Lancea Principis Trabiæ, ac Comitis Camaſtræ filius. Comitis Montis Mellis titulo inſignitus refulſit; ac præclaram familiæ nobilitatem literis amplificavit; vix enim adoleſcentiæ limites tetigerat, cùm Muſas Siculas, Latias, ac Etruſcas mirificè coluit. Inter Panormitanos Academiæ Reaccenſos adſcriptus, ingenii præſtantiſſimi dotes patefecit. Fato ceſſit adhuc juvenis, ac patrem præceſſit anno 1660. Laudibus exornatur à Joſepho Galeano in ſuis carminibus inſcriptis: *Diporti Giovanili pag.* 142. *&* 143. *& in Muſis Siculis tom.* 1. *par.* 2. *pag.* 524. Hìc extant noſtri Laurentii vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane, Panormi apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

LAURENTIUS MARIA PISANUS Mylenſis Ordinis Prædicatorum, vir Theologicâ, ac Philoſophicâ doctrinâ excultiſſimus. Natus 13. Aprilis anno 1650. regularis inſtituti habitum accepit 9. Maii 1665, ac ſolemnia vota emiſit 10. Maii 1666. Morum integritatem ſervavit, ac ingenii excellentiam tùm in ſcholaſticis diſciplinis, tùm in morali Theologia, ſacroſque Canones inſigniter detexit; ideoque ipſum perſæpè viri præcipui conſulebant in arduis conſcientiæ difficultatibus. In concionibus dicendis etiam eminuit non ſine laude. Ad Prioris gradum promotus in patrio Cœnobio, ut in ſcholaſtico pulvere deſudaret, muneri nuncium remiſit: hinc florente adhuc ætate Lectoris, Magiſtri ſtudiorum, ac Baccalaurei muneribus ornatus inclaruit, at tandem Regentis gradum in Panormitano Lyceo obtinuit. Matthæo Fatio Panormitano, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopo Pactenſi gratiſſimus, ab ipſo Examinator Synodalis fuit renunciatus. Dum autem ad ſublimia properabat, & Panormi Ordinis ſtudia moderabatur eximio cum fructu, ac plauſu, immaturo adhuc fato deceſſit in Cœnobio S. Dominici 30. Maii 1690. anno ætatis ſuæ 40. Quæ edidit hæc ſunt.

Gedeonis Gladius. Propoſitiones à SS. D. N. Innocentio XI. damnatas, Angelici Doctoris ope penitus profligans, radicituſque convellens. Panormi typis Thomæ Rummolo, & Orlando 1683. in 4. & Venetiis apud Aloyſium Pavinum 1704. in 4.

Allegationes de electione Canonica. Editæ ſunt in libro: *Animadverſiones Juris Franciſci Mariæ Piſani fratris*, Panormi typis Jacobi Epiro 1689. in 4.

De Poteſtate Summi Pontificis contra Propoſitiones Sorbonæ. in 4.

Reliquit m.ss. hæc alia nempè

De Deo, de Incarnatione, de Prædeſtinatione, de Angelis.

LAURENTIUS MARICONDA Panormitanus, utriuſq; Juris Doctor eximius, fuit primarius cauſarum Patronus, Tribunalium Regiæ Monarchiæ, & S. Officii SS. Inquiſitionis Fiſci Patronus. Pluries Judex Prætorii Panormitani, Magnæ Regiæ Curiæ, & Tribunalis Sacræ Regiæ Conſcientiæ. Doctrinâ, & eruditione mirificè effulſit, cujus ope ad alia Juriſprudentiæ munia ſeſe elevabat: at dum extra patriam delegatam ſibi cauſam Proregis juſſu pertractabat, in Oppido Ucriæ obiit circa annum 1677. Edidit opus inſcriptum

Veritas triumphans è propugnaculo, velut ab ergaſtulo educta, Apologetica diſſertatio adverſus opus Propugnaculum veritatis inſcriptum in cauſis Primogeniorum Ill. D. Octavii Corſetto, Imperatore, & Tignoſo Comitis Villaltæ; cum RR. PP. Præpoſitis, & Oeconomis Cœnobiorum SS. Joan: & Marci Evangeliſtarum Felicis Urbis Panormi. Panormi typis Nicolai Bua 1657. in fol.

Edidit etiam linguâ hiſpanâ

Allegationes ad Ducem Sermonetæ Siciliæ Proregem in cauſa extractionis Serici ab urbe Meſſanæ. in fol. ſine titulo, anno, ac Typographi nomine.

LAURENTIUS MAURICI Panormitanus Sacerdos, natus 10. Auguſti 1653. gravioribus ſtudiis addictus in Collegio Panormitano Soc. Jeſu, ingenii præſtantiſimi ope, in doctiſſimum virum efformatus eſt: ibi enim Academiæ Principem egit, ac Doctoralem Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ lauream accepit anno 1676. Inde Juriſprudentiæ operam dedit, & Utriuſque Juris laureâ donatus, Prothonotarii Apoſtolici inſignia conſequutus eſt. Elegantiſſimis ingenii dotibus abundè inſtructus, politiores literas egregiè coluit; præſertim cultiſſimæ oratoriæ facultatem, ac Poeſim tum Etruſcam, tum Latiam magna cum laude; quibus Gallicam, & Hiſpanam linguam, & eruditionem addidit. Hinc ad Archipresbyteri gradum in Urbe Salemis euectus, in Diœceſi Mazarienſi Examinator Synodalis renunciatus eſt à Franciſco Maria Graffeo Epiſcopo Mazarienſi, à Bartholomæo Caſtelli ſucceſſore confirmatus; horum enim æſtimationem, ut etiam D. Ferdinãdi Bazan Archiepiſcopi Panormitani, promeruit. Morum comitate, ingenio, doctrinâ, ac eruditione nulli ſecundus, adhuc ſuperſtes effulget. Edidit ſupreſſo nomine

Inaugurationem Auguſtiſſimi Templi Cathedralis Mazarienſis ab immortali pietate Magnificentiſſimi Præſulis ferè funditus nuper erecti, carminibus epicis expreſſam. Drepani per Bartholomæum de Franco 1694. in 4.

Molitur opus inſcriptum

De Jure Parochorum Diœceſis Mazarienſis.

LAURENTIUS PANORMITANUS ex familia Cioffo Ordinis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, vir doctus, qui plura Ordinis ſui Cœnobia Cuſtodis munere rexit. Vivebat anno 1667. de eo Petrus Tognoletto *in Paradiſo Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *pag.* 576. qui ſcripſiſſe teſtatur

Librum caſuum conſcientiæ.

LAURENTIUS PEGOLUS Panormitanus Juris utriuſque Doctor, qui Juriſprudentiæ mitiores literas innexuit. Muſas præſertim Etruſcas,

Digitized by Google

ſcas, Siculaſq; dilexit. Vivebat anno 1647. Ipſum laudat Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis tom. 2. par. 2. pag. 62.* hìc extant ingenii ſui maternâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

Prælo paraverat, ſed non edidit

L'Agneſa Poema ſacro.

LAURENTIUS VIGEVI Meſſanenſis, Clericus Regularis, nobili genere ortus anno 1662. Ordinis habitum ſuſcepit Meſſanæ in domo SS. Annunciatæ 9. Decembris 1680. ubi ſolemnia emiſit vota 9. Aprilis 1682. Egregio munitus ingenio in graviori Philoſophiæ, ac Theologiæ curriculo magnam ſibi doctrinam comparavit, ac non vulgarem promeruit laudem. Hinc emenſis ſtudiorum ſpatiis ſtatim eaſdem ſcholaſticas ſcientias alios docuit in eadem domo non ſine plauſu, ac diſcipulorum progreſſu. Philoſophiam etiam, & Theologiam eadem felicitate per plures annos tradidit in publico patriæ Seminario, quod ſub Clericorum Regularium cura efflorет. Ab Archiepiſcopo Meſſanenſi Franciſco Alvarez Examinator Synodalis electus, à Præſule ſucceſſore Joſepho Migliazzo in eodem munere confirmatus, doctrinæ ſuæ excellentiam liquidò manifeſtat. Politioribus etiam literis apprimè inſtructus, elegantioribus ingenii monumentis emeritam laudem in ſui exaltationem ſæpiùs excitavit in Clitiæ Academia Meſſanæ adſcriptus. Ibidem vivit, & doctrinam morum innocentiâ mirificè exornat; ac exemplo non minùs, quàm literis omnibus prodeſt. Laudatur in libro inſcripto: *Galleria di Minerva tom. 2. par. 5. pag. 167.* Edidit

Rudimenta Rhetorica ad orationis omnigenæ, quæ ſacræ, quæ ſæcularis ſtructuram. Meſſanæ typis Vincentii de Amico 1694. in 4.

LAZARUS CARDONA Motycenſis Sacerdos, Juris utriuſque Doctor, vir pietate, ac doctrinâ illuſtris. Floruit anno 1584. Hujus meminere Antonius Poſſevinus *in app. ſacro tom. 2. pag. 334.* & Hippolytus Marracius *in Bibliot. Mariana tom. 2. pag. 26.*

Scripſit

Commentaria in tres libros Jacobi Sannazarii de Partu Virginis. Venetiis 1584. in 8.

LEODORUS SCRIGNUS. v. Hellodorus Scrignus.

S. LEO II. Pontifex Maximus Siculus. Incerta eſt ſanctiſſimi viri patria, in plures enim ſententias diſtracti abiere ſcriptores. At in primis repellenda Alphonſi Ciacconii ſententia, qui *in Vitis Pontificum* è Sicilia Leonem evellere conatur; nam in Oppido Cedellæ in Valle Siciliana apud Samnites natum ſcribit, eumque ſequitur Auguſtinus Oldoinus *in Athenæo Romano pag. 458.* Sed hæc opinio è ſolo Ciacconii capita dilapſa eſt; nullus enim ante Ciacconium id unquam ſomniavit; ideoque dum ad ſuæ ſententiæ firmitatem, ut ait Patercum,

Octavius Cajetanus *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag. 1.* nec veterum Auctorum teſtimonio, nec vetuſtis membranis, nec argumento utitur, quo dictum fulciat ſuum, infirma ejus opinio, facillimè corruere videtur. Immò Cajetanus cit. omninò falſam demonſtrat; innumeri enim Auctores infra adducendi, Leonem Siculum prædicant: at dum Siculum proclamant, non in alio Orbis loco natum intelligendum, niſi in Inſula Siciliæ. *Is Scriptoribus omnibus vocabuli uſus*, ait rectè Cajetanus, *ut dumtaxat in Inſula Sicilia natus, Siculus diceretur.* Nam quis unquam legens, aliquem Siculum fuiſſe, in obſcuriſſima Valle Siciliana apud Samnites natum ſuſpicatus eſt? Adde, Vallis hæc non Siciliana, ut corruptè legit Ciacconius, ſed Ciculiana dicitur ex Pontano *lib. 6. belli Neapolitani pag. mihi 1944.* ubi ait: *eſt & Vallis item Ciculiana, quæ Præcutinorum eſt in Veſtinis, qui ſunt inter Æternum, atque Truentum amnes, quæ regio Piceni quondam fuit, nunc verò Aprutii.* Ideoque dum à Scriptoribus Siculus dicitur Leo, nunquam intelligendum, eũ in Valle Ciculiana natum. Inſuper Auguſtinus Inveges *in Panor. Sacra pag. 579.* ait, antiquiorem eſſe D. Leonis ortum, quàm Cedellæ originem, ac fundationẽ. Tandem ipſe Ciacconius ſibi contrarius, in alio opere, Catanenſẽ dixit Leonẽ, ut infra, ac forſan ob Cedellæ nomen, cuidam Siciliæ loco datũ, de quo infra, in ambiguitatem lapſus eſt. Turpior mihi videtur opinio Hieronymi Marafioti *in Chron. Calabriæ lib. 1. cap. 26. pag. 56.* (immò potius Gabrielis Barrii *de antiqu. & ſitu Calabriæ lib. 3.* ex quo hanc opinionẽm hauſit Marafiotus.) Hic enim, Cajetano teſte, è Sicilia Agathonem, Leonem II. & Stephanum IV. Pontifices eripere tentavit, ut Calabriam ſuam ſtudioſè ditaret; hos enim natos, ait, in Urbe Rhegii. At dum hæc ſcribit, deleto ſibi hiſtorici nomine, fabulatorem induit. Pro Agathone, & Stephano locis ſuis Lectorem remittò; hìc enim tantum de Leone agendum. Hoc modo Marafiotus ſibi viam inſtruit, ut Leonem Rhegio daret. S. Agatho, ait, Epiſtolas dedit ad Conſtantinum Imp.: in his Abundantium Portuenſem, & Joannem Rheginum Epiſcopos, qui Concilio Conſtantinopolitano nomine ſuo præerant, Conterraneos vocat. Sed hi Rhegium patriam habuere, ergo & S. Agatho Rheginus. Procedit ulterius, ac ſubinfert: eo modo, quo Scriptores de Agathone ſcribentes errarunt, facilè eſt etiam erraſſe in Leone, & Stephano: Agatho Rheginus eſt, ergo Leo, & Stephanus Rhegini ſunt. Hæc Marafiotus. At licèt ratiocinationis falſitas lippis, & tonſoribus clarè pateat, attamen pro meo inſtituto, ejuſdem ſcriptoris fallaciam breviter aperiam. Quòd Agatho Rheginus ſit, jam ſuo loco pleniſſimè reiiecì; nam fallo fundamento innixa Marafioti loquendi ratio, tota corruit. Agatho enim cum Abundantii, & Joannis meminerit in Epiſtola ad Conſtantinum, non Conterraneos, ſed Conſamulos vocat, more Pontificum,

cum, qui Episcopos; Confamulos passim vocant, ut videre est *tom. 3. Concil. pag. 27.* Ita & ipse Agatho Theodorum Episcopum, Britanniæ Primatem, in Epistola ab ipso, & Concilio Romano scripta in eodem tomo Conciliorum *pag. 57.* Confamulum appellat. *Sperabamus*, ait, *deinde de Britannia Theodorum Confamulum, atque Coepiscopum nostrum magnæ Insulæ Britanniæ Archiepiscopum, & Philosophum . . conjungere.* Quod autem prædictos Joannem, & Abundantium Confamulos, non Conterraneos dixerit, quisquis in omnibus Conciliorum editionibus videre poterit, & quam mereatur fidē Marafiotus, liquidò intelliget. At esto dicat Conterraneos; quęnam hęc nova argumentandi ratio? Erraverunt Scriptores in Agathone, ergo faciliter errasse putandū in Leone, & Stephano. Agatho Rheginus est; ergo Leo, & Stephanus sunt Rhegini. Judicet Lector oculatissimus an Marafiotus historicum, vel fabulatorem agat. Vide hac de re Octavium Cajetanum *in animad. ad tom. 2. SS. Sicul. pag. 1.* cui addo judicium de Marafioti opere editum à Nicolao Toppio *in Biblioth. Neapolit. pag. 159.* ubi de ejusdem Chronico ait: *sarebbe stata riuscita con applauso se non conteneſſe molte cose apogrife, nè vi fossero citati varii Autori suppositi.* Hinc vides quâ scripserit fide Marafiotus. Tandem contra Siciliam insurrexit Joannes de Flores Calaber, qui *in Calabria Illustrata lib. 4. cap. 4. §. 6. pag. 385. & 386.* hæc scribit. Quia SS. Pontifices Leo II. & Stephanus IV. à Scriptoribus, tabulisque ecclesiasticis Siculi vocantur, ideoque exorta quæstionis occasio, sintne Siculi, an Calabri; nempè an ex Sicilia citra, vel ultra Pharum. At quia, ait de Flores, verbum, Siculus, quo utuntur Auctores, ambiguitatem habet; nam Siculum, & Calabrum virum significat; hinc censendum ea in regione natos, ubi validiores conjectationes, ac Scriptorum auctoritas exortum putant. Hinc pro Calabria nonnullos adducit Auctores, nempè Barrium *lib. 3. pag. 207.* Marafiotum *lib. 1. cap. 26.* Tassonum *de antiph. pag. 549.* Politum *Chron. lib. 2.* Octavium Beltranum *par. 1. l. 7. cap. 20.* & ex exteris Henricum Bacchum *in descrip. Neapol.* & Alphonsum Ciacconium *in vitis Pontif.* nam hic non Siculos censuit. Hæc de Flores. Ab hujus rationibus breviter me expediam, ne Lectorem tædio afficiam. Quòd verbum, Siculus, Calabrum virum non significet, sed tantùm in Insula Siciliæ natum, supra innui cum Cajetano, & hanc dissertationem satis discussi in Apparatu §. 2. ad quē Lectorem remitto. Auctores pro Calabria adductos expende. Barrius in ea dictione, Conterraneos, sententiam fundavit suam, & in ea argumentandi ratione, quam Marafiotus ab ipso edoctus exscripsit. Hinc rationes supra adductas contra Marafiotum, adversus Barrium militant; ejusque opinionem penitus enervant, & evertunt. Nec de Tassonio, Polito, & Beltrano curandum; hi enim post Barrium, & Marafiotum scripsere, ac sine opinionis examine, hos clausis oculis sequuti, nil mirum si in eamdem Barrii foveam inciderint. De Baccho viro extero, nempè Germano, quid Lector expectas? attende quæso. Vidi descriptionem Regni Neapolitani anno 1618. editam, à Cæsare Engenio Neapolitano recognitam, & auctam; sed *pag. 122. & 123.* ubi de Rhegio loquitur, altum de Pontificibus nostris silentium: at in hoc libello anno 1629. recuso cum additionibus Joannis Petri Rossi, Neapoli anno 1629. ex typographia Octavii Beltrani post Bacchi obitum, *pag. 253.* legitur, Urbem prædictam, Agathonem, Leonem, & Stephanum Pontifices protulisse. Estne hæc Bacchi opinio, an Rossi, vel Beltrani fraus impudentissima? Ciacconium denique adducit pro Calabris, quia Siculos hos Sanctos noluit: at si Siculos noluit, nec Calabros voluit; ipse enim Cedellæ apud Samnites adscribit, ejusque opinionem supra rejeci. Conjectatione quadam omnia concludit Calaber de Flores; ea est: S. Leo in suum cubicularium ascitus fuit à Zacharia I. Sum. Pont. qui Calaber fuit; hic etiam in Cardinalium Collegium Leonem cooptavit: sanè potuit Zachariæ animum impellere, ut eumdem hac dignitate cohonestaret, nativi soli vis: etsi non deneget de Flores, ex alia forsan ratione permotum. At hæc nec ratio, nec conjectura: Zacharias enim non Calaber, sed natione Græcus fuit, ex Panvino *in Pontif. Romanis pag. 74.* aliisque. At esto fuerit Calaber Zacharias, haud potuit Cardinalem creare Leonem: hic enim ad Pontificatus fastigium evectus est anno 682. Zacharias verò Pontificia dignitate auctus est post Leonem anno 741. ex eodem Panvino cit. *pag. 29. & 41.* aliisque. Rectiùs sanè hæc dixisset Calaber de Flores de Stephano IV. qui verè Cubicularii munus, ac Cardinalis dignitatem à Zacharia suscepit. Hæ sunt rationes, conjectationesque ab hoc Auctore non sine stomacho forsan à Lectoribus delibatæ. Quòd autem S. Leo II. Siculus fuerit, id innumeri Auctores scribunt, inter quos eminet Breviarium Romanum 28. Junii: ita etiam antiquissimus Anastasius Bibliothecarius *in Vitis Sum. Pontif.* Gilbertus Genebrardus *in Chron. an. 683. pag. 489.* Bzovius *hist. Eccl. tom. 1. an. 683. pag. 1535.* Ughellus *in Ital. sacr. tom. 1. pag. 22.* Victorius Ubaldinus *in Chronol. Eccl.* Panvinus *in Roman. Pontif. pag. 29. & Epitom. Roman. Pontif. pag. 32.* Severinus Binius *in Concil. General. tom. 3. pag. 111.* Raphael Volaterranus *anthrop. lib. 22. pag. 305.* Platina *in Vitis Pontif.* Petrus de Natalibus *in Catal. SS. l. 6. cap. 18. pag. 81.* Phil. Bergomensis *in supplem. Chron. lib. 10.* Vigliegas *in Vitis Sanctorum*, Possevinus *in appar. sacro to. 2. pag. 339.* Tritemius *de scrip. Eccl. pag. 226.* Ordericus Vitalis *in hist. Eccl. l. 2.* ex recentioribus Brietius *ann. p. 2. tom. 2. an. 683. pag. 207.* Josephus Silos *in mausoleis Rom. Pontif. pag. 119.* Joannes Bapt. Ricciolius *Chronol. Refor. tom. 1. lib. 9. pag. 382. tom. 2. pag. 98. & tom. 3. pag. 13.* & alibi, Franciscus

Digitized by Google

ciſcus Carriere *in hiſt. Chronolog. Pontific. pag.* 124. Marcus Battaglini *in hiſt. Concilior. to.* 1. *p.* 429. Rainerius in libro *Stati del Mondo p.* 186. Card. Joſephus Saenz de Aguirre *in collectione Conciliorum Hiſpaniæ tom.* 2. *pag.* 718. *& tom.* 1. *pag.* 21. Guilelmus Cave *in Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſt. literaria an.* 682. *pag.* 330. Lud. Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 359. aliiq; multi. Ex Siculis verò Lucius Marineus *in Epiſt. lib.* 5. Aug. Inveges *in Panormo Sacra p.* 579. Timotheus Termitanus *in Chroniſt. an.* 683. *pag.* 72. Leonardus Orlandinus *in diſcurſu pro Roſario P. Brandi p.* 469. Franc. Carrera *in Panth. Siculo pag.* 168. P. Ant. Brandi *in Chronolog. Pontif. pag.* 82. & alii. At ſi Siculus in quanam civitate exortus? Patriæ incertitudo multorum ingenium acuit, adeo ut Pontificem hunc nonnullæ urbes ſibi vindicarent. Octavius Caetanus *in Idea SS. p.* 61. *& in animad. ad tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 3. dubitat, ſitne Catanenſis, Aidonenſis, vel Herbitenſis. Catanenſem fuiſſe ſcribit Ciacconius ſibi contrarius in libro: *de Breviarii Romani Reformatione*, quem Sixto V. Pont. nuncupavit; & ſervatur m.s. codex in Bibliotheca Collegii Romani, ut ait Caetanus *in animad. cit.* Hanc opinionem amplexus eſt Jo: Bapt. de Groſſis *in Decacordo Catan. to.* 2. *cord.* 9. *pag.* 140. *& in Catana Sacra pag.* 4. P. Dominicus à SS. Trinitate *in Biblioth. Theologica to.* 3. *ſect.* 4. *cap.* 12. *pag.* 239. ideoque Honuphrius Panvinus *in Chronolog. Eccleſ. pag.* 86. Siculum Catanenſis diœceſis Leonem renunciat. Sed Joſephus Bonfilius *in hiſt. Siciliæ par.* 1. *lib.* 1. *pag.* 41. *&* 55. cum Siculum ex incerta patria pronunciaſſet; inde recogitans, Meſſanæ adſcribit *lib.* 4. *pag.* 153. *& lib.* 10. *pag.* 388. & *in ſua Meſſana lib.* 4. *pag.* 27. *& lib.* 7. *pag.* 53. In eamdem ſententiam abiere Placidus Samperius *in Iconolog. M.V. lib.* 1. *p.* 12. *&* 92. *& lib.* 4. *pag.* 552. Maurolicus *in Mari oceano pag.* 16. Jo: Paulus ab Epiphania *in Clavi Italiæ pag.* 99. Fulgentius Arminius *in Proſis Officinæ lib.* 1. *pag.* 51. Joſephus Ambroſius *in deſcr. Solemnitatis Epiſtolæ Marianæ pag.* 470. 267. Benedictus Chiarellus *in Monumentis Sacris Meſſanæ pag.* 142. Stephanus Maurus *in ſua Meſſana cap.* 21. *pag.* 158. *& cap.* 25. *pag.* 242. qui cum Bonfilio ex noſtro S. Leone nobilem familiam Meſſanenſem *Papaleone* fluxiſſe credit; quod etiam ſcribit Petrus Anſalonius *in ſua familia pag.* 342. & nuper *cit.* Chiarellus *pag.* 143. Hanc verò ſententiam innuit Caetanus *in Idea p.* 55. *& 61. & in animad. cit.* Ad hujus opinionis firmitatem Maurus *cit. pag.* 243. nonnullas adducit conjectationes, nempè 1. familiam Papaleonem Meſſanenſem, ita à S. Leone dictam (quod negat Philadelphus Mugnòs *tom.* 2. *Theat. Genealog. pag.* 294.) 2. Monaſterium S. Leonis, ex quo nomen habuit ſuburbium S. Leonis, corruptè vocatum *Saddeu.* 3. aliam S. Pontificis Eccleſiam anno 1212. Conventualibus S. Franciſci conceſſam. 4. Pontificis hujus domos, quas ibi extitiſſe putant, ubi nunc efflorat Monaſterium Montis Virginum, ac fontem, quem *Pozzoleone*, vel *Ponteleone* appellant. 5. Officium, & Miſſam in Eccleſia Meſſanenſi ab antiquis temporibus. Hieronymus Raguſa *in Elogiis Siculorum pag.* 172. *& in Siciliæ Biblioth. veter. pag.* 170. opinionis cujuſdam meminit, quæ Leonem Mylenſem voluit: eamque ſequitur Gabriel Bucellinus *in Menologio Benedict.* 28. *Junii pag.* 455. *& in Aquila Imper. Benedict. pag.* 111. Qui hanc ſententiam amplexi ſunt, eo forſan innexi fundamento docuere, quod Caetanus *in Idea cit. pag.* 122. ſcribit, à Mylenſibus feſtum D. Leonis celebrari; ait enim: *Mylis S. Pappiani M. Item S. Leonis Papæ II. de cujus ortu plures in Sicilia Urbes contendunt*. At Caetanus hic non agit de Leonis patria: & *pag.* 61. ubi differit de Urbibus, quæ Leonem ſuum eſſe dicunt, Mylarum non meminit. Idem Raguſa locis citatis ex oppido S. Marci fuiſſe, juxta quorumdam ſententiam ait: & hæc vox apud incolas viget. Aydonenſem putavit Honuphrius Panvinus apud Caetanum *in animad. cit.* & pro Aydonenſibus retulit Caetanus civium ſtudium in Divum Leonem, ac ejus cultū ea in urbe; illuc enim Eccleſia erat, in cujus pariete hæc legebatur inſcriptio: *D. Leoni PP. II. Civi, & Patrono, Ordo, Populuſque Aydonenſis Baſilicam hanc extruxit*. Inde refecto muro, inſtaurata fuit inſcriptio; verbum verò *erexit*, in *reſtituit* immutatum. Hæc autem Eccleſia vi terræmotus anni 1693. corruit ex Dominico Guglielmino *in Catana deſtructa pag.* 138. & Petro Mataplana *in Vita D. Roſaliæ pag.* 247. Aydonenſem, ſive Herbitenſem voluit Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. pag.* 74. *& not. Eccl. Catanenſ. pag.* 115. Herbitenſibus adhæret eruditiſſimus P. Jo: Andreas Maſſa *de Urbib. terriſq; Siciliæ jacentibus pag.* 64. Aydonenſibus favent Leonardus Orlandinus *in diſc. Siciliæ, edito in calce topographiæ Ætnæ Antonii Philotei pag.* 82. Vincentius Littara *in Conradiade lib.* 3. *pag.* 140. Philadelphus Mugnòs *in Theatro Nobilitatis Mundi pag.* 260. additque P. Maſſa citatus, quòd extructo ex Herbitæ ruderibus Aydono, Aydonenſes anno 1090. Baſilicam cum inſcriptione ſupra relata ædificarunt. Benedictus de Paſſaflumine *de origine Eccleſ. Cephalæditanæ pag.* 80. *&* 81. ex Paulo Diacono, Nicoſiam Leonem protuliſſe aſſirmat. At licèt ipſi Paſſaflumini hæc ſententia magis arrideat, quàm alia, quę Aydono Leonem adſcribit; at probabiliorem Meſſanenſium opinionem putat. Tandem Alcarenſes, Meſſanenſis Diœceſis, in Caſtro Thuriano Siciliæ (ex quo originem agnoſcit ſuam Alcara) Leonem progenitum putant. Hanc verò opinionem aſtruunt, nomine Papæ Leonis, quo ab antiquis ſæculis vocantur amnis, pons, ac locus quidam juxta Alcaram. Ita in incerto vagantur Auctores: nec mihi tuta elucet ratio, quâ ſuadente alicui Scriptorum ſententiæ ſubſcribendum cenſuerim. Solùm hic addam, quòd hodie jacentis urbis ruinæ, ab Aydono duo paſſuum millia diſſitæ, ſpectantur, quas antiquæ Herbitæ eſſe ſuſpicatur Fazellus *dec.* 1. *lib.* 10. *pag.* 225. hodie locus hic *Cittadella* vocatur, quòd etiam obſervant Maurolycus *in hiſt. Siciliæ in indice Oppidorum*, & Pirrus *in not. Eccl. Catan. p.* 115. Ex hujus ruinis conditum oppidum

Digitized by Google

Nicosiæ, vel Aydonî, vel utrumque colliges ex Cluverio *Siciliæ antiq. lib. 2. cap. 8*, Caetano *in animad. ad to. 2. SS. Sicul. pag. 63*. Pirro, Passaflumine cit. Josepho Perdicaro *in vitis SS. Siculor. pag. 206*. Masia *cit. pag. 63*. aliisque. Hinc dixerim Ciacconium legisse *Citadella*, vel corruptè Citella, & in ambiguitatem lapsum, Citellę apud Samnites Leonem adscripsisse. Sit igitur Leo II. vel Messanensis, vel Catanensis, Aydonensis, Nicosiensis, vel alterius Siculæ Urbis, pro certo est Siculum fuisse. Patre Paulo nobili Siculo natus, cùm literarum studiis operam dedisset, eloquentiâ, ac sacris, divinisque literis claruit, græcè, latinèq; apprimè doctus. Doctrinæ musices peritiam innexuit, quâ singularem promeruit laudem; eamque studio, ac insigni ingenii labore ad elegantiorem cultum redegit: Psalmorum n, & hymnorum concentum perfecit; ipseq; multos elaboravit hymnos. At virtutum splendore longè refulsit, quas summo studio acquisivit. Hæ autem Cononis Pontificis animum impulere, ut in Cardinalium Collegium Leonem recenseret. Defuncto verò Conone, ad summi Pontificatus fastigium evectus est 12. Augusti an. 683. vel ut aliis placet ann. 682. Ea in dignitate multa edidit sanctimoniæ singularis argumenta. Christianam pietatem ferventi studio excitavit: pauperiatem coluit, ac in pauperes eximiam liberalitatem patefecit. Quâ suasionibus, quâ laboribus omnes ad virtutes adipiscendas extimulavit. Hinc tum morum suavitate, tum vitæ sanctitate omnium animos in sui amorem accendit. Pastoralem solicitudinem in Ecclesiæ beneficium exercuit. Absoluto Oecumenico Constantinopolitano Concilio sub Agathone Panormitano Summo Pontifice, ejusdem Concilii acta græcè scripta, Leo noster pontificia auctoritate roboravit, latinitate donavit, eorumque exemplar in Hispaniam transmisit. Hæreticos verò Macarium, Stephanum, Polycronium, & Anastasium adhuc indomitos, in nonnulla monasteria detrusit: at Anastasio Presbytero, Leontio Diacono, ad catholicæ Ecclesiæ reversis, absolutionis beneficium concessit. Leone Pontifice Romanæ Sedi obedientiam juravit Ecclesiæ Ravennatis Antistes: at ipse decrevit Archiepiscopi Ravennatis electionem irritam esse, nisi Pontificia approbatione firmaretur. Prohibuit etiam ne anniversarium funus Mauro Ravennati Præsuli in schismate defuncto persolverent. Legem condidit, ne quis episcopali charactere insignitus pro usu pallii, vel pro alio ecclesiastico officio, aliquid solveret: ut etiam, quòd quocumque die baptisma ministrari possit: & in Missæ Sacrificio pacis osculum dari constituit; ex Platina *in Vitis Pontif.* Genebrardo *in Chron. an. 684*. Durando *in Ration. div. Offic. lib. 4. c. 53*. aliisq; vel ex Alphonso Vigliega *in vita*, hujusce osculi exhibendi tempus, ac modum sancivit. Romæ Ecclesiam S. Pauli Apostoli extruxit, in qua SS. Simplicii, Faustini, ac Beatricis, aliorumq; Martyrum corpora collocavit; eamq; nonnullis donis mirificè illustravit. Aliam etiam construxit Ecclesiam Sanctis Sebastiano, & Georgio dicatam ad Velum Aureum. Tandem mense Junio ordinatis 9. vel ex aliis 43. Presbyteris, 3. Diaconis, ac 23. Episcopis; meritis, ac sanctimoniâ clarus obdormivit in Domino 28. Junii anno 684. cùm Ecclesiam menses 10. ac dies 17. rexisset. Sepultus in Basilica Vaticana S. Petri, cùm lapsu temporis ejus sepulchrum ab hominum memoria excidisset, S. Sergius Pontifex civis Panormitanus, divinitùs admonitus, in decentiorem locum transtulit, variisque ornamentis cohonestavit. At Paschalis II. Pontifex Leonis nostri corpus, unà cum corporibus Leonis I. Leonis III. & Leonis IV. sub altari D. Petri condidit. Nostri Leonis mandibula in Ebulo Picenorum urbe servatur, ut habemus ex Caetano *in animad. ad to. 2. SS. Sicul. pag. 3. n. 9.* ejusq; festum 28. Junii celebrat Romana Ecclesia. Hujus Pontificis meminere Auctores supracitati, qui Pontificum gesta scripsere, ut sunt Panvinus, Ciacconius, ejusque Auctarii, Anastasius Bibliothecarius, Baronius *in annal. Eccl. tom. 8. & in notis Martyrologii Romani 28. Junii*, Augustinus Oldoinus *in Atheneo Romano pag. 458*. Binius *in notis Concilior. tom. 3. pag. 111*. aliique innumeri. Extat ejus memoria in fastis Sanctorum, nempè in Martyrologiis Romanæ Ecclesiæ, Bedæ, Usuardi, Aydonis, Sed de Leone satis: nunc de ejus scriptis. Sub Leonis II. nomine extant

Epistolæ quinque. 1. ad Constantinum Imper. 2. ad omnes Hispaniæ Episcopos. 3. ad Quiricum Episcopum. 4. ad Simplicium Comitem. 5. ad Ervigium Regem Hispaniarum: Editæ sunt *in tom. 3. Conciliorum* ex editione Severini Binii Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Gymnicum, & Antonium Hierat 1606. *in fol. à pag. 113*. & seq. Has Binius accepit ex m. s. Bibliothecæ Toletanæ, cujus authographum habuit à Jacobo Huttero S. T. Doctore, Canonico Colonienſi. Harum quatuor (omissa prima) ediderat ante Binium Garsias Loaisa *in notis ad Concilium Toletanum*, ex m. s. codice pervetusto Cœnobii S. Joannis Regii Toletani ex familia Franciscana: sed in nonnullis discrepant ab editione Binii. Editæ sunt etiam in Tomo 2. Epistolarum Romanorum Pontificum. Easdem recudit Josephus Saenz de Aguirre S. R. E. Cardinalis *in Collectione Maxima Conciliorum Hispaniæ tom. 2*. Romæ typis Joannis Jacobi Komarek Boemi 1694. in fol. post Concilium Toletanum XIII. *à pag. 711*. Edidit Cardinalis hic juxta antiquissimum m. s. Gothicum Ecclesiæ Lucensis; postea translatum in Bibliothecam Regiam S. Laurentii in Hispania, & ill margine lectionum varietates apposuit. De his etiam Ludovicus à S. Carolo *in Biblioth. Pontificia lib. 1. pag. 147*. Tritemius *de Script. Eccles. pag. 246*. qui scripsisse ait: *Epistolas multas ad diversos lib. 1. & similia*; Oldoinus *in Atheneo Romano pag. 458*. Cave *in Script. Eccles. hist. literaria par. 1. pag. 330*. aliique. At Baronius *in annal. tom. 8. an. 683. n. 3. 17. & seq.* has epistolas apocryphas, ac falsò Leoni adscriptas putat. Baronii opinionem sequuntur Possevinus *in appar. sacro tom. 2.*

pag.

Digitized by Google

pag. 339. Severinus Binius *loc. cit.* in notis ad eaſdem epiſtolas, & noviſſimi Conciliorum Editores. Ex his duas ad Conſtantinum, & Ervigium ſpurias eſſe ſcripſit Brietius *annal. par.* 2. *tom.* 2. *an.* 683. *pag.* 207. Sed ipſas utpote veras, à Leone editas, defendit contra Baronium Franciſcus Combefis *in hiſt. hæreſis Monothelitarum cap.* 2. §. 6. *pag.* 157. De hac re judicium promiſit ſuum Card. de Aguirre loc. cit. *pag.* 710. in operis ſui appendice addendum, ſed ad alia diſtractus, promiſſis non ſtetit. Attamen fatetur Baronius *cit. n.* 27. & Ludovicus à S. Carolo *cit.* alias, præter quinque prædictas, ſcripſiſſe *Epiſtolas ad Hiſpanos*, ut legitur in Concilio XIV. Toletano *can.* 2. & in Conciliis Generalibus *tom.* 3. *pag.* 129. præſertim ad Epiſcopos Hiſpaniæ, quibus Acta Concilii Conſtantinopolitani tranſmiſit. Ait Oldoinus cit. quòd ſcripſit: *Epiſtolas multas*, quarum ſolùm quinque ad noſtram pervenerunt notitiam. Ex Joſia Simlero *in epit. Biblioth. Geſneri pag.* 539. *ſcripſit epiſtolas multas ad diverſos lib.* 1. *& quædam ſimilia*. Aliam ſcripſit Epiſtolam ad Conſtantinum, quam, teſte Ludovico à S. Carolo *cit.* à quibuſdam Leoni I. tribuitur. Duas memoratas ad Conſtantinum Epiſtolas, à Leone ſcriptas, ut etiam alias quatuor defendit Du-Pin *in Bibl. Eccl. to.* 6. *pag.* 33. contra Baronium.

Acta Concilii VI. Conſtantinopolitani è græco in latinum ſermonem translata, ex Breviario Romano 28. Junii. Tritemio *de Scrip. Eccl. pag.* 246. Binio *cit. pag.* 111. Poſſevino, Ludovico à S. Carolo, Oldoino, Simlero citatis, aliiſque.

Pſalmodiam compoſuit, Hymnoſq; ad meliorem concentum redegit, teſte Ciacconio, Platina, à S. Carolo, Poſſevino, cum aliis. Addunt Ludovicus à S. Carolo, & Oldoinus ex Anaſtaſio Bibliothecario, Leonem *alia plura proſâ, & metrò latinè, græcèque ſcripſiſſe*.

Decreta Eccleſiaſtica, quæ reperiuntur apud Collectores, ut ait Ludovicus cit.

Sermonem in die ordinationis habitum. Hunc ex Lucæ Holſtenii ſchedis edidit Daniel Papebrochius in libro 1 *Conatus Chronologici ad Catalogum Pontif. Roman. p.* 107. ubi, utrum ſermo iſte Leoni noſtro, an Benedicto ſucceſſori ſit adſcribendus, parùm conſtare fatetur: at in eam propendit ſententiam, quæ Leonis fœtum eſſe putat: & Leoni ipſum attribuit Gulielmus Cave citatus.

Baronius *tom.* 8. *an.* 682. *n.* 1. quamdam *Epiſtolam ad Edictum Archiepiſcopum Viennenſem* Agathoni Pontifici adſcribit: hæc autem extat apud Joannem Boſcum *in Biblioth. Floriacenſi par. ult. pag.* 39. & Joannem Lieuræum *in Antiquitatibus Viennenſibus pag.* 163. & apud Baronium *cit.* At Baronii opinionem rejicit Franciſcus Combefis *in hiſtor. hæreſ. Monothelitarum cap.* 2. §. 5. *pag.* 146. & potius Leoni Pontifici adſcribendam putat §. 6. *pag.* 152.

LEO Centuripinus doctiſſimus orator, Græcis literis inſtructiſſimus. Octavo ſæculo poſt Chriſti Domini adventum claruiſſe conjicio ex his, quæ in S. Leonem Catanenſem Epiſcopum ſcripſit: hic etenim obiit anno 725. ex Octavio Caetano *tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 5. Scripſit ex eodem Caetano *in animad. ad tom.* 2. *cit. pag.* 106.

Laudationes in S. Leonem Thaumaturgum Epiſcopum Catanenſem.

Idem Caetanus *in Iſagoge ad hiſtor. Sacram Siculam cap.* 42. *n.* 9. *pag.* 352. ſcripſiſſe etiam tradit

Laudationes in S. Jacobum Apoſtolum, & in Nectarium Patriarcham Conſtantinopolitanum. Laudationis in S. Jacobum meminit etiam Leo Allatius *de Simeonum ſcriptis*, in eo enim libro *pag.* 262. capitulum retulit inſcriptum: *Certi Auctores Græci Allatiano primo indiculo, alii à Metaphraſte, qui SS. Vitas, ac encomia ſcripſere.* inter hos: *Leo Cçnturipinus in Jacobum Zebedæi Apoſtolum*.

LEO CORINTHIUS, Troynenſis Notarius, vir græcis latiniſque literis ſatis excultus: claruit anno 1312. ex Octavio Caetano *in animad. ad tom.* 1. *SS. Siculor. pag.* 51. qui ſcripſiſſe teſtatur

Vitam SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini è quodam m. s. codice latinitate donatam anno 1312. non ann. 1322. ut ex typographi errore legitur apud Carolum Antonium Converſanum *in Æthereas Leontinorum Gloria pag.* 74. nec anno 312. ut ex graviori lapſu extat apud Hieronymum Raguſam *in elogiis Siculor. pag.* 174. *& iterum in Sicil. Biblioth. Veter. pag.* 172.

LEO ROSSELLUS Panormitanus, vir ab ingenio, eruditione, ac politioribus literis clarus: uberi, ac nitidiſſimâ venâ ditatus, inter eximios Poetas enituit; multaque vernaculis, ac etruſcis numeris laudabiliter cecinit. Obiit paulo ante annum 1647. Ipſum laudat Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 5. ubi hujus Poetæ extant Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cirillum 1647. in 12. & apud Joſephum Biſagnum 1662. in 12. Edenda reliquit hæc alia, nempè;

Rime Toſcane. Diſcorſi. m. s. in 4. paucis ab hinc annis ſervabantur Panormi ab V. I. D. D. Fiderico Bertolo.

LEODORUS SCRIGNUS. v. Heliodorus Scrignus.

LEONARDUS AMATUS Saccenſis, Philoſophiæ, & Medicinæ doctor eximius. Doctrinâ, & eruditione inſignis Panormi ubi literarum ſtudiis operam dedit, & Saccæ, in qua diu medicam facultatem exercuit, ſui æſtimationem excitavit. Obiit Saccæ circa annum 1674. Edidit librum inſcriptum.

Adverſariorum Catena de Jure Galli veteris proaſthemate. Panormi apud Petrum de Iſola 1667. in 4.

De Balneis. De uſu Aquæ Thermalis, ſeu Aquæ Sanctæ, qua hora, & qua quantitate potanda eſſet. Horum tractatûm authographa m. ss. in 4. extant Panormi apud D. Franciſcum Bevilacqua Sacerdotem Saccenſem.

Italicè.

Diſcorſi dell'origine; & antichità di Sciacca, della ſua Nobiltà, e Famiglie, d'ogn'una di eſſe in particolare. m. s. in 4. Servantur Saccæ in Bibliotheca Capucinorum.

LEONARDUS DE BARTHOLOMÆO No-

Digitized by Google

bilis Panormitanus, celeberrimus Juriſconſultus, Siciliæ Prothonotarius, & oppidi Trabiæ Dominus. Regnãte in Sicilia Alphonſo anno 1436. unà cum Antonio Cardona Calatabilloctæ Comite, Adamo Aſmundo, & Baptiſta Platamone Siciliam Proregis munere gubernavit, ut tradunt Rocchus Pirrus *in Chronologia Regum Siciliæ pag.*47.& 100. Antoninus Amicus *in Chronolog. Proregum Siciliæ pag.* 5.& Vincentius Auria *in hiſtor. Chronolog. Proregum Siciliæ pag.* 10. Cum Ioanne de Abbatellis, & Franciſco Vigintimillio Orator Urbis Panormi ad eumdẽ Alphonſũ miſſus eſt; & nonnulla ejuſdem Urbis Capitula Regi obtulit, quorum confirmationem obtinuit, ex privilegio Alphonſi apud Hieronymum Brancium *in diſc. de Privileg. Panor. pag.* 33. Fuit Leonardus Panormitanæ plebi gratiſsimus: ideoque anno 1450. cùm ob malè adminiſtratam Rempublicam in tumultuationem prolapſi fuiſsent Urbis viliores, populares motus compoſuit, teſte Fazello *dec.* 2.*lib.*9.*cap.*9.*pag.*590.*&* 591. ſed paulò poſt à Thoma Criſpo (non à Panormitana plebe, ut innuere videtur Pirrus *de Abbatiis pag.* 198.) interfectus eſt, & Alphonſus, cui non arridebat noſtri Leonardi in plebem ſtudium, criminis ultionem neglexit, ut ait Fazellus cit. Scripſit ex Mario Muta *in cap. Regis Alphonſi* 95. *n.* 1. *pag.* 111. *& tom.* 5. *cap.* 369. *pag.* 183. & Auria *cit. pag.*7.

Ritum Magnæ Regiæ Curiæ, & Totius Regni Siciliæ Curiarum. Extat inter Regni Siciliæ Capitula, edita Venetiis ex officina Domini Guerræi, & Io: Baptiſtæ Fratrum 1573. in fol.& alibi.

In Regni Comitijs Panormi coactis 24.Octobris anno 1446. ſupplices dedere preces Regi Siculi omnes, ut Ritum hunc, in omnibus Siciliæ cauſis ſervatum, examinatum,& à Regijs Conſiliarijs approbatum, regia auctoritate muniret, confirmaret,& ut impoſterum inviolabiliter obſervarent. Eumdem Alphonſus Rex approbavit, & nunc hac methodo Regni negotia moderantur: ipſumque commentariis illuſtrarunt nonnulli, nempè Marius Muta, Leonardus Ciminus, Ioſephus Cumia, alijque.

LEONARDUS CAMPAGNA Meſſanenſis Iurisconſultus, & Philoſophiæ doctor eximius: in publico Meſſanenſi Lyceo Jura Cæſarea docuit. Claruit anno 1617. Edidit

Pro legibus Panegyricum. Meſſanæ apud Ioannẽ Franciſcum Biancum 1621. in 4.

Secundum pro lege Panegyricum. Ibidem apud eumdem 1627. in 4.

Proluſionem, quam in auſpicanda Imperialium Inſtitutionum explanatione habuit pridie idus Septembris. Ibidem apud eumdem 1624. in 4.

Proluſionem, quam in exordienda Civilis Juris Inſtitutionum expoſitione habuit Idibus Septembris 1625. Ibidem apud eumdem 1626. in 4.

LEONARDUS CIMINUS Panormitanus, Philoſophiæ, Theologiæ, ac Jurisprudentiæ Doctor inſignis. Panormi diu Cæſarea, ac Pontificia Iura doctiſſimè explanavit magno cum plauſu, & diſcipulorum progreſſu. Egregii cauſarum patroni laudem promeruit: & Erarium Fiſcalem primarium Urbis, & Status Montisregalis egit. Claruit anno 1630. Quæ edidit hæc ſunt:

Sol Ritus Regni Siciliæ, ejuſque Commentarii ad Cumium. Panormi apud Franciſcum Ciottum 1617. in fol.

Theori-Praxis de Contrario Imperio ad Ritum Regni Siciliæ ex Jure communi digeſta. Ibidem apud eumdem 1618. in fol.

Praxis quinquaginta ſeptem §§. in quibus conditæ ſunt ordinationes, & declarationes Ill. & Eccell. D. D. Franciſci de Caſtro olim in hoc Siciliæ Regno Proregis vigilantiſſimi in vim Pragmaticæ circa aliqua dubia litium ipſius Regni. Ibidem apud Ioannem Baptiſtam Maringum 1630. in 4.

Multa ſcripſit, quæ edenda reliquit, & in fine *Theori-praxis pag.*48.promiſerat, nempè,

CX. & ultra obſervationes in Ritum Siciliæ.

Tractatum de Praxi Sicula in mille quingenta, quæſita ſecundùm Jus commune, & Jus ſtatuarium Regni, juxta Conſuetudines particulares locorum, Villarum, & Terrarum Regni, ultra quinque principales Civitates Panormi, Meſſanæ, Catinæ, Syracuſarum, & Drepani diviſum.

Tractatum de Privilegio Urbis Panormi, quòd Fiſcus non poteſt principaliter agere contra Cives, & Habitatores Urbis, etiam Clericos, neque de ipſius meritis, & dignitate, validiſſimè diſcuſſus, & noviter digeſtus.

Tractatum de Concordia, & diſcordia Scribentiũ Siculorum in materia feudali, & in materia Ritus; ac etiam in argumento deciſionariorum, qui huc uſq; candidè ſcripſerunt in Regno.

Tractatum de vera forma allegandi ſecundùm jura, & dignitatem doctoratus contra Pragmaticas, & vulgares Juris Interpretes.

Tractatum de maxima poteſtate Proregis in proviſionibus faciendis in Regno Siciliæ.

Tractatum de Leguleis, & Chirotegathis legum, & Praxis corruptoribus ad effectum ne Juſtitia corrumpatur.

Tractatum de fortuna legali, & de ejus libra, & lance inexaltanda; in quo virtutes, & vitia indicantur.

Tractatum de vera, & non ſimulata legali Philoſophia.

Tractatum de Jure, & Poteſtate Tridui in receſſu Principis remanente Curia.

Tractatum, ſeu diſcurſum de vera Civilitate Divæ Agathæ.

Tractatum de Excellentia Clariſſimæ Urbis Catanæ, & de triginta ſimilitudinibus, cum alma Urbe Panormi ab alio ante non obſervatis.

Tractatum de prælatione Regniculorum Scriptorũ, & qui ex eis luculentius ſcripſerint.

Tractatum de vera inductione legali, ac de deploranda corruptela in patrocinando contra jus, & fas, deque forma veræ Juſtitiæ.

His adde alios Tractatus, nempè

De Feudis.

De ſoluto Matrimonio.

De Legatis, & Fideicommiſſis;

De Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus.

De-

Digitized by Google

Declarationem ad §. Cato de verborum obligationibus.

Declarationem ad l. Gallus Aquilius de Liberis, & Posthumis.

LEONARDUS CINNAMUS Panormitanus, Societatis Jesu, natus 5. Augusti anno 1656. Societati nomen dedit 17. Octobris 1674. in qua solemnia emisit vota 15. Augusti 1690. Emensis cum ingenii laude studiorum spatiis, doctrinâ excultissimus, graviores disciplinas aliis tradidit; nam Philosophiam octennio in Panormitano Collegio, & alibi; Scholasticam Theologiam in Collegiis Monteregalensi, Drepanitano, aliisque in locis per annos quindecim docuit. Nunc in eadem palestra strenuè, non sine emerita commendatione adhuc desudat; Drepani enim eamdem facultatem doctissimè explanat. Vivit vir eximius morum integritate, aliisque animi, & ingenii dotibus clarissimus. In lucem emisit

Cursum Philosophicum, quem in Panormitano Collegio dictabat, auctior nunc, quàm in prælectionibus. Tomos Tres. Panormi typis Felicis Marini 1703. in 12.

Prælo paratum habet: *opus historicum, & encomiasticum de Beatissima Virgine Deipara.* Aliaque forsan, Deo favente, typis tradet.

LEONARDUS FRAGALIS Thermitanus Poeta, claruit anno 1650. Edidit etrusco versu

Brieve Ristretto della Vita del B. Agostino Novello. Panormi apud Josephum Bisagnium 1655. in 4.

LEONARDUS GERMANUS ex oppido Milillis Syracusanæ Diœcesis, Sacerdos eximius, Juris utriusque Doctor, & humaniorum literarum professor scientissimus. Floruit circa annum 1620. Hunc laudat Petrus Angelus Spera *de Nobilitate Professorum Grámaticæ lib. 5. p. 538.* Edidit

Germanam Praxim Grammaticæ super difficillimos obscurorum Authorum locos. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1627. in 8. & cum auctario Hyacinthi Epiphanii Campensis, Neapoli apud Lucam Antonium de Fusco 1664. in 8. & alibi sæpius.

LEONARDUS HOMODEUS Panormitanus, vir tum gravioribus scientiis, tum politioribus literis apprimè excultus. In naturali Philosophia, & mathematicis disciplinis nulli secundus fuit: multaque astrorum arcana adinvenisse dicunt. Musas egregiè coluit, & inter Reaccensos Academicos Panormi recensitus, ab ingenii monumentis clarus, laudem non vulgarem promeruit. Obiit Panormi 8. Januarii 1680. Ipsum celebrant Jacobus Masò *in cursu Mathematico lib. 2. cap. 19. prop. 1. pag. 432.* & Joannes Baptista Vallegius *in carm. pag. 39.* Edidit Italicè

L'Agata Tragedia Sacra. Panormi apud Bisagnium 1664. in 12.

Scripsit etiam, sed non edidit

La Metilde, o vero l'Innocenza difesa, drama per musica. in 12.

Rime. in 12.

Discorsi Accademici. in 12.

Trattati Astrologici, cioè della Sfera. Della Teorica de' Pianeti secondo il tema di Ticone. Osservationi delle Comete dell'anni 1652. o 1664. ne' quali con dimostrationi mathematiche si fà chiaramente conoscere dette Comete esser nella regione etherea sopra la Luna, e non sublunari, come vogliono i seguaci di Aristotele. Osservationi di molte stelle fisse, del Giove, e Comiti di Giove, di Saturno, e Satelliti di detto Saturno, non solo con istrumenti mathematici, ma ancora col Tubo ottico, e s'insegna la fabrica di detto Tubo con quanti vetri vorrà l'artefice.

Discorso delle Direttioni, dove con vere, e salde ragioni si confutano le direttioni converse, e si dimostra quello, che intesero l'antichi per direttione conversa; ed altre dimostrationi.

Osservatione di nove Ecclissi, cinque Solari, e quattro Lunari.

Canzoni Siciliane.

Il Governo di Tunisi: ubi omnes Turcharum mores, ritus, legesque adnotavit, quas sedulò Tuneti observavit, cùm ibi biennio moratus est in redimendis captivis Christi fidelibus, adhibitus, à piissimo Panormitano sodalitio Redimendis captivis addicto, illùc missus.

LEONARDUS LOREDANUS nobilis Messanensis, Ordinis Clericorum Regularium Minorum. Natus anno 1616. parentibus Joanne Thomâ Loredano, ex Venetis Proceribus exorto, & Anna Maria Arena muliere spectatæ nobilitatis: cùm Regulari instituto circa annum 1634. nomen dedisset, in eo virtute, & doctrinâ claruit; emensis enim studiorum spatijs, per annos triginta sodales suos magna cum laude Philosophiam, ac Theologiam docuit. Romæ etiam in Collegio de Propaganda Fide publicus Theologiæ Professor à doctrinę profunditate, & eximii ingenii felicitate celebratus enituit. Provinciam Romanam rexit, ac Romanam domum Præpositi munere tertiò gubernavit. Inde ad munus Assistentis Generalis evectus est: & tandem ad Generalis dignitatem præclara merita virum eximium provexere. Ecclesiam, ac domum Romanam S. Laurentii in Lucina quadraginta aureorum millium sumptu amplificavit, exornavitq; Ea in Urbe omnium amorem, ac venerationem sibi conciliavit. Diu Borghesiæ Principis, ac nonnullorum S. R. E. Cardinalium à confessionibus fuit. Tandem Romæ decessit mense Januarii anno 1689. ætatis 73. Edidit

De Communione Quotidiana, ejusque digna dispositione. Romæ apud Angelum Bernabò 1679. in 4.

LEONARDUS ORLANDINUS Drepanitanus, non Panormitanus, ut ait Hippolytus Marraccius *in Bibliotheca Mariana par. 2. pa. 36.* natus anno 1552. literis addictus Sacræ Theologiæ, & utriusq; Juris lauream accepit. Ne dum gravioribus disciplinis excultus, verùm etiam & in amœnioribus literis versatus effulsit. Vincentio Barbaro Drepanitano præceptore (de quo suo loco) Græcis, Latinisque literis egregiè imbutus, eruditione, & poesi tum etruscâ, tum latiâ ornatus claruit, & literatorum venerationem pro-

Digitized by Google

promeruit. In Accensorum Academia Panormitana recensitus, eruditissimi illius Lycei principatum omnium primus obtinuit. Primus fuit, qui Italicos rhythmos ad formam odarum Horatii concinnavit, ad cujus rationem aliquas edidit odas, ut videre est in Carminibus Accēsorum *l.1. p.158. & in Rosario P. Jo: Antonii Brandi pag.480.* sed parùm feliciter ex armonici numeri deficientia. Doctrinâ, ac virtute comite, anno 1576. Canonicus Ecclesiæ Panormitanæ, ac Abbas S. Joannis de Eremitis electus est, & à Cæsare Marullo ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo sibi Vicarius Generalis, Examinator, ac Judex Synodalis constitutus: ideoque sui opinionem tum inter doctissimos viros; tum apud Regni Dynastas mirum in modum excitavit. Tandem anno ætatis suæ 66. decessit Panormi 13. Septembris ann. 1618. & relictâ ex testamento eidem Ecclesiæ hæreditate, in ea sepultus est. Jacet sub meridionali Ecclesiæ porticu, cum hac inscriptione, temporis injuriâ penè detritâ.

Piæ Memoriæ.

D. Leonardus Orlandinus, ac Græco Drepanita, Jureconsultus, H. S. Ecclesiæ Regius Canonicus Vigilantiss. D.D. Cæs. Marulli Archiep. Panorm. Generalis Vicarius, Synodalisq; Examinator, animi modestiâ, atque eruditione venerab. Sacerdos hìc jacet. Vix. Senio gravis. abiit, non obiit die XIII. Septembris II. Ind. M.DC. XVIII. marmor adhuc vivens posuit.

Sarcophago laticem lustralem sparge Viator,
Sum cinis, heu cineri fer mihi mitis opem.
Dic Pater Noster, Requiescat in pace

Marmori etiam insculpta hæc circumleguntur Italica carmina.

L'Orlandin dorme in questa oscura tomba,
Sin che'l desti dal Ciel l'ultima tromba.

Hinc vides Marraccium iterum *loc.cit.* lapsum, qui vixisse ait anno 1641. Præter ipsum Leonardum laudant Vincentius de Joanne *in Panorm. triumph. lib.12. p.125.* Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.556. & lib.4. de Abbatiis pag.229.* Antonius Alfanus, Argistus Juffredus, Bartholomæus Bonannus, Joannes la Rape, & Hippolytus ab Hippolyto in libro *Rime degli Accesi lib.1. pag.10.41.49.68.75.79.97.154. & 123.* Placidus Reina *in not. hist. Mess. p.2. pag.93.* Franciscus Flaccomius *in Sicelide sect.3. pag.38.* Vincentius Nobilis *in Thesauro Abscondito pro gloriis M. V. Drepanitanæ cap.23. pag.783.* Edidit

Variarum Imaginum libros tres. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1595. in 8. Italicè

Trapani in una brieve descrittione. Panormi apud eumdem 1605. in 4.

La Descrittione Latina del Sito di Mongibello di Antonio Filoteo degli Homodei Siciliano tradotta in lingua Italica. Ibidem apud eumdem 1611. in 4. Extat in fine, ejusdem Orlandini

Brieve discorso del Castagno di Mongibello, e delle lodi di Sicilia.

Discorso intorno al Rosario del R.P.M. Gio: Ant. Brandi, extat in calce ejusdem Poematis. Panormi apud Joannem Franciscum Carraram 1595. in 8. & Romæ apud Carolum Vallietti 1601. in 16.

Discorso in lode del S. Giorgio, Poema Sacro di Matteo Donia Palermitano. Panormi apud Joannem Baptistam Maringum 1600. in 4.

Rime. in libro: *Rime dell' Accademia degli Accesi di Palermo.* Panormi apud Matthæum Maidam 1571. in 8.

Rime. in libro. *Rime dell' Accademia degli Accesi di Palermo, libro secondo.* Ibidem apud eumdem 1573. in 8.

Scripserat etiam, sed non edidit

Vita di Monsignor Cesare Marullo, Arcivescovo di Palermo.

Somma intitolata, Seconda Orlandina.

Et tandem ex relatione P. Josephi Barlotta Drepanitani scripsit

Hortum Geographicum lib.V.

Oracula Sybillarum cum expositione, & commentis lib.XII.

LEONARDUS PATE' Messanensis Sacerdos, Philosophiæ, & Jurisprudentię Doctor eximius, Græcis, Latinisq; literis instructissimus, has per annos quinquaginta in publica Messanensi Academia professus est. Fuit Magister Notarius S. Officii Sicilię in Urbe Messanæ: Provicarius Generalis Archimādritatus Messanensis: Prothopapa Catholicæ ab an. 1644. quo in munere principem locum in Clero Græco Messanæ degente obtinuit: & Academicus Officinæ Messanensis. A doctrinâ, & eruditione, ac morum integritate laudant. Obiit Messanæ 1658. & in Ecclesia Catholicæ cōditus est, ubi hoc legitur epitaphium.

D. O. M.

D. Leonardus Patè V. J. & Philosophiæ Doctor Messanensis, hujus Ecclesiæ Prothopapa, lustratis à puero per decennium Romanis Gymnasiis, à vigesimo ætatis suæ ad septuagesimum usq; in Messanensi Universitate Græcam, Latinamque eruditionem professus, post longos pro Sanctæ Inquisitionis Tribunali labores, calamo, consilioque exantlatos septuagenario major hìc in spe requiescit, donec refloresrat. Anno M.DC.LVIII. D. Andreas Patè ex fratre nepos ex nimio amore erexit.

Ipsum laudant Placidus Reina *in histor. Messanæ par.1. pag.98. & 229. & par.2. pag.527.* Petrus Carrera *in hist. Catanæ vol.2. pag.65.* Petrus Anfalonus *de sua familia pag.351.* Georgius Gualterius *in Tabul. Siciliæ p.3.* Stephanus Maurus *in sua Messana c.11. pag.87.* Joannes Baptista de Grossis *in Agatha Catan. cap.14. excursu 8. pag.91. & cap. 29. exc.2. pag. 236.* & Josephus Ambrosius *in descript. festi Epistolæ Marianæ pag. 613.* Hujus vidi Italicè

Discorso recitato nell' aprirsi dell' Accademia della Fucina. Extat in libro: *le Muse festeggianti nell' aprirsi l' Accademia della Fucina nella Città di Messina.* Bononiæ apud Joannem Baptistam Ferronum 1642. in 4. in eo etiam *pag.51.* nostri Leonardi Epigramma Græcum, & Latinum extat. Nonnulla græca monumenta latinitate donavit; præsertim

Martyrium Magnæ Martyris Christi Sanctæ Agathæ

Digitized by Google

thæ ex Simone Metaphraste. Apud Carreram citatum.

LEONARDUS SACCONIUS, ex oppido Montisalbani Sacerdos eximius: natus 18. Novembris anno 1601. Messanæ literis operam dedit, & gravioribus disciplinis insigniter excultus, Theologicâ laureâ donatus est. Inde patriæ suæ Archipresbyter renunciatus, animarum curam doctrinâ, ac vigilantiâ sedulò gessit. In eodem oppido mortalitatem explevit 11. Aprilis anno 1675. & in majori Ecclesia sepulturæ traditus est. Edidit opus inscriptum:

Epitome continens sensum literalem, moralem, & mysticum in psalmis, & canticis ferialibus. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1669. in 4.

LEONARDUS SIMON Messanensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor insignis, natus anno 1602. doctrinâ, & eruditione ornatissimus claruit. Messanæ ubi Medicinam fecit, non fine nominis celebritate vixit. Floruit anno 1656. Edidit opus doctissimum, cui titulus:

Gelodachria, ideſt de naturali, & præternaturali Risu, & Fletu, cæterisque humani Intellectus proprietatibus, cum Physiognomia, & earum curatione, opus non modò Philosopho, Medico, & Physiognomico, sed Theologo, Politico, Historico, cæterisque utile. Messanæ ex typographia Jacobi Matthæi 1656. in 4.

LEONARDUS TESTA Messanensis, natus 16. Decembris 1493. literisque addictus, in doctissimum Philosophum, ac Medicum evasit. Poesi etiam claruit, magnamque nominis sui famam excitavit. Decessit Messanæ 8. Julii anno 1556. & in Ecclesia S. Augustini sepulchro è marmore conditus jacet, in quo hæc legitur inscriptio: *Leonardo Testæ Messenio, Medico, & Poetæ celeberrimo, Patri benemerentissimo Filii pientissimi posuere. Vixit annos LXII. Mens. VI. Dies XXIII. Obiit VIII. Idus Julii M.D.LVI.*

De eo Josephus Bonfilius *in sua Messana lib. 4. p. 26. & lib. 7. pag. 54.* Placidus Samperius *in Iconologia Mariæ Virginis lib. 1. pag. 37.* & Petrus Ansalonius *de sua familia pag. 392.* Joannes etiam Vigintimillius in suum Poetarum Indicem retulit; poetica enim monumenta scriptis consignavit: at quæ scripserit, quæve ediderit, nondum comperi.

LEOPOLDUS A S. JOANNE BAPTISTA Messanensis Carmelita Excalceatus, primam aspexit lucem 25. Maii 1677. Acceptis ordinis insignibus, eximii tum ingenii laude studiorum curriculum absolvit: & anno ætatis 23. in Panormitano Ordinis sui Cœnobio Philosophiam docuit. A secretis tunc etiam fuit Josephi Mariæ à SS. Trinitate Siculæ Provinciæ Moderatoris. Philosophiam iterum tradidit, ac Scholasticam Theologiam in Melitensi Cœnobio. Moralem etiam Theologiam, sacrasque literas exposuit. Ingenii præstantiâ, eruditione, ac doctrinâ insignis, haud vulgarem commendationem apud Literatos promeruit, & accepit. Sacrâ eloquentiâ clarus sæpè cum Auditorum plausu è suggestu verba dixit, Orator egregius Messanæ, Syracusis, ac Melitæ coram Magno Equitum Hierosolymitanorum Magistro. Vivit nunc, & ad cinerales conciones sese parat. Edidit Italicè

La Cabala Sacra per la sacra Lettera scritta da Maria Vergine a' Messinesi. Panegirico. Messanæ apud Vincentium Amicum 1701. in 4.

Scripsit etiam, ac evulgabit

Miscellanea Philosophica Selectarum Quæstionum. in fol.

Secreta Uraniscopiæ, opus complectens instrumenta, ac praxim Horologiorum Solarium juxta varias figuras, ac formas.

La Galleria della Gratia, che contiene la vita, e morte di molte Venerabili Monache Carmelitane Scalze del Monastero dell' Assunta di Palermo, in istile panegirico, con elogii, & impresc. in 4.

Annotationi sopra la Scrittura Sacra, opera in più tomi, riccha di varie eruditioni sacre, e profane, con bellissime applicationi.

LUCAS BARBERIUS v. Joannes Lucas Barberius *tom. 1. pag. 347.*

LUCAS CALASCIBECTENSIS Ordinis Capuccinorum, vir à doctrina, & vitæ integritate laudatus. Claruit anno 1563. ex Dionysio Genuensi *in Bibliotheca Capuccinorum pag. 222.* qui scripsisse testatur:

Summam de Casibus Conscientiæ, quæ summa Lucana appellatur in tres tomos in 8. dipartita. Servatur m.s. Genuæ in Bibliotheca Capuccinorum.

LUCAS MARINEUS v. Lucius Marineus.

LUCAS MESSANENSIS Augustinianus, Theologus doctissimus, ac celebris. Floruit circa annum 1342. ut habemus ex Thoma Herrera *in Alphabeto Augustiniano tom. 2. pag. 19.* & Aloysio Torello *in Sæculis August. to. 5. an. 1342. n. 12. pag. 536.* qui scripsisse fatetur opus

In Magistrum Sententiarum, cujus sententias citat Alphonsus Toletanus *in 1. sentent.*

LUCAS SICULUS v. Petrus Siculus.

S. LUCIANUS Civis, & Episcopus Leontinus, vir sanctimoniæ gloriâ insignis. Archidiaconi dignitate primùm in Ecclesia Leontina refulsit: & christiana fortitudine insigniter munitus, Crescenti tunc impiissimo Antistiti restitit. Is enim cùm nefario ausu Martyrum corpora infrà altare condita defodere, & extra Ecclesiam proiicere meditaretur, Lucianus à nefando conatu Præsulem, malo genio obsessum, quâ operâ, quâ oratione deterruit. Paulòpost Crescente è vivis sublato, in ejus locum Lucianus suffectus est; qui sedulâ vigilantiâ Ecclesiasticam disciplinam, aliaque à perditissimo viro pessumdata instauravit. Sævam luem, quæ in Urbem grassabatur, orationis vi, ac jejunijs populo indictis substulit, ac justam Divini Numinis ultionem avertit. Per annos vigintiseptem Leontinæ Ecclesiæ præfuit, & circa annum 400. 3. Januarii sanctè decessit. Consule Octavium Caetanum *to. 1. SS. Sicilor. pag. 170. & in animad. pag. 144.* Rocchum Pirrum *lib. 2. Siciliæ Sacræ p. 446. & lib. 3. pag. 240.* Philippum Ferrarium *in Catalogo SS. extra Martyrologium Romanum 3. Januar. p. 5. & 7. Nov. p. 435.* Joannem Bollandum

in

Digitized by Google

in actis SS. Januarii to.1. pag. 136. Franciſcum Carreram *in Panth. Siculo pag.*4. Joſephum Perdicarum *in Vitis SS.Siculor.pag.*19. Carolum Antonium Converſanum *in Æthereâ Leontinorum Gloriâ p.*24. 151. *&* 195. & Philadelphum Maurum *in hiſtor.SS.Alphii,Philadelphi, & Cyrini pag.* 323.Hujus Sancti viri feſtus dies Leontini recolitur 3. Januarii. Scripſit ex Caetano citato *to.* 1.*SS.Siculor.pag.*87.

Hiſtoriam SS. Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini:ex ea, quam B. Marcus ſcripſit, ac impius Creſcens cremavit. An verò hanc Marci hiſtoriam exſcripſerit, an aliam de integro exaraverit, incompertum eſt, ut benè advertit Hieronymus Raguſa *in Siciliæ vet. Biblioth. pag.*174.

LUCIANUS RICCARDUS Panormitanus Ordinis Minorum Convêtualium S.Franciſci,Sacræ Theologię Magiſter doctiſſimus, ac concionator egregius, ab ingenii acumine, & eloquentia meritò celebratus. Virtutibus egregiis inſigniter excultus, ſui venerationem excitavit: & non ſine ſanctimonię fama deceſſit propè annum 1586. Hujus meminere Petrus Rodulphus *in Hiſt.Seraphica lib.*2.*pag.*281. Franciſcus Baronius *de Majeſtate Panor. lib.*3.*cap.*6. *pag.*128. & Philippus Cagliola *in manifeſt. Provinciæ Siciliæ Ord. Min. Conv. explor.*3.*manif.*2. *pag.*99. Edidit ex Baronio

Conciones.

In ſententias.

Et ex Cagliola

In Scripturam, & Theologicam diſciplinam Commentaria.

LUCIUS CINCIUS Hiſtoricus Siculus, cujus patria,& ætas latent. Leander Albertus *in Deſcr. Italiæ de Urbe Roma pag.*110.hunc Siculum fuiſſe tradit. Scripſit teſte Simlero *in epit. Bibliothecæ Geſneri pag.*121. ex Livio

Rerum Romanarum Hiſtorias.

LUCIUS MARINEUS: veriùs Lucas Marineus; Lucæ enim nomen Baptiſmatis tempore acceperat; at Lucium ſe vocari placuit, cùm eo ſæculo vixiſſet, in quo abuſus invaluerat, ut Literati renunciatis Sanctorum nominibus Romanis potius, ac Ethnicis gauderent: quod de noſtro Marineo eruditè obſervat Nicolaus Antonius *in Bibliotheca Hiſpana tom.* 2. *pag.* 359. qui Lucam in Lucii nomen transformavit. Hoc autem, ut Pomponii Læti ſtudio obſequeretur, feciſſe puto; hic enim ejurato Petri nomine Pomponius Lætus nominari voluit:& ne dum nomen ſibi immutavit, verùm etiam adoleſcentibus etiam, cùm poterat,id pręſtitit. Conſule Theophilum Raynaudum in libro: *Pietas Specialis punc.* 11. Fuit Lucius Siculus Bidinenſis, ut innumeri authores tradunt; quod ipſemet in epiſtolis ſuis fatetur *lib.*5.*epiſt.ad Cataldum Pariſium, & lib.*12.*ad Antonium Flaminium*. Hinc falſè inter Leontinos Illuſtres à Philadelpho Mauro *in hiſt.SS.Alphii, Philadelphi, & Cyrini lib.*1.*cap.*10. *pag.*72. recenſetur. A Friderico Manuello Bidinẽſi Vicario primis literarum elementis inſtitutus, teſte eodem Marineo *lib. 9. epiſt.* ſingulari ingenii felicitate donatus, literas ab ipſa pueritia enixè adamavit; & cõtra parentum vota,qui à literis Lucii animum avertere conabantur, literarum ſtudiis ſe addixit; eaque, licèt parentum auxilio deſtitutus,conſtantiſſimè proſequutus eſt. Catanam itaque primùm translatus à Petro Angueſſa, & poſt annum Panormi à Joanne Naſone viro celebri, de quo ſuo loco, latinas literas magnâ animi contentione accepit: Græcas verò à Jacobo Mirabella didicit. Mortuo Naſone Romam digreſſus, magiſtros habuit Pomponium Lætum, & Sulpitium, ſub quorum diſciplina eloquentiæ præceptis, cæteriſque diſciplinis inſtructus eſt. Fuit Orator diſertiſſimus & Poeta laureatus, ut videre eſt ex epiſtola Jacobi Ramirez Epiſcopi Malacenſis *in lib.* 2. epiſtolarum Marinei.In Philoſophicis,ac Mathematicis diſciplinis excelluiſſe colligimus ex epiſtola Montojæ ad ipſum Marineum *in lib.*11.*epiſtolar.* Hinc inſigni eruditione locupletatus Panormum evocatur, ut hìc literas ſub honeſta conditione publicè doceret; quod quinquennio præſtitit magno diſcipulorum progreſſu; ibique omnibus gratiſſimus claruit. Cùm autem Fridericus Henriquez Magnus Caſtellæ Architalaſſus in Siciliam appuliſſet, ut Annam de Cabrera Motucæ Comitiſſam uxorem duceret, in Hiſpaniam reverſurus, ſecum tranſtulit Marineum, quem ſpe felicioris fortunæ extimulavit, majoribuſq; honoribus illìc locupletatum iri promiſit, quàm in Sicilia.Id verò accidiſſe anno 1484, colligit Nicolaus Antonius *in Biblioth. cit. pag.* 360. ex *epiſtola* 1. *lib.* 4. (melius *lib.*8.) ejuſdem Marinei. At anno 1486. contigiſſe apertiſſimè deducitur ex Auguſtino Inveges *in Carthagine Sicula lib.*2. *cap.* 10. §.2. *n.*4. *pag.*495. Ideoque etſi commodè, lautèque Panormi degeret (non quia Eccleſiæ Panormitanæ Canonicus tunc eſſet, ut ait Rocchus Pirrus *de Abbatiis pag.* 65. cùm anno 1524.Canonicatum accepiſſet ex eodem Pirro *ibidem pag.* 229. ſed ob ſtipendii honeſtatem, quo profusè munerabatur) in Hiſpanias velificavit eo tempore quo bonæ artes iis in Provinciis jacebant; eaque tempeſtate cùm Antonii Nebriſſenſis operâ ex Italia latinæ literæ in Hiſpaniam ſunt revocatæ. Ad Antonium ideoque Salamanticam ſe contulit, ut unà cum ipſo in detergenda Hiſpanorum barbarie deſudaret; eorumque ingenia, alioqui acuta, humanioribus literis expolire conaretur. Hinc Salamanticæ perutiles Grammaticæ Inſtitutiones ſtatim compoſuit, ac eaſdem per duodecim annos publicè docuit; & ut cum Alphonſo Seguritano loquar *in epiſt, de laudibus Marinei, in ipſius epiſt. lib. 6. Ibi in maximo pretio habitus, per duodecim annos, aut certè amplius publicè profeſſus, non modo barbariem proſtravit,& delevit,ſed et extirpavit, & cum radice evulſit: vel minimum quippiam non amplius propagaturam. Idque fecit diligenter; adeout non minus Salamanticæ, & per totam Hiſpaniam de Linguæ Latinæ triumpho Lucio tribuatur, quàm Romæ, & per totam Italiam Laurentio Vallæ*. Nec tantummodo Grammaticæ

ru-

Digitized by Google

rudimenta, sed & oratoriam,& poeticam facultatem doctissimè tradidit ; nam ut in libro *de Rebus Hispaniæ* ait ipse Marineus : *Ut Civitatis viris præstantibus, tum equitibus, tum cæteris omnibus satisfaceret, & obsequium præstando gratificaretur, lectiones duas diebus singulis, alteram Poeticam, & Oratoriam alteram interpretatus fuit.* Ex ejus Schola innumeri prodiere præstantissimi viri, literis, ac doctrinâ clarissimi, qui Hispaniam mirificè illustrarunt, ut ex epistolis ipsius Marinei facilè quisquis colligere poterit. Hinc crescente in dies nostri Lucii famâ, ad Ferdinandi Regis, & Isabellæ Reginæ aulam accersitus fuit:aitque ipse Marineus *lib.*5.*epist.*ad Cataldum Parisium : *ad Ferdinandum Regem, & Isabellam Reginam potentissimos Principes proficiscar, qui me vel honorificâ conditione propositâ, & spe certâ beneficiorum per literas vocarunt, & nuntios.* Hinc in regiam domum delatus, ut Aulicos adolescentes latinis literis erudiret, & Regii Sacelli Sacerdotes optimis disciplinis plenius institueret, ibidem mirum in modum Marinei virtus, doctrinaque enituit ; nam comitate, modestiâ, morum elegantiâ, cæterisque animi, corporisq; dotibus ornatum demirati sunt omnes: ideoque ab omnibus veneratus, summâ benevolentiâ, & honore prosequutus est : & ut doctissimum, sapientissimumque decet, doctiorum omnium amorem sibi magnoperè conciliavit, hinc in epist.cit.ad Cataldum ait: *Hispanorum hominum mores, ingenia, & consuetudo me maximè delectat : nobilium præsertim, & literatorum, qui me non odio, non invidiâ, sed amore,beneficiis, & honoribus prosequuntur, colunt, & venerantur.* Equites nonnullos Poesim,ac Oratoriam facultatem per otium docuit ; & non modo apud Aulicos Literatos, ac Magnates insigni æstimatione valuit ; verum etiam & ipse Rex Ferdinandus in maximo pretio habuit Marineum, eumque summis honoribus cumulavit.Nam idem Marineus *in ep. ad Joannem Velascum lib.* 2. ait : *oportet me pecuniam Romam mittere, quibus apostolica expediantur diplomata pro quodam Siciliæ Sacerdotio, quod mihi splendidissimus Rex Ferdinandus ultrò contulit.* & in epistola sequenti ad eumdem. *Paucis ante diebus in Sicilia Sacerdotium honorificum, & nunc alia duo propè Salamanticam Civitatem ex regia indulti nominatione sum assecutus.* & *lib.* 6. *ep.* ad Lucium Flaminium : *contulit itaque mihi Rex noster Ferdinandus nudiustertius Sacerdotium : ideſt Abbatiam quamdam, cujus redditus mihi satis est ad honestè, beatèque vivendum. Est enim, ut à multis accepi, quotannis ducentorum aureorum ; mihiq; dexteram ejus osculanti munera, & beneficia multò majora pollicitus est.* Fuit hæc Abbatia S. Mariæ de Bordonaro in Sicilia, in cujus præsentationis literis datis 8. Aprilis 1505. in Civitate Tauri apud Rocchum Pirrum *lib.*4. *pag.*64. hæc habet Rex: : *Lucas in Salamantico studio, pluribus annis Poetica, & Oratoria facultatis Professor ; vir litteris illustris, qui præclara gesta per Serenissimum Regem Joannem laudabilia carminibus, & poematibus, & oratione solutâ redegit &c.* Sed cùm Petrus Isvaglies Messanensis S.R.E. Cardinalis ab eodem Ferdinando datis literis Vallisoleti 4.Novemb. 1510. ipsammet obtinuisset Abbatiam ex Pirro cit. ut propria jura propugnaret, Blascum Lanceam Catanensem Jurisperitum celeberrimum causæ Patronum elegit,cui epistolam dedit,quã leges *lib.* 17. *epist.*Marinei; ac eidem suã causam summoperè cõmendat:& *in epist.*ad Lucam Barberiũ,*ibidem*,gratias agit immortales,quod Barberius adversus Cardinalis vires causæ suæ patrocinium susceperit.At Cardinalis obitu,lis extincta est, & Lucius in libera Abbatiæ possessione constitutus ; hac de re ei gratulatur Gaspar Barachinus *in lib.* 17. *epist. Marinei*. Hanc autem Abbatiam an.1525. ex Caroli V.Imp.consensu successori Joanni Garsiæ cessit,teste Pirro *cit.pag.*65. A Ferdinando etiam pensionem aureorum 80. accepit ex iis, quæ Abbatia S.Mariæ de Terrana obtinet in Sicilia, solvendam, ex literis datis Vallesoleti 13. Aprilis 1506. apud Pirrum *cit. in not.Eccl.Syrac.pag.*230. Apud Ferdinandum Regem Capellani Regii munere claruit : ejusque jussu Commentaria de Rebus Hispaniæ scripsit, ac de Gestis Joannis ejus patris Aragoniæ Regis, quæ mirum in modum lætissimo animo excepit Ferdinandus;ac Regii Historiographi titulo cohonestatum voluit, quod ex epistolis ejusdem Marinei multimodis patet.Regem hunc ubique sequutus,ut *ex ep.*1.*lib.*2.cum eo Neapolim venit: hinc nonnullas an.1507.ab eo Neapoli datas epistolas legimus. Eodem Capellani Regii munere enituit in Cæsarea Caroli V.aula, ut ex memoratis commentariis colligitur ; & ab ipso Canonicus Panormitanæ Ecclesiæ, & Abbas Commendatarius S.Joannis de Eremitis eligitur an.1524.ex Pirro *de Abbatiis p.* 229. Quòd autem fuerit etiam Vicarius Generalis Ecclesiæ Panormitanę,ut innuit idem Pirrus *pag.*477.in libri margine, mihi falsum videtur: licèt enim *in not.Eccl.Pan.p.*171. scribat, Lucam de Marinis (Lucas etiam de Marinis, seu Marineus ab ipso vocatur *lib. de Abbatiis p.*64.) Vicarium Joannis de Paternione Archiepiscopi Panormitani egisse,ac Regni Comitiis Deputatum præfuisse ; attamen diversum puto Lucam de Marinis, à nostro Marineo; Marineus etenim nunquam in Siciliam rediisse ex ipsius epistolis colligitur : quòd si addas Joannem Paternionem obiisse anno 1511. ex Pirro *in not.Pan.pag.* 171. Marineum verò Canonicatum accepisse anno 1524.ut cum eodem Pirro tradidi, Lucam de Marinis Canonicum, ac Vicarium Generalem Joannis de Paternione, alium à Luca Marineo facilè intelliges. Paulò ante annum 1533. superstitem fuisse Marineum rectè narrat egregius vir Nicolaus Antonius in cit. *Bibliotheca Hisp.to.*2.*pag.*361. nam eo anno typis Complutensibus Marinei opus de Regibus Hispaniæ prodiit; aitque Marineus ad Carolum V. Cæsarem in epistola nuncupatoria,in Hispaniis commoratum fuisse quinquaginta propè annos; cùm autem anno 1484.primùm ibi appulisse scripserit laudatus Nicolaus Antonius, immo ipsemet

Digitized by Google

Lucas, non ante annum 1532. vel 1533. id affirmare potuit. Cui addo quòd anno 1533. Canonicatum Ecclesiæ Panormitanæ in gratiam Antonii Marinei nepotis cessit, ut habet Pirrus *lib.4.Abb. pag.229.* Quo verò anno, quove loco mors ejus acciderit, mihi incertum: sed perenni commemoratione ejus nominis fama in Hispaniarum Regionibus vivet: ob operam enim literariam in Hispanos collatam, ejusdem memoria nunquam ex hominum mente excedet. De laudibus Marinei legenda omninò est epistola Alphonsi Seguritani, quam habes *lib.6.epistolarum Marinei*, & in eodem epistolarum volumine multæ habentur epistolæ ad Marineum, & alios datæ, quibus Marinei nostri merita egregiis laudibus ornantur. Vide etiam Antonium Panormitam, Laurentium Vallam, & Hieronymum Suritam apud Pirrum *cit.& in not.Eccl.Syrac.p.244.* Vincentium Tortoretum *in fine Sacelli Regii*, Nicolaum Antonium cit. And. Schottum *Bibl.Hispan.to.2.pag.353.* Ant. Possevinum *Bibl. lib.16.sect.5.cap.13.* qui prius Lucium Marineum Siculum, exinde Mariam Siculum vocat. Edidit Marineus:

De Laudibus Hispaniæ libros VII. ad Rodericum Piementellum Beneventi Comitem. in fol. sine anno, ac loco: sed ante annum 1504. edidisse observat Nicolaus Antonius; nam lib.4. de Elisabetha Regina, ac Ferdinando conjuge tractat.

De Aragoniæ Regibus,& eorum rerum gestarum perbrevi narratione libros V. Cæsaraugustæ apud Georgium Coci Alemanum 1509. in fol. hoc opus in Hispanam Linguam vertit Bacchalaureus Joannes de Molina Hispanus, ediditque Valentiæ apud Joannem Jofre 1524. in fol. ac illa pars, quæ ad Catholicos Reges spectat prodiit Matriti 1587. in 8. hoc appositio titulo: *Somario de la Vida de los Reyes Catolicos D.Ferdinando, y D. Isabel de Marineo.* Ac tandem italicâ linguâ donavit Federicus Rocca, ac edidit Messanæ apud Faustum Bufalinum 1590. in 4.

Opus de Rebus Hispaniæ memorabilibus modò castigatum, atque Cæsareæ Majestatis jussu in lucem editum libris XXII. comprehensum. Compluti apud Michaelem de Eguja 1533. in fol. deinde Francofurti 1579. Et tandem inter Hispaniæ Illustratæ Scriptores Francofurti apud Claudium Marinum, & Hæredes Joannis Aubrii 1603. in fol. *tom.1.à pag.291.ad 517.* In Hispanam linguam vertit supralaudatus Joannes de Molina, ac edidit Compluti 1539. in fol. ex Nicolao Antonio *in Bibl.Hisp.to.1.pag.569.*

Epistolarum familiarium libros XVII. ad Alphonsum Aragonium Ferdinandi Regis filium. Vallisoleti per Arnaldum Guilelmum Brocarium 1514. in fol. Habentur & infrascripti libelli eisdem adjuncti, nempè:

Oratio ad Reges Catholicos de Rebus Siculis.

Oratio ad Ferdinandú Regé de laudibus Historiæ.

Oratio laudatoria ad Joannem Gothmannum Methymnæ Sidoniæ Ducem.

Oratio ad Rodericum Piementellum Beneventi Comitem: ea scilicet, quâ ei dicavit libros de Laudibus Hispaniæ.

De Parcis liber ad Petrum Aquilarium Pliecensem Marchionem.

Defensio ad Judices pro Antonio Porta discipulo, de verbo Fero; & ejus compositis perutilis repetitio.

Carminum libri duo.

Præter hæc, quæ publici Juris sunt, scripsit alia, quæ edita non vidi, nempè:

Grammaticæ Compendium, ex epistola sua ad Isabellam Reginam lib.1. epistolarum.

Hispaniæ descriptionem, & laudes carmine. Ex Alphonso Segura *in præfatione ad suum de laudibus Hispaniæ opus historicum.*

Breves quasdam illustrium Romanorum epistolas se collegisse ex veteribus libris refert Joanni Sereniſſimo Principi *lib.1.epist.*

De Fœminis Hispaniæ Illustribus, ex epist. ad Mariam Velasques *lib. 2. epist.*

De Episcoporum reddituum computo librum, ex Damiano à Goes apud Simlerum *in epitom. Biblioth. Gesneri pag.552.*

LUCIUS PORTIUS CALBETUS. v. Albertus Picciolus *to.1. pag.12.*

LUCIUS SIVIGLIA Syracusanus, Sacerdos pietate clarus, unus ex Patribus Sodalitii, Syracusani Jesu, Mariæque, & Monasterii S. Luciæ Capellanus. Edidit Italicè

Le tre hore d'Agonia di Giesù Crocefisso, e di Maria Vergine inchiodata à piè della Croce con i dolori del figlio. Catanæ apud Bisagnium 1699. in 8.

LUDOVICUS BALDUS Panormitanus Ordinis Capuccinorum, Concionator disertissimus, ac Sacræ Theologiæ Professor eximius: doctrinâ, & eruditione ornatus claruit, & in divinis literis versatissimus, sui opinionem excitavit. Hujus meminere Dionysius Genuensis *in Biblioth. Capuccinor.pag.224.* & Torreciglia *in speculo apologetico de excellentia Religionis Seraphicæ*, ubi de Scriptoribus Capuccinis. Scripsit

Commentaria Varia in Sacram Scripturam. Ipsum citat Thomas Calona *in lib. Judicum cap.1. n.24. §.1. pag.158.*

LUDOVICUS DE BLASCIS Panormitanus, Joannis Baptistæ de Blascis Magnæ Regiæ Curiæ Præsidis filius, Jurisconsultus doctrinâ clarus. In Panormitano Prætorio Judex præfuit annis 1624. 1627. & 1631. Hujus vidi

Allegationes in causa Baroniæ Martinorum, feudi Scordiæ, & aliorum bonorum pro D. Aleonora Campulo, & de Blascis, contra D.Alvarum Valdasi. Panormi in fol.

LUDOVICUS BONITUS nobilis Panormitanus, ex Rocco Pirro *in appendice ad not. Eccl. Panor. pag.481. & disquisit.1. de Patriarcha Siciliæ pag. 18.* Placido Caraffa *in Motuca Illustrata pag. 74.* & Vincentio Auria *in Chronologia Archiep. Panor. edita post historiam Crucifixi Panor. Eccl. pag. 202.* At Agrigentinus ex Ferdinando Ughello *in Italia Sacra to.3. pag. 550. to. 4. pag. 683. & to.9. pag.193.* quem sequitur Augustinus Oldoinus *in Addition.ad Ciacconium De Vitis Pontif. to.2. pag.767.* Natus ex prænobili familia Bonito, quæ originem traxit è Scalensi Civi-

Digitized by Google

vitate in Regno Neapolitano, literis operam dedit, & optimis disciplinis abundè instructus, Jurisprudentiæ laureâ donatus est. Adhuc juvenis anno 1383. à Panormitanæ Ecclesiæ Canonicis Archiepiscopus Panormitanus electus est: eique Urbanus VI. sacrum misit pallium; ac Manfredo Claramontano Siciliæ Admirato Ludovicum commendavit. Ecclesiam, inter Regni turbines involutus, octennio gubernavit: inde Claramontanos sequutus, à Martino Siciliæ Rege è sua Sede pulsus, anno 1391. ad ipsam amplius non rediit, nec in eadem Ecclesia decessit, ut Pirrus *in not. Eccl. Panor.* 160. putavit; sed ex Ughello, & Oldoino cit. Romam petiit, & à Bonifacio IX. benignè exceptus, apud ipsum, alios q; Pontifices claruit, ac nonnullis aulæ muneribus egregiè perfunctus est. Depositio Archiepiscopi Panormitani titulo, Antibarensis Præsul in Albania anno 1395. inde an. 1396. 22. Maii Thessalonicensis Archiepiscopus constituitur: anno verò 1399. 5. Septembris ad Episcopatum Bergomensam, & anno 1400. 15. Novembris ad Archiepiscopalem Pisanam Sedem ab eodem Bonifacio transfertur. At harum Ecclesiarum faciem non vidit, gravioribus Apostolicæ Sedis negotiis adhibitus. Ab Innocentio VII. anno 1406. Tarentinæ Ecclesiæ præficitur, quam usque ad supremum diem retinuit. Apostolicus Nuncius ab eodem Pontifice missus est ad Ladislaum Neapolis Regem; eoq: in munere confirmavit Gregorius XII. à quo 18. Septembris 1408. inter S.R.E. Cardinales cooptatus fuit titulo S. Mariæ Transtyberim: hinc Cardinalis Tarentinus, in ultimæ sponsæ obsequium, vocari voluit. Inter varios rerum eventus, in schismate sua tempestate exorto, Gregorium nunquam reliquit. At dum ad Concilium Constantiense tenderet, Arimini febri correptus, ibi summo omnium dolore è vita excessit 13. Septembris 1413. Ad ædem Divi Francisci solemni pompâ delatus 15. ejusdem mensis, funebri oratione Ludovici virtutes, ac promerita celebravit Joannes Dominicus Cardinalis Ragusinus: funeri interfuere Cardinales, Episcopi, Abbates, qui apud Gregorium tunc Arimini degebant. Sacrum verò solemne decantavit Antonius Cotarius Episcopus Bononiensis, ipsius Gregorii nepos, ex Oldoino; quem Joannem, ex Cæsare Clementino *in hist. Ariminiensi*, vocat Ughellus. Ibidem ejus Sepulchrum è marmore in medio Ecclesiæ inspicitur cum ejus effigie, ac familiæ insigniis, cui additum hoc epitaphium.

Hic animo, moribus, sensu, virtute, senecta
Consiliorum potens, Ludovicus stirpe Boneto
Agrigentinæ Siculæ telluris, ut ipse
Ingenio clarus, sic dignitate serenus,
In sacro famam, Romanaque Tarentum
Præbuit Ecclesiam per mille pericula Papæ
Gregorii sub vera tenens fuit usque secutus.

Nonnulli, ut notant Ughellus, & Oldoinus, Ludovicum nostrum inter Cardinales Nobilissimæ Familiæ Brancaciæ reponunt, inter quos Joannes Juvenis *de varia Tarentinorum fortuna*, Ciacconius *in Vitis Pontif.* Victorellus, & ipsemet Ughellus *in addit. ad Ciacconium*, Aubery *in vita*, Felix Cantelorus *in Elencho Cardinalium*; quibus addo Platinam *in vitis Pontif. pag.* 495. at errorem hunc à Joanne Juvene exortum putant, qui omnium primus, Agrigentino Neapolitanum, Bonito Brancacium substituit. In Ecclesia Amalphitana inscriptio extat, quam ad perennem Ludovici memoriam Gentiles sui posuere: eamque exscribunt Ughellus, & Oldoinus citati, & hìc subnectimus.

Ludovico Boneto S. R. E. Cardinali
Inclyta progenie conspicuo,
Panormitanæ, Antibarensis, Thessalonicensis,
Bergomensis, Pisanæ, ac Tarent. Eccles.
Antistiti.
Ab Innocentio Septimo Neapolim Legato
Ad Ladislaum Regem misso.
A Gregorio XII. Legatione obita
In Purpuratorum Patrum Collegium
Cooptato,
Arimini vita functo A. M.CCCC.XIII.
Idibus Septembris.
A Cardinali Ragusino funebri oratione
Laudato.
Marmoreo tumulo ibidem in Ecclesia
Sancti Francisci
Quiescenti Gentiles ejus
P. P.

Neapoli etiam in Sacello Familiæ Bonitæ in Ecclesia S. Dominici, Ludovici effigies marmori affabrè insculpta ab Equite eximio Cosma Fonsaga, cum hac inscriptione inspicitur, ex Carolo de Lellis *in supplemento ad Neapol. Sacr. Cæsaris Eugenii pag.* 134.

Ludovico Bonito S.R.E. Cardinali
Tarentinæ, & Panormitanæ Ecclesiæ Præsulatu
Sedisque Apostolicæ Legationibus
Conspicuo,
Arimini marmoreo simulacro,
Gentilitio stemmate ornato,
Jacenti,
In avita æde ad suorum Consortium hìc restituto,
Julius Cæsar Bonitus Princeps Casæ Piscellæ
Pius in suos
Anno Dom. M.DCLIV.

De eo præter Auctores citatos Blasius Altimarus *in memor. historicis Familiarum Nobilium lib.* 1. *pag.* 29. Vincentius Magnati *in notit. histor. Terræmotuum pag.* 337. Vincentius Coronellus *in Biblioth. to.* 5. *pag.* 1159. & Dominicus Ant. Parrinus *in epist. nuncupatoria ad Dominicum Bonitum Boniti Ducem apud Raphaelem Philamundum in libro: Genio Bellicoso di Napoli par.* 1. *pag.* 342. Scripsit Ludovicus

Concilium Provinciale Panormitanum an. 1388. 10. *Novembris celebratum.* Hujus meminit Synodus Panormitana sub Archiepiscopo D. Jacobo Palafox *par.* 3. *cap.* 7. *n.* 58. *pag.* 129. Vidi m. s. apud D. Franciscum Marchesium Canonicum Panormitanum, & apud Joannem Mariam Amatum Soc. Jesu, viros de rebus Panormitanis

Digitized by Google

benemerentiſſimos: ille in Addictionibus ad Notitiam Panormitanam Abbatis Rocchi Pirri evulgabit: hic ſeorſim in lucem emittet eruditiſſimis notis illuſtratum, ut innui *to. 1. pag.* 348.

LUDOVICUS BUGLIUS Menenſis Societatis Jeſu, inſignis Catholicæ Fidei propugnator, & in Chriſti Domini vinea Operarius. Clariſſimo ortus genere parentibus Mario Buglio, Burgii Barone, Bifaræ, & Favarottæ, & D. Antonia Gravina Isfar, & Corilles, Marchionis Francifontis filia, lucis uſuram accepit 26. Januarii 1606. Anno ætatis ſuæ ſeptimo in militarem Ordinem Equitum Hieroſolymitanorum receptus eſt, cum diſpenſatione minoris ætatis, ut ex diplomate F. Aloyſii de Vignacour Magno Hieroſolymitani Ordinis Magiſtro patet, dato Melitæ 18. Maii 1612. At ſpretis mundi illecebris, annum agens 17. Societatem Jeſu amplexus eſt anno 1623. & abſoluto tyrocinio, ad Romanum Collegium miſſus, ibi in ſtudiorum paleſtra deſudavit uſque ad annum 1634. Eodem anno ab Ordinis Generali deſignatus pro Orientali Miſſione Ulyſſiponam conceſſit, è cujus portu ſolvens anno 1636. ad urbem Goæ pervenit. Sed cùm Catholicæ Fidei cultoribus aditum ad Japponicam Miſſionem occluſum vidiſſet, ne otio animi ſui ardor tepeſceret, ad excolendam Sinenſem vineam animum vertit: ideoque Macaum attigit anno 1637. ubi apoſtolicos labores aggreſſus, magno ſpiritus fervore, uberrimos fructus in Catholicæ Religionis amplificationem undequaque collegit. Hæc una egregio viro fuit occupatio, nempè ſtudium alienæ ſalutis. Per annos 45. magnis exhantlatis laboribus, in ampliſſimis Sinenſium Provinciis Chriſti Fidem naviter diſſeminavit, multoſque Eccleſiæ aggregavit, inter quos nonnullos ex ſapientioribus Sinenſibus. Multa perpeſſus, ærumnis, carceribus, periculis vexatus, ſagittis confoſſus, & catenis vinctus, pluries mortem ſibi occurrentem vidit, ſæviſſimum martyrii genus minitantem: at mirabiliter à Deo ſervatus eſt: etſi ad ipſam toto animi ardore anhelaret, eamque imperterrito pectore expectaret. In laborioſa illa expeditione Sodalibus ſuis præfuit: & mirabili eloquentiâ coram Rege liberam Catholicæ Fidei profeſſionem propugnavit, contra Tribunalis Rituum Miniſtros: ideoque facultatem obtinuit, ut ſine ullo repagulo veræ Religionis inſtitutum profiteretur: ipſeque primus idem in provinciam Sucheven invexit. Hinc reſerato Evangelii Miniſtris in eo regno oſtio, revocati ad munia apoſtolica Miſſionarii jam antea ejecti: & conciliatâ ſibi Regis benevolentiâ, titulum Magni Mandarini Sinarum promeruit. Tandem poſt diuturnos labores in Pakein Regia Urbe vitam meritis cumulatam abſolvit 7. Octobris an. 1682. Funus Regis juſſu, & expenſis celebratum; ipſe enim Rex egregias viri dotes, virtutes, doctrinamque magnâ æſtimatione proſequebatur. De eo pauca ſparſim, ſed laude referta, liber inſcriptus *Noviſſima Sinica* editus anno 1699. alia ex relatione Patrum Societatis habui. Ipſum etiam laudant Dominicus Albertus *in hiſt. Sicula Soc. Jeſu lib. 6. c. 12. pag.* 659. & Andreas Minutolus *in not. Prioratus Meſſanen. pag.* 30. & 50. Gravioribus diſciplinis fuit Ludovicus inſigniter excultus, & in Sinenſibus literis verſatiſſimus: hinc ad animarum beneficium ſupra 80. volumina Sinicè edidit, ex quibus ſolummodo nobis innoteſcunt ſequentia.

Index S. Thomæ Aquinatis in totam Theologiam. Vol. IV.

Ejuſdem S. Thomæ Summa Theologica multis voluminibus comprehenſa. nempè

De Deo, & attributis divinis. Vol. VI.
De ratione, & Statu Primi Hominis. Vol. IV.
De SS. Trinitate. Vol. III.
De Incarnatione. Vol. VI.
De Angelis. Vol. V.
De Anima. Vol. VI.
De rerum principio Vol. I.
De materialium creatione. Vol. I.
Compendium S. Legis.
Apologia contra adverſarios S. Legis.
Miſſale Romanum:
Rituale Romanum.
Summa Chriteriana Caſuum.
Officium Defunctorum.
Parvus liber Precum.
De moribus, & ſtatu Europeorum liber oblatus Imperatori.
Vita, mors, & exequiæ P. Gabrielis de Magagliânes in aula defuncti.
De Leone Libellus, ex occaſione Leonis à Luſitano Legato defuncti.
De Falcone liber oblatus Imperatori.
Breviarium Romanum prælo paratum.

LUDOVICUS LA LOMIA Siculus, forſan ex oppido Cammaratæ, Juris utriuſque Doctor inſignis, Cammaratenſem Comitatum Gubernatoris titulo rexit. Divitiis auctus Panormum ſe tranſtulit, ubi domum ſibi extruxit, domicilium fixit, ac ſplendidè vixit. Circa annum 1610. Panormi deceſſit. Hujus meminit Philadelphus Mugnòs *in Theatro Genealog. par. 2. pag.* 88. Edidit

Allegationes Jurium in cauſa aſſerti ſpolii infra bimeſtre. Panormi 1608. in fol.

LUDOVICUS MANSONIUS Panormitanus Societatis Jeſu, natus 1546. cùm annum ageret 14. anno 1560. Societatem amplexus eſt. In ea inter præclariores, qui eximiâ doctrinâ, ac muneribus eamdem illuſtrarunt, non immeritò recenſitus fuit. Gravioribus ſcientiis egregiè excultus, Philoſophiam, ac Theologiam docuit non ſine laude Panormi, Romæ, & Mediolani. Collegia rexit Genuenſe, Romanum, Germanicum Romæ, & Mediolanenſe. Panormi etiam Præpoſitum, & Romæ Vice-Præpoſitum egit. Provincias Neapolitanam, ac Mediolanenſem gubernavit. Sardiniam verò viſitavit. A Clemente VIII. Pontifice electus fuit Sedis Apoſtolicæ Nuntius in Hiberniam, cum poteſtate Legati à Latere, & ampliſſima facul-

ta-

Digitized by Google

tate visitandi quascumque Ecclesias, etiam Metropolitanas, ac Patriarchales, ut ex diplomate dato Romæ 19. Maii 1601. dilucidè patet. At licèt ex temporum conditionibus immutatis hæc legatio non fuerit executioni demandata, ex ipsa tamen designatione, nostri Ludovici excellentiam indubiè colligimus. In Siciliam regressus, post innumeros labores tum docendo, tum etiam concionando, iterum Romam accersitus est ad pertractanda magni momenti negotia, ne dum Societatis, verum etiam & in Panormitanæ Urbis beneficium, & totius Christianæ Reipublicæ commodum. Sed in itinere Messanam appulsus, ibi meritis, virtutibusque insigniter cumulatus decessit 2. Septembris 1610. De eo vide Bibliothecam *Soc. Jesu pag.* 568. Franciscum Baronium *de Majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 126. Silvium Tornamiram *in Prodigiis Eucharistiæ cap.* 2. *pag.* 30. & Philippum Labbè *in Chronolog. Pinacatheca an.* 1610. *p.* 321. E Lusitana lingua in Italicam vertit

Vita del B. P. Francesco Xaverio della Compagnia di Giesù, composta dal P. Gio: di Lucena in lingua Portogheſa, e trasportata nell' Italiana. Romæ apud Bartholomæum Zannetti 1613. in 4.

Adversaria. m. s. servantur in Bibliotheca Domus Professorum Societatis Jesu Panormi, eaque citat Joannes Rhò *in Interrogat. apologet. pag.* 177.

LUDOVICUS MATRASCIA. Agrigentinus Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci, vir magnæ auctoritatis, ac doctrinæ apud sodales suos: fuit etenim Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, pluries Siculæ Provinciæ Definitor, Provinciæ Vallis Neti Custos, ac Provinciæ Vallis Mazariæ Provincialis. Prudentiâ, & doctrinâ clarus, dum Cœnobium S. Antonini Panormi Guardiani munere gubernabat, ibidem obiit 17. Septembris 1663. Hujusce meminit P. Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico pa.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 576. Scripsit

Relationes Provinciæ Reformatæ Vallis Mazariæ Regni Siciliæ. m. s. in 4. servantur in Cœnobio Agrigentino S. Viti; & Tognolettus in opere citato nonulla ejusdem operis fragmenta exscribit.

LUDOVICUS MESSANENSIS Ordinis Observantiæ S. Francisci, vir doctissimus, qui in scholasticis speculationibus acutissimum patefecit ingenium. Florente publica Messanensi Academia, in ea graviores disciplinas docuit. Musas egregiè coluit, quibus nō modicam laudem promeruit. Ipsum laudant Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.* 2. *pag.* 150. & Josephus Ambrosius *in Relatione Solemnitatis Epistolæ Marianæ pag.* 349. Scripsit heroico versu

Subtilitates Scoti. m. s. servantur in Cœnobio Messanensi S. Mariæ de Jesu.

LUDOVICUS MINUTOLUS nobilis Messanensis Ordinis Prædicatorum, natus anno 1600. ex Hieronymo Minutolo Equite Messanense, & D. Isabella Staiti, adolescentiam inter sæculi cōmoda laudabiliter traduxit. At annum agens 22. ad singulare certamen à quibusdam Equitibus vocatus, vulnus manu accepit. Dixeris plagā hanc divini amoris ictum, lumine enim divino perfusus, vix sanitati restitutus, sæculi fugam maturavit, relictisque mundi pompis, magno cum fervore Prædicatorum institutum amplexus est in Messanensi Cœnobio S. Dominici; & deposito Annibalis nomine, illud Ludovici assumpsit. Eximio animi ardore ad regularem vitæ rationem, numeris omnibus absolutam, omnia vitæ momenta composuit: in literarum verò studiis ita profecit, ut exactis cum laude graviorum disciplinarum spatiis, easdem postea gradatim docuerit, usque dum Magister renunciatus, theologicâ laureâ cohonestatus est. Doctrinâ insigniter excultus refulsit: ideoque in Sicilia apud Fidei Quæsitores fuit librorum Censor, & Qualificator. Simoni Carafæ Archiepiscopo Messanensi gratissimus, ab ipso fuit electus in suum Theologum, ac Synodalem Examinatorem. Messanensis Magistratus sæpius in gravioribus negotiis Ludovicum cōsulebat, omnesq; viri egregias ejus consultationes mirificè venerabantur. Doctrinam virtutibus, ac sanctimoniâ illustravit: magnâq; æstimatione passim Messanę prosequebatur, ubi adhuc sāctitatis suę fama mirificè viget. Quidquid à consanguineis accipiebat, diffusè in pauperes erogabat, præsertim in eos, quibus natalium conditio, & verecundia stipem emendicare prohibebat. In pertractando corpore sęvissimas pœnitentiæ regulas observabat. In Imaginem Sancti Dominici apud Soram servatam studiosissimus fuit, ejusque cultum amplificare curavit: hinc illius Cœnobii Fratres, ut ejusdem negotia curaret Messanæ delegerunt. Multa de Ludovico narrantur admiratione digna, præsertim, quòd mortis suæ diem sibi prædixerit; ac mulier ex acerbo brachii dolore cruciata, ad ejus vestis contactum sanitatem receperit. Prudentiâ excelluit, quam in obitis muneribus ex obedientia acceptis, laudabiliter detexit: rexit enim Cœnobium S. Dominici Messanæ, Definitorem Provinciæ Siculæ egit, ipsamque Provincialis munere tum consilio, tum etiam & paterno amoris officio gubernavit: regularem verò observantiam magis exemplo, quàm verbo excitavit. Multa in Cœnobii Messanensis beneficium patravit; idque sacrâ supellectili locupletavit. Tandem post diuturnam, ac laboriosam ægritudinem, ac cum morte colluctationem acerbissimam, quas invictâ animi fortitudine patientissimè toleravit, sanctè decessit Messanæ 10. Augusti anno 1673. Maximo animi dolore funus celebratum, & ad egregii viri cadaver, sanctimoniæ opinione populus excitus, confluxit, vestesque ad venerationem dilaniavit: hinc meritò inter illustriores Ordinis recensitus est. Justitiæ sectator integerrimus, ita ejus jura servare contendit, ut nec carni, nec sanguini prospexerit: ideoque ad ipsius tuitionem scripsit

Brevem notitiam eorum, quæ pertinent ad Justitiam Commutativam, & ad probabilitates opinionum

num, in duas partes divisam. Venetiis ex typographia Baretiana 1665. in 4.

Additiones ad primam, & secundam partem eorum, quę pertinent ad Justitiam commutativam, & ad probabilitates opinionum. Ibidem ex eadem typographia 1667. in 4.

LUDOVICUS MONACO' Messanensis, ex Ordine Clericorum Regularium Minorum, Concionator celeberrimus. Religioni nomen dedit Messanæ anno 1630. in qua gravioribus disciplinis imbutus, sacram eloquentiam mirificè coluit: ideoque maximo cum plausu, populique frequentiâ in cinerali jejunio conciones habuit Romæ, Neapoli, Venetiis, Ferrariæ, Messanæ, Catanæ, & Panormi tum in principe Templo, tum in Ecclesia Ordinis; ab eruditione, doctrina, & eloquentia celebratus. Per totum anni circulum etiam concionatus est, Neapoli, Romæ, Panormi, & Messanæ. Bis Præpositi munere Domum Urbanæ rexit. Panormi inter Academicos Animosos inclaruit. Tandem fato cessit Panormi in Domo S. Joānis an. 1665. Ipsum meritò laudibus extollunt Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 62.* Placidus Reina *in hist. Messanæ par. 2. pag. 527.* & Stephanus Maurus *in sua Messana cap. 21. pag. 203.* Edidit Italicè

L'Aquila Colorita discorso funebre nella morte del M.R.P.M. Decio Carrega. Panormi apud Petrum Coppolam 1644. in 4.

La Vergine Dolente, o vero de' Dolori della SS. Vergine nella Passione di Christo N. S. Romæ apud Franciscum Monetam 1646. in 4.

Settimana Santa, nella quale si meditano tre punti: cioè il Salvatore Appassionato, l'Ostia Consecrata, la Vergine Addolorata. Ibidem apud eumdem 1647. in 4. Venetiis apud Juntas, & Babbam 1647. in 4. in hac secunda editione accessit: *Aggiunta di Venti pietosissimi affetti della Vergine addolorata, e del Peccator contrito verso Christo appassionato.* Tandem prodiit Venetiis apud Babbam 1658. in 4.

Assunti Quaresimali, ex Mauro citato.

La Medaglia discorso delle Bellezze di Palermo, recitato nell' Accademia de' Signori Accademici Animosi di Palermo. m.s. in 4. autographum apud me.

LUDOVICUS MONTALTUS nobilis Syracusanus, D. Antonii Montalti Prati, & Molaccæ Baronis filius; fuit & ipse Ludovicus Baro etiam ut dicunt, *delle Sciare, & Collibassi.* Doctrinâ excultissimus; & utriusque juris laureâ insignitus causarum patronum maxima cum laude egit; hinc ob egregiam doctrinam ad primarias Jurisprudentiæ dignitates fuit meritò evectus. In Sicilia fuit Magnę Regiæ Curiæ Fisci Patronus, anno 1507. Regiusque Consiliarius. Ad Hispaniam accersitus in Supremo Aragoniæ, & Siciliæ Consilio præfuit Regens. Neapoli Tribunalis Regiæ Vicariæ primùm Regens; inde Regiæ Cancellariæ Regens, & Decanus. Eo in munere sedens Regnum Neapolitanum rexit tum discedente Carolo de Lanoy Prorege anno 1523. tum etiam eo decedente ann. 1527. Anno 1533. Neapoli obiisse puto, nam usque ad hunc annum Regentis munere præfuit ex Nicolao Toppio *de origine Tribunalium Urbis Neapolis par. 3. à p. 145. ad 149.* ubi de nostri Ludovici muneribus. Sepultus est in Ecclesia S. Mariæ de Populo, ubi in Sacello ipsius familię hoc legitur epitaphium, quod *in Neapoli Sacra* Cæsar Eugenius exhibet *pag. 189.*

D. O. M.
Ludovicus Montaltus genere Siculus
Eques Neapolitanus,
Ac Magni Fori Præfectus,
Et Vincentia Montalta Conjuges
Hoc loci sepulturæ sibi,
Familiæque suæ P.

Hujusce egregii viri meminere Petrus Gravina *in Poem. & Epigr. p. 16.* Octavius Beltranus *in Descrip. Regni Neapol. pag. 81.* Dominicus Ant. Parrinus *in Theatro Proregum Neapol. to. 1. pag. 67. & 112.* Petrus Ansalonius *in sua familia p. 333.* Mugnós *in Theatro Nobil. Sic. p. 2. pag. 184.* Joannes Antonius Summontius *in hist. Neapolis par. 1. lib. 1. p. 125.* Toppius cit. Possevinus *in Appar. Sacr. t. 2. pag. 363.* & Thobias Almagiore, seu potius Blasius Altimarus *in not. histor. Neapolis pag. 94.* Scripsit

Lecturam super Ritu Regni Siciliæ. in commentariis super Ritu collectis à Marcello Conversano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

Ad Bullam Apostolicam Nicolai V. & Reg. Pragmaticam Alphonsi de Censibus Adnotationes. extant in Tractatu de Censibus Petri de Gregorio. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1609. in 4. & iterum Panormi typis Francisci Ciotti 1622. in fol.

Tractatum de Reprobatione Sententiæ Pilati. extat in Tractatibus Universi Juris *to. 14. pag. 8.*

Super Caput Volentes. ex Francisco Milanense *decis. lib. 1. decis. 8. pag. 46.*

LUDOVICUS NOCILLA Panormitanus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lector, doctrinâ, & eruditione inclytus. Claruit circa annum 1607. Ipsum laudat Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Marian. par. 2. pag. 64.* Ab Hispana lingua in Italicam vertit

Libro dell' Historia, e de' Miracoli fatti ad invocatione di Nostra Donna di Monserrato. Panormi apud Jo: Antonium de Franciscis 1607. in 8.

LUDOVICUS PANORMITANUS Ordinis Prædicatorum, eruditione, & ingenio illustris, claruit anno 1570. Scripsit ex Joanne Michaele Pio *de viris illustr. Ord. Prædic. lib. 1. pag. 72. & in indice Auctorum,* quem sequitur Ambrosius de Altamurâ *in Biblioth. Dominicana pag. 344.*

Chronicon Parvum. Asservatur m. s. Bononiæ in Bibliothea Fratrum Prædicatorum. At corrigendus Altamuranus, qui Ludovicum Prelormitanum vocat. Ipsemet Altamuranus *p. 279.* Ludovici Chronicon citans, ait: *Ludovicus Panormitanus in Chronica manuscripta.*

LUDOVICUS PANORMITANUS Ordinis Ca-

Digitized by Google

Capuccinorum ex familia Bianco, natus anno 1647. ætatis suæ 15. Ordinis habitum accepit in Cœnobio Calataniſſettæ 20. Auguſti 1662. Literarum ſtudiis apprimè addictus, doctrinâ cumulatus claruit; ideoque non ſine ingenii, & eruditionis laude Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam ſodales ſuos docuit. Conciones etiam tum in cinerali jejunio, tum etiam extra Quadrageſimam magno cum fructu habuit in præcipuis Siciliæ Civitatibus: à Sanctorum Patrum copiâ, eruditione, eloquentiâ, ac animarum zelo non immeritò celebratus. Miſſionibus obeundis dicatus, ſæpè in vitia ſummo animi ardore, magnoq; fructu detonare viſus. A Moderatoribus ſuis Generalis Procurator electus eſt, ut Ven. Bernardi Corleonēſis Capuccini Proceſſus de ejus vita, ac miraculis conderētur, & ut ipſius Apotheoſim promoveret: eoſque non ſine magno labore ad umbilicum perduci curavit. Pluries Guardiani, & Cuſtodis munere Ordinis Cœnobia rexit. In Panormitana Provincia pluries etiam Definitoris gradu cohoneſtatus, inde Provincialis honore præfuit. Nunc iterum, dum hæc ſcribimus anno 1708. eamdem Provinciam gubernat; & prudentiâ, doctrinâ, morumque integritate omnium venerationem promeretur. Edidit Italicè

Miracoli del Venerabil Servo di Dio F. Bernardo da Corleone Siciliano Religioſo Laico dell'Ordine de' Capuccini della Provincia di Palermo. Edita ſuppreſſo nomine in vita ejuſdem à P. Benedicto Sambenedicto ſcripta, & Panormi recuſa typis Felicis Marini 1700. in 4. *à pag.* 297.

Vita del Servo di Dio P. Biagio da Caltaniſſetta, Predicatore Capuccino della Provincia di Palermo. Panormi ex typographia Dominici Corteſii 1704. in 4. Scripſit etiam

Croniche della Provincia di Palermo de' Padri Capuccini.

LUDOVICUS PAPPALARDUS ex Oppido Pidaræ, at privilegii jure Civis Catanenſis, Juris utriuſque Doctor, & Poeta. Vivit, ediditque Italicè

L'Obeliſco alle Grandezze della Pedara Ode Panegirica Eſſaſtica. Catanę apud Biſagnium 1687. in 8.

Raguaglio encomiaſtico della feſta della Pedara. Ibidem apud eumdem 1687. in 8.

LUDOVICUS PROTOSPATARUS Panormitanus ex Clericis Regularibus Minoribus, quibus ſe aggregavit anno 1625. Vir à doctrina, ſacra eloquentia, vitęque probitate celebratiſſimus. Per annos circa viginti quadrageſimale curriculum concionando perfecit Romæ, Neapoli, Panormi, Meſſanæ, Catanæ, & in aliis Italiæ Civitatibus: ſemper cum plauſu, populique concurſu auditus. Extra Quadrageſimam etiam per anni circulum Romæ, Meſſanæ, Catanæ, & alibi conciones habuit. Sodalibus ſuis præfuit Urbanæ; & Romæ à Secretis fuit Generalis totius Ordinis. Romæ tandem obiit anno 1670. Ipſum laudat Placidus Reina *in hiſt. Meſſanę par.* 2. *pag.* 94. Edidit Italicè

La Bellezza di Meſſina rappreſentata nella Predica della Lettera, che le ſcriſſe la Gran Madre d'Iddio per l'anniverſario ſolenne, che ſi celebra a 3. *di Giugno nel Duomo di Meſſina l'anno* 1646. Rhegii apud Jacobum Mattei 1646. in 4.

LUDOVICUS (aliis ALOYSIUS) SADOC Panormitanus Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Sacræ Theologiæ Magiſter, doctrinâ inſtructiſſimus claruit, & inter illuſtriores temporis ſui viros habitus eſt. Siculæ Provinciæ pluries præfuit, quam virtute, ac literis plurimùm exornavit. Definitoris, & Provincialis munere inſignitus, Generalibus Ordinis Comitiis interfuit annis 1430. 1440. & 1447. De eo Joannes Baptiſta Lezana *annal. Carmel. to.* 4. *an.* 1430. *n.* 9. *an.* 1440. *n.* 10. *an.* 1447. *n.* 5. *& an.* 1450. *n.* 9. *pag.* 818. 854. 867. & 875. qui Geſnerum *in Biblioth.* corrigit; is enim, eodem Lezana teſte, anno 1390. floruiſſe tradit: ita & *in Epitom. edit.* per Joſiam Simlerum *pag.* 33. Conſule etiam Danielem à Virgine Maria *in Speculo Carmelit. tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 5. *n.* 3694. *pag.* 1067. Scripſit ex Lezana, & Geſnero

Diſputationes quaſdam lib. 1.

Sermones plurimos, & alia.

LUDOVICUS SCOTUS, ſeu veriùs SPOTUS Catanenſis, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Magiſter inſignis, in ſcholaſticis diſciplinis verſatiſſimus, ac inter ævi ſui præcipuos Theologos meritò recenſitus. Ingenii aciem patefecit in Comitiis Generalibus Ordinis Romæ coactis anno 1665. in quibus primatum inter præcipuos ſcientiarum propugnatores obtinuit. Maxima cum doctrinæ laude, ac plauſu ſcholaſticam doctrinam Lector, & Studiorum Regens docuit apud Caſalenſem urbem Montisferrati, Panormi, Peruſiæ, Genuæ, & Bononiæ, quibus in locis ingenii præſtantiſſimi famam reliquit, & ſui venerationem excitavit: ideoque inter Conſultores Sancti Officii Siciliæ fuit adſcriptus. Sacram etiam eloquentiam profeſſus, in præclarioribus Italiæ civitatibus, cinerales habuit conciones eruditione, & eloquentiâ refertas. In omnibus anni feſtis concionatus eſt Romæ per plura anni curricula in Eccleſia SS. Apoſtolorum, & triennio Venetiis cum magno populi concurſu, & plauſu. Prudentiâ etiam claruit; Viſitator enim Provinciæ Sardiniæ, illius Comitiis cum laude præfuit anno 1685. Fuit Theologus Laurentii Brancati Cardinalis de Laurea, cui gratiſſimus extitit. Anno 1690. abſolutis Romę quadrageſimalibus cōcionibus, à Romano Pontifice Siciliæ Provincialis fuit electus. Sed in Siciliā regreſſus dum laudati muneris partes inſigniter detegebat, & Provinciam ſedulò luſtrabat, deceſſit in Cœnobio Ennæ 30. Decembris an. 1690. Hujus laudes leges apud Jo: Franchinum *in Bibliosophia Franciſc. n.* 254. *pag.* 410. Antonium Lupis *in epiſt. ad lect.* libri, cui titulus *il Gerione*, & *in Diario literatorum Parmæ an.* 1688. *pag.* 135. Edidit Italicè

Lezioni, o vero Spoſizioni letterali, e morali ſopra

Digitized by Google

pra gli Evangelii delle Domeniche, e Feste di tutto l'anno, fatte, e predicate in Roma nella Basilica de' SS. XII. Apostoli. Parte Prima, Seconda, e Terza. Venetiis apud Jo:Baptistam Tramontini 1688. in 4. Paraverat etiam

Lezioni, o vero Sposizioni letterali, e morali sopra gli Evangelii delle Ferie della Quaresima.

LUDOVICUS SELVAGIUS Panormitanus, Poeta argutissimus, qui maternâ linguâ cecinit. Hujus meminit Academicus Aldeanus, ideſt Nicolaus Villanus *in discursu de Poesi ludicra pag.*74.& inter nonnullos Siculos Poetas recenset, qui Poesi ludicrâ magnum sibi nomen compararunt; at quæ scripserit, silentio præterit.

LUDOVICUS VISITANUS Messanensis Ordinis Observantium S. Francisci Theologus, ac Concionator Generalis. Moralem Theologiam docuit, ac divinas literas explanavit cum doctrinæ laude. Claruit anno 1649. Hujus meminit Placidus Reina *in hist.Messanæ p.2. pag.* 528. Edidit Italicè

Prediche sopra la Lettera di Maria Vergine scritta a'Messinesi per li Sabbati di Quaresima. Cosentiæ apud Jo: Baptistam Rossum 1649. in 4.

LUPUS Poeta, Siculus fuit ex Gyraldo *de Poet.hist.* ubi de Poetis Latinis *Dial.*8. *pag.*315. additq; suarum fabularum Auctorem, & Actorem fuisse; ac scripsisse

Poemata de Helena, & Menelao.

Ovidius *lib.*4. *de Ponto eleg.* 16. de Lupo Siculo cecinit:

Trinacriusque suæ Perseidos auctor, & actor
Tantalidæ reducis, Tindaridosque Lupus.

Siculus etiam renunciatur à Vossio *de Poetis Latinis cap.2.pag.*35.At ex Fazello *de reb.Siculis dec.1.lib.2. cap.2. pag.*49. fuit Messanensis: aitq; quòd *de Perseo, & Raptu Helenæ* carminibus historiam scripsit. Messanensibus etiam accensent Josephus Carnilivarius *in hist. Sic.lib.2.pag.*178. Franciscus Flaccomius *in Sicelide* §.3. *pag.*37. & Placidus Reina *in hist. Messanæ par.* 1. *pag.* 326. qui nonnulla Drammatica Poemata scripsisse ait, nempè:

Andromedam, de Pelope, & de Castore, & Polluce: & illorum lapsum notat, qui Lupum Historicum, cum Lyco Poeta confundunt. Inter Auctores,qui Lupum cum Lyco confundunt(ex eo decepti quòd Lycus græcè Lupum significat) recensendi Franciscus Pharaonius *Gram. lib.* 2. *cap. de Cosmographia*, ubi Lycum historicum, & Poetam Messanensem dicit: Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.*37.Goltzius *in hist.Post.Sicil.pag.* 91. & Petrus Ricordatus *in histor. Monast.pag.* 446. qui Lycum latinè Lupum Messanensem renunciant. Lascaris apud Maurolycum *hist.Sic. lib.*1. *pag.*18. Lycum, sive Lupum Messanensem Historicum,& Poetam credit: ita & Samperius *in Iconologia M.V. lib.*1.*pag.* 33. Rectè Fazellus, Carnilivarius, & Reina citati unum ab alio distingunt, quos sequitur Hieronymus Ragusa *in Vet. Siciliæ Bibliotheca pag.* 174. & utrumque Messanensem volunt. De Lupo, & Lyco etiam distinctè egit Morerius *in Dict.Gallicè edito, to.*2. *pag.*380. *&* 431.& nos infra de Lyco etiam distinctè egemus. Laurentius Crassus *de Poetis Græcis pag.* 311. Lascaris verba exhibens, qui Lycum latinè Lupum Poetam, & Historicum putavit, inter Græcos Poetas recenset: at ex Ovidio, Gyraldo, & Vossio citatis Poeta fuit latinus. Fuit æqualis Ovidio, teste Vossio citato, qui loc.cit. *pag.*29. obiisse ait an. 1. olymp. 199. Reina cit. paululum ante Ovidium collocat Lupum, nempè anno 131. ante Christi Domini adventum.

LYCUS,qui & BUTERAS,Historicus Rheginus, fuit ex Suida *lex.to.*2.*pag.*67.Vossio *de hist. Græcis lib.*1. *c.*12. *pag.* 75. Stephano *de Urbibus v. abrotonum pag.*8. Gyraldo *de Poet.hist. dial.*3. *p.*115.Thomâ Pineda *in Breviario Auctorum,quos ad testimonium adducit Stephanus p.*766. aliisque. Messanensis verò ex Leandro Alberto *de Insulis pag.* 41. Reina *in hist. Messanæ p.*1. *pag.* 218. *&* 326.Fazello *dec.*1.*lib.*2.*c.*2.*pag.*49.Josepho Carnilivario *hist.Sicil. lib.*2. *pag.*178. Ragusa *in vet. Sicil.Bibl.pag.*174.quibus addendi hi,qui Lupum cum Lyco confundunt, supra notati; nempè Pharaonius,Aretius,Lascaris,Ricordatus, Goltzius, & Samperius: his innixi auctoribus Siculis, & Messanensibus accensemus. Lycophronis Poetæ Tragici patrem fuisse Lycum ait Suidas *cit.* at idem Suidas ubi de Lycophrone ait, Lycum historicum in filium adoptasse Lycophronem: quæ Suidæ varietas notatur a Josia Simlero *in epitom.Bibliothecæ Gesneri pag.*558.At Lycophron patrem habuit Socleum: & exinde in Lyci historici familiam per adoptionem trāsiit, ex Gyraldo cit. & Cantero *in prologomenis Alexandræ Lycophronis*. Vixit ex Suida sub Alexandri Successoribus, insidiis à Demetrio Phalareo appetitus: nempè olymp. 118. ex Reina: & sanè Demetrius olymp. 118. ab Athenienſibus fuit ad Ptolomæum Regem missus, teste Gordonio *in Chron.* Ex Vossio cit. & Morerio *Dict.tom.*2.*pag.*380. Ptolomæi Lagi,& Demetrii Phalarei coævus, claruit anno 435. Romæ; additq; Morerius, ejusdem Demetrii jussu ex zelotypia interfectum. Græcè scripsit ex Suida *cit.*Lascari,Pharaonio, Samperio, Morerio, aliisque

Historiam Libyæ, & Siciliæ.

Ex Fazello,quiLaertium citat,*plures de Libya,& Sicilia libros* edidit: ex Goltzio: *plurima volumina de Sicilia, & Africa*. De Libya historiam quamdam citat Antigonus *hist.mirab. 66.* apud Vossium. Addit Morerius, quòd antiqui Scriptores,præter historiam relatam,alia ejus opera citant. Ipsum etiam adducunt in testimonium Agatharchides *de mari rubro* apud Vossium, Clemens Alexandrinus *stromat. lib.*1. à quo Peripateticus vocatur, Stephanus *loc.cit.* Joannes Tzetzes *Chiliad.*3.*hist.*100.Isaacius Tzetzes *com. in Lycophronem*, Porphyrius *de Vita Pythagoræ p.*4. qui quartum citat librum. Scripsit etiam

De Fluminibus, & Fontibus ex Antigono *histor.mirab.*148. *&* 154. apud Vossium.

De

Digitized by Google

De Alexandro. ex Stephano apud Voſſium citatum.

LYSIAS celeberrimus Orator, innumera ſcribendi monumenta mihi exhibet: at cohibenda calami facultas, ac paucis multa contrahenda. Syracuſis exortus eſt ex Juſtino *lib.5.hiſtor.* Photio *in Biblioth.cod. 262. pag.1462.* Timæo hiſtorico antiquiſſimo apud Ciceronem *in Bruto*, etſi ab eodem Tullio reprehenſo, & Paulo Oroſio, *lib.2.hiſt.c.17.* Ex recentioribus exteris Syracuſanum fuiſſe tradunt Goltzius *in hiſt. poſt. Siciliæ pag.88.* Petrus Ricordatus *in hiſt. Monaſt. pag.445.* Leander Albertus *in Inſulis pag. 61.* Chriſtophorus Scanellus *in Chron.Siciliæ.* Laſcaris apud Maurolycum *hiſt.Siciliæ lib.1. pag. 20.* Joannes Felix Aſtolfus *in addict. ad Vitas Philoſophorum Laertii pag.69.* Leonardus Cozzandus *de magiſter. antiquor.Philoſoph. in indice v. Lyſias*, Petrus Angelus Spera *de nobil.Profeſſor.Grammaticę lib.4. pag. 265.* Ex Siculis id ipſum ſcripſere Fazellus *de Reb.Siculis dec.1.lib.4. cap.1. pag. 103.* Octavius Caetanus *in animad. ad tom.2.SS. Siculor. pag. 43. n. 21.* Matthæus Silvagius *de Tribus Peregrinis cap.46. pag. 170.* Carolus de Neapoli *in faſtos Ovidii lib. 6. n.103. pag. 271.* Rocchus Pirrus *in not.Eccl.Syrac. pag.212.* Franciſcus Flaccomius *in Sicelide ſect.3. pag.34.* aliiſque. At Plutarchus *in Vitis decem Rhetorum*, ubi de Lyſia, Athenienſem voluit, quem nonnulli ſequuntur. Suidas *in Lex. to.2. pag.73.* Syracuſanum fuiſſe ſcribit, Athenis natum, cùm Cephalus ejus pater eò migraſſet: quam opinionem amplexus eſt Jacobus Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib.2. pag.310.* ait enim, Civem fuiſſe Athenienſem, origine Syracuſanum. At cum ſuprà allatis Scriptoribus Syracuſis natum puto. Plutarchus verò, & Photius Athenienſibus tradidere, ex eo ducti, quia in Civium Athenienſium numerũ ex privilegio aſcriptus eſt: quod etiam ſcribit Spera citatus. At ſi Civitatis jure donatus eſt, alibi natum clariſſimè patet. Rejicienda attamen illorum ſententia, qui Cephalæditanum Lyſiam voluere, teſte Pirro *in not.Eccl.Cephalæd. pag.476.* non enim Cephalæditanus, ſed Cephali filius fuit. Bonannus citatus Gabrielis Barrii arrogantiam exprobat, impudenter enim in libro *de antiq.Calabriæ*, Lyſiam Thurium vocat, quia ea in Urbe per aliquot annos commoratus eſt. In Barrii defenſionem, morè ſuo, inſurgit Joannes de Flores *in Calabria Illuſtr.lib.4. cap.5. §. 5. pag.393.* qui abominanda ſanè ſcribendi licentiâ, Bonannum redarguit; aitque, hunc minus cautè Barrii librum legiſſe; ipſe enim *lib.9.pag.437.* tantummodò tradit, Cephalum Thurium Lyſiæ patrem fuiſſe: *Fuit & Cephalus*, ſcribit Barrius, *Rhetor pater Lyſiæ Rhetoris, ait Tzetzes.* Sed ipſemet de Flores addit, quòd Barrius in virorum illuſtrium indice Lyſiam collocavit, ac Thurium dixit: at hoc non ex ipſius ortu, ſed ob patris originem, vel alia ex ratione. Tandem non Thurium fatetur; Syracuſanum fuiſſe negat; primò, quia filius Cephali non Syracuſani, ſed Thurii: ſecundò, quòd eſto ſit Cephali Syracuſani filius, non erit, ait ipſe, Lyſias Syracuſanus; vera etenim patria illa ſolùm cẽſetur, ubi primam accepimus lucem. Hæc de Flores. At non ipſemet de Flores fatetur, Barrium, in indice Virorum Illuſtrium Lyſiam collocaſſe, & meritò Thurium dixiſſe? cur ergo contra Bonannum inclamat, quòd non attentè Barrium legiſſet? Sanè, ut de Flores obſervavit, legit rectè in indice, non in *lib.9.pag. 437.* Bonannus, qui nullum Barrii locum ſignanter adduxit. At recinit de Flores: Barrius ſi inter Thurios Lyſiam repoſuit, hoc non ex nativitate, ſed vel ex origine patris Thurii, vel alia ex cauſa præſtitit. Sed quis non reſpondebit, ſi tradis o bone de Flores, quòd ille verè alicujus urbis eſt civis, ubi lucis uſuram accepit, nonne ergo, calamo tuo teſte, malè egit Barrius, qui Lyſiam inter Thurios recenſuit, ex ſola patris origine? nonne tuo te jugulo prę focas? Syracuſanum fuiſſe negat Lyſiam iterum de Flores, quia filius non Cephali Syracuſani, ſed Thurii ex Tzetze: ideoque Bonanni rationem corruere putat, qui ex paterna origine Syracuſanum voluit Lyſiam. At videamus, ſi Cephalus Lyſiæ pater fuerit Syracuſanus, an Thurius? Plutarchus *in Vitis decem Rhetorum*, Suidas *to.2. pag.73.* Photius *in Bibliotheca cod.262.pag.1462.* Geſnerus *in Biblioth.pag.558.* Morerius *in dict.to. 2. pag. 392.* aliique ſexcenti, quorum teſtimonia hìc proferre ſupervacaneum puto, Cephalo Syracuſano Lyſiam natum apertiſſimè tradunt. Hinc ſolidiſſimo innixus fundamento, Cephalum Syracuſanum protulit Bonannus, & Syracuſanum ex paterna origine Lyſiam. At ingenuè, ut putavit, ſcripſit Athenis exortum patre Syracuſano. Ideoq; impudentiſſimè eruditiſſimum Bonannum mordere attentavit Calaber de Flores; ſi enim, ut ipſe cenſuit, Barrius haud malè tradidit ex futili auctoritate Tzetzis, Lyſiam Thurium ex patre Thurio fuiſſe; cur reprehendẽdus Bonannus cum gravioribus, multiſque Auctoribus ſcribens, Lyſiam Syracuſanum ex patre Syracuſano? Natus ideoque Syracuſis Cephalo patre viro ditiſſimo olymp.82. Athenas cum eodem migravit. Ibi Cephalus vel Urbis deſiderio incenſus, vel Periclis ſuaſionibus captus, pedem fixit. Alii Syracuſis expulſum teſtantur, cùm hanc Urbem Gelo Tyrannus teneret. Lyſias verò cum clariſſimis Adoleſcentibus inſtitutus eſt, & tum ob paternas opes, tum ob familiaritatem cum Reipublicæ prę ſtantioribus magnâ æſtimatione inclaruit. Anno ætatis decimoquinto, defuncto patre, Sybarin tranſiit, cùm eò Athenienſium Colonia traducta eſt. Paternæ hæreditatis particeps effectus, ſub Tyſiæ, & Niciæ Syracuſanorum diſciplina oratorię arti operam dedit. Emptâ ſibi domo, & inter Optimates cooptatus Rempublicam adminiſtravit, ac ſplendidè vixit uſque ad Clearchi Præturam. At inde accuſatus, quòd Athenienſium partes ſequeretur, ab Urbe expulſus eſt. Athenas regreſſus, immutatâ rerum facie, divitiis, boniſque ſuis ſpoliatus,

Digitized by Google

non ſine vitæ periculo Megaram fugit: & amiſſo Polemarcho fratre, exilium ſeptennio paſſus eſt. Cùm autem Cives reditum molirentur, Lyſias ipſis ſeſe ſocium addidit, quibus utiliſſimus fuit: duo enim millia drachmarum ſuppeditavit ſcutoſq; ducentos; & cum Hermane miſſus ſubſidiarios milites mercede conduxit duos, & trecentos. Thranſibulo verò Eleo hoſpiti ſuo ſuaſit, ut aliquot talenta conferret. His de cauſis Transybulus poſt reditum, Reipublicæ adminiſtrationem Lyſiæ decrevit, quam Athenienſium Populus confirmavit. At Populi placitum, Archino inſtante, abrogatum eſt, quia ſine Senatusconſulto ediderat. Hinc à publico munere pulſus, reliquum vitę Athenis inter privatos cives exegit: ibique deceſſit annos natus tres, & octoginta, vel ex aliis 76. ſive 80. Hæc ex Plutarcho *in vita*, & Photio *in Biblioth. cod.* 262. *à pag.* 1462. ſelegi. De eo alii alia. Obiit ex Morerio *in dict. to.* 2. *pag.* 393. Hofmanno *in lex. to.* 1. *pag.* 959. aliiſque, olymp. 100. ante Chriſtum natum an. 376. Brachilli fratris filiam uxorem duxit, & Mataniram adamavit ex Plutarcho cit. cui Laidem addit Athenæus *lib.* 13. *c.* 7. *pag.* 592. Tiſiæ, & Niciæ Syracuſanorum Oratorum diſcipulus fuit, ex Plutarcho, & Photio. Gorgiam etiam Leontinum audivit, teſte Goltzio *in hiſt. poſt. Siciliæ pag.* 88. His præceptoribus ad ſummum oratoriæ artis faſtigium pervenit, inter præcipuos Greciæ Oratores adſcriptus. Oratoriam artem magnâ cum nominis celebritate docuit: & ex ejus ſchola Oratores magni nominis prodiere, inter quos Iſæus, ut tradit Plutarchus *in vita X. Rhetorum, de Iſæo.* Epaminondam, bellicâ virtute celeberrimum, inter ejus diſcipulos recenſet Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 312. at ex Cornelio Nepote *in Epaminonda*, & Alexandro ab Alexandro *Dier. Genial. lib.* 1. *c.* 24. *pag.* 68. Epaminondas Philoſophiæ præceptorem habuit Lyſiam Tarentinum Pythagoricum. *Vim ad perſuadendum*, ait Plutarchus, *habuit maximam, ſummaque eſt uſus brevitate.* & infra: *videtur dictio ejus facilis eſſe, quamquam eſt imitatu difficilis.* Nicolaus Cauſinus *de veter. eloq. c.* 2. nihil in orationibus Lyſiæ ſublime, aut admirabile videt: at Græci Scriptores, aliique, Lyſiæ eloquentiam inſigniter extollunt. Dionyſius Halicarnaſſæus in judicio Lyſiæ ait: *Omniũ qui prius floruiſſent, aut tum etiam florebant, Oratorum gloriam obſcuravit, & admodum paucis eorum, qui poſt ſecuti ſunt in omnibus dicendi generibus, & iis etiam prælatis excellens ceſſit.* Idem *in Iſæo*, ait de Lyſia: *Attici ſermonis ejus, qui tum temporis vigebat, norma*: & iterum: *nemo diligentior, graviorve Lyſiâ.* denique: *Lyſias*, ſcribit, *veluti Archetypus, & regula Orationum hujus generis.* Photius pluries citatus, de Lyſia judicium habet: *Eſt in orationibus ſuis breviſſimus, & ad perſuadendum perappoſitus, & ſi quis alius graviter dicendi peritus, tametſi non appareat. Etenim quanquam facilis, ut videtur eſſe, nihilominus tamen imitatu eſt difficilis.* Tullius in Bruto ait. *Fuit Lyſias in cauſis forenſibus non verſatus, ſed egregiè ſubtilis Scriptor, atque elegans, quem propè audeas Oratorem perfectum dicere: nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodùm deſit, Demoſthenem facilè dixeris.* Idem *in Oratore* ait: *venuſtiſſimus ille Scriptor, ac politiſſimus Lyſias.* Alia alibi idem Cicero. Quintilianus verò *inſt. orat. lib.* 10. *cap.* 1. *Lyſias*, ſcribit, *ſubtilis, atque elegans, & quo nihil ſi Oratori ſatis ſit, docere quæras perfectius. nihil enim eſt inane, nihil accerſitum, puro tamen fonti, quàm magno flumini proprior.* Conſule etiam varia aliorum judicia, nempè Phavorini Philoſophi apud Aulum Gellium *Noct. Act. lib.* 2. *cap.* 5. Platonis *in Phædro*, Demetrii Phalarei *de eloqu.* Dionis Caſſii *orat.* 18. Suidæ loc. cit. Voſſii *de Rhetorices natura, & conſtitutione cap.* 11. Petri Victorii *variar. lec. lib.* 8. *cap.* 11. *& lib.* 20. *cap.* 16. Cœlii Rhodigini *lect. antiq. lib.* 5. *cap.* 13. Leonardi Cozzandi *de magiſt. antiq. Philoſ. lib.* 5. *cap.* 3. Laſcaris apud Maurolycum *in hiſt. Siciliæ lib.* 1. *pag.* 20. Jacobi Bonanni *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 315. aliorumque. Cicero *de Claris Oratorib.* Lyſiæ imitationem exoptat; aitque idem deſiderium incendiſſe Charisii Oratoris mentem. Iſæus Lyſiæ auditor, ac Demoſthenis præceptor ita Lyſiæ ſimilis fuit, ut difficulter unum ab alio ſecernes, teſte Plutarcho *in vitis X. Rhetor. in Iſæo*. Scripſit Lyſias

Orationes. Ex Plutarcho *in vitis X. Rhetorum* orationes CCCCXXX. Lyſiæ adſcribuntur, harum verò CCXXX. ſunt legitimæ: at ex Photio ejus orationes ſunt CCCXXX. legitimæ CC. XXXIII. Suidas cit. ultra trecentas eſſe ejus orationes germanas, tradit, præter eas, de quibus ambigitur. Ultra trecentas ab ipſo ſcriptas orationes putat Laſcaris cit. In his autem bis ſolummodo, dicendo victus dicitur, teſte Plutarcho, cum Photio citatis. Aliquot ejus orationes prodiere Græcè Venetiis 1513. in fol. ab Aldo excuſæ, cum Æſchinis, & aliorum Orationibus. Græcè etiam cum aliis edidit H. Stephanus 1575. in fol. *Apologia pro Eratoſthene adultero, & oratio funebris pro Athenienſibus, qui Corinthiis adverſus Lacedæmonios auxilium ferentes prælio interiere*: editæ habentur Græco-Latinè, interprete Deſiderio Eraſimo Reterodamo Auctore damnato, cum quibusdam Libanii declamatiunculis, & Iſocratis orationibus, Baſileæ apud Joannem Frobenium 1522. & alibi ex eodem Simlero cit. *pag.* 119. *&* 122. Omnes, quæ extant orationes, hoc titulo excuſæ ſunt:

Orationes XXXIV. de CCC. & pluribus ſuperſtites, Græcè cum Interpretatione, & Notis Politicis Jodoci Vanderheidii Brabantini. Hanoviæ apud Hæredes Joannis Aubrii 1615. in 8. & iterum Græco-Latinè, Marpurgi Cattorum 1682. in 8. Hanc poſtremam editionem ſummoperè laudant Acta Eruditorum Lipſiæ an. 1682. menſe Decembris, ubi advertunt, quòd Orationes: *Pro Cæde Eratoſthenis. In Eratoſthenem Tyrannum. In Alcibiadem. In Negotiatores frumentarios. Oratio Funebris in laudem eorum, qui in acie perierant, dum Athenienſes Corinthiis auxilium tulerunt*; jam in latinum ſermonem converſæ extabant ante

Jo-

Digitized by Google

Jodoci editionem : at Jodocus accuratiori ſtudio has cum aliis vertit. Harum nonnullæ ab Auctoribus citantur : aliquot etiam non editæ ab aliis memorantur, quas hìc adnotare operæ pretium duxi. Hæ autem, prout obviam habui, ſunt :

Defenſio Socratis. De ea Cicero *lib.* 1. *de orat.* Laertius *in Vita Socratis*, Plato *in Phædro*, Valerius Maximus *lib.6.cap.*4. aliique.

Oratio contra Harmodium pro Iſicrate. Ex Plutarcho *in vitis X. Rhetorum*.

Oratio contra Thimoteum proditorem. Ex Plutarcho *loc.cit.* qui addit, quod Lyſias victoriam obtinuit: at idem Thimoteus aliâ oratione à Lyſia ſcriptâ liber evaſit: & ſolùm damnatus, ut quādam pecuniæ ſummam ſolveret.

De Sceleribus, & Delictis Phaniæ. Athenęus *lib.* 12.*cap.*13. *pag.*551.

Contra Theopompum. Idem *lib.*2. *cap.*26. *p.*67.

De Calumnia contra Æſchinem. Laertius *in Vita Æſchinis*.

Oratio de accepta mutuo pecunia, ſive ære alieno contra Æſchinem Socraticum. Idem *lib.*13. *cap.*9. *pag.*611.

Contra Micinum de cæde accuſatum. Athenęus *lib.*8.*cap.*17. *pag.*365.

Contra Laidem. Idem *lib.* 13. *cap.* 6. *pag.*586. de qua dubitat, an ſit Lyſiæ paulo poſt *c.*7. *pag.* 592.

Contra Madontem. Idem *lib.*13.*cap.*6. *pag.*586.

Oratio pro filia Antiphontis. Plutarchus *in Vitis X.Rhetorum de Antiphonte*.

Oratio, quâ decretum populi Athenienſis ab Archino oppugatum defendit. Plutarchus *ibidem de Lyſia*.

Contra Triginta Tyrannos. Idem *loco cit.*

De Abortu. Theon *in progym. p.*16. apud Voſſium *de Rhetorices natura, ac conſtit. cap.* 4. *pag.* 32. at dubitat ſitne Lyſiæ.

Contra Mneſiptolemon. Photius *in Biblioth.cod.* 262. *pag.* 1462.

De Fœdigrafo, & de Atticis Decretis. Julius Pollux *in onomaſt.lib.*7. *cap.*2. *pag.*328.

Contra Antocleum. Idem *lib.*7. *c.*33. *pag.*373.

Contra Autocratem. Idem *lib.* 7.*cap.*13. *& lib.* 9. *cap.*6.

De Achillidis Cæde. Idem *lib.*9. *cap.*5. *&* 8.

Oratio Diophantis. Idem *lib.*7. *cap.*4.

De publicè venditis. Idem *lib.*10. *c.*24.

Pro Callæſchro. Idem *lib.*10. *cap.*24.

Ad Cleonem. Idem *lib.*10. *cap.*44.

De Defectione. Idem *lib.*7. *cap.*4.

De Theocledis Cæde. Idem *lib.*9. *cap.*5.

Contra Philonidem. Athenæus *lib.* 13. *c.*7. *pag.* 592. at ipſe Athenæus *ibidem cap.*6.*pag.*586. dubitat an ſit Lyſiæ.

Oratio in typo. Julius Pollux *lib.* 7. *cap.* 28. Aliæ etiam commemorātur à Bonanno, *in Syrac. Illuſtr.lib.*2. *pag.*314. Demoſthenem, & Iſocratem Plagiariis accenſet Jacobus Thomaſinus *de Plagio Literario* §.404.*pag.*174. *&* §.476. *pag.* 211. ex Teone Sophiſta *progymnaſ. p.*7. 8. *pag.* 234. *&* 236. quòd Demoſthenes quædam *ex oratione injuriarum Lyſiæ*, in orationem ſuam cōtra Midam tranſtulerit: Iſocrates verò alia in ejus Panegyrico *ex Lyſiæ Epitaphio, & Olympico* exſcripſerit. Idipſum tradiderat de Iſocrate Plutarchus *in vita Iſocratis*. Paulus Germinus Sophiſta ſcripſit Commentaria in Lyſiæ orationes, teſte Joſia Simlerō *in Epitom. Biblioth. Geſneri pag.* 143. ut etiam Zoſimus Gazeus, ex Bonanno *in Syrac.Illuſtr.lib.*2.*pag.*315. id ipſum fecit Harpocration ex Suida apud eumdem Bonannum. Jacobus Pomerius in libro : *Exercitationes in optimos ferè Auctores Græcos*. Lug. Bat. 1668. in Lyſiæ orationes nonnulla edidit. Scripſit etiam alia Lyſias, nempè:

Artem Oratoriam, ex Plutarcho *in vita Lyſiæ*, Suida, Laſcare, Goltzio, aliiſque.

Epiſtolas; teſte Plutarcho, Suida, Photio, aliiſque.

Has citant Athenæus *lib.* 13. *cap.*7. *pag.*592. Julius Pollux *in onomaſt. lib.* 7. *cap.* 26. *& lib.* 10. *cap.*5. & Suidas *in lex. tom.*2. *pag.* 508. *&* 562. Teſtatur Bonannus, quòd hę epiſtolæ, cum funebri oratione Lyſię, ſervabantur m.ss. in Civitate Oxonienſi.

Epitaphia Photio teſte. Hæc Lyſiæ Epitaphia Venetiis aſſervari in Biblioth. S. Antonii m.ss. in 4. tradit Jacobus Philippus Thomaſinus *in Biblioth.Venet. m.ss. pag.*17.

Amatoria. Ex Plutarcho, Photio, & Suida.

Laudationes, ut ait Plutarchus, & Photius.

Librum contra Theoſdotidum, ex Julio Polluce *lib.*8. *c.*6.

Librum contra Hippocratem : Ut teſtatur Pollux *loc.cit.*

De Tripode Aureo Tractatum, teſte eodem Polluce *lib.*7. *cap.*24. *&* 33. At Athenæus citat *in lib.*5. *cap.*12. *pag.*209. *Orationem de Engytheca*, id eſt *de Arca vaſorum*, & ejuſdem exordium exſcribit : quòd autem idem ſit opus patet ex Delacampio *in Annot. ad Athenæum pag.*738. *de Engytheca* enim exponit, *de tripode aureo*: at idēmet Athenæus *lib.*6. *cap.*4. *pag.*231. dubitat an ſit Lyſiæ.

De dono Iphicratis libros duos, ut ſcripſit Paulus Germinus Sophiſta apud Joſiam Simlerum *in Epit.Biblioth.Geſneri pag.*143. De Oratione, quam Iphicrate inſtante ſcripſit Lyſias contra Harmodium, meminit Plutarchus *in vita Lyſiæ*.

LYSINUS Poeta Siculus, ut teſtatur Joannes Vigintimillius *in tabula Poetarum Siculorum*, & Hieronymus Raguſa *in Siciliæ Bibliot.Vet.p.*177. Claruit eodem tempore, quo Phalaridis ſævitia in Agrigentinos efferebatur, nempè olymp. 52. ante Chriſtum Dominum annis 566. De eo Laurentius Craſſus *in hiſtor. Poet. Græcor.p.*315. Scripſit

Carmina, & Tragœdias contra Phalaridem. Ideoque Phalaris Epiſtolam Lyſino ſcripſit, quâ ipſius licentiam exprobat; eique vindictam minatur. Epiſtolam inter alias Phalaridis leges.

Digitized by Google

M

MALACUS v. Maracus.

MALDATUS Poeta Siculus ſcripſit *Carmina* ex Joanne Vigintimillio *in Tabula Poetarum Siculorum*, libro *de Poetis Bucolicis* præfixa.

MAMERCHUS Poeta Siculus ſcripſit etiam *Carmina*, ex eodem Vigintimillio loc.cit.

MAMERTINUS Himerenſis, Steſichori Poetæ celeberrimi frater, à Geometricis doctrinis claruit. Floruit olympiade 54. nempè ante Chriſti Dñi nativitatem annos 560. Hujus meminere Suidas *in lex. to.2.p.804.* Gyraldus *de Poetarum hiſtor.dial.9. p.333.* Fazellus *de rebus Siculis dec. 1. lib. 9. cap. 2. pag. 197.* Marinum vocat Conſtantinus Laſcaris apud Maurolycum *in hiſt. Siciliæ lib.1. pag.22.* & Goltzius *in hiſt.poſt. Siciliæ pag. 90.* Ameriſtum verò Geſnerus *in Biblioth. pag. 37.* qui ab Hippia Eleo apud Proclum *in Euclidem*, laudatum prodiit: id ipſum habet ex Geſnero Vincentius Coronellus *in Biblioth.tom. 3.n.888. pag.214.* ubi corruptè pro commendatus à Proclo, emendatus legitur. Ipſum etiam ex Proclo celebrat Claudius Franciſcus Milliet de Chales *in curſu Mathematico tract. proœm.c. 2. pag.7.* Poſt Thaletem Geometricam diſciplinam in Græciam attulit, teſte Raphaele Volaterrano *Philologiæ lib.35. de partibus Geometriæ*: ac rerum Geometricarum inventorem fuiſſe tradit Claudius Franc. de Chales *cit.* Scripſit

De Rebus Geometricis;

MAMERTINUS. Inter Veteres Panegyricos tres extant; quorum unus ſub Mamertini nomine, quo gratias Juliano agit pro Conſulatu: duo verò ſub Claudii Mamertini nomine. Carolus Sigonius *lib.1.de Occid.Imper.* Belgam fuiſſe putat. P. Jacobus de la Baune *in interpretatione, & notis Veterum Panegyricorum pag. 282.* putat Mamertinum Meſſanenſem fuiſſe; Meſſanenſes enim Mamertini dicti ex hoſpitio Mamertinis conceſſo: eamdem ſententiam ſequitur Hieronymus Raguſa *in elogiis Siculor.p.178. & in Siciliæ vet.Biblioth. pag.178.* Quis autem hic Mamertinus, ex eadem panegyrica oratione colligitur. Ærarii publici Præfectum egiſſe; Prætorio per Illyricum præfuiſſe: & in hac Provincia peculatus ambitione accuſatus, ut innocens abſolutus eſt. Demum Conſulatus dignitate cohoneſtatus à Juliano Auguſto oratione prædicta Imperatori gratias egit, quam an. 362. dixit, eo enim anno conſulatum geſſiſſe, Neviâ Collegâ, habemus ex Faſtis Conſularibus. Hujuſce Mamertini non uno in loco meminit Ammianus *lib.6. 21. & 23.* ut etiam Voſſius *de Rhetorices natura, & conſtitutione cap.15. pag. 108.* Morerius *in dict.to.2.pag.479.* At alii panegyrici duo ſub nomine Claudii Mamertini, nempè Panegyricus Maximo Auguſto dictus: & Genthliacus Maximiani, an eidem Mamertino adſcribēdi, affirmare dubitat la Baune cit. propter ſpatium ſeptuaginta annorum inter illius, & horum panegyricorum tempora, ſicut & negare ambigit; nam Orationem illam pronunciavit admodum ſenex, ut ex eodem panegyrico liquet, in quo n. 17. ait. *Sed à teneris annis ab ætate puerili ad hanc uſque canitiem Conſulatus amore flagravi.* At idem la Baune ſupra *pag.108. in notis ad paneg. Clau. Mamertini*, indicaverat alium omnino fuiſſe, ubi ait: *At Mamertinum alium fuiſſe oportet ab eo, qui poſt ſeptuaginta annos elegantiſſimo panegyrico gratias egit Juliano Imp. de Conſulatu, etſi nominis fortaſſe ſimilitudo fecit, ut aliqui ex duobus Mamertinis unum feciſſe videantur.* Sed eſto ſit alter, quis affirmare dubitaverit hunc alium duorum panegyricorū auctorē etiam Meſſanenſem fuiſſe, cùm pro utroq; eadem ejuſdem de la Baune ratio militare videatur? Quod ſi aliis ſententia Conradi Geſneri *in Biblioth.* edita per Joannem Jacobum Friſium *pag. 560.* arrideat, quâ eumdem eſſe probatur, trium panegyricorum auctorem fuiſſe dicendum. Horum inſcriptiones ſunt:

Claudii Mamertini Panegyricus Maximo Auguſto dictus.

Claudii Mamertini Genthliacus Maximiani.

Mamertini pro Conſulatu gratiarum actio Juliano Auguſto. Extant in libro, cui titulus *Panegyrici Veteres* editi, ex Joanne Alberto Fabricio *in Bibliotheca Latina pag. 123.* Baſilileæ per B. Rhenanum 1520. in 8. Ibidem apud Joannem Frobenium 1528. in 8. Antuerpiæ cum Joannis Livinei notis, ex Officina Plantiniana 1599. in 8. Francofurti per Janum Gruterum cum ipſius Gruteri, Livinei, Valerii Acidalii, & Conv. Rittershuſii notis, & caſtigationibus 1607. in 12. Pariſiis II. Volum. cum annotationibus Claudii Puteani, Theodori Pulmanni, & Andreæ Schonhorii, & obſervationibus Petri Fabri Sanjorianani, & Franciſci Jureti 1643. in 12. Ad uſum Delphini cum interpretatione, & notis Jacobi de la Baune. Pariſiis apud Simonem Benard 1676. in 4. Demum prodiere adnotationibus illuſtrati à Chriſtophoro Cellario, Halæ Magdeburgicæ 1703. in 4. Cæterum Mamertinus, cæterique antiqui Panegyricorum Scriptores, Floridi, Eloquentes, Ingenioſi cenſentur, teſte Balthaſſare Bonifacio *in hiſtor. Ludrica lib. 15. cap.6. pag.595.*

MANFREDUS CREMONA Salemitanus, Muſas cum laude coluit. Obijt in patrio ſolo 10. Auguſti anno 1672. & in majori Eccleſia ejuſdem Urbis ſepelitur. Vernaculâ linguâ ſcripſit

Co-

Digitized by Google

Corona di varii fiori teſſuta in Muſa Siciliana, nella quale ſi godono alcuni trattati ſpirituali utiliſſimi per ogni ſtato di perſone. Neapoli apud Camillum Cavallum 1650. in 12.

MANFREDUS PLACENTIA Salemitanus vir doctiſſimus, ac morum candore, vitæq; probitate inſignis: ne dum humaniores literas, verum etiam & Philoſophiam docuit. Claruit anno 1604. De eo Stephanus Anna *in diſc. apud Roſarium Jo. Ant. Brandi p.* 583. & Franc. Bordonus *in Chronol. Tertii Ord. S. Franc. cap.* 38. *p.* 562. fuit etenim Tertii Ordinis Sæcularis S. Franciſci. Edidit

Inſtitutiones Grammaticæ. Panormi apud Jo: Ant. de Franciſcis 1604. in 8.

MANFREDUS REX Siciliæ. Quamvis Leonardus Nicodemus *in Addit. ad Bibliothecam Neapolitanam Nicolai Toppii p.* 161. ſine aliquo auctoris fulcimento, Neapolitano Regno adſcribat Manfredum; atramen ego inter Siculos non ſine rationis ſuffragio repono. Siculum Manfredum appellat Bzovius annal. to. 13. an. 1254. n. 1. p. 593. ubi ait: *Ipſe Manfredus procurationem Regni Siculi; in eo natus educatus Regno. . . non dubitavit &c.* in duarum epiſtolarum titulo quas Manfredus ipſe ſcripſit apud Stephanum Baluzium *lib.* 1. *Miſcell. p.* 475. & apud eumdem Nicodemum *cit. p.* 162. legimus: *Manfredi Siculi Epiſtolæ duæ.* Immò Franciſcus Baronius *de Majeſt. Panorm. lib.* 4. *cap.* 1. *p.* 13. Panormitanum fuiſſe teſtatur: *Fidericus, Conradus, & Manfredus Reges; qui omnes jure Panormi orti, ac Panormitani cives omnino dicendi.* Natus ex Federico II. Imperatore, & Siciliæ Rege, & ex Blanca Lancea: primùm ejus pellice, inde legitima uxore, ut ſcribunt Jo: Cuſpinianus apud Hieronymum Suritam *in annal. Aragon. to.* 1. *lib.* 3. Matthæus Pariſius *in Annal. Anglic.* Angelus de Conſtantio *in hiſt.* Rocchus Pirrus *in Chronol. Regum Siciliæ p.* 49. & Auguſtinus Inveges *in Panor. Nobil. p.* 635. ab infantia nimio Imperatoris amore complexus, in ipſa patris aula nedum regio more educatus eſt, verùm etiam ab ipſo Imperatore ingenuis præceptis inſtitutus. Inde honoribus inſignitus eſt, & Princeps Taranti, Comes Gravinæ, Tricarici, & Montis Caveoſi conſtitutus; quibus acceſſit Honor Montis S. Angeli, ut ex Anonymo apud Pirrum, & Inveges cit. habemus. Ab eodem Federico patre, morti proximo, Bajulus, ut vocabant, Conradi filii ſucceſſoris inſtitutus eſt, & in eorumdem bonorum poſſeſſione confirmatus, ex teſtamento apud Sigonium *de Regno Italiæ lib.* 18. *p.* 176. & Bzovium *an.* 1250. *n.* 13. *p.* 556. Summontium *hiſt. Neapol. par.* 2. *lib.* 2. *c.* 8. *p.* 101. qui addit, etiam Henrici alterius filii etiam Bajulum inſtitutum: immò ex eodem teſtamento Regni hæredē ſubſtitutum, ſi prædictis filiis, ſine liberis mori contigerit. Ex omnibus hiſtoricis, qui illius ævi res geſtas ſcriptis conſignarunt, breviter addam, quod Manfredus, defuncto Friderico, Urbes in fide nutantes confirmavit, adeo ut ſtrenuâ Manfredi ope Conradus in Italiam appulſus populos omnes à quacumque ſeditione alienos adinvenit: ſed inde detractâ Manfredo auctoritate, cum eidem bona eripuiſſet, Manfredi odium ſibi concitavit, qui, ut aliquibus placet, Conradum veneno confecit. Defuncto Conrado, ad Regnorum clavum ſedit Manfredus, Conradini nepotis nomine: Pontificem, qui comparato exercitu in Campaniam contra ipſum prodierat, ſimulato animo, honorificè excepit: hinc à Pontifice confirmatus, elapſo temporis ſpatio, Eccleſiæ jura violavit, ejuſque exercitum profligavit. Cum Alexandro Pontifice ſucceſſore etiam inimicitias fovit; civitates Eccleſiæ occupavit: bellumque inconſtanti fortunâ geſſit. Inde confictâ Conradini nepotis morte, pupillo parentavit; Theſaurum, Panormi conditum à Siculis Regibus, ſurripuit; milites muneribus ſibi devinxit; & Regnorum coronam Panormi, more Majorum, accepit 10. Auguſti an. 1258. Etſi poſtmodum à Conradino, ejuſque matre nuncii ſint miſſi, ut Manfredo renunciarent, Conradum vivere, nunquam coronam depoſuit. Hinc anathemate percuſſus, in Eccleſiæ Urbes bellum protraxit, uſque ad Urbani IV. ſucceſſoris Pontificatum: at hic ejus moleſtiis commotus, Carolum Andegavenſem S. Ludovici Galliæ Regis fratrem, adverſus Manfredum evocavit; qui anno 1265. in Italiam venit, & Romæ magno exceptus honore Siciliæ, & Hieroſolymorum Rex proclamatur. Anno verò 1266. inito bello, Manfredum à ſuis deſtitutum prælio vicit, & vulneribus confoſſum interfecit. Manfredi mortem anno 1266. evenisſe ſcribunt: at de mortis die diſſentiunt ſcriptores; aliqui enim ad diem 6. Februarii, alii 13. vel 26. vel 28. ejuſdem menſis affigunt, alii tandem 8. Martii. Corpus inventum, Pontificis juſſu ad fluvii Viridis ripam in Regni confiniis ſepultū eſt, hac adicta inſcriptione.

Hìc jaceo Caroli Manfredus morte ſubactus,
Cæſaris hæredi non fuit urbe locus.
Sum Patris ex odiis auſus conſligere Petro,
Mars dedit hìc mortem, mors mihi cūcta tulit.

Manfredi nomen adhuc viget in Regno Neapolitano, ubi Urbem Manfredoniam, ab ea ita vocatam, an. 1256. extruxit; antiquâ Siponto ob aeris inclementiam eversâ: ubi inter memorabilia æs campanum confecit, quod per quinquaginta milliaria ſonum protendit: ex Jo: Antonio Summontio *in hiſt. Neapol. lib.* 2. *cap.* 10. *p.* 145. & 155. Fazello *dec.* 2. *lib.* 8. *c.* 3. *p.* 483. & aliis omiſſis, eruditiſſimo Pompeo Sarnello *in Chronol. Archiep. Sipontinorum p.* 215. *& ſeq. & p.* 425. Salerni portum extruxit ex citato Summontio *pag.* 196. Fuit Manfredus vultu decorus, animo fortis, liberaliſq; ingenio eximius, morum elegantiâ celebris. In vocis, ac inſtrumentorum modulatione ſe exercuit, divitias coacervavit immenſas; ac nominis famâ claruit. Ex his ſingularem promeruiſſet laudem, ni virtutes, nonnullis fœdaſſet vitiis; fuit etenim libidinoſus, paraſitos dilexit, ac vitam Epicuro dignam traduxit; ideoque Eccleſiam, viroſq; Religioſos

ce-

Digitized by Google

temerè exagitavit, ut ex laudatis Auctoribus, aliisq; satis patet. Sed ad ejus studia accedamus. Joannes Villanus *lib. 6. histor. cap.* 47. Pandulphus Collennucius *in hist. Neapol. lib. 4. p.* 107. & Summontius *cit. p.* 195. testantur, Philosophum doctissimum fuisse, magnumque Aristotelis sectatorem; immò Summontius *p.* 143. omnibus scientiis excultum prædicat, & *pag.* 146. ait, quòd cùm Neapolim perveniisset regiâ coronâ jam redimitus, Archipresbyterum Caracciolum præceptorem suum sedulò quæsivit, ut honoribus afficeret; & cùm jam defunctum intellexisset; in nepotes liberalitatem detexit. Literatorum amantissimus, publicam Neapolitanam Academiam ad meliorem formam redegit, ut ex epistola apud Baluzium mox citandum. Etruscas etiam Musas dilexit, aliasq; disciplinas amplexus, inter bellorum turbines ut literatus eminuit, teste Maurolyco *in hist. Siciliæ. lib.* 3. *p.* 120. & Josepho Bonfilio *in hist. Siciliæ. p.* 1. *lib.* 7. *pag.* 263. Inter primos, fuit, qui Italicam linguã, Musasque Etruscas recenter Panormi exortas, cum Friderico II. Patre, aliisque illius ævi doctis viris, insigniter coluit, teste Vincentio Auria *in epistola ad Lectorem in Calce Carminum Io: Baptistæ de Judice par.* 1. *pag.* 478. *& in Sicilia Inventrice cap.* 9. §. 5. *pag.* 31. Quem sequutus sum *in meis ad ipsam observationibus pag.* 150. & nuper etiam id ipsũ cõfirmat eruditissimus P. Antonius Lancella *in discursu de utilitate Prosodiæ Italicæ P. Placidi Spataforæ*, quem in principio ejusdem Prosodiæ Panormi cum addictionibus recusit hoc anno 1709. Manfredi extant epistolæ quædam, nempè:

Manfredi Siculi Epistolæ duæ de Morte Friderici Imperatoris ad Conradum IV. Regem Romanorum. apud Stephanum Baluzium *tom.* 1. *Miscellaneorum pag.* 475. *& seq;* ubi etiam *p.* 483. tres aliæ habentur epistolæ nempè:

Ad quemdam decretorum doctorem.
Ad Justitiarium Neapolitanum.
Ad quemdam Castellanum.

De his etiam epistolis vide Leonardum Nicodemum *in Addict. ad Biblioth. Neapol. Toppij pag.* 162.

Epistola quibusdam Baronibus, in quâ significat victoriam habitam contra Legatum, & exercitum Papalem, apud Bzovium *an.* 1254. *n.* 6. *p.* 599. & Summontium citatum *p.* 132.

De arte venandi cum avibus, Friderici II. Imp. cum Addictionibus Manfredi Regis; addita nonnulla Alberti Magni sub nomine de Falconibus, Asturibus, & Accipitribus. Augustæ Vindelicorum 1576. in 8.

Carmina Italica: ut testatur Comes Fridericus Ubaldinus *in præf. ad Carmina Petrarchæ, & tractatum de virtutibus moralibus Roberti Regis*: edita Romæ 1642. Vincentius Auria, & Lancella citati: at quæ scripserit incompertum est.

MARACHUS, sive MALACHUS à Rocco Pirro *in not. Eccl. Syrac. p.* 212. corruptè Marcus dictus. Poeta Syracusanus, ingenio polluit eminentissimo: teste Aristotele *Problemat. sect.* 30. tunc præstantior, cùm mente alienaretur, quod etiam Cœlius, Rhodiginus tradit *in lect. antiq. lib.* 17. *cap.* 1. At ex Carolo Stephano *in dict. p.* 1270. Ravisio Textore *in offic. tit.* 7. *de ira p.* 440. & Hofmanno *in lexic. tom.* 1. *pag.* 974. tunc doctior carmina concinebat, cùm feruentius, ira æstuaret. Fazellus verò *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *p.* 102. ex Aristotele ait, quòd in lætalem morbum lapsus, inde sanitati restitutus, Poeta evasit, supra omnes ævi sui Poetas, egregius: at ipsum rejicit Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *p.* 276. nam aliter apud Aristotelem legimus. Hujusce etiam meminere Gyraldus *de Poetar. hist. Dial.* 3. *p.* 101. Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græc. p.* 321. Petrus Crinitus *de honest. disciplin. lib.* 3. *cap.* 6. & Josephus Barberius *de Miseria Poetar. pag.* 39. Claruit ex Bonanno cit. vel eodẽ Aristotelis ævo, vel paulo ante. Vossius *de Poetis p.* 91. inter Poetas incertæ ætatis collocat. Scripsit:

Carmina: at quæ signanter scripserit, adhuc quærimus.

MARCELLUS CAPRA Nicosiensis, ex privilegio Messanensis, Philosophus, ac Medicus doctissimus. Cùm in patria non sine doctrinæ gloriâ floreret, calumniis vexatus, indignatione conceptâ, aliò se transtulit: præsertim Panormum, & Messanam inhabitavit; ibique literarũ præstantiâ magnam sibi opinionem conciliavit. A Joanne Austriaco in Medicum suum, & Hispanæ Classis, in bello memorando ad Hæchinadas insulas patrato, electus est. Claruit anno 1593. Edidit

De Sede Animæ, & Mentis ad Aristotelis præcepta adversus Galenum Quæsitum. Panormi typis Francisci Carraræ 1589. in 4.

De Immortalitate Animæ rationalis juxta principia Aristotelis adversus Epicurum, Lucretium, & Pythagoricos Quæsitum. Panormi apud eumdem 1589. in 4.

De Morbi Epidemici, qui miserrimè Siciliam depopulabatur anno Christianæ salutis 1591. *itidemq;* 1592. *Causis, Syntomatibus, & Curatione.* Messanæ apud Hæredes Fausti Bufalini 1593. in 4.

MARCELLUS CATANENSIS v. Marcellus Romanus.

MARCELLUS CIRINUS Messanensis, nobili genere natus, familiæ splendorem amœnioribus literarum studiis amplificavit. Messanæ eminuit Princeps Academiæ Equestris à Stella dictæ: fuit & Academicus Officinæ Messanensis. Claruit anno 1670. Edidit Italicè.

Poesie, in libro: *Poesie Volgari degli Accademici della Fucina Parte Terza.* Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12. & in libro: *Duello delle Muse Trattenimento* III. Ibidem apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

MARCELLUS CONVERSANUS nobilis Leontinensis, natus anno 1587. Juris utriusque laureâ donatus, adhuc ephebus ad eam doctrinæ excellentiam pervenit, ut ab anno ætatis suę vigesimo primo doctissima ediderit volumina ad illustranda Jurisprudentiæ decreta: multaque alia in lucem emissurus, ni jam doctrinæ fa-

Digitized by Google

famâ clarissimus, immaturo fato è vita migrasset: vix enim septimum ætatis suæ lustrũ attigerat, cùm vivere desijt Leontini 23. Julij an. 1622. In Ecclesia S. Andreæ PP. Minimorum jacet, ubi hoc legitur epitaphium.

Magnæ Mentis Exuviis.
Saxum, quod diù dolor distulit, modò figit pietas
Filiorũ amantissimorũ Caroli Antonii, & Francisci,
Qui Marcello Conversano Patri
Lapidem
Sextum post lustrum vovent.
Hìc Marcellus ille Conversanus latet,
Qui adolescens adhuc ann. XXI.
Non uno Legis volumini lucem attulit.
Qui dum Nobilis Familiæ splendorem
Literarum fulgore augeret,
Jamjam doctrinâ Supremis Siciliæ Curiis
Maturus honoribus,
Sed virtutibus maturior Cœlo,
Terras deseruit
Anno MDCXXII. Ætatis XXXV. Julii XXIII.

Hujusce meminere cum laude Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Syracus. pag.* 240. Carolus Antonius Conversanus *in Ætherea Leontinorum Gloria p.* 9. Edidit

De Tutelis, & Curis; & de Capitis diminutione Commentarium. Panormi typis Angeli Orlandi 1618. in 4.

Adnotationes ad Singularia Nicolai Intriglioli. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1609. in 4. & iterum apud Angelum Orlandum 1632. in fol.

Adnotationes ad librum de Censibus Nicolai Intriglioli. Ibid. apud Jo: Ant. de Franciscis 1610. in 4.

Commentaria super Ritu Regni Siciliæ Scribentium, quæ in Curiis, ad decisionem causarum, necessaria ante M.SS. ab omnibus allegabãtur collecta. Ibid. apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol. & Venetiis 1617. in fol. ex Fontana *in Biblioth. Legali*.

MARCELLUS CRASSUS Panormitanus Ordinis Prædicatorum: Vir doctrinâ, & eruditione insignis. Philosophiam, ac Theologiam magna cum nominis fama docuit: ideoque Magistri laureâ fuit meritò insignitus. In sacris historiarum notitiis, juribusque pontificiis versatissimus fuit; ideoq; apud Siciliæ Præsules, & primæ notæ viros Principes magnâ valuit æstimatione. Vivebat anno 1610. De eo *Jo: Lopes in hist. Ordinis S. Domin. par.* 5. *lib.* 3. *cap.* 66. *pag.* 729. Edidit

Examen ad audientiam confessionis exponendorum per modum Dialogi habiti inter Ad. RR. Examinatores, & Patres Confessarios. Panormi apud Jo: Franc. Carraram 1586. & iterum ibidem apud Decium Cyrillum 1623. in 8.

Constitutiones, & Decreta plena Synodo Agrigentina digesta per Ill. & Rev. D. D. Didacum Haedo Episcopum Agrigentinum. Ibidem apud Joannem Franciscum Carraram 1589. in 4.

Officium S. Calogeri Confessoris non Pontificis collectum ex quodam vetustissimo Codice M:S. atque ex Breviario Gallicano. Panormi apud Jo. Ant. de Franciscis 1610. in 8.

Italicè

Leggenda della Gloriosa S. Ninfa Palermitana V. e M. Ibidem apud eumdem 1593. in 8.

Leggenda della Gloriosa S. Oliva Palermitana V. e M. Ibidem apud Jo: Baptistam Maringum 1600. in 8.

Compendio del SS. Rosario, nel quale sono compresi con brevità l'autore, l'origine, la causa, l'ordine di questo santo esercitio, e i gran tesori, gratie, e indulgenze, che vi s'acquistano. Ibidem apud Hieronymum Rossellum 1628. in 8. & iterum apud eumdem 1639. in 12.

Confessionario, o vero Accusatorio per ordine de i precetti del Decalogo, e sette Peccati mortali. Panormi apud Jo: Baptistam Maringum 1606. in 12. iterum ibidem 1635. & 1640. in 12.

MARCELLUS ROMANUS COLUMNA Nobilis Catanensis, Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci, natus anno 1614. Cùm religioni nomen dedisset, exactis studiorum spatiis, inde Philosophiam, ac Theologiam Sodales suos docuit. In quadragesimali curriculo Catanæ, Messanæ, Nicosiæ, Mylis, & alibi per annos 20. conciones non sine fructu habuit: ideoque Lectoris, & Concionatoris Generalis titulum promeruit. Romæ à Confessionibus fuit Hieronymi Columnæ, S.R.E. Cardinalis: Catanæ verò Synodalis Examinator. Nonnulla Ordinis Cœnobia rexit; ac ter ad Definitoris gradum in Provincia Sicula Vallis Dæmonum evectus est. Tandem obiit Catanæ anno 1679. anno æt. suæ 65. De eo P. Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 577. & *cap.* 11. *pag.* 593. Edidit Italicè

La Vera Deità Catanesa, oratione sacra in due Ottave distinta, composta, e in diverse volte recitata nel Duomo della Clarissima Città di Catania. Tomo Secondo Ottava Prima. Veronæ apud Franciscum Rossum 1658. in 4.

Lettera Apologetica scritta al R. P. F. Giuseppe Bonafede, Maestro Agostiniano in difesa della sua Vera Deità Catanesa. Romæ apud Ignatium de Lazáris 1665. in 4.

Avvento. Catanæ apud Paulum Bisagnium 1670. in 4.

Sermoni del SS. Crocefisso. Ibidem apud Joannem Russum 1650. in 4.

Sacri Apparati per il glorioso, ed ammirabile trionfo di S. Croce. Catanæ apud Paulum Bisagnium 1681. in 4.

B. MARCUS Leontinus Monachus, vir sanctitate clarissimus, eâ vixit ætate cum Ss. Alphius Philadelphus, & Cyrinus præclarissimum Catholicæ Fdei testimonium edidere Leontini anno 253. Martyrii desiderio & ipse Marcus æstuans, Martyrum vestigia ad carceres, prætoria, & cruciatus constantissimè sequutus est. Invictissimos Christi Atletas ad animi fortitudinem confirmabat, eorumq; tormenta, ac victorias respexit. Sed haud satis liquet, si in eadem persecutione martyrii coronam acceperit,

an

Digitized by Google

an verò desiderii solius præmium acquisiverit: hoc solummodò certum Ecclesiam Leontinam ab antiquissimis temporibus Marcum Beati titulo insignitum recoluisse: ejusque festum adhuc singulis annis 4. Martii celebrat. Hujus meminere Octavius Caetanus *tom.1. SS. Siculor. pag.87.* qui ad annum 262.affigit, Josephus Perdicarus *par.1. SS.Siculor. pag.229.* Carolus Conversanus *in Ætherea Leontinorum Gloria pag.* 51. Franciscus Carrera *in Panth. Siculo pag.54.* qui omnes scripsisse testantur

Historiam Martyrii SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini. Hanc autem enarrationem cum Crescentius Episcopus Leontinus, vir impius, igni tradidisset, S. Lucianus in ejus locum suffectus ipsam B.Marci historiam vel exscribere, vel iterum exarare curavit: eaque scripsit B. Marcus, quæ oculatus testis inspexit. Hinc Conversanus cit.Marcum vocat unum ex Notariis Ecclesiæ, qui Apostolicæ Sedis jussu Martyrum gesta scribebant.Marci etiam meminit Philippus Ferrarius *in Catalogo SS.extra Martyrologium Romanum 4.Martii p.98.& 99.*Pirrus *in not.Eccl.Syrac. p.239.*& Petrus Carrera *Vol.1. hist.Catanæ lib.2. c.5.p.212.*qui Græcè scripsisse ait:& Martyrium à B.Marco scriptum illud esse tradit, quod Latinè vertit Silvester Sigona anno 1517. in eadem Arca Sanctorum inventum,ut habemus ex Caetano cit. *in animad.pag.51.n.1.* & Conversano *cit. pag.* 75. Prodiit Sigonæ versio Panormi apud Antonium Maidam 1522. in 4. & apud Caetanum *cit. pag.65. & seq.*

MARCUS ALEGAMBIUS Platiensis, Strictioris Observantiæ S. Francisci, vir Philosophiæ,ac Theologiæ scientiis abundè instructus, & Pontificii,Civilisque Juris scientissimus.Graviores docuit disciplinas, & Lectoris, ac Concionatoris titulum promeruit. Prudentiâ claruit, quam in obitis muneribus insigniter detexit: Custodem etenim egit Provinciæ Netinę, ad hoc munus evectum ann. 1635. pluries fuit etiam, ut vocant, Custos Discretus, ac ejusdem Provinciæ Vicarius Provincialis. Tandem dum Cœnobium Syracusanum S.Lucię moderabatur, ibidem decessit anno 1647. Hujusce laudes invenies apud Jo: Paulum Chiarandanum *in hist. Platiæ lib.4. cap.3. p.265.* Petrum Tognolettum *in Paradiso Seraphico par.1. lib.5.cap.1. pag.576. cap.7. pag.588. cap.12.pag.594. & par.2.lib.10. cap. 9. pag. 562. cap. 10. pag. 564. & cap. 15. pag.574.*& Coronellum *in Biblioth.to.2. n.3944. pag.775.* Scripsit Italicè

Historia di Piazza Città opulentissima col V essillo dell'Invittissimo Conte Ruggieri Normanno. Servatur m. s. in 4. in Bibliotheca Cœnobii Platiensis S.Petri: ex qua multa exscerpsit Chiarandanus *cit.* qui multis in locis ipsam citat, & nonnulla exscribit fragmenta: ut etiam Tognoletus *cit. par. 1. lib.2. cap.1. pag. 102. & cap.12. pag. 129.* alia ejusdem historiæ protulit fragmenta.

MARCUS ANTONIUS ALAIMUS,non Alcaimus,ut perperam Morerius *in dict.t.1.p.118.* & Coronellus *in Biblioth. Vniuers. to.2. n.3512. pag. 685.* Ragalbutensis Philosophus, ac Medicus celeberrimus. Racalmutensem vocat Antonius Vanderlinden *de scriptis medicis p.774.* sed falsò;Racalmutum enim à Ragalbuto oppidum in Sicilia diversum.Natus ann. 1590.ab ineunte ætate literas coluit eo animi ardore, ut in humaniorum literarum curriculo nimiùm profecerit: inde Philosophiæ addictus, egregiâ cumulatus doctrinâ, inter Philosophos præcipuos cooptatus est. Tandem medicam facultatem amplexus, præstantissimi ingenii, ac studiorum ope, ad insigne doctrinæ fastigium pervenit; ideoque Messanæ anno 1610. doctorali donatus laureâ, inde Panormi 1616. domicilium fixit,ubi munere tuendæ, ac instaurandæ valetudinis functus est eximia cum doctrina, ac maximâ felicitate; adeo ut magnam comparaverit sibi nominis famam, ac ingentem sui æstimationem excitaverit. Principibus viris, ac nobilitate clarissimis, Præsulibus, ac Siciliæ Moderatoribus acceptissimus fuit, qui ad ipsum in gravioribus sanitatis negotiis,tanquam ad medicinæ oraculum,confugiebāt. Pluries etiam ad remotissimas Urbes accersitus est magnis precibus,magnâve auri vi illectus,ut ad jam conclamatas ægritudines salutarem manum adhiberet: pluries etiam è dissitis Regionibus per internuncios, ac epistolas consultus, ut in gravissimis, tenacissimisq;morbis oculatissimam proferret sententiam. At excellentius refulsere doctrinæ suæ splendores anno 1624. cùm grassante pestilentiâ Panormi, & in aliis Siciliæ locis, Urbes oppidaq; depopulabantur: in illius temporis ærumnis, nulla ductus mercede, Panormi indefesso labore desudans, innumeros è morbi faucibus eripuit, & sanitati restituit. Et ne dum Panormi, verùm etiam alibi egregiam attulit opem; in multos enim Siciliæ locos à Siciliæ Prorege missus, eximiâ tùm doctrinam, tum sedulitatem mirificè detexit; ac non sine maximo emolumento expertę sunt Castrum novum,Musulmelis, Bisbona, Calatanixeta, aliæq; Siciliæ Urbes, ubi magno labore aliorum sanitatem constantissimè propugnavit. Hinc meritò maximâ veneratione prosequutus: nominis enim præclarissimi fama extra Siciliæ limites progressa, omnem explevit Europam. Panormi fuit unus ex Fundatoribus Academiæ Medicorum, in qua quater ad Principis gradum fuit evectus. Pluries Panormitani Prætoris Consultor, & in rebus ad sanitatem spectantibus, ut vocant,Deputatus. Bononiam accersitus,& magnæ mercedis spe allectus, ut in ea celeberrimæ Academia primam medicinæ Cathedram haberet, ac doctrinâ illustraret, oblatum honorem, ne Siciliam desereret, respuit: eamque ob causam nec dignitatem ultrò oblatam à Joanne Alphonso Henriquez,Magno Castellæ Architalasso, & Neapolis Prerege, accepit, qui Regni Neapolitani Prothomedicum delegerat. Doctrinam pietate illustravit, virtutibusque adaugere studuit: ideoque in pia loca benefi-

cus,

Digitized by Google

cus, ac profusus fuit. Nec prætermittenda Panormitana Ecclesia S. Mariæ Agonizantium, quam & ipse cum aliis ad Deiparæ cultum excitavit,& exornavit: qua in Ecclesia tum Sodales,tum Cives omnes ad ipsam confluentes,mirâ pietate pro omnibus animas agentibus preces fundunt. Ad hujus Ecclesiæ splendorem amplificandum, usque ad vitæ extrema tenerrimi animi studia fovit. Tandem annum agens 72. mortalitatem explevit Panormi 29. Augusti 1662.& in eadem Ecclesia Agonizantium sepultus est, addita hac inscriptione.

En humi sternitur, qui ab humo ipse totam Siciliam dirâ sæviente peste liberavit. Proh dolor! Ipse est mirabilis ille Doctor D.Marcus Antonius Alaymo Nob. Salutaris Academiæ Panor. Institutor, & Princeps, Perillustris Deputationis Sanitatis Deputatus, & Perillustris Prat. pluries Consultor, Venerabilis hujus Congregationis sacri Templi Fundator vigilantissimus, virtutibus clarus, pietate insignis requievit 4. Kal.Septemb. 1662. ætat. 72. Sacerdos Doctor D. Joseph Patris obsequent. monumentum hoc lacrymabundus posuit.

Panormitana Medicorum Academia tanto viro justa persolvit; suamque doctrinam, virtutesq; funebri oratione exornavit Andreas Vetranus Medicus Panormitanus; multique alii nonnullis ingenii monumentis,quæ simul collecta prodiere Panormi typis Augustini Boffii 1662. in 4.Marci Antonii cum laude meminere Michael Justinianus *in literis memorab. p.1. pag.* 401. P. Michael Frazzetta *in Vita P. Aloysii Lanusa l. 1. c.13. pag.*109. *& lib.3.cap.2. pag.*279. Jo: Hofmannus *in lexic.to.1.pag.*986. Vanderlinden *de scriptis medicis cit.* Morerius *loc.cit.* Coronellus *loc.cit.& n.*2574. *pag.* 460. ex iis, quæ ipsi ego transmisi, sed perperam exscriptis; in oppido enim Siciliæ,cui nomen Hagalbosto,pro Ragalbuto natum ait. Edidit

Diadecticon, seu de succedaneis medicamentis, opusculum ne dum Pharmacopolis necessarium, verum etiam Medicis,Chimicisve maximè utile, in quo nova, & admiranda naturæ arcana reconduntur. Panormi apud Alphonsum de Isola 1637. in 4.

*Consultationem pro ulceris syriaci nunc vagantis curatione.*Ibidem apud Petrum Orlandum 1632 in 4.

Italicè:

Discorso intorno alla preservatione del morbo contagioso, e mortale, che regna al presente in Palermo, & in altre Città, e Terre del Regno di Sicilia. Ibidem apud eumdem 1625. in 4.

Consigli Medico-Politici composti d'ordine dell'Ill. Senato Palermitano per l'occorrenti necessità della peste. Ibidem apud Nicolaum Buam 1652. in 4. Horum consiliorum regulis Hispani, Neapolitani, Januenses, Romani, aliæq; Nationes Urbium regimen direxere in cohibenda pestilentiæ lævitia.

Prælo parata hæc alia reliquit opera,nempè:

Opus aureum pro cognoscendis, curandisque febribus malignis.

Consultationes Medicas pro arduissimis profligandis morbis.

Commentaria in historiam ab Hippocrate in Epidemicis Constitutionibus observatam.

Hìc breviter addam Marcum Antonium Alaimum filios post se reliquisse doctrinæ suæ hæredes, & famæ Josephum, & Dominicum.

Josephus Alaimus Sacerdos Panormitanus, omnigenâ eruditione cumulatus floruit: Philosophiæ, Sacræ Theologiæ, & Medicinæ fuit Doctor insignis: ex antidotis ab eo adinventis salutarem opem innumeri experti sunt.Naturę arcana sedulò penetravit.Amœniores literas cum doctiorum veneratione excoluit. Triennio fuit à Secretis Senatus Panormitani. Academiam Animosorum Oreti cum aliis fundavit. Astronomicas disciplinas, ac mysticam Theologiam singulari studio complexus est. Tandem inter Clericos Regulares in Domo S. Josephi obiit Panormi 12.Augusti 1688.Multa reliquit ingenii monumenta astronomica, medicinalia,poetica, & oratoria, quæ non dum ad umbilicum perducta, infeliciter delitescunt.De eo Alphonsus Salvus *in Prosis pag.*111.

Dominicus Alaimus Panormitanus adhuc ephebus, ne dicam puer, Philosophiæ, & Medicinæ laureâ donatus; inde inter Carmelitas Excalceatos vixit. Doctrinâ instructissimus Philosophiam, ac Theologiam cum insigni nominis fama docuit. A sacra eloquentia haud exiguos plausus collegit. Poetica studia prosequutus, nonnulla cum vividissimi ingenii laude cecinit. Inde inter Sacerdotes Sæculares, medicinæ peritiâ summum sibi nomen comparavit. Omnium primus Democriticam doctrinam Panormi disseminavit,quam inde egregius ejus discipulus D. Joannes Petrus Melatius Sacerdos Panormitanus, doctissimè docuit, & propugnavit.Decessit tandem Panormi 19.Septemb.anno 1708. & 15. Novembris ejusdem anni, laudati Joannis Petri operâ magnificentissimo funere cohonestatus est in Ecclesia S.Matthæi, in quo funebrem orationem dixit Augustinus Gervasius Panormitanus doctus medicus, ac innumeris laudum præconiis ab aliis celebratus est.Funeris narrationem breviter in lucem emittet S. T.Doctor D.Vincentius Torregrossa. Nonnulla ejus ingenii monumēta vagantur,præsertim poetica; pauca verò edita sunt in libro inscripto: *l' Apogeo di Parnasso*. Panormi apud Anselmum 1671. in 12.

MARCUS ANTONIUS CATANIA Panormitanus, Josephi Catania, ac Lucretiæ Alaimo, prædicti Marci Antonii consanguinea,filius.Natus anno 1661. politiores literas amplexus est: Musarum oblectamenta adamavit, & egregiè recolit non sine ingenii præstantissimi laude; ideoque à Literatis viris non vulgarem æstimationem promeruit, & assequutus est. Vivit vir eximius eruditione,& ingenio clarissimus. Edidit Italicè

L'Enea in Cartagine drama per musica. Panormi apud Barberam, Rumulum, & Orlandum 1680. in 12.

Digitized by Google

Il Severo in Roma, Melodramma. Panormi apud Jacobum Epirum 1685. in 12.

La Pace Trionfante con tre corone in un trono Melodramma. Ibidem apud Michaelem Conſtantium 1698. in 12.

Suppreſſo nomine

La Palma di Debora ſimbolo della Croce Trionfante del Siſara dell'Inferno. Dialogo per muſica. Ibidem apud Adamum 1698. in 8.

Le Vittorie dell'Arcangelo S. Michiele ottenute contro Lucifero, Simbolo del Trionfo della Vergine Immaculata ripertato nel primo iſtante dall'Originaria colpa. Dialogo per muſica. Ibidem apud Auguſtinum Epirum 1693. in 4.

Alios etiam edidit Dialogos Panormi variis impreſsos annis, nempè:

Il Trionfo del Zelo per S. Michiele Arcangelo. Dialogo.

Il Trionfo d'Iſraelle. Dialogo.

Il Maravigliosò prodigio dell'Eroe Paulano. Dialogo.

La Galleria. Dialogo.

Il Sacrificio di Meſa. Dialogo.

Il Peſame. Diologo.

Adauxit, & in meliorem reduxit formam

L'Amante nemica Melodramma.

Il Germanico nel Reno Melodramma.

Il Maſſentio.

Prælo parata habet hæc alia, nempè:

Il S. Antonio Abbate. Melodramma.

L'Eraſto. Dramma.

L'Aprile in Decembre. Dramma.

Poeſie Liriche Tomi due.

MARCUS ANTONIUS FERRARA Meſſanenſis, vir amœnioribus literis inſigniter excultus: tum oratoria, tum poetica facultate ingenium expolivit, & emerita cum laude detexit. Inter Academicos Officinæ Meſſanenſis claruit. Obiit circa annum 1662. nam anno 1660. ex editis ingenii monumentis ſuperſtitem fuiſſe conijcio: anno verò 1663. jam defunctum colligimus *ex Tabula Poetarum Siculorum* Joannis Vigintimillii, quam in Libro primo ſuorum Poetarum Bucolicorum edidit. Ipſum ſub Sopiti Academici nomine laudat Carolus de Gregorio *in Proſis Officinæ lib. 2. pag.* 186. Hujus extant Italicè

Poeſie. In libro: *Stravaganze Liriche degli Academici della Fucina Parte Prima.* Bononiæ apud Joannem Baptiſtam Ferronum 1642. in 4.

Poeſie. In libro: *Poeſie Volgari degli Academici della Fucina Parte Terza.* Neapoli apud Ægidiũ Longum 1659. in 12.

Poeſie. In libro: *Poeſie Volgari degli Academici della Fucina Parte Quarta.* Ibidem apud Sebaſtianum Alecci 1660. in 12.

MARCUS ANTONIUS MARCHESIUS Panormitanus Juriſconſultus à doctrina laudatus. Cauſarum Patronum in Supremis Siciliæ Tribunalibus egit, & in iiſdem pluries litium arbiter ſedit; Judicem enim inveni in Prætorio Panormitano an. 1627. & 1631. in Foro Conciſtorii Sacræ Regiæ Conſcientiæ an. 1632. & in Magnæ Regiæ Curiæ Subſelliis an. 1635. & 1640. at dum in eodem Tribunali adhuc effulgebat, deceſſit Panormi 14. Maii an. 1641. & in Eccleſia S. Joſephi Clericorum Regularium ſepultus eſt. Scripſit unà cum Mario Caribdo, & Cataldo Fimia

Juſtificationes ſententiæ datæ in cauſa petitionis vindicatoriæ, & reintegrationis ſeptem feudorum nuper erectorum in titulum Baroniæ Aſprimontis. Panormi 1637. in fol.

MARCUS ANTONIUS MARTINES Panormitanus hiſtoricus, ſcripſit ex Stephano Mauro *in ſua Meſſana cap. 13. pag.* 110.

De Situ Siciliæ.

MARCUS ANTONIUS NICOLICCHIA Meſſanenſis, natus primo Februarii 1679. ex Parentibus claro genere conſpicuis, nempè Paulo Nicolicchia, & Neri, & Annâ Coſta, & Ruffo; ab ipſo ætatis exordio ingenii præſtantiſſimi aciem liquidò patefecit: dum enim ſummâ felicitate Grammaticæ, ac Rhetoricæ præceptis inſtitueretur, poeticam indolem non obſcurè manifeſtavit, cum Præceptorum, Nobilium, ac Eruditorum ad ipſum confluentium admiratione. Philoſophiæ ſtudia ab anno ætatis ſuæ decimotertio aggreſſus in Meſſanenſi Collegio Societatis Jeſu, editis non vulgaribus doctrinæ teſtimoniis, egregiam æſtimationem promeruit. Inter Clericos recenſitus, ac minoribus ordinibus à Franciſco Alvarez Archiepiſcopo Meſſanenſi initiatus, concionandi facultatem ab eodem accepit: ideoquè pluries è ſuggeſtu audita, immò demirata ſunt ipſius eloquentiæ ornamenta. Hinc perſæpè à variis Ordinum Regularium Superioribus allectus eſt, ut eorumdem inſtituta amplecteretur, & illuſtraret; & alicui forſan ſacræ familiæ nomen dediſſet, ni moleſtiſſimus morbus, ob nimiam ſtudiorum contentionem contractus, ab ea advocatione animum avertiſſet. Diſcendi cupiditate extimulatus, & ut varios hominum mores intelligeret, patrios reliquit lares. Siciliæ primùm memorabilia vidit. Panormi diu pedem fixit, ibique Congregationis Oratorii Bibliothecam, quotidiè publico beneficio patefactam, frequentavit: ideoquè tum ſtudiorum vi, tum Nobilium, ac Doctiorum conſuetudine multùm profecit. Medicæ facultati, Juriſprudentiæ, aliiſque diſciplinis ingeniũ devovit: ac varias Orbis plagas perluſtravit. Cùm verò Venetiis conſediſſet, ut pleniùs animum erudiret, ibi Nobilium, ac Eruditorum æſtimationem ſibi comparavit. Cum Apoſtolo Zeno præſertim, Antonio Valliſnierio, Matthæo de Noris, Vincentio Coronello, Marchione Dominico Suarez, Ludovico Teſti, aliiſque in Orbe Literato clariſſimis, arctiſſimam amicitiam inſtituit. Inter alios eminuit Bernardus Triviſanus Nobilis Venetus, à doctrina, ac editis ingenii monumentis celebris, qui Marcum Antonium ſummè dilexit, & de literariis rebus ſecum familiariter perſæpè diſſerebat. Nec minori æſtimatione ipſum proſequutus eſt Franciſcus Triviſanus Bernardi frater. Celebriores Italiæ

Aca-

Digitized by Google

Academias in eorum Catalogum retulere Marcum Antonium, inter quas non ultimæ sunt Animosorum, Argonautarum, & Minervæ apud Venetos; ut etiam Clitiæ Messanensis. Demum Siciliam repetiit, ut matris precibus indulgeret, & Annam Cimino Syracusanam uxorem duxit: ad intermissa Jurisprudentiæ studia rediit, ac Juris utriusque lauream Catanæ accepit 24. Maii anno 1708. Nunc Syracusis literis apprimè addictus, ingenii lucubrationes vel absolvit, vel in lucem emittit; dum nominis sui fama undiquè assurgit. Ipsum laudant Vincentius Coronellus *in epist. nuncupatoria Epit. histor. Siciliæ*, Pinacotheca Minervæ *tom.* 5. variis in locis, & Dandus *in diario Literatorum*. Edidit

Triumphum Ortygæ ob annuam Divæ Luciæ festivitatem, Dialogum. Catanæ apud Bisagnium 1703. in 4.

Præfationem habitam in almo Studio Clarissimæ Urbis Catanæ, cùm ibidem utriusque Juris Lauream accipere aggrederetur. Ibidem apud eumdem 1708. in 4.

Italicè

Le Glorie dell' Umanità Redenta. Dialogo per musica per la Concezzione di Maria Vergine. Panormi apud Ignatium Calatrum 1694. in 4.

Il Trionfo della Castità riportato dal Glorioso Patriarca S. Benedetto nell' avvolgersi fra le spine, Dialogo per musica. Ibidem apud Hieronymum Epirum 1695. in 4.

Le Tenebre esterminate per la Cõcezzione di Maria Vergine. Dialogo per Musica. Neapoli apud Franciscum Pacem 1696. in 4.

L'Inverno fiorito. Dialogo per musica per la Nascita di Cristo. Panormi apud Ignatium Calatrũ 1696. in 4.

Epilogo di tutta la Grammatica Latina. Ibidem apud eumdem 1697. in 8.

L'Amorose Nenie di Maria, e Giuseppe al Bambino Giesù nel Presepe. Dialogo. Ibidem apud eũdem 1697. in 4.

Il Tripudio della Corte Celeste per l'Assunzione in Cielo di Maria Vergine. Dialogo. Neapoli apud Franciscum Pacem 1697. in 4.

La Costanza fra le pene. Dialogo per la Gloriosa V. e M. S. Caterina. Ibidem apud eumdẽ 1698. in 4.

Devote espressioni d'affetto verso Maria Vergine. Diologo. Panormi apud Joannem Adamum 1699. in 4.

La Luce fra gli Orrori. Dialogo per la Nascita di Cristo. Ibidem apud Gramignanum 1699. in 4.

Il Peccator Pentito a' piedi di Cristo. Dialogo. Ibidem apud Ignatium Calatrum 1700. in 4.

Le Divote Gare in lode delle Bellezze di Maria Vergine. Dialogo per musica. Ibidem typis Filicis Marini 1701. in 4.

Il disprezzo della Vanità mondana. Dialogo. Ibidem apud eumdem 1701. in 4.

La Tirannide Rintuzzata. Dialogo per la Gloriosa V. e M. S. Lucia. Catanæ apud Bisagnium 1703. in 4.

L'Idolatria Abbattuta. Dialogo per la festività del Glorioso Patriarca S. Benedetto. Ibidem apud eumdem 1704. in 4.

Le Lagrime dell' Aurora per l' Eclissi del Sole, ò vero la Crocifissione di Cristo, e Maria. Dialogo. Ibidem apud eumdem 1704. in 4.

Li Sforzi prodigiosi della Fedeltà, ò vero Relazione encomiastica degli Applausi festiui celebrati nella Fedelissima Città di Siracusa, per la Nascita del Serenissimo Duca di Brettagna. Messanæ apud Dominicum Costam 1704. in 4.

L'Innocenza Trionfante, Dialogo per la festività del Glorioso Patriara S. Benedetto. Ibidem apud eumdem 1705. in 4.

Il Serio col faceto, ò vero Prologo, ed Intermezi, per le Metamorfosi d'Amore, opera Comica rappresentata da i Signori Caualieri Siracusani. Catanæ apud Bisagnium 1704. in 12.

L'Eclisse Rischiarata. Dialogo per musica per la Glorioſa V. e M. S. Lucia. Ibidem apud eumdem 1705. in 4.

L'Arca de' Portenti. Dialogo per musica per la Translazione delle Sacre Reliquie della Gloriosa V. e M. S. Agata. Ibidem typis ejusdem 1705. in 4.

L'Utile fra gli Scherzi, o vero Prologo, ed Intermezi per li Sponsali per l'impero, opera Comica. Messanæ apud Amicum 1707. in 12.

Lettera di Ragguaglio sopra alcune notizie letterarie al Rev. Signor Abbate D. Michael Angelo Fardella Publico Lettore di Meteore, & Astronomia nello Studio di Padoua. In libro inscripto. *Galleria di Minerua Tomo V. pag.* 219.

Lettera di Ragguaglio sopra alcuna notizie letterarie al Signor Apostolo Zeno. Ibidem *pag.* 223.

Lettera di Ragguaglio sopra alcune notizie letterarie, e la solenne entrata di Procurator di S. Marco fatta li 18. *Gennajo del an.* 1707. *dall' Ill. & Eccel. Sig. Caualier Carlo Ruzzini al M. R. P. Girolamo Ragusa della Compagnia di Giesù.* Ibidem *pag.* 237.

Breue Ragguaglio della Vita, e prodigiosa uniformità d'accidenti nell'infermità, e morte dell'Illustrissimi ed Eccellentissimi Sposi il N. H. Giouanni Morosini, e la N. D. Elisabetta Maria Treuisani. All'Illustrissimo, e Reu. Signore Monsignor D. Asdrubale Termini Vescouo di Siracusa. Ibidem *pag.* 233.

Alia etiam vagantur edita parvæ molis & si nõ spernenda. Prælo parata habet hæc alia, nempè:

Adolescentiæ flosculi, nempè: Elogia, Inscriptiones, Epigrámata, Anagrámata, aliaque. in 12. Italicè

L'Esito funesto della Congiure, diuisato in quella che fù fatta contro Claudio Nerone. Ricconto Istorico-Politico. in 12.

L'Uso, & Abuso del Tabacco. in 12.

L'Uso, & Abuso dello scriver lettere. in 12.

L'Innocenza Trionfante Dráma per musica. in 12.

La Forza del Buon Consiglio Dramma per musica. in 12.

Il Colombo Dramma per musica. in 12.

L'Umanità Redenta opera comica in verso per l' Annunziazione di Maria Vergine. in 12.

L'Onofrio. Opera comica in prosa, & in verso. in 12.

Il Patrocinio d'Alberto, Dramma per musica. in 12.

Digitized by Google

Precetti della Toscana Poesia. in 12.

Idea della Prattica Civile. in 12.

Lettere Missive d'ogni genere. in 12.

Raccolta di Varie sentenze, descrizioni, e cose notabili di varj Autori. in 4.

L'Epistole d'Ovvidio commentate in lingua Toscana. in fol.

Poesie Liriche Tomi Tre, ne' quali si contengono Sonetti, Madrigali, Idilli, Elegie, Odi, Serenate, Prologhi, ed Anagramme Volgari. in 12.

Il Cielo Filosofico tradotto in lingua volgare. in 12.

Il Demetrio Dramma per musica portato in verso recitatiuo, accresciuto, ed abbellito. in 12.

La Partenope Dramma per musica accresciuta, abbellita, e portata in uerso recitatiuo. in 12.

I Documenti del Sauio, o uero Riflessioni Politico-Morali su le Massime di Seneca il Filosofo. in 12.

Breue Ragguaglio della Vita di Seneca in Filosofo. in 12.

MARCUS ANTONIUS SESTINUS. v. Placidus Samperius

MARCUS AURELIUS SCODANIGLIO Panormitanus Ordinis S. Joānis de Deo. Parētibus sat honestis natus 11. Octobris 1658. à teneris unguiculis literarum studiis addictus, duodennis in Panormitano Clericorū Seminario exceptus est, in quo prima eruditionis elementa, nempè Grammaticæ, ac Rhetoricæ præcepta accepit. Mox Philosophicis documentis apprimè instructus, inter sodales suos doctrinâ claruit. Ut Deo se totum dicaret, è Theologico cursu ad Ordinis S. Joannis de Deo institutum iter flectere deliberavit, quod amplexus est 29. Junii 1679. Vix expleto tyrocinio, & professionis biennio, Romam accersitus est, ut à secretis esset P. Thomæ Bonelli, tunc totius Ordinis Procuratoris Generalis: in eoque munere operam suam quadriennio præstitit, & non sine laude Ordinis negotia pertractavit. Exinde Siculam Provinciam semel, & iterum laudabiliter rexit, electus nempè 14. Septēbris 1687. & 12. Junii 1695. cui etiam Provinciæ, Commissarii, & Visitatoris Generalis munere, præfuit electus 15. Martii 1696. Pluries Cœnobiū, & Nosocomiū Calatahjeronēse gubernavit, quod ædificiorum magnificentiâ amplificavit, ornavitque. At cùm formidabilis terræmotus anno 1693. 11. Januarii omnia solo æquasset, infra biennium Marcus Aurelius iterum extruxit, & in meliorem redegit formā. Nosocomium verò ita pulcherrimum excitavit ad ægrotantium profectum, ut in Valle Netina primatum teneat. Anno 1701. 16. Maii ab eodem Thoma Bonello Ordinis Generali, Cœnobii, & Nosocomii Panormitani Prior electus est, non sine ingenti ipsorum profectu: breviter cùm Cœnobium ære alieno gravatum in difficillimis temporibus, ab omni onere liberavit. Novum Nosocomium, in duo bipartitum valetudinaria, pro nobilibus unum, pro honestis viris aliud, ad Urbis splendorem, ac ægrotorum commodum erexit; quod 15. Julii 1703. apperuit; non sine maxima sui laude, ac Civium cōfluentium plausu: à rerum enim ornamentis, & ædium magnificentia mirum in modum excellere omnes fatentur: omnique verò rerum copiâ abundè munitum, laudes promeretur egregias. Ædes etiam elegātissimas ad Cœnobii ornatum excitavit, cum duplici dormitorio, fontibus illustrato: ac tres atrii facies elegantissimè expolivit: quæ omnia, magnificentiâ suâ, ac cultu, operis conditorem concelebrant. Ingenio munitus insigni, è bibliotheca selectissimis referta libris, quam sibi comparavit, haud vulgarem in sui ornamentum doctrinam, & eruditionem protraxit. Vivit vir eximius, dum hæc scribimus anno 1709. & Cœnobio Calatahjeronensi iterum præest, quod prudentiâ, ac virtutis legibus moderatur. In lucem emisit

Bullarium Religionis B. Joannis de Deo compendiosè editum, cum necessariarum, notabiliorumq; rerum Appendice. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1685. in 4.

Italicè

Tavola Cronologica della Religione del B. Giovannni di Dio detta de' Fate Ben Fratelli. Romæ apud Mascardum 1685. in 4.

Vita di S. Giovanni di Dio Fondatore de' Frati Ospidaleri, Ministri degl' Infermi, detti Fate Ben Fratelli. Panormi apud Honuphrium Gramignanum 1706. in 12. Hanc vitam etiam in elogium contraxit, inscriptum:

Elogio di S. Giovanni di Dio estratta dalla sua Vita. Ibidem apud eumdem 1707. in folio expanso, & in 12. cum hymno ejusdem.

Lettera di Ragguaglio d' alcune grazie concedute dal Signore ad intercessione di S. Giouanni di Dio Fōdatore de' Frati Ospidaleri detti Fate Ben Fratelli nella Clarissima, e Fidelissima Città di Catania, in questi ultimi anni. Ibidem apud eumdem 1708. in 12.

Scripsit etiam, & breviter typis tradet

Vita del Venerabile Servo di Dio Giovāni Peccatore dell' Ordine di S. Gio: di Dio.

Cronica della Provincia di Sicilia dell' Ordine di S. Gio: di Dio.

MARCUS BASILIUS PLANCARENUS v. Marcus Plancarenus Basilius.

MARCUS LA CAVA Panormitanus, Episcopus Mazarensis: ex honestissima familia natus anno 1563. Jurisprudentiæ operam dedit, & Doctoris laureâ insignitus, magna cum doctrinæ laude in Supremis Siciliæ Tribunalibus Advocatum egit. Pietate etiam claruit; ideoq; unà cum aliis nobilissimam, & adhuc florentissimam Societatem Pacis Panormi anno 1580. excitavit. Inde ad meliorem vitæ rationem animum vertens, anno ætatis 34. Ecclesiasticam militiam amplexus, Sacerdotis charactere insignitus est, & non multò post Joanni Baptistæ Celestri in Hispaniam contendenti, ut in Supremo Italiæ Consilio Regentis munere fungeretur, se comitem dedit. Matriti satis perspectâ doctrinæ suæ excellentiâ, à Dominico Gymnasio Archiepiscopo Sipontino, tunc Apostolicæ Sedis Nuntio

apud

apud Catholicum Regem, & inde S.R.E. Cardinali, in ſuum Auditorem delectus eſt; & anno 1603. à Philippo IV. Regius Capellanus renunciatus: anno verò 1604. ad Epiſcopalem Infulam Mazarenſis Eccleſiæ evectus eſt. Romæ à Paulo V. conſecratus Panormum remeavit anno 1606. ubi magno plauſu viſus, magnaque honoris ſignificatione à Duce Feriæ Prorege exceptus eſt. Ad Eccleſiam ſuam profectus in ea regenda egregii, immò Sanctiſsimi Paſtoris virtutes mirum in modum detexit. In pauperes ſemper profuſus, propè omnes Epiſcopii proventus in ægentes, in loca pia, Cœnobia, ac Regulares familias erogavit: quam ſingularem animi liberalitatem, hyeme ſæviente, ferventius obſervabat; oſtiatim enim per hybernas glacies excurrens, pauperes ſedulò perquirebat, alioſque ad hæc charitatis officia extimulabat. Anno 1624. graſſante in Siciliam peſtilentiâ ſupremas charitatis metas attingere viſus eſt; omnes enim & ſublevare curabat, ac paterno amplectebatur amore. Novis ædificiis Epiſcopii ædes amplificavit, ut etiam ſacellum SS. Domini Cruci affixi in Urbe Drepani. Sacrâ ſupellectile Cathedrale Templum ditavit. Diœceſanam Synodum bis ad morum reformationem coegit. Mille & ſexcenta aurea annua, quinquaginta Sacerdotibus Mazarenſibus diſtribuenda è menſa Epiſcopali aſſignavit; qui horis canonicis ad divini cultus ſplendorem ſemper intereſſent. Vicario ſuo, ac Viſitatori Generali uncias ducentas annuas conſtituit, ut Diœceſanos à quacumque ſolutione liberaret. Tandem egregiis cumulatus virtutibus, non ſine magno omnium dolore, ſanctiſſimè vitam abſolvit Mazaræ 4. Auguſti anno 1626. ac nihil ex ſpolio regio Ærario reliquit, omnia enim pauperibus diſtribuerat; ideoque ut, quo decebat honore, tanto Præſuli funus celebraretur, ex Regio Patrimonio ſumptus accepti. Sepulchro in Cathedrali Mazarenſi hæc appoſita eſt inſcriptio.

Marcus la Cava Panormit. Mazarienſi Præſulatu ad vigeſimum ſecundum annum laudabiliter geſto, ſexageſimo tertio vitæ functus, largitatis memoriam, ſuiq; deſiderium cunctis reliquit pridie nonas Auguſti M. DC. XXVI.

De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. p. 527. Frâciſcus Baronius de Majeſt. Panor. lib. 3. cap. 8. p. 136.* & Vincêtius Nobilis *in Theſauro Abſcondito pro Drepanitanæ Virginis gloria p. 89. & 90.* Edidit *Conſtitutiones Synodales.* Panormi apud Angelum Orlandum 1624. in 4.

MARCUS MANALOPOLUS Meſſanenſis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, ex Theologorum Collegio Meſſanenſi, & Concionator diſertiſſimus. Claruit anno 1640. Ipſum laudant Placidus Reina *in not. hiſtor. Meſſan. p. 2. pag. 529.* Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Marian. p. 2. pag. 84.* & Bernardus Raja *in carmin. Officinæ p. 1. pag. 206.* Edidit Italicè

Oratione ſacra della Lettera ſcritta da Maria Vergine a' Meſſineſi detta nel Duomo di Meſsina nel 1639. Meſſanæ 1639. in 4.

MARCUS PLANCARENUS BASILIUS Meſſanenſis, Franciſco Pharaonio præceptore humanioribus literis eruditus eſt. Amœnioribus ſtudiis addictus, ac Poeſi non vulgariter excultus claruit. Florebat anno 1531. quo anno epiſtolam nuncupatoriam dedit Panormi Antonio Minturno; ipſi enim amiciſſimo opuſculũ nuncupavit inſcriptum:

De numeroſo heroici carminis artificio compendiaria inſtitutio. Editum eſt poſt Franciſci Pharaonii Inſtitutiones Grammaticas à ſe recognitas. Venetiis apud Floravantes 1581. in 8. & alibi ſæpius.

Vitam Franciſci Pharaonii, & Epicedion in ejuſdem funere. Prodiit ſæpiſſimè cum eiſdẽ Inſtitutionibus Pharaonii, præſertim Panormi typis Hieronymi Roſſelli 1639. in 8.

MARCUS A S. ROSALIA Panormitanus Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini Congregationis Italiæ. Natus Panormi anno 1604. ex familia Vita, jam gravioribus ſcientiis inſtructus, regularem diſciplinam amplexus eſt 1626. & in Cœnobio Panormitano S. Gregorii ſolemnia emiſit vota 26. Aprilis 1627. Abſoluto tyrocinio iterum Philoſophiæ, ac Theologiæ curricula confecit: morum integritate conſpicuus tyrones, ac Ordinis juniores profeſſos inſtruxit. Plura gubernavit Cœnobia: bis Provinciam Panormitanam Provincialis munere rexit, nõ ſine prudentiæ laude. Obiit tandem Panormi in memorato S. Gregorii Cœnobio 14. Martii an. 1676. Edidit

Sacrarum Cæremoniarum pro Miſſa ſolemni, ac privata, Breviloquium, ſive Compendium. Panormi typis Petri de Iſola 1667. in 8.

Sacrarum Cæremoniarum compendium pro Hebdomada Majori. Ibidem typis Dominici de Anſelmo 1668. in 8.

MARCUS A ROBORE Siculus, ut ex indice Siculorum Poetarum Jo: Vigintimillii patet, quem ſuo de Poetis Bucolicis libro præfixit: at incertæ patriæ. Poeſi claruit, inter Accenſos Academiæ Panormitanæ adſcriptus an. 1573. Hujuſce extant Italicè

Rime. In libro: *Rime degli Accademici Acceſi di Palermo.* Panormi apud Jo: Bapt. Maidam 1573. in 8.

MARCUS SERIUS Panormitanus Sacerdos, Prothonotarius Apoſtolicus, Sacræ Theologiæ, & Utriuſque Juris Doctor eximius: Ven. D. Hieronymi de Panormo viri ſanctimoniæ famâ præclariſſimi diſcipulum fuiſſe, ipſemet ait apud D. Vinc. Auria *in hiſt. Cruc. Panor. pag. 39.* Vir à cumulata doctrina clariſſimus; tum ſcholaſticâ tum morali ſcientiâ inſigniter excultus eminuit: ac in Cæſareis, & Pontificiis Juribus verſatiſſimus fuit. Hinc ob multiplex doctrinæ ornamentum, meritò egregiam promeruit æſtimationem, honoreſq; nonnullos; fuit etenim primùm Eccleſiæ S. Urſulæ Panormi Capellanus; inde à Panormitano Senatu Parochus, & Beneficialis Eccleſiæ S. Mariæ de Monteſerrato in Panormitano ſuburbio electus: & anno 1647.

ad

Digitized by Google

ad Parochialem S. Hippolyti Eccleſiam translatus. In S. Inquiſitiônis Officio à Conſultationibus, & Cenſuris fuit. In Panormitana Diœceſi Judicem, ac Examinatorem Synodalem egit: & nonnullis Monialium Monaſteriis præfuit, Archiepiſcopi Panormitani nomine, ut vocant, Deputatus, à F.D.Martino de Leõ & Cardenas Panormitano Præſule electus, cui gratiſſimus fuit. Morum elegantiâ immò eximiâ probitate apprimè enituit: nã à laudato Hieronymo de Panormo, omnibus numeris abſoluto, ac celeberrimo, in rebus ad animæ sãctimoniã ſpectantibus inſigniter edoctus, virtutes coluit egregias. Panormi tandem deceſſit 25. Septembris an. 1663. & in Eccleſia D. Urſulæ ſepultus eſt, ubi hoc legitur epitaphium.

D. Marcus Serio S.T.D. eximius, ac beneficentiſſimus Beneficialis Suburbii, dum optimæ parenti Eliſabeth, & Joanni artis medicinæ Doctori amantiſſimo Fratri hunc ſterneret lapidem, ſic ait: Collecti ſalvete cineres, meus inter vos interea vivit amoris ignis, poſt ignem meos tandem expectate cineres. 25. Menſis Septembris an. ab Orbe Redempto 1663.

Ipſum laudat Vincentius Auria *in hiſt. Crucifixi Panorm. p. 39.* & Vincẽtius Tancredus *quæſt. moral. par. 2. tr. 5. quæſt. 4. §. 2. pag. 215.* Edidit

De Officio, & Parochi Poteſtate Tractatum. Panormi apud Petrum Coppolam 1647. in fol.

De reſtitutionis onere Tractatum. Ibidem apud eumdem 1647. in fol.

In Sanctam Cruciatam Bullam Tractatum. Ibidem typis Joſephi Biſagni 1650. in fol.

De Statu Religioſo Tractatum. Ibidem apud eũdem 1650. in fol.

In primæ, & ſecundæ tabulæ præcepta Tractatum. Ibidem apud eumdem 1651. in fol.

In Bullam Clementis VIII. ſuper reformatione Parochiarum Urbis Felicis Panormi Tractatum unicum. Ibidem apud eumdem 1652. in fol.

In Eccleſiæ Cenſuras Tractatum. Ibidem apud eumdem 1655. in fol.

In D. Thomæ Summam Brevem expoſitionem. Ibidem apud eumdem 1656. in fol.

De legibus Tractatum. Ibidem apud eumdem 1658. in fol.

In Sanctæ Inquiſitionis Officium Tractatum. Ibidem apud eumdem 1660. in fol.

Aliquas noſtri Marci Sententias in Bullam Cruciatæ, cenſoriâ notâ affecit P. Barnabas Gallegus Hiſpanus Ordinis Prædicatorum; ſed Marcum Apologenticâ Reſponſione vindicare curavit F. Ludovicus à S. Raymundo etiam Hiſpanus, Ordinis Diſcalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, edito libro Hiſpanâ linguâ inſcripto: *Queſtion Apologetica en defenſa de algunas proposiciones, que el muy R. P. M. F. Bernabe Gallego de Vera del Orden de Predicadores cenſura al D.D. Marcos Serio Beneficiado, y Rector de la Igleſia de S. Hyppolito de la Ciudad de Palermo, y Calificador del S. Officio de la Inquiſicion en el Reyno de Sicilia.* Panormi apud Joſephum Biſagnum 1656. in 4. in eo emeritis laudibus noſter Marcus exornatur.

Scripſit etiam Italicè

Veridica Relatione de' Tumulti occorſi nell' anni 1647. e 1648. nella Città di Palermo. Hanc Relationẽ citat Vincentius Auria *loc. cit.* at Auctoris M. S. authographum in 4. extat apud me.

MARCUS VALDESIUS Panormitanus, in rebus aſtronomicis verſatiſſimus. Claruit anno 1604. quo edidit librum inſcriptum:

De ſorte Hominum, in quo de Vera Aſtrologia. Panormi, & Meſſanæ typis Petri Breæ per Laurentium Vallam 1604. in 4.

MARIA CRUCIFIXA A CONCEPTIONE Agrigentina, Monialis Sanctimoniâ celeberrima. Non eſt cur meo calamo celebrentur ejus vitæ geſta; neminem enim latent hujus Virginis virtutes, ac ſanctitatis fama: ideoque pauca hic tantùm adnotabo. In lucem edita eſt Agrigenti 29. Maii anno 1645. Pater ei Julius Maria Thomaſius oppidi Palmæ in Sicilia Dux, ac Lampaduſæ Princeps, de quo in primo hujus operis tomo *pag.* 416. Mater verò Roſalia Traina Panormitana, Franciſci Traina Epiſcopi Agrigentini neptis, quæ defuncto Julio, in Cœnobio Palmæ monialis, Sororis Mariæ Sepultæ nomen accepit, & virtutes coluit egregias; ut ex funebri oratione Hieronymi Jovini edita Panormi anno 1692. & Hieronymo Turano *in vita Mariæ Crucifixæ lib. 1. cap. 2. & 3.* liquidò patet. His orta Parentibus Maria à teneris annis ſummo pietatis ſtudio educata, futuræ ſanctimoniæ ſpecimen dedit; ab ipſo enim pueritiæ exordio perfectionis iter arripuit. Hinc ſervato innocentiæ candore, ad Sponſi Cœleſtis nuptias tranſiit in Cœnobio SS. Roſarii in oppido Palmæ ſub regula S. Benedicti; in quo Iſabellæ Thomaſiæ nomen, in Mariæ Crucifixæ à Conceptione immutavit; ibiq; ſolemnia emiſit vota 28. Maii anno 1662. In eo Sanctimonialium Gynæceo, quod paulò ante Julius ejus pater excitaverat, omnium virtutum ſplendore mirabiliter refulſit; ac ad altiſſimum ſanctimoniæ faſtigium conſcendit; charitate enim in Deum, & animarum ſalute inſigniter æſtuavit: in Deiparam Virginem ſingulare ſtudium fovit: obedientiâ penitus admirabili claruit: profundiſſimâ ſui cognitione menti defixâ, egregiam humilitatem acquiſivit, & aluit. Corpus duriſſimis macerationum generibus dirè confecit: ejuſque patientiam adauxere mira, quæ Deus in ipſam plenâ manu congeſſit: nempè innumeros morborum cruciatus, ſpiritus ariditatem, ſcrupulorum moleſtias, diuturna dœmonum certamina, ac flagella, & alia quæ inconcuſsâ animi conſtantiâ uſque ad ſupremam vitæ lineam fortiter pertulit. Ea omnia, quæ Chriſtus Dominus Paſsionis ſuæ tempore toleravit, ipſa ſingulari Dei beneficio in corpore ſuo, præſertim in corde, experta eſt; quorum mole obruta ceſſiſſet, ni divinâ ope ſponſus amãtiſſimus vires refeciſſet, ac fortitudinem ſupra naturæ limites contuliſſet. Ad luculentum Dominicæ Paſſionis teſtimonium, in ejus pectore

pro-

Digitized by Google

propè cor, admirabilẽ crucem divinitùs insculpsit Cœlestis Amor, in cujus medio aureum cor, eamque charitatis tesseram usque ad mortem retinuit. Damnatorum pœnas per quadraginta horas pertulit, ut aliquot animas in eadem jamjam ruituras liberaret. Ad altissimæ contemplationis gradum à Deo suaviter elata, extases sæpissimè passa est. Supernis illustrationibus mirificè affecta, visionum, revelationum frequentiâ, divinisque deliciis, & charismatibus abundè cumulata fuit. Odorem è suo corpore emittebat suavissimum suprà omnem aromatum, florumque fragrantiam. In sacrarii munere S. Catharinam Senensem adjutricem habuit, & magistram, cujus consuetudinem diu experta est. Cum ipsa etiam S. Rosam Limanam in sui tutelam pluries habuit, quæ Mariæ nostræ nomine munia sibi commissa perfecit; & cum eadem, & tutelari Angelo, ac Deipara Virgine Mariæ Crucifixæ persæpè se spectabilem fecit. Cœlestem sapientiam adepta, etsi literarum humanarum penè rudis, mirum in modum divina penetrabat, & expendebat arcana: eòque pertingere visa, quò doctissimus quisque longo studio non accederet. Doctrinam cœlitùs haustam egregiâ animi demissione, ac puerili simplicitate exornavit. Prophetico spiritu illustrata innumera prædixit, multaque admiranda patravit. At quę Virgo hæc admiranda gesserit, cùm mei instituti limites excedant, aliis enarranda relinquo. Jam de ejus vita, & miraculis processus Ill. Francisci Ramirez Agrigentini Episcopi auctoritate sùt congesti; qui Mariã Crucifixam eximiis æstimationis officiis non immeritò prosequutus est. Jam Hieronymus Turanus Agrigentinus Canonicus ejus vitam eleganter scriptam typis consignavit Agrigenti anno 1704. Hoc unum breviter addam, angelicam potiùs, quàm humanam traduxisse vitam: ideòque cùm ejus sanctimoniæ fama longè, latèque excurrisset, prænunciato mortis suæ tempore, ad cœlestes nuptias evolavit in memorato Palmæ Cœnobio 16. Octobris anno 1699. Triduo corpus inhumatum expositum est, ut confluentium pietati fieret satis. Multa admiranda patravit, quibus sanctitatis opinio confirmata est. Sepulchro jam conditâ, pluries ex sepulturæ loco à nonnullis, multorum velut instrumentorum modulantium armonia prosilire audita, supra omnes modos musicos dulcissima: odor verò in cella, ubi animam efflavit purissimam, adhuc servatur suavissimus. Ejus effigies Romæ, & Panormi ære insculpta est, ut communem populorum devotionem expleret. Ipsam laudant Antonius Natalis in libro inscripto: *Glorie del Sacerdotio*, recuso an. 1701. *par.* 3. *cap.* 1. *pag.* 196. & in libro: *La Spada del dolore della Reina de' Martiri cap.* 6. *pag.* 30. juxta editionem anni 1701. Monumenta Gallica Trevolciana *an.* 1702. *to.* 5. Multa ex Confessariorum obedientia scripsit ascetica, quæ forsan lucem videbunt; & horum aliqua circumferuntur. Solùm prodiere Italicè

Della orribile bruttezza dell' Anima d'un Sacerdote, che celebra il divino Sacrificio in peccato mortale. Romæ 1672. in 24. & Panormi apud Petrum de Isola 1675. in 24. Prodiit suppresso nomine, ipsa adhuc superstite. Inde in libro inscripto: *Glorie del Sacerdotio*, auctore P. Antonio Natale Panormitano Soc. Jesu. Panormi apud Coppulã 1693. in 24. *cap.* 3. *à pag* 144. & iterum in eodem libro recuso Panormi apud Constantium 1701. in 24. *par.* 3. *cap.* 2. *à pag.* 198. ubi nostræ Mariæ Crucifixæ nomen apposuit.

Le Salutationi del SS. Rosario, e delli segnalati cinque Gaudii di Maria Vergine Nostra Signora. Panormi apud Constantium 1700. in 16.

Scielta di Lettere Spirituali, raccolte fra le molte, che scrisse, per saggio del di lei Spirito, e per edificazione dell' Anime divote. Agrigenti apud Felicem Marinum 1704. in 4.

In ejus vita edita à Hieronymo Turano, ibidem apud eumdem 1704. in 4. extant nonnulla ejusdem Mariæ Crucifixæ: præcipuè verò *in lib.* 1. *cap.* 16. *à pag.* 99. *& seq.* Tractatus inscriptus:

Stato dell' Unione Perfetta dell' Anima con Dio distinto in Tre Gradi, e ogn'un di questi in altri tre Gradini. Et *lib.* 3. *cap.* 1. *à p.* 316. alius Tractatus, cujus titulus est:

Stato d'altissima Unione con Dio.

MARIA MAGDALENA A S. AUGUSTINO Nobilis Panormitana, Sanctimonialis in Monasterio Panormitano Sanctarum Annæ, & Teresiæ Ordinis Carmelitarum Excalceatarum, in sæculo Cæcilia Fardella. In lucem edita Panormi 28. Januarii anno 1611. præclarissimis orta parentibus, Placido Fardella Pacecchi Principe, & S. Laurentii Marchione; & Anna Mariæ Pacecho, ex Marchionibus Villenæ, à teneris annis magnâ curâ educata est. Conspicua generis claritas, elegantissima corporis species, ac paternæ domus divitiæ latissimam sæculi gloriam Cæciliæ promittebant: ideoque parentes Magnatum nuptiis destinaverant; attamen post diuturnum spiritus, ac carnis conflictum, spretis sæculi blandientis lenociniis, de Mundi præstigiis, parentum amore, ac sui ipsius colluctatione mirabiliter triũphavit; hinc ad Cœlestis Sponsi nuptias transiit, & in memorato SS. Annæ & Teresiæ Cœnobio religiosæ familiæ habitum accepit 22. Julii anno 1635. ibique Cæciliæ nomen cum Mariæ Magdalenæ à S. Augustino immutavit. Absoluto probationis anno, solemnia emisit vota 28. Augusti an. 1636. Molestissimis animi cruciatibus, internâ ariditate, tentationum certaminibus, aliisque angustiis, Sponsæ suæ animam Deus expurgavit, simul & roboravit. Hinc heroicas masculi animi virtutes adepta est, quibus mirabiliter effulsit. Cœlesti lumine illustrata, nonnullis divinæ beneficentiæ donis locupletata est; & ad intima contemplationis penetralia intromissa. Gynæceum suum sextùm eâ prudentiâ, disciplinæ regularis zelo, ac virtutis laude rexit, ut singulares promeruerit laudes. Puellas, regulare institutum recenter amplexas, pluries cum fructu in-

Digitized by Google

inſtruxit: ac verbo & exemplo ad ſanctimoniã adipiſcendam excitavit. Dum ſecundò Monialibus ſuis præerat, eâ inſtante, Monaſterium in meliorem locum translatum eſt, ubi nunc, ad Panormitanæ Urbis ſplendorem magnificè erectum, ſanctiſſimè efflorет: quod non ſine magno ipſius labore, ſumptu, prudentiæ, ac patientiæ exemplo eveniſſe, ex ejuſdem Translationis hiſtoria apertè colligitur. Demum meritis, anniſque plena ſanctè deceſſit 20. Novèbris 1694. non ſine ſanctitatis famâ. Cadaver odorem efflavit ſuaviſſimum, ut etiam cella è qua ad Cœlum evolavit. Ejus vita elegantiſſimè ſcripta, Blaſio à Purificatione Auctore, prodiit Romæ anno 1703. Ipſam etiam laudat Joannes Paulus ab Epiphania in epiſtola nuncupatoria libri inſcripti: *Il Cigno Moribondo*, quem ſub Victorii Conſtantis nomine edidit, ut etiam *in Panegyricis pag.* 235. Scripſit Italicè

Fondatione, e Translatione del Monaſtero di S. Tereſa delle Carmelitane Scalze nella Felice Città di Palermo. Venetiis apud Turrinum 1672. in 4.

Rifleſſioni ſopra la Regola, e Conſtitutioni delle Carmelitane Scalze. m.s. ex vita *lib.2. cap. 6. pag.* 131. *lib.3. cap.9. pag.*258. *& cap.* 18. *pag.*316.

Eſortationi domeſtiche. m. s. ex eadem vita *lib.* 3. *cap.*11. *pag.*265. *& cap.*18. *pag.*315.

MARIANUS ACCARDUS Netinus, Juriſconſultus, Orator, & Poeta doctiſſimus. Eximiâ polluit dexteritate in rebus agendis; ideoq; ad pertractanda Romæ magni momenti negotia tum à Netina Urbe, tum à Raynaldo Montauro Epiſcopo Cephalæditano adhibitus eſt. Raynaldus in Hiſpaniam profecturus Marianum accerſivit, ut eidem ſe ſocium adderet; at cùm Neapolim perveniſſet, & jam velificaſſe comperiſſet, ex Neapolitani Proregis conſilio, Raynaldũ terreſtri itinere ſequutus eſt. Ab Ugone Moncada Siciliæ Prorege in regiam aulam admiſſus, ut ſecretarii munere fungeretur, ſui prudentiam, ac doctrinam inſigniter detexit. Graſſante peſtilentiâ armorum Præfectum Neti peregit, ut teſtatur Vincentius Littara *de reb. Netinis pag.* 147. ubi Mariani laudes ſervantur. Ibidem *p.*153. de eadem peſtilentia in Sicilia, & Neti ſæviente anno 1521. agit, ex quo tempus noſtri Mariani rectè deducimus. De eo etiã Lucius Marineus *in epiſtolis lib.* 5. *&* 9. Scripſit *Epiſtolas.* Harum una extat apud Marineum *lib.*5. *cit.* aliæ duæ à Littara prædicto citantur *p.* 141. *&* 147.

MARIANUS ALCAMENSIS Capuccinus, vir omni virtutum genere exornatus; præcipuè ab orationis ſtudio, animarum zelo, ferventiſſimâ Divini Verbi prædicatione, Sanctorumq; Patrũ lectione meritò laudatus. Martyrii deſiderio mirum in modum æſtuavit; ideòque in Germaniam, ac Perſiam profectus, prædicatione, vitæq; exemplo Catholicam Fidem propagavit, hæreſes, quæ memoratas regiones peſſimè fœdaverant, doctrinâ, & morum innocentiâ oppugnavit. Ob Catholicæ Religionis amplificationem multùm deſudavit, multaſque pertulit moleſtias: ejuſq; operâ mirabiliter ibi adauctus veræ Religionis cultus, ac graviter enervati hæreſis errores. Hinc Hæreticorum invidia in Marianum exarſit, qui ad labefactandam ejus caſtitatẽ meretrices in ipſius cubiculum immiſerunt, ac mortẽ exploſo in ipſum ſclopo intuliſſent, ni divinâ virtute igneus globulus ad Mariani pedes ſine læſione defluxiſſet. In Siciliam regreſſus Panormitanę Provinciæ præfuit anno 1561. quã eximio virtutum exemplo, ac exhortationum fervore gubernavit, & ad ſeveriores diſciplinæ leges mirabiliter excitavit. Tyrones etiam Religionis inſtituit, & Provinciæ Panormitanæ Definitorem egit. Doctrinâ clarus, inter S. Officii Cenſores fuit adſcriptus. Pluries à Matthia Imperatore, qui ipſius reditum exoptabat, accerſitus, ut in Germaniam remearet, etſi martyrii deſiderio, animarumq; extimulatus, ad profectionem anhelaret, morborum pondere ac ſenectute gravatus, ſe imparem operi putavit. In Deiparam Virginem ſingulare ſtudium fovit, ſummoq; animi ardore ejus cultum nõ ſine admiratione propagare curavit: aſſiduis enim cõcionibus, Virginis laudes proclamabat; & diu, noctuque de ea ſcribens, fervẽtiſſimè deſudavit. Devotionis B. Mariæ Virginis de Stellario inventor, in omnia Siciliæ loca diſſeminavit: Panormi in Principe Templo per menſes quatuor quotidie ſine interruptione de Immaculata Virginis Conceptione; ejuſq; Stellario conciones habuit: multaſq; ad hujus cultum excitavit Eccleſias Drepani, Alcami, & alibi: Panormi verò in Eccleſia S. Eliſabethæ Monialium Capucinarum altare erexit. Virginis amorem expertus, ab eadem ſingularia ipſi collata beneficia, inter quæ hoc unum non præteream, quòd in pervigilio Immaculatæ Conceptionis ejuſdem Virginis, cum Panormi gravi oppreſſus morbo decumberet, & manus, pedeſq; podagrâ affectos movere vix valeret: Virginem exoravit, ut permitteret mane in ejuſdem laudem miſſæ ſacrificium offerre poſſet. Illuceſcente die incolumis è lecto ſurrexit, miſſamq; celebravit: at abſoluto ſacrificio, ita invaluere dolores, ut opus fuerit Fratribus, ac Roccho Pirro ejus amico, prę manibus ad cubile deferri. Gratiâ curationum, & Prophetiæ dono perfuſus claruit, ac virtutũ omnium laude præfulſit. Memoratus Pirrus aliquando geſtientem invenit; acceperat enim, Imperatoris operâ, ab Ordinis Generali facultatem, ut in Alemaniam navigaret; at paulo poſt lacrymis perfuſum vidit; cui interroganti, reſpondit: Aſſecutum Superioris facultatem aliò me Dominus vocat, ac exoptatum martyrium haud conſequar. Elapſis itaque paucis diebus graviter ægrotavit, at virtutibus meritiſque plenus ſanctè deceſſit Panormi anno 1621. & ad viri egregii corpus magna confluxit populi multitudo. Multa de Mariano Pirrus teſtis oculatus *in not. Eccl. Mazar. p.* 579. Sebaſtianus Bagolinus *Epigr. p.*88. Hippolytus Marracius *in Bibl. Marian. par.*2. *pag.*88. Dionyſius Genuenſis *in Biblioth. Capuccinor. p.*233. qui mendoſè in oppi-

Digitized by Google

do Alcami mortuum ait, Marcellus Pise *tom.* 3. *annal. Capucin. ann.* 1621. *à n.* 19. *pag.* 399. Paganottus *de Maria Triumphante cap.* 6. Fortunatus Hueberus *in Menologio Franc.* 8. *Martij pag.* 660. *&* 23. *Sept. pag.* 1836. Edidit

Officium Parvum Stellarij Gaudiosi, Doloros, & Glorios Beatissimæ Virginis Mariæ. Panormi apud Angelũ Orlandũ,& Decium Cyrillũ 1615.in 8.

Labyrinthum Beatissimæ Virginis Mariæ. Ibidem apud eosdem 1612. in 12.

Poemata varia, & devotissima in laudem Beatissimæ Virginis Mariæ. Ibidem 1612.

Addit Dionysius cit.

Plures Palmulas in folio, & alia diversa opuscula carmine, & prosâ. Ibidem. 1613.

Italicè

Modo di contemplare la corona di M. V. nello Stellario Gaudioso, predicato dal P. F. Mariano d'Alcamo Capuccino nel Duomo di Palermo nel 1608. *raccolto da D. Michiele Carusa.* Panormi apud Jo: Antonium de Franciscis 1608. in 12. & iterum apud eumdem 1611. in 8.

Reliquit etiam m.ss.

Elucidationem in primam partem D. Thomæ. Servatur m. ss. manu ipsius auctoris exarata in Bibliotheca Cœnobij Genuensis Capuccinorum.

In Orationem Dominicam, quæ mare Oceanum Concionatorum pauperum nuncupatur, Tomos tres. in fol. extant m.s. in Bibliotheca Capucinorum Panormi; ubi etiam asservatur Italicè

Quaresimale Tomi due. m. ss. in 4.

MARIANUS BICHETTUS Panormitanus Societatis Iesu vir doctrinâ, ac prudentiâ clarus; nè dum graviores, verùm etiam & politiores literàs egregiè coluit. Solemnia vota professus, obijt Panormi in Domo Tertiæ Probationis S. Francisci Xaverij 17. Julij ann. 1647. Edidit Italicè suppresso nomine

Argomento del funerale, che si fà nel Tepio Maggiore di questa Città dal Fedelissimo Regno di Sicilia à 20. *di Febraro* 1647. *nella morte del Serenissi. Infante Baldassare Principe delle Spagne, seguita in Saragoza d'Aragona à* 9. *d'Ottobre* 1646. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 4. Extat & epigramma in libro: *Selecta Epigrammata.* Panormi apud Hæredes Jacobi Maringo 1656. in 12.

MARIANUS BONINCONTRVS nobilis Panormitanus Jurisconsultus celebris. Doctorali donatus laureâ in Ferrariensi Academia, à doctrina celebratus, inter præstantiores Siciliæ Advocatos adnumeratus est. Ingenij eminentissimi aciem Poesi tum Latinæ, & Etruscæ, tum vernaculæ egregiè addixit: & in utraque mirum in modum claruit. Linguas calluit Latinam, Germanicam, Gallicam, Hispanam: & Ferrariensis Ducis fuit à Secretis. Jo: Baptista Gyraldus Cinthius in libro: *discorsi di varie considerationi di Poesia pag.* 78. Mariani ingenium acutum, vividũque laudat; additque, quòd dum Ferrariæ degeret, ad animi oblectamentum, aliquas cantiones concinnabat, quas *Sonetti*, Italicè dicimus: quarum carmina rhythmica egregio sono rectè respondebant; verborumque cultu eminebant; sed significatione penitus inania, nihil dicebant: indè veluti clarorum virorum fœtus evulgabat; innuebatque, quòd expositionem meditabatur; in ijs enim admiranda occludi fingebat: quâ simulatione aliorum ingenia extimulabat, ut varias, in easdem opiniones elicerent. Inter alias cantiones, unam edidit, quâ mortem Ducis Urbinatis deplorare videbatur, eamq; Gyraldus adducit loc. cit. ac aliquot in ipsam ponderationes emisit; quibus vir quidam apprimè doctus excitatus, luculentum in ipsam commentarium scripsit, in quatuor libros distributum, quod tunc legebatur: ac ex nullius argumenti re, ea extorsit, quæ Marianus nunquam vel legerat, vel excogitaverat: de hac re etiam Leo Allatius *in epistola ad lectorem Poetar. Antiquor. pag.* 17. Amœnissimo ingenio munitus, ludieram Poesim coluit, multaque lepidissima mirabiliter scripsit. Claruit anno 1580. Ipsũ emeritis laudibus extollunt Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 1. *p.* 195. Vincentius de Joanne *in Panor. triumphant. lib.* 12. *pag.* 124. Leonardus Orlandinus *in disc. Siciliæ pag.* 83. Matthæus Donia *in Polystich. pag.* 26. Franc. Flaccomius *in Sicelide sect.* 3. *pag.* 38. & clarissimus Jo. Marius de Crescimbenis *in Hist. Poesis vulgaris lib.* 4. *pag.* 282. Hujus extant maternâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & iterũ apud Josephũ Bisagniũ 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. In Musis Siculis par. 3. Panormi apud Bisagnium 1651. in 12.

Multa etiam scripsit, quæ m.ss. vagantur. Solummodo vidi Italicè:

Capitolo in lode della Torta.

Pastorale, in cui riprova la conversatione delle Città.

Epistola per la Peste di Palermo del 1575. Ludrica m.s. apud me.

Epistole due del 1568. *e* 1571. *ad Antonio Faraone Vescovo di Cefalù.* Ludrico etiam stylo m. ss. apud me.

MARIANUS BONONIA Panormitanus Sacerdos nobilissimo genere ortus, sanguinis claritatem literis exornavit: gravioribus disciplinis addictissimus, Sacræ Theologiæ, & Iurisprudentiæ laureâ donatus est: ac doctrinæ splendore effulsit. Amœniores etiam literas coluit, Musas adamavit, & in Reaccensorum Academia recensitus, ingenij monumenta cum laude emisit. Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus electus, Judicis, & Examinatoris Synodalis munere decoratus est: ac in Archiepiscopali Ecclesia Montisregalis Vicarium Generalem egit. Obijt tandem Panormi 29. Octobris an. 1659. & in Cathedrali Ecclesia sepulturæ traditus est. Ipsius laudes habes apud Franciscum Baronium *in Siculæ nobilitatis amphitheatro pag.* 6. Alphonsum Salvum *in profis academic. pag.* 25. & Josephũ Galeanum *in Musis Siculis to.* 2. *par.* 2. *pag.* 68. *& par.* 4. *pag.* 270. Maternâ linguâ edidit

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis par. 2. to. 2.

Digitized by Google

Panormi apud Decium Cyrillum 1646. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Sacre Siciliane. In eisdem Musis par. 4. Ibidem apud Bisagnium 1653. in 12.

Edenda hæc alia reliquit m. ss.

Rime.

Canzoni in lingua Siciliana secondo la tessitura del Petrarca.

Discorsi, e Lettioni Accademiche.

MARIANUS BRUSCATUS Panormitanus, natus 7. Septembris 1646. Patris Fracisci vestigia sequutus, publici Tabellionis munus amplexus est; idque in oppido Hyccaris exercuit: nunc in Vicaris oppido degit, ac easdem partes adimplere sedulò curat. Politiores literas coluit, ediditque Italicè

La Notte Sacra, detta la Pastorale, per la notte di Natale. Tragedia sacra. Panormi apud Barberam, & Rummolum 1680. in 12.

La Scesa della Croce in ottava, e terza rima Toscana. Ibidem apud Anglesem, & Leonem 1693. in 8. Siculâ linguâ

La Corona spirituale in ottava rima Siciliana, cõsistente nella Quaresima sopra l'Evangelij correnti, Stabat Mater, Dies iræ, e sette parole, che disse Cristo nella Croce. Ibidem apud Anglesē, & Leonem 1691. in 8.

Lu divotu annuali supra l'orationi dominicali dell'annu. Ibidem apud eumdem 1692. in 12.

La Vita duluruſa di M.V. Avvocata di li Piccaturi. Ibidem apud eumdem. 1692. in 12.

Lu Cuntrastu di la Cucca, e di lu Surci in ottava rima Siciliana. Ibid. apud eumdem 1692. in 8.

Lu chiantu di Sicilia per l'occursu di lu Terremotu in terza rima. Ibidem apud eumdem 1693. in 8.

Prælo parata habet hæc alia Italicè:

Il castigo d'Amore opera pastorale in verso.

L'Innocente tradita opera boscareccia in verso.

Rime diverse.

Lettere di complimento.

Li patimenti di un carcerato applicato all'Anime del Purgatorio.

MARIANUS CARAFA Panormitanus, Juris utriusq; Doctor, ac Poëta eximius. Obijt Panormi 10. Novembris 1648. & in Ecclesia S. Nicolai de Tolentino sepultus est. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis to. 2. par. 2. pag.* 113. Scripsit maternâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagniũ 1662. in 12.

MARIANUS CELIUS Messanensis Societatis Jesu, natus anno 1595. ad Societatem accessit anno 1612. in qua solemnia emisit vota. Gravioribus disciplinis excultus, ac doctrinâ cumulatus, præter humaniores literas, Philosophiam, ac Moralem Theologiam docuit: & per annos tredecim doctissimè sacras literas expesuit. Pietate mirificè enituit, & Sacrificijs omnibus, quæ in Ecclesia Societatis offerebantur, adstare, consuevit, etsi ætate gravatus. Octogenario major decessit Panormi 11. Novembris 1676. De eo Bibliotheca Societatis Iesu *pag.* 581. & P. Ant. Natalis *de Cæles. conversatione p.* 1. *c.* 23. *n.* 126. *pag.* 80. Edidit Italicè

Instruttione prattica per ajuto de' Condennati a morte. Perusiæ apud Petrũ Salvionũ 1648. in 8.

MARIANUS DRACO Panormitanus Juris utriusque Doctor, ac Poeta non vulgaris. Vivebat anno 1670. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom. 2. par. 2. pag.* 109. *& par.* 4. ubi Marium vocat. Scripsit vernaculâ linguâ.

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis tom. 2. par. 2. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. In eisdem Musis *par.* 3. Panormi apud eumdem 1651. in 12. sub nomine Marij, qui idem est. Sub eodem nomine etiam

Canzoni Sacre Siciliane. In eisdem Musis *par.* 4. Ibidem apud eumdem 1653. in 12.

MARIANUS DE JESU Messanensis, Ordinis Carmelitarum Excalceatorum; vir doctrinâ, & pietate insignis: regulare institutum amplexus est Panormi in Cœnobio S. Isidori, in quo solemnia emisit vota. Emensis studiorum spatijs, gravioribus disciplinis impensè excultus claruit. Virtutum ornamento conspicuus, magno in prætio habitus est: angelici præsertim mores integerrimè servati, venerationem sibi conciliarunt. Messanense Cœnobium S. Alberti Prioris munere gubernavit. Meritis plenus obijt Messanæ mense Octobris anno 1684. ætatis propè 63. in Conventu S. Mariæ Gratiarum. Dè eo Josephus Ambrosius *in descrip. solemnitatis Epistolæ Marianæ pag.* 360. qui anno 1685. decessisse tradit. Peculiari studio Deiparam Virginem coluit, & ad ipsius gloriam, eodem Ambrosio teste, scripsit:

Commentaria in Totam Scripturam Sacram, Beatissimæ, semperque Virgini Mariæ accommodata, ac multis Sanctorum Patrum sententijs fuleita. Hujus operis tomi Tredecim m.ss. in 4. ejusdem Auctoris manu exarati servantur in Bibliotheca Cœnobij Panormitani S. Mariæ de Remedijs, nempè:

Tomus Primus in Genesim.

Tomus Secundus in libros Exodi, Levitici, & Numeri.

Tomus Tertius in libros Deuteronomij, & Iosue.

Tomus Quartus in libros Iudicum, & Ruth.

Tomus Quintus in libros quatuor Regum.

Tomus Sextus in duos libros Paralipomenon.

Tomus Septimus in duos libros Esdræ.

Tomus Octavus in libros Tobiæ, & Iudith.

Tomus Nonus in libros Esther, & Job.

Tomus Decimus in librum Psalmorum.

Tomus Undecimus in libros Proverbiorum, & Ecclesiastes.

Tomus Duodecimus in libros Cantici Cãticorum, & Sapientiæ.

Tomus Decimustertius in librum Ecclesiastici.

MARIANUS DE JULIANA Panormitanus Jurisconsultus, doctissimus, primarius causarum Patronus. Pluries in Panormitano Prætorio, &

in

Digitized by Google

in supremis Magnæ Regiæ Curiæ subsellijs Iudex sedit, præsertim anno 1569. 1570.& 1571. Fuit etiam in Regij Patrimonii Tribunali à Rationibus Magister ab ann. 1575. Contra fontes nonnullos anno 1577.à Marco Antonio Columna Prorege Catanam delegatus est: ut etiã ad omnes causas Armorum Dux, & Vicarius Generalis, & ut dicunt,cum mero,& mixto imperio, ac gladij potestate. Doctrinâ, & prudentiâ clarissimus insigniter enituit.Obijt Panormi 9. Novembris anno 1604: & in Ecclesia S. Nicolai Bononiorum sepultus est. Ipsum laudant Antoninus Alfanus *in libro Carminum Accensorum lib.*1.*pag.*25.Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneolog. par.* 1. *pag.* 394. Antonius Ballus *Tractat. Varior. lib.* 5. *pragm.*1. 2.*e* 3.*tit.*4.*n.*30. *pag.* 206. & Franciscus Strada *in Quietationibus pag.* 15. Multa scripsit, at solùm extant

Quæstiones super Ritu Regni Siciliæ. In Commentarijs super Ritu collectis à Marcello Conversano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

Consilia duo. In Selectis Consiliis collectis à Petro Luna. Ibidem apud Erasmum de Simeone 1627. in fol. Marius Muta *in Capit. Regni Sieiliæ to.* 4.*cap.*111. *n.*28.*&* *in Consuet. Panor.cap.* 31. *n.*21. *pag.*299. *&* *cap.* 51. *n.*20.*pag.* 496. & alibi, citat

Allegationes pro Laurea de Oddo, & Myrto contra D.Cæsarem de Albamonte.

Allegationes pro Sicilia de Podio contra Hieronymum de Cona. Ex eodem Muta *in Capit. Regni Siciliæ to.* 1. *cap.* 18. *n.* 31. *pag.* 95.

MARIANUS DE LAURENTIO Netinus Sacerdos, & in patria Canonicus. Musices peritissimus, ac vitæ integritate conspicuus, claruit anno 1620. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 228. qui multa de rebus musicis edidisse testatur: at solùm vidi Italicè

Primo libro di Madrigali a cinque voci, con un Dialogo a otto. Venetijs apud Iacobum Vincentium 1602. in 4.

Salmi, Magnificat, falsi bordoni, e Messa a quattro voci con il basso continuo per l' organo. Opera Quinta. Panormi apud Ioannem Baptistam Maringum 1624. in 4.

In libro inscripto: *Infidi lumi Madrigali a* 5. *voci di diversi Autori Siciliani.*Panormi apud eũdem 1603. in 4. extant nonnulla à nostro Mariano musicis modulis concinnata.

MARIANUS MARINGUS Corleonẽsis Ordinis Prædicatorum de Pœnitentia, Jurisprudentiâ instructissimus claruit. Floruit anno 1600. Edidit

Practicam super Ritu Magnæ Regiæ Curiæ, ac cæterarum totius Regni Siciliæ Curiarum. Panormi apud Ioannem Baptistam Maringum 1598. in fol. & iterum ibidem apud Franciscum Ciottum Venetum 1619.in fol.

MARIANUS MIGLIACCIUS nobilis Panormitanus, familiæ claritatem bellicâ virtute, literisque illustravit:nõnullis enim sciẽtijs excultus, ingenij dotes mirabiliter expolivit. Inter bellorum turbines pluries pugnando animi fortitudinem apprimè detexit. Anno 1565.obsessâ, à Turcharum classe Melitâ; & ingenti exercitu oppugnatâ, Marianus unà cum nonnullis nobilibus amicis, militibusque proprio ære conductis, ad eam insulam transuectus, suppetias attulit, & contra Christiani nominis hostes fortiter pugnavit. Anno 1571. in celeberrimo prælio ad Hæchinadas Insulas inter Christianorũ, & Turcharum classes patrato,bellicæ gloriæ argumenta strenuè decertando reliquit. Egregijs itaque animi dotibus eminuit. Prudentiâ, ac ingenio ad quæcumque difficillima feliciter peragenda aptissimo claruit: ideoque nonnullis in Catholici Regis obsequium munijs abhibitus; multisque honoribus cumulatus est. Regni Siciliæ Vicarium contra fontes, & bannitos egit anno 1585. ad insulæ clavum sedente Ioanne Alphonso Bisbal Briatici Marchione. Dux etiam fuit ducentorum equitum levis armaturæ sub regimine Didaci Henriquez de Gusman Comitis Albalistæ Proregis. In Panormitana Equitum Academia, in quo Nobilium Panormitanorum bellica virtus, velut in equestrium ludorum palestra solidabatur, [consule Franciscum Baronium *de Majest. Panor. lib.* 1. *p.* 155.& Vincentium Auriam *in chronol. Proregum Siciliæ pag.* 50.] summum illius Ordinis Ductorem egit: ac tunc periculo proxima, ne deficeret desudavit; eamq; instauravit; teste Gaspare Ariano *in descript. arcus Comitis Olivarensis*. A Philippo II. Catholico Rege Marchionis Montis Majoris titulo exornatus est, ex privilegio dato in Cœnobio Escurialensi S. Laurentij 19. Julij anno 1598. In Sicilia etiam Regij Patrimonij à Rationibus Magister: biennio 1602. & 1603. Panormi Prætor, patriam gubernavit: ac tandem Straticotus Messanensis electus, ad eam urbem præclarè regendam profectus est, cujus tunc fines à latronum incursionibus expurgavit.His in muneribus singularis prudentiæ dotes detexit, ac clarissimum sibi nomen comparavit, & egregiis pacis, bellique artibus effulsit. Musarum amori indulsit, ac nonnulla ingenii monumenta Etruscis, Siculis, Latinisq; numeris expressit. Eruditione eminuit, & in phrenoschematum inventione admirabilem fuisse prædicant. Tandem dum Messanam moderaretur, ibi decessit 31.Julij anno 1610.Mortui corpus Panormum translatum est. Ipsum laudant Bernardinus Bononia *in descrip. fam. Bononiæ pag.* 43. *&* 44. Iosephus Galeanus *in Musis Siculis par.*1.*pag.*189. Petrus Ansalonius *in Famil. Ansalonia p.* 319. Vincentius Ferrarottus *in præeminentijs offic. Straticoti pag.* 40. Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. l.* 12. *pag.* 123. Hieronymus la Rape, & Leonardus Orlandinus in libro: *Rime degli Accesi di Palermo pag.* 113. 130. *&* 153. ubi nonnulla nostri Mariani extant carmina italica: Philadelphus Mugnòs *in Theatro nobil. p.* 2. *pag.*146. Iosephus Bonfilius *in hist. Sicul.par.*3.*pag.*109.113. *&* 120. & Sebastianus Bagolinus *in Epigram.*

Digitized by Google

pag. 135. Multa versu, ac prosâ scripsit; at solummodo habemus Italicè

Discorsi sopra l' Arco fatto in Palermo al Duca di Feria Vicerè di Sicilia. Panormi typis Joannis Baptistæ Maringo 1602. in fol. Aliud haud absimile opus, in adventu alterius Proregis Panormum appulsi, scripsisse testatur Vincentius de Ioanne *in Panor. Restaur. lib.* 2. quod non vidi.

Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & iterum Panormi apud Iosephũ Bisagniũ 1662. in 12. Servatur m. s. apud D. Vincentium Auriam Italicè

Le lagrime di Palermo Canzone per la Peste in Palermo dell'anno 1575.

MARIANUS MUSCUS Siculus Poeta floruit an. 1513. cujus meminere Petrus Carrera *in hist. Catanæ Vol. 2. lib. 2. pag.* 240. & Jo: Baptista de Grossis *in decacordo Catan. to. 2. pag.* 85. qui scripsisse testantur vernaculâ linguâ

Poema della Vita di S. Agata.

MARIANVS PERONVS ex Civitate Castriregalis, Sacerdos, & Poeta. Ingenio, doctrinâ, & pietate claruit anno 1590. Edidit Italicè

Rime Spirituali della Vita, e de' Gesti di Christo, d'alcuni Santi, feste principali, e Domeniche dell'anno. Messanæ apud Faustum Bufalinum 1590. in 8.

MARIANUS PERRELLUS Siclensis Sacerdos, Equitum Melitensium Capellanus: Vir eruditione clarus, antiquitatum studiosus; & præsertim in Sicularum rerum cognitione versatissimus. Politiores literas, Musasque Etruscas ac Siculas egregiè coluit. In Siclensi Academia, cui titulus *gli Inviluppati*, principem locum tenuit. His literarum præsidijs sui æstimationem excitavit, ac eruditorum amorem promeruit. Obijt Sicli circa annum 1670. & in Ecclesia S. Mariæ de Milici propè urbem sepultus est, ubi hæc legitur sepulchralis epigraphe.

Requies Fratris D. Mariani Perelli S.R.H.

Ipsum laudant Placidus Carafa *in Motuca Illustr. pag.* 8. & Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom. 2. par. 2. pag.* 124. Edidit Italicè

Vita, Morte, e Traslatione della Gl. S. Agata V. e M. Neapoli apud Io. Dominicum Roncogliolum 1640. in 4.

Vita della Gl. S. Lucia V. e M. Siracusana. Panormi apud Josephum Bisagnium 1652. in 4.

Vita del B. Guglielmo Bucceri descritta, ed illustrata. Neapoli apud Io: Dominicum Roncogliolum 1640. in 4.

L'Antichità di Scichili anticamente chiamata Casmena, seconda Colonia Siracusana. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1640. in 4.

Difesa dell' Antichità di Scichili anticamente chiamata Casmena, seconda Colonia Siracusana. Neapoli apud Secondinum Roncogliolũ 1641. in 4.

Dichiarazioni d'alcune scelte Medaglie della Republica Mamertina, e d'altre falsamente appropriate a Mamerco Tiranno di Catania dall' Autore delle Memorie Historiche di essa Città. Neapoli apud eũdem 1641. in 4. Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *tom. 2. par. 2.* Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Iosephum Bisagnium 1662. in 12.

Extant apud me hæc alia opera Italicè scripta, manu ipsius Mariani exaratâ, nempè:

Descrizione della Sicilia Greca. m. s. in 4. in hoc opere Græca numismata Sicula eruditè expendit.

La Sferza. Invettiva alle dichiarazioni delle Medaglie Catanesi di D. Pietro Carrera. m. s. in 4. nam nonnullas cum Petro Carrera literarias habuit concertationes de rebus Siculis.

Discorsi Sacri della Vita, e Miracoli di S. Marziano Primo Vescovo, e Martire Siracusano, della sua antichissima Chiesa, e preeminenza. Aggiuntavi la descrizione della Vita del Santo Vescovo Zosimo Siracusano. m. s. in 4.

MARIANVS VALGVARNERA Panormitanus clarissimo ortus genere 7. Oct. 1564. antequam Ecclesiasticæ militiæ nomen dedisset, uxorem duxit Victoriam Ferreriam Baronis Pittinei filiam, eâque defunctâ clericalem militiam amplexus est. Vir sanè undequaq; illustrissimus; gravioribus enim scientijs insigniter excultus, Philosophicis, Theologicis, ac Mathematicis disciplinis abundè instructus, inter ævi sui doctissimos mirificè effulsit. Eruditione tum antiquâ, tum recentiori, Ecclesiasticâ, ac prophanâ, mirum in modum locupletatus, primas tenuit. Vir sanè polyglottus Italicam, Latinam, Hispanam, Græcam, Hebraicam, ac Syriacam linguam egregiè calluit: præsertim in græcis literis ita excelluit, ut eruditorum omnium suffragio, peritissimos omnes superaverit: & in eodem idiomate anagrammata adinvenerit. Sacrarum literarum callentissimus fuit, quarum studio ab ineunte ætate ingenium suum laudabiliter dicavit. Hujus eruditionem, profectò admirandam, doctrinam, ac egregias animi dotes veneta est nedum Catholici Regis aula, verùm etiá & Romana. Ad illam honorificentissimis literis à Catholico Rege accersitus, Regium Capellanum Philippi IV. egit, ac Abbatiâ S. Anastasiæ donatus est: ibique patriæ Jura, ac privilegia fortiter defendit; effecitque, ne Regni Siciliæ gubernium divideretur: Curabant enim Messanenses, ut Siciliæ Moderatores per 18. menses Panormi, & per totidem menses Messanæ cum regiis ministris moras protraherent. Nec minori sapientiâ, animiq; ardore Romæ anno 1600. S. Agathæ V. & M. patriã, Panormi ortam, acerrimè propugnavit: ibi enim, & solidissimis rationibus, Græcis Menologijs, Mæneis, Codicibus, aliisque vetustissimis Sanctorum Actis, coram Clemente VIII. Cæsare Baronio, Roberto Bellarmino, & Silvio Antoniano S.R.E. Cardinalibus, in hac causa Iudicibus constitutis, clarissimè probavit, Agatham Panormi ortam: At ne Catanensium pietati officerent Patres in eam sententiam abierè, ut erasis verbis, quæ in aliqua singularium Ecclesiarum Breviaria, & præsertim Placentinum, typis an. 1552. editũ, falsò

ir-

Digitized by Google

irrepserant, nempè: *Catanæ nata*, hæc statuerent in Romano Breviario: *quam Panormitani, & Catanenses Civem suam esse dicunt*; relictâ Græcis antiquissimâ, in Mæneis jussu ejusdem Clementis impressis, lectione: *Panormi nata*. Hinc Pontifex demiratus Mariani sapientiam, Episcopalem aliquam Insulam eidem obtulit, quam constantissimè recusavit. Nec minori claruit æstimatione apud Vrbanũ VIII; egregijs enim benevolentiæ officiis Marianũ excepit ab Hispania regressum: singulari honore afficiebat, ac cum ipso familiariter magnâ animi suavitate doctissima instituebat colloquia: præsertim de linguæ Græcæ rebus: ipsoq; Vrbano instante Marianus Poetica Anacreontis monumẽta latinitate donavit. Hinc cũ ipsius promerita extollere meditaretur, Episcopum Catanzarij delegit; quã etiam dignitatem magnâ animi constantiâ respuit: etsi Pontifex, ut oblatam sedem reciperet per internuncium monuisset; brevi enim ipsum ad eminentius fastigium se evecturum sperabat. Poesi Italicâ, Latinâ, Græcâ excelluit, quâ præclariores ævi sui Poetas in sui amorem traxit; inter quos recensendi Eques Io: Baptista Marinus, Antonius Brunus, Gabriel Chiabrera, alijque præclarissimi Musarum cultores. Tãdem Panormum reversus Oeconomus Regius electus est; & Proregum Siciliæ, Dynastarum, ac Literatorum omnium studia in sui æstimationem excitavit. At dum longè, latèque effulgebat, magnâ Patriæ, bonarumq; artium jacturâ decessit Panormi 28. Augusti anno 1634. & funebrem pompam collustrarunt nobilissima Albatorum Societas, Canonicorum Capitulum, & Clerus Ecclesię Cathedralis alijque; & in Ecclesia S. Dominici tumulatus est. At superstes ejus nominis fama nũquam consenescet; ac meritò eximijs laudibus Marianum exornant Scriptores innumeri, inter quos Franciscus Baronius *in Siculæ Nobil. Amphit. pag.* 7. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. pag.* 57. *& in Eccl. Catanens. pag.* 2. Philippus Cluverius *in epist. nuncup. Siciliæ Antiq: & lib.*1. *cap.*1. *pag.* 6. *lib.*2. *cap.* 1. *pag.* 251. *cap.* 3. *pag.* 275. & alibi sæpius, Vincentius Gramigna *in Dialogis* in lucem emissis Neapoli 1615. Dialogum edidit, cui titulus: *Il Valguarnera, o vero della Bellezza pag.* 155. in eo loquentem, tamquam primarium, exhibet nostrum Marianum: Georgius Gvalterius *in Tabulis Siciliæ* ex editione Panormitana *pag.* 71. & *in animad.* editionis Messanensis *pag.*94. Ezechiel Spanhemius *de præstantia, & usu nummorum*, ubi de Aquila in numismatibus Panormitanis, Io. Vigitimillius *in Poetis Siculis pag.* 22. Octavius Caetanus *in animad. ad to.* 2. *SS. Sicul. pag.*105. & in *Isagog. c.*42. *pag.* 347. Joannes Franciscus Abela *in descrip. Melitæ pag.*24. 147. 149. *& alibi*, Augustinus Inveges *in Panor. antiq. pag.*23. *& in appar. Panor. Nobil. pag.* 143. Vincentius Solitus *in hist. Therm. to.* 1. *pag.*6. Leo Allatius *in lib. Apes Vrbanæ p.*188. Mauritius de Gregorio in libro: *Condottiero de' Predicatori tr.*6. *pag.* 269. Franciscus Scorsus *in proœm.* 3. §. 2. *in homil. Theophanis Ceramei*, Vincentius Auria *in Rosa Cœlesti pag.* 36. *& Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 79. Jacobus Bonannus *Syrac. Illust. lib.*1. *pag.* 228. Petrus Carrera *in hist. Catan. vol.*1. *pag.* 13. *&* 17. Io: Bapt. Marinus in libro: *La Lira par.* 1. *Rime varie*, Gabriel Chiabrera *carmin. lib.*2. *pag.*48. Sebastianus Bagolinus *in Carmin. pag.* 136. *&* 150. Io: Baptista Spada *in Viridario epitet.* qui inter præstantiores Poetas protulit, Eruditissimus P. Ioannes Andreas Massa *in Civitatibus Siciliæ jacentibus pag.* 72. 115. 143. *& alibi*, vir etiam summus P. D. Michael de Judice *in observationibus ad Appar. Siculorũ Annalium Augustini Inveges pag.* 70. *&* 88. alijq. plures. Edidit

Epigrammata, & Anagrammata Græca in Vrbani VIII. P. M. laudem. Panormi apud Angelum Orlandum 1623. in fol. Italicè

Discorso dell' Origine, ed Antichità di Palermo, e de' Primi Habitatori della Sicilia, e dell' Italia. Panormi apud Io. Bapt. Maringum 1614. in 4. hoc opus latinum fecit, multisq; accessionibus locupletavit; at non edidit.

Memoriale della Deputatione del Regno di Sicilia, e della Città di Palermo intorno alla divisione di quel Regno, che tenta la Città di Messina, tradotto dalla lingua Spagnola in Italiana dal Dott. D. Francesco Paruta. Panormi apud Alphonsum de Isola 1630. in fol.

L' Anacreonte Volgare tradotto in Rime Italiane dal Greco. Extat m. s. in 8. manu ipsius auctoris exaratum apud Vincent. Auriã Panormitanum: ipsum citat idem Auria *in declarat. ad Laurum Ioseph Flores pag.* 102. *& observat. ad Batillum Io: Bapt. de Judice pag.*424. *&* 425.

Anacreontis Teij antiquissimi Poetæ melici convivalia carmina semjambica, quæ & Anacreontica appellantur ab Henrico Stephano, Helia Andreæ Chilandro Lubino, & Jano Parrasio, eodem Carminum genere de Græcis conversa, expressaq; Mariani Valguarneræ notis, & diatribis emendata, & illustrata. m. s. in 4. Servatur autographum apud Ill. Dominum Franciscum Montapertum Panormitanum Refaudalis Principem.

Apologeticum opus de Patria D. Agathæ Panormi ortæ. Perijt.

Libellus supplex ad Clementem VIII. de Panormitana Patria D. Agathæ. Hunc sæpius citat Inveges *in Panorm. sacra*, ubi de D. Agatha; cujus fragmenta pluries refert P. Iosephus Bonafides Lucensis in erudito Libro: *Palermo Patria di S. Agata*: Illius exemplar extat apud me.

MARIANVS LO VECCHIO, latinè De Verb Panormitanus Ordinis Prædicatorum, vir à doctrina, ac pietate laudatus. A teneris adhuc annis regularem disciplinam amplexus, in studiorum curriculo ita profecit, ut primùm Baccalaurei, inde Sacræ Theologiæ Magistri insignia acceperit. Suscepto concionatoris munere, Ecclesiastem sanè apostolicum egit; eâque audientium frequentiâ conciones habebat, ut sæpius in publicis Vrbium plateis declamare cõpulsus fuerit, ut confluentium multitudini fieret satis. Sæpissimè etiam eadem die per octo, tum

Digitized by Google

ac novem horas diversis in locis verba ad populum faciebat; semper enim indefesso labore animarum quæstu desudabat. Libenter ad mortem damnatorum curam suscipiebat; ac non modò innumeros ad supplicium piè obeundum disposuit, verũ etiam & adhortationum ardore obduratos peccatores, ac pervicaciſſimos hæreticos ad sanæ mentis rationem revocavit. Deiparæ Virginis insigniter studiosus, quoties de ea concionabatur, singulari ardore inflammatus, se ipsum excellere videbatur. Ad ipsius cultum amplificandum multa excogitavit, præsertim novendiale festum, quod Novenam appellant, ad recolendos novem menses, quibus in sacro utero Sanctiſſimum Filium Virgo integerrima gestavit: novem enim dies natalitia Domini præcedentes instituit, quæ magno pietatis sensu luminibus, pijs exercitijs, ac sermonibus celebrarentur: huncque devotionis ritum per Siciliam, & Italiam concionibus suis propagavit; immò & Romam invexit; & magno fidelium beneficio adhuc vigere gaudemus. Primus etiam Panormi instituit, ut singulis annis SS. Rosarij supplicatio solemnis perageretur, in qua, per annos plures interfuere Clerus sæcularis, ac omnium Ordinum Regularium familiæ. In Sicilia etiam ad Chori formam, ut SS. Rosarii preces decantarentur, instituit: ac tandem ut primo anni die unusquisque Sancti unius nomen sorte extraheret, ut sibi totius anni patronum deligeret. Inter rudis conditionis viros diversabatur tum humilitatis studio, tum ad exercenda charitatis officia. Prophetiæ dono insignitus multa prædixit: humilitate clarus Episcopalem infulam satis opulentam à Pontifice sibi oblatam constanti pectore respuit. Tandem fractis penè viribus, dum senex in oppido Castrinovi in Calabria novendialem celebritatem concionibus propagabat, dierum, ac meritorum plenus, ad laborum præmium transijt in eodem oppido 22. Decembris an. 1589. Evulgatâ morte, Ordinis sui Fratres Conventus Messanenſis, trajecto freto, ad oppidum accurrerunt, ut Mariani cadaver acciperent, & abruptis non sine labore incolarum repagulis, tandem Messanam adduxere: eidem obviam procedentes Clerus, ac Regularium Ordines, magnâ veneratione excepere, ac solemni pompâ ad Cœnobium S. Dominici trãslatum, sepulchro cõdidere. De Mariano vide Ioannẽ Baptistã de Franchis *in Vita B. Petri Hieremiæ lib. 2. pag.* 81. Dominicum Mariam Marchesium *in Diario Dominicano to. 6. pag.* 220. Maurìtium de Gregorio in libro: *Condottiero de' Predicatori pag.* 133. Iosephum Castellucium *in Diario Panor. pag.* 173. Io: Michaelem Cavalerium in libro: *Galleria degli Huomini Illust. Dominicani tom. 2. Chronol. 4. §. 5. pag.* 98. & Vincentium Auriã *in Sicilia Inventrice cap. 15. §. 5. & 6. pag.* 67. *&* 68. *& in meis observationibus ad eamdem pag.* 203. *&* 204. Edidit opusculum inscriptum

Mauriquus in tractatu Constitutionum Confraternitatis Vitæ sub titulo SS. Rosarij Dei Genitricis, quibus accessit Compendium Fr. Mariani de Vetero Panormitani &c. Panormi apud Io: Matthæum Mayda 1571. in 8.

Italicè

Compendio dell'ordine, e regola del SS. Rosario della Vergine, la Messa, indulgenze, l' adjunta della Bolla di Pio V. e altre cose proficue da contemplare, & orare. Ibidem apud eumdem 1571. in 8.

MARINVS v. Mamertinus.

MARIVS ALBIOSVS ex Civitate Nasi, Sacerdos pius, & Canonicus regularis Ordinis S. Spiritus; musices peritiſſimus fuit, Musasq: coluit Siculas. Obijt in oppido Nasi circa annum 1686. Edidit vernaculâ linguâ

Selva di Canzoni Siciliane. Panormi apud Petrum de Isola 1681. in 8.

MARIVS ARETIVS. v. Claudius Marius Aretius.

MARIVS BONAFIDES Messanenſis, acri ingenio munitus, ad aliorum laudes egregiè decantandas insignis habitus est. Romæ eloquentiæ præcepta publicè docuit. Neapoli moribus integerrimis, literisque adolescentulos imbuit apud locupletiſſimos Dynastas. Claruit anno 1610. De eo Petrus Angelus Spera *de nobilit. Professor. Grammaticæ lib. 4. pag.* 289. eoque teste

Francisci Petrarchæ Amores in Lauram latino carmine donavit.

Alia etiam heroico versu scripsit.

MARIVS BVGLIVS nobilis Panormitanus, parentibus clariſſimis Francisco Buglio Barone Bifaræ, & Cassandra Palagonia in lucem editus est Panormi 18. Maij anno 1619. Fuit primùm Favarottæ, Bifaræ, & Fluminis Gelæ Baro; inde ab anno 1658. ex privilegio Philippi IV. Catholici Regis 11. Aprilis anno 1658. Bifaræ Marchio: at non modo Marchionis titulo, honoribusq; claruit, verùm etiam & literis mirum in modum refulsit: amœniores enim literas ab adolescentia coluit, quibus & graviores disciplinas addidit. Hinc in Reaccensorum Academia Panormitana pluries Principem locum obtinuit, quam magno animi ardore fovit, ac tutatus est. Ingenij monumentis sui venerationem, laudemq; non modicam excitavit, & à literatis viris amatus, literatos, & ipse Mœcenatis animo summè dilexit. Prudentiâ ornatus, ex facultate Joannis Austriaci, desudavit, ut Leocata Siciliæ urbs ad Regium demanium revocaretur; collata in ipsum ampliſſima, ac honorifica potestate: & in hoc, alijsque Regis negotijs, præclara edidit prudentiæ, ac eximiæ dexteritatis argumenta. Usque ad vitæ extremũ poetica studia coluit, dum enim ætate gravis, per cubiculũ suum deambulans, Siculam cantionem de morte concinnabat, apoplexiâ percussus, post aliquot horas decessit Leocatæ 24. Maij an. 1695. & in Ecclesia S. Mariæ de Monte Carmelo sepelitur. Ipsum laudant Iosephus Munebria *in Musa excitata par. 2. pag.* 223. *&* 232. Io: Baptista de Judice *in suis Carmin. par. 1. pag.* 430. Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneolog. par. 1. pag.* 193. *& p. 3. pag.* 80. Filium, præter alios, reliquit

or-

Digitized by Google

ornatissimum Franciscum Vincentium, qui paterna vestigia sectatus, Musas coluit, bonisq; artibus instructus claruit, laudesq; promeruit à Balthassare Pisano *in Armonijs ferialib. pag. 76.* Florente adhuc ætate edidit Marius Italicè

Le Peripetie d'Oramindo, ed Albabella. Panormi apud Petrum Coppulam 1645. in 12.

Multa etiã leges ejus ingenij monumẽta apud nonnullos Auctores in eorumdem laudem: quæ collecta in librum coalescerent. At m.s. reliquit

Li Parosismi Poetici dell'ingegno febricitante.
Poesie Liriche.
Discorsi Accademici.
La Maria Stuarda opera Scenica.
Canzoni Siciliane.
Alia historica, & Poetica.

MARIUS CARIBDUS, Messanensis, nobili genere ortus, Iurisconsultus doctrinâ conspicuus, & eximius causarum Patronus. Octies in Stratacoti Foro Messanẽsi præfuit Judex: ut etiã ter in Magnæ Regiæ Curiæ, bis in Sacræ Regiæ Cõscientiæ subselliis. Regii Patrimonij Fisci Patronus constitutus: tandem S.R.C. Præsens electus ante possessionis diem Panormi decessit 9. Apr. anno 1650. De eo Ansalonius *in sua Familia p. 292.* Ferrarottus, in libro *de officio Straticoti pag. 27. 137. & seq.* & Marius Giurba *in decision. obser. 45. nu. 26.* Scripsit unà cum Marco Antonio Marchesio, & Cataldo Finia

Justificationes sententiæ datæ in causa petitionis vindicatoriæ, & reintegratoriæ septem feudorum nuper erectorum in titulum Baroniæ Asprimontis. Panormi 1637. in fol.

MARIUS CUTELLUS nobilis Catanensis, celeberrimus Iurisconsultus; vir præstantissimi ingenii, summæq; eloquentiæ. Doctrinâ, & eruditione ubique notissimus: ac Primarius causarum Patronus longè, latèque effulsit. Eximiæ doctrinæ præsidiis ad multos honorum gradus fuit meritò evectus; nam anno 1630. Magnæ Regiæ Curiæ Iudex electus, dum adhuc judicia in foro proferebat à D. Ferdinando Alfan Alcalæ Duce, Siciliæ Prorege, & Siculi Regni nomine Orator missus est in Hispaniam ad Catholicum Regem, ut Iurisdictionis jurgia inter Sacræ Inquisitionis Iudices, aliaque Regni Tribunalia dirimerentur; ejusque operâ edita est Nova Concordia inter Regia, ac Sancti Officii Tribunalia data Matriti 29. Augusti an. 1635. ut videre est *in Pragmaticarum Siciliæ tom. 3. tit. 5. pag. 11.* Eodem anno in Siciliam remeavit, iterũq; Magnæ Regiæ Curiæ Iudex constitutus est: at absoluto judiciorum biennio, secundò ab eodem Prorege, ac Regno delegatus fuit ad Regem, ut magni momenti negotia pertractaret, quæ summâ prudentiæ, doctrinæq; laude peregit. Anno 1639. Siciliam repetiit Fisci Patronus Regii Patrimonij. At non multis elapsis annis, jam satis perspectâ in rebus agendis Marij dexteritate, tertiò Orator missus est à D. Francesco de Mello Comite de Assumar, qui Siciliã moderabatur, ut de modo, quo Rex ad Mediolanensem Provinciam suppetias mitteret, & ut regiam manum ad præcidenda mala in Siculo Patrimonio exorta pertractaret. Hinc è Sicilia discedens muneri Fisci Patroni nũcium remisit. Neapolim appulsus Ramirus Philippus Guisman Medinę Turrium, Dux, Neapolitani Regni Moderator, eidem graviora illius Regni negotia apud Regem pertractanda demandavit. In ea Catholici Regis aula egregiæ doctrinæ, & prudentiæ fluenta iterum largissimè effudit: ac tandem anno 1648. Magistri à Rationibus dignitate adauctus in Siciliam rediit: in eoque etiam Regij Consiliarij munere insignitus effulsit. Anno 1651. à patria Urbe Orator delectus est, ut in Regni Comitijs Panormi advocatis Catanensis Urbis nomine suffragium adderet; & in ijsdem Regni Deputatus, ut vocant, electus fuit. His honorum ornamentis additus Comitis Villærosatæ titulus, quem Felix Cutelli ejus avita à Catholico Rege Philippo IV. obtinuerat 13. Novembris an. 1642. eâ mente, ut in Marium transferret, ut & transtulit 25. Ianuarii an. 1644. Tandem undique diffusa nominis sui famâ; doctiorum venerationem latissimè consequutus, Panormi decessit 18. Septembris an. 1654. & in Ecclesia S. Francisci Paulensis Ordinis Minimorum, tumulatus est. Ipsius meminere D. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag. 94.* Io: Baptista de Grossis *in decac. Catan. to. 1. cord. 4. mod. 1. pag. 200. & to. 2. cord. 9. pag. 149.* Io: Franciscus Pratus *in discept. cap. 15. n. 57.* Ioannes Petrus Fontanella *in decisionibus to. 1. decis. 46. n. 15. & 16.* Petrus Ansalonius *in familia Ansalonia pag. 268.* Thomas Tamburinus *in decalog. lib. 8. cap. 4. §. 2. n. 23. & seq.* Vincentius Auria *in hist. Chronolog. Proregum Siciliæ pag. 118.* Ignatius Gastonus *in discep. 1. pro studio Catanensi n. 21. pag. 10.* Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. cap. 17. n. 2.* Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneolog. par. 1. pag. 312.* P. Ioannes Andreas Massa *in Civitatib. Siciliæ existentibus pag. 220.* aliique ex Iurisconsultis passim. Edidit

Tractationum de Donationibus contemplatione matrimonij, alijsq; de causis inter Parentes, & filios factis Tomum primum. Panormi typis Decij Cyrilli 1630. in fol.

Tomum Secundum. Ibidem typis ejusdem 1641. in fol. uterque tomus iterum prodijt Venetijs sumptibus Bertanorum 1661. & 1668. in fol.

Codicis Legum Sicularum Libros Quatuor à totidem Siciliæ, & Aragoniæ Regibus latarum cum Glossis, sive Notis Juridico-Politicis. Messanæ typis Hæredum Petri Breæ 1636. in fol.

Decisiones Supremorum hujus Regni Siciliæ Tribunalium, juxtà orationes editas. Ibidem apud eosdem 1632. in fol. & Panormi 1636. ex Fontana *in Bibliotheca legali pag. 275.*

Decisionum Tomum Secundum. Panormi apud Nicolaum Buam 1652. in fol.

De Prisca, & Recenti Immunitate Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum libertate Generales Contraversias.

M 4

Digitized by Google

Matriti ex Typographia Regia 1647. in fol. Liber hic Sacræ Congregationis Indicis censuram expertus est.

Patrocinium pro Regia Jurisdictione Siculis Inquisitoribus concessa. Matriti ex Francisco Bardi *in Bullam Cruciatæ par. 1. tract. 2. cap. 6. sect. 8. §. 2. n. 183. pag.* 139. contra quod Joannes à Torrezilla Sancti Officii Inquisitor scripsit, ediditque opus inscriptum: *Apologeticus adversus objectionem contra jurisdictionem S. Officii à D. Mario Cutellio ℣. C. Siculo excitatam.* Neapoli apud Octavium Beltranum 1637. in 4.

Responsum de Præscriptione. Apud Thomam Tamburinum *in Decalogum lib. 8. tr. 1. cap. 4. §. 2. num.* 23.

Hispanâ linguâ

Catania Restaurada. Catanæ apud Vincentium Petronium 1652. in fol.

Edidit etiam eodem idiomate *Supplicem libellum satis prolixum ad Regem Philippum IV.* in fol. datum Panormi 15. Augusti an. 1653. quo sibi objecta à Regio Siciliæ Visitatore Alphonso Flores, diluere conatur. Typographi nomine caret.

In lucem emittere promittebat Tractatus duos *De Feudis, & de Verborum significatione.*

MARIUS DIANA Agrigentinus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus; natus Agrigenti anno 1645. & in Dominicanorum familiam exceptus, præstantissimi ingenii dotes gravioribus scientiis addixit. Doctrinâ apprimè instructus, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam, juxtà Ordinis morem, docuit magna cum nominis, ac doctrinæ celebritate: ideoque emeritam Magistri lauream accepit. In Morali etiam Theologia feliciter versatus, non vulgarem æstimationem sibi comparavit. Vivit nunc Panormi vir eximius, studio, eruditione, morum integritate, aliisque animi bonis clarus, inter doctissimos jure optimo accensendus. Edidit

Ideam Jurium interioris fori ad mentem D. Thomæ, Sanctorumque Patrum doctrinam elaboratam. Hoc est de Regulis Conscientiæ generatim ad ejusdem immunitatem, statumve veraciter discernendum. Opus Theologicum Morale Tripartitum: ubi Prior Pars de Conscientia: Posterior de Vincibili, & Invincibili Ignorantia Juris, & Facti: Postrema de Opinione Probabili; in qua immoderatus usus Probabilitatis ad discretam æquitatis mensuram specialiter cohibetur contra nonnullos Recentiores. Panormi typis Joannis Baptistæ Ajccardi 1705. in fol.

Prælo parat

De Justitia, & Jure Tomos duos. in fol.

MARIUS DRACO. v. Marianus Draco.

MARIUS FELIX Syracusanus Poeta. Claruit anno 1615. Ediditque Italicè ex Petro Carrera *in histor. Catanæ vol. 2. pag.* 366.

Rappresentatione Sacra di S. Agata. 1617.

MARIUS DE GATTA Siculus incertæ patriæ. In Siculo Regii Patrimonii Tribunali fuit à Rationibus, & arithmetices peritissimus. Vixit anno 1610. Elaboravit Italicè unà cum Flaminio Godano:

Tariffa del Valore dell'argento, che si porta nella Regia Zecca di Sicilia fatta d'ordine dall'Ill. & Eccell. Sig. D. Pietro Giron Duca d'Ossuna. Panormi apud Joannem Baptistâ Maringum 1611. in fol.

MARIUS GIURBA Messanensis celeberrimus Iurisconsultus, à doctrinæ præstantia satis clarus. Patavij Iurisprudentiæ operam dedit unà cum Maphæo Barberino, inde Urbano VIII. & Blasio Proto Messanensi Archiepiscopo. Primarius causarum Patronus, magnam doctrinæ laudem in forensibus causis pertractâdis adeptus, ingentem etiam pecuniarû vim sibi congessit. In publica Messanêsi Academia summo cum plausu feudalium rerum tractatus doctissimè explanavit. Apud S. Officii Iudices Advocatum, & Consultorem egit, & in Messanensi Iurisconsultorum Collegio Decani munere fuit insignitus. In Messanensi Straticotis foro Iudex pluries sedit, nempè anno 1600. 1603. 1604. & 1646. ut etiam in Tribunali Conciſtorij Sacræ Regiæ Conscientiæ Iudex, Regiusq; Consiliarius fuit. Tandem Messanæ ætatis annum agens 65. decessit circa an. 1648. ejusque nomen adhuc inter Iurisconsultos latissimè effulget. Marium laudant Franciscus Tornesius *in carmin. pag.* 122. & 123. Franciscus Maria Pratus *in observat. obs.* 50. *n.* 16. Io: Hieronymus de Philippo *in discept. fiscalib. discep.* 9. *n.* 97. Placidus Reina *in not. hist. Messanæ par. 2. pag.* 284. & 529. Ferrarottus *De offic. Straticoti pag.* 136. Iosephus Ambrosius *in descript. solemnitatis Epistolæ Marianæ pag.* 128. Jacobus Longo *in linea triumph. pag.* 8. alijq; plures, ex Iurisconsultis. Edidit

Decisionum S. R. C. Regni Siciliæ Volumen Primum. Panormi apud Io: Baptistam Maringum 1621. in fol. Genuæ sumptibus Samuelis Chovet 1653. in fol. Amstelodami 1651. in fol. Genuæ 1671. & 1675. Venetiis 1617. in fol.

Lucubrationum Partem Primam in omne Jus Municipale, quod statutum appellant; Senatus, Populique Messanensis, suique districtus, & totius ferè Siciliæ. Messanæ apud Petrum Breã 1620. in fol. Amstelodami typis Ioannis Blaeu 1651. in fol. Genuæ 1653. Lugduni ex officina Anissoniana 1673. in fol.

Consilia, seu Decisiones Criminales. Messanæ typis Io: Francisci Bianco 1626. in fol. Genuæ sumptibus Samuelis Crispini 1645. in fol. & ibidem 1654. in fol.

Repetitiones de successione feudorum inter ascendentes, & descendentes masculos, ad cap. 118. *Regis, & Imperatoris Caroli V.* Messanæ typis Ioannis Francisci Biano 1635. in fol. Lugduni ex officina Anissoniana 1679. in fol.

Tribunalium Regni Siciliæ decisæ Observationes. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1646. in fol. Amstelodami, ex typographia Ioannis Blaeu 1652. in fol.

Decisionum novissimarum Conciſtorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Regni Siciliæ Volumen Primum. Panormi typis Ioannis Baptistæ Maringi 1621. in fol. & Genuæ 1653. in fol.

Allegationes in ostentationem Pontificiæ largitatis

Digitized by Google

tis, ac liberalitatis erga Capitulum S. Ecclesiæ Messanensis. Neapoli typis Secondini Rancalioli 1641. in fol.

Reliquit opus numeris omnibus absolutum, cui titulus:

Politica Legalis. m.s. in fol.

Ex Paulo Francisco Perramuto *in præf. ad Conflictum Jurisconsl. par.* 1. Plutes Doctorum Reprobationes collegit.

MARIUS DE GREGORIO Nobilis Messanensis Jurisconsultus doctissimus: à muneribus obitis, ac doctrinâ clarus. Messanæ in Foro Straticoti, ann. 1592. Judicem egit; inde Judex Magnæ Regiæ Curiæ, Fisci Patronus ejusdem, Regiusq; Consiliarius fuit: bis Regni totius Deputatus, ac tandem in Conciistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Tribunali Præsidis honore claruit: quibus in muneribus doctrinâ, ac prudentiâ excelluit. Obiit Panormi 20. Maij 1606. & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Fratrum Observantium S. Francisci sepultus est. Hujus meminere Petrus Ansalonius *in sua Familia pag.* 63. Ferrarottus *de off. Straticoti pag.* 26. & 135. Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. lib.* 12. *pag.* 126. Josephus Bonfilius *in hist. Sicil. p.* 3. *lib.* 1. *pa.* 29. Marius Muta *tom.* 1. *Capitul. Siciliæ n.* 1. 16. & 49. & Franciscus Strada *in quietationibus pag.* 19. qui scripsisse testatur in Jure, præsertim *Allegationes, & Consilia*. Prodiit verò

Consilium super constitutione Præsidentis Regni, facta per Excell. Ducis Machedæ, & Naxeræ Proregis, cum deliberatione Sacri Regii Consilii, in personam Excel. Marchionis Elicis ejus Primogeniti. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1602. in 4.

Marius Muta *in Consuet. Panor. cap.* 53. *num.* 12. *citat.*

Allegationes pro D. Petro la Muta.

MARIUS ITALIA Panormitanus, Juris utriusq; Doctor eximius, natus anno 1590. ad literarum studia, & Jurisprudentiam animum eâ contentione adjecit, ut breviter doctrinâ excultissimus inter doctiores eminuerit. Ingenio perspicacissimo, ac eruditione supra ætatem locupletissimâ, non sine Sapientum admiratione claruit. At dum causarum Patronum doctissimè agebat, multaque de se promittere videbatur, anno ætatis suæ 28. acerbo fato decessit Panormi 7. Septembris anno 1618. & in Ecclesia SS. Trinitatis sepultus est. Funeri Canonicorum Capitulum, & Clerus Cathedralis Ecclesiæ interfuere. Ipsum celebrat Franciscus Strada *in quietationib. pag.* 16. Prosper Farinacius passim eumdem citat, & laudat *in tractatu de Immunitate Ecclesiastica*. Edidit

In Tertium librum Decretalium de Immunitate Ecclesiarum librum primum. Panormi apud Ioannem Baptistam Maringum 1611. in fol. & iterum cum addictionibus Panormi typis Nicolai Bua, & Michaelis Portanova 1646. in fol.

MARIUS MIGLACCIUS Nobilis Panormitanus, Poeta laude dignus, & si perturbata aliquando mente vixerit. Hujus meminit Josephus Galeanus *in Musis Siculis to.* 2. *p.* 2 *pag.* 121. ex quo deducimus paulo ante an. 1647. decessisse. Extant in eisdem Musis vernaculâ linguâ nostri Marii

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

MARIUS MUTA Panormitanus, Jurisconsultus numeris omnibus absolutus; cujus cumulatâ doctrina magnum nomen ne dum eidem comparavit, verùm etiam ad multos honorum gradus virum eximium evexit: Ter etenim in Panormitano Prætorio Judex præfuit: in supremis etiam Magnæ Regiæ Curiæ, ex Conciistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ subselliis pluries Iudicem egit, Regiiq; Consiliariarij honore refulsit. Doctrinam satis egregiam mirâ integritate exornavit, quam inflexibili animi fortitudine usque ad supremam vitæ lineam servare curavit. Panormi decessit 29. Februarii anno 1636. & in Ecclesia S. Matthæi tumulatus jacet, quæ magna ex parte fuit extructa magnificentissimis domibus à Mario eximiâ animi pietate donatis, ut habemus ex Bernardo Castelluccio *in Diario Sacro Panormitano pag.* 136. & Pio Costa in libro *Vittorie delle Fenici Penanti lib.* 4. *cap.* 29. *pag.* 228. & ex donatione in tabulis Notarii Jacobi Belmontis Panor. 14. Septemb. 1631. apertissimè patet. In ejus è marmore tumulo hoc legitur epitaphium in eadem Ecclesia.

Marius Muta J. C. Reg. Cons. M. R. C. nec non & Prat. pluries, & Appellat. Judex æquissimus. Forenses inter clamores paralysi obmutuit, at ejus nomen, ubiq; clamat ingenio, virtute, monumentis in lucem editis. Aleonora verò conjux ex præclaris Iudicum, & Usuſmarensium familiis dolorum inter vortices id solamen admittit habere domi suæ Deo dicatæ virum, & tumulum. Petrus Muta Frater erigendum curavit. Obiit die XXIX. Februarii an. Domini M. DCXXXVI.

Ipsum laudat Franciscus Strada *in quietationib. pag.* 16. Merlinus *Controv. Forerens. tom.* 1. *cap.* 66. *nu.* 29. Joannes Franciscus Castillus *in Epist. ad Lectorem de Consuetud. Panor.* Maurus Burgius *de landemio par.* 2. *inspect.* 1. *in addict. n.* 41. alijq; Siculi Jurisperiti passim. Edi lit

Capitulorum Regni Siciliæ Potentissimi Regis Jacobi expositionum Tomum Primum. Panormi apud Erasmum de Simeone 1605. in fol.

Capitulorum Regni Siciliæ Regiumq; Constitutionum diversorum Regum Federici, & Petri dilucidationum Tomum Secundum: Ibidem apud Joan. Ant. de Franciscis 1612. in fol.

Capitulorum Regni Siciliæ Constitutionum, & Pragmaticarum munificentiss. Regum Martini, & Ferdinandi I. compositionum Tomum Tertium. Ibidem apud eumdem 1614. in fol.

Capitulorum Regni Siciliæ Magnanimi ac Serenis. Regis Alphonsi lucubrationum Tomum Quartum. Panormi typis Decii Cyrilli 1615. in fol.

Capitulorum Regni Siciliæ Serenis. Regis Al-

Digitized by Google

phonſi lucubrationũ Tomũ Quintum. Ibidem apud eumdem 1623. in fol.

Capitulorum Regni Siciliæ Inclyti Regis Joannis Commentariorum Tomũ Sextum. Ibid. apud eumdem 1627. in fol.

Commentaria in antiquiſſimas Felicis Senatus Populiq; Panormitani Conſuetudines. Ibid. apud Hæredes Io. Franciſci Carraræ 1600. in fol. & ibidem cum addictionibus typis Decij Cyrilli 1644. in fol.

Deciſiones noviſſimas Magnæ Regiæ Curiæ ſupremiq; Magiſtratus Regni Siciliæ Sedis quidem ne dum Criminalis, & Civilis, ſed præterea Cauſarũ Delegatarum. Ibid. apud Jo. Bap. Maringum 1619. in fol. & iterum 1635. in fol. non duos Deciſionum tomos edidit, ut tradit Fontana *in Bibliotheca Legali pag.* 705.

Regni Siciliæ Pragmaticarum Sanctionum in duas diviſarum Partes Commentariorum Tomum Primũ. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1622. in fol.

Cavendum à Fontana citato, qui *pag.* 706. edidiſſe ait Marium Diſquiſitiones Panormi anno 1640. in fol.

In Bibliotheca Juriſconſulti ornatiſſimi Antonini de Judice Panormitani ſervantur m. ſs. in fol.

Deciſionum Magnæ Regiæ Curiæ, Conciſtorii, & Curiæ Prætorianæ Tomus Secundus.

Notæ ſive Obſervationes in Codicem, in Digeſtum Vetus, Infortiatum, & alios Titulos, nec non in Jus Canonicum.

Super Ritum Regni Siciliæ Notæ.

Ad Inſtitutiones Imperiales Juſtiniani Imperatoris Notæ.

Repertorium Variarum Concluſionum.

Scripſit etiam alios

Tomos Tres in Capitula Regni Siciliæ præter ſex editos; innuit enim *in proœmio Capit. tom.* 1. *n.* 4. Novem lucubraſſe Tomos in eadem Capitula. Ut etiam ſcripſit

De Reformatione Studii Catanenſis, ut tradit *in Conſuet. Panor. cap.* 42. *n.* 69. *& tom.* 2. *in capit. Regni cap.* 28. *n.* 327.

MARIUS REITANUS, ET SPATAFORA Meſſanenſis, parentibus Antonino Reitano, & Furnari, & Anna Spatafora, generis ſplendore clariſſimis, in lucem editus eſt Meſſanæ 25. Martii anno 1662. Ad amœniora ſtudia ingenium adjecit, ac Muſas impensè recoluit. In Romanas Eruditorum Academias, præſertim Arcadum, & in Meſſanenſem Clitiæ admiſſus, poeticis ingenii monumentis Litaratorum animos ſibi conciliavit. Etenim non ſine laude, ac plauſu à doctioribus auditus eſt; præſertim à Clemente XI. Pont. Maximo nunc feliciter regnante: dum enim inter Purpuratos Patres effulgebat, magna cum animi voluptate Marii carminibus pronas aures præbere, ac eadem ſummis laudibus celebrare cõſuevit. Vivit nunc Meſſanæ vir ſanè conſpicuus, & ſui æſtimationem adauget. Laudatur ab egregio viro Dominico de Angelis *in vita Antonii Caracci,* quã inter *Vitas Academum Illuſtrium par.* 1. edidit vir de Republica literaria benemerẽtiſſimus Joãnes Marius de Creſcimbenis *pag.* 157. & idem de Creſcimbenis in amœniſſima *Arcadia lib.* 4. *proſ.* 3. *p.* 137. Edidit

Il Rogiero in Sicilia Poema Heroico. Anconæ apud Nicolaum Naveſi 1698. in 12.

Oda per la glorioſa conquiſta della Real Città di Buda fatta dall' armi Ceſaree. Romæ apud Komarek 1686. in 12.

Oda per la promotione al Cardinalato del Signor Principe Franceſco Maria Medici ſeguita nel giorno che fù preſa la Real Città di Buda. Ibidem apud eumdem 1687. in 12.

Oda per la glorioſa naſcita del Duca di Berì Terzogenito del Delfino di Francia. Ibidem apud Ioãnem Baptiſtam Molum 1687. in 12.

Epicedio in morte del Duca d'Eſtrees Ambaſciatore del Rè Criſtianiſſimo in Roma. Ibidem apud eumdem 1687. in 12.

Cantico per la ricuperata ſalute del Rè Criſtianiſſimo. Ibidem apud eumdem 1687. in 12.

Hinno per le ſontuoſe feſte celebrate in Roma, per la ricuperata ſalute del Rè Criſtianiſſimo dalla magnificenza del Cardinal Ceſare d'Eſtrees. Ibidem apud eumdem 1687. in 12.

Epitalamio Regio per la feliciſſima concluſione del glorioſo maritaggio tra la Maeſtà di Pietro II. Rè di Portogallo, e dell' Altezza Sereniſſima di Maria Sofia Principeſſa di Neoburgo Palatina del Reno. Ibidem apud Marcum Antonium, & Horatium Campanam 1687. in 12.

Applauſo Poetico per la ſolenniſſima entrata in Roma del Principe Franceſco Maria di Toſcana Cardinale de Medici a ricevere il Cappello Cardinalitio. Ibidem apud Molum 1687. in 12.

La Veglia Oda. Ibidem apud Vannuccium 1688. in 12.

Le Selve Centuria Prima. Ibidem apud eumdẽ 1689. in 12.

Il Cembalo Poeſie. Ibid. apud eũdẽ 1689. in 12.

Epicedii in morte di Papa Innocenco XI. Ibidem apud Campanam 1689. in 12.

Alia muſicis modulis concinenda, odas, & ſimilia ſeorſim edidit.

MARIUS TORTELLIUS ex oppido Militelli in Valle Neti, Juris utriuſque Doctor. In ejus patria Aſſeſſoris, ut vocant, munere claruit ſub Franciſco Brancifortio Petræpertiæ Principe. Oratoriam facultatem, ac Poëſim egregiè calluit. Doctrinâ, eruditione, & eloquentiâ, non ſine nominis gloria, innotuit. Obijt Militelli anno 1621. & in majori Eccleſia ſepultus eſt. Ipſius laudes cecinit Petrus Carrera *in Epigramm. lib.* 2. *p.* 59. *& lib.* 3. *pag.* 147. Edidit Italicè

Centuria Prima di Madrigali. Militelli apud Joannem Roſsum 1620. in 8.

Diſcorſo a Militello. extat in veſtibulo libri Petri Carreræ inſcripto: *Il Gioco delli Scacchi.* Ibid. apud eumdem 1617. in 4.

Scripſerat etiam Italicè, ſed non edidit:

Madrigali Centuria Seconda.

Let-

Digitized by Google

Lettere Familiari.

Orationi Panegiriche.

MARIUS TRABUCCUS Calatajeronenſis Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor egregius, Ioãne Leonardo Boſcarello celeberrimo medico Calatajeronenſe præceptore, ad cumulatiſſimæ doctrinæ excellentiam pervenit. Hinc præclarã nominis famam, ac æſtimationem in Sicilia ſibi comparavit: ideòque perſæpè in difficillimis morborum periculis vocatus, ut ſalutarem adhiberet medicinæ peritiam. In epidemico morbo, quod in Sicilia graſſabatur anno 1622. ſtrenuam doctrinæ ſuæ vim inſigniter detexit. Claruit anno 1625. De eo cum laude meminere Joannes Baptiſta Corteſius *in Miſcell. medinal decad.* 10. *quæſt.* 1. *pag.* 729. Petrus Paulus Moretta *de Calatagirono cap.* 10. *pag.* 53. Scripſit

Practicam Medicinæ. m.s. in fol.

De Morbis Mulierum, & Puerorum. To. 1. m.s. in fol.

De Febribus, & præcipuè de Febre maligna Tractatum. m.s. in fol.

Conſulta Varia Medica pro Siciliæ Dynaſtis ac Præſulibus. m.s. in fol.

De morbo epidemico ſtrangulatorio an. 1622. *Tractatum.* m.s. in fol.

MARIUS XAVERIUS BOTTONUS Meſſanenſis, clariſſimis ortus parentibus Dominico Bottono, & Philippa Raymunda, in lucem editus eſt 18. Octobris 1669. Præſtantiſſimis ingenij præſidiis abundè munitus, anno ætatis ſuæ quinto, in Meſſanenſi Collegio Societatis Jeſu literarij curriculi exordium aggreſſus eſt; quod anno ætatis decimo celeritèr abſoluit, non ſine omnium admiratione: nam præter ſcholarum ordinem, majori quàm aliis conceſſum eſt velocitate, humaniores literas, Rhetoricam, Philoſophiam, Theologiam, & Mathematicas diſciplinas didicit. Hinc cùm ſingularis ingenij ſpecimen dediſſet egregium, nonnulli ad Societatis Jeſu inſtitutum amplectendum Marium allicere ſtudebant: ideòque Dominicus pater ne tanto deſtitueretur filio, eumdem Catanam miſit, ut Iurisprudentiæ operam daret. Ea in urbe quinquennio in Cæſarei, ac Pontificij Iuris ſtudiis inſudavit: & anno ætatis decimoquinto Doctoris inſignia magno cum plauſu obtinuit. Vix Meſſanam regreſſus, patris juſſu Romam petiit, ut Chriſtinæ Alexandræ Svetiæ Reginæ inter ephebos honorarios miniſtraret. Eâ defũctâ anno 1689. Neapolim accerſitus à Franciſco Benavides Comite S. Stephani illius Regni Moderatore, eidem ob egregiæ doctrinæ præſtantiam, animiq; dotes gratiſſimus fuit: hinc tum propriorum promeritorum intuitu, tum Dominici patris contemplatione, ut innui *tom.* 1. *pag.* 166. nonnulla in æſtimationis argumentum ab eodem Prorege accepit: primò enim Regiæ Aulæ Coſentinæ Auditor, ut vocant, cõſtitutus eſt: & vix exacto trimeſtri; etſi aliis Miniſtris illius Tribunalis junior, Rotæ caput in univerſa Provincia Calabriæ citrerioris declaratur. Iudex etiam Magnæ Regiæ Curiæ Vicariæ electus eſt: & exinde Præſes, & Generalis Gubernator Armorum memoratæ Provinciæ præficitur: tandem idem Prorex Generalem Regij Tolonij Fogiæ Auditorem voluit. Quâ ingenij præſtantiâ, quâve morum integritate, sũmâque laude his in muneribus ſeſe geſſerit, literæ ab eodem Prorege datæ ad Carolum II. Regem, & aliæ Marchionis Villenæ etiam Proregis ad Philippum V. Catholicum Regem abundè teſtantur: de his etiam perfunctis præclarè muneribus inſignis ſervatur notitia *in Academia Regia* edita Neapoli anno 1705. pro natali die Philippi Regis V. *pag.* 275. 314. & 315. Cùm autem ad eminentiores honorum gradus ſe provehi ſperare poſſet, conſcientiæ tenerrimæ ſtimulis permotus, relictâ Iuriſprudentiæ togâ, eccleſiaſticæ militiæ nomen dedit. Romam digreſſus inter nobiles Cubicularios Petri Octoboni S.R.E. Cardinalis honorificè exceptus eſt: at cùm Romam appulliſſet Maria Caſimira Poloniæ Regina, eidem Marium conceſſit memoratus Cardinalis, cum eo lem munere intimi Aulici, quo etiã titulo etſi abſens adhuc durat. Dùm Romæ moraretur literarum ſtudia non neglexit: immò exoticis addiſcendis linguis animum appulit: ideòque ſeptem ſupra decem linguas mirabiliter perceptas habuit; nempè præter Italicam, & Latinam, calluit etiã Theutonicam, Anglicam, Gallicam, Hiſpanam, Græcam, Hæbraicam, Caldaicam, tùm vulgarem, tùm ſcripturalem, Arabicam, Syriacam, Perſicam, Turcicham, Polonicam, Belgicam, & Luſitanam. Politioribus etiam literis, ac poeticis ſtudiis impigrè incubuit magna cum nominis celebritate; ideòque in illuſtrioribus Academiis adſcriptus eſt: præſertim inter Arcades Romæ, Animoſos Venetiarum, Incurioſos Roſciani, Senenenſes, quorum nomen *gl'Introna-ti*, & Meſſanenſes Clitiæ. Cùm autem Philippus V. Hiſpaniarum Rex Neapolim appuliſſet, acceptâ Cardinalis Octoboni, & prælandatæ Reginæ veniâ, ad eam acceſſit Urbem, ut eidem Regi peramplum librum, duodecim idomatibus, prosâ, ac verſu ingeniosè concinnatum, offerret. Huic operi nomen appoſuit Italicum: *Gli Elogj di Primavera*, in quo præclara Regis geſta, ac laudes complexus eſt. Eã benevolentiæ, ac admirationis ſignificatione proprijs excepit manibus Rex humaniſſimus, ut coram ſex Hiſpaniæ Magnatibus dixerit, opus hoc prodigium eſſe: *eſt un prodige*: & nonnulla ex ea audire voluerit, non ſine maximo animi oblectamento. Eâ occaſione Marius Neapoli pedem fixit; ac inter nobiles Cubilarios Marchionis Villenæ exceptus eſt. Hujus à ſecretis cubiculi fuit: & apud eumdem Bibliothecarij, & Antiquarij munus exercuit. Ejus etiam filium Martianum Pacechum Mojæ Marchionem egregiè erudivit, cujus fuit à morum magiſter. Doctiſſimum commercium cum egregiis in Orbe literato viris ſemper habuit: præſertim ante bellicas turbas, quas nunc Europam miſerè diverxant, cum Academicis Regiæ Societatis Londinenſis:

Digitized by Google

nensis: ideòque nonnulla ejus monumenta latinè, & anglicè invenies in Diariis Literatorum ibidem editis: Romæ cum Ioanne Belloro, Ioãne Ciampino: Neapoli cum Franciſco Picchiatti, & Ioſepho Valletta: ut etiam cum Abbate Alexandro Picciolomineo, Ioanne Mario de Creſcimbenis, aliiſque amicitiæ leges ſervavit arctiſſimas. Antiquitatis amantiſſimus Muſæum rarioribus monumentis locupletiſſimum, ſibi condidit: in quo ex Iapponicis, Sinenſibus, Meſſicanis, & Pervanis Provincijs multa collegit. Bibliothecam etiam libris ex ſeptemdecim linguis ſibi condidit refertiſſimam, in qua nonnulla celebrium Scriptorum ſervat authographa. Hanc verò Bibliothecã cum Muſæo è Neapolitana Urbe Meſſanam invexit, ubi nunc vir undique celebris, omnique honore digniſſimus effulget. Ipſũ laudat vir eximius Blaſius de Avitabile in epiſt. ad Clariſſimum Marchionẽ Ioãnẽ Ioſephum Felicem Urſium in libro: *Cõponimẽti in lode del nome di Filippo V. Monarca delle Spagne, recitati dagli Arcadi della Colonia-Sebezia.* Edidit nonnulla: at quæ ad meas pervenere manus, hæc ſunt. Italicè:

La conteſa delle Tre Grazie Allegoria, per la Serenata à 4. voci per il Compleaños del Re N. S. Filippo V. Neapoli apud Felicem Muſcam 1705. in 4.

Niſida, e Pauſilippo Serenata à 4. voci. Allegoria Poetica per il feliciſsimo giorno de' 19. di Decembre dell'anno 1706. compleaños del Re N. S. Filippo V. Serenata XX. Ibidem apud eumdem 1706. in 4.

Arcadia feſtante nel felice giorno del nome di Filippo V. Serenata à tre voci fatta per ordine di S. E. nelle ſtanze del Real Palazzo, per il nome del Re N. S. Filippo V. Ibidem apud eumdem 1706. in 4.

Serenata a 4. voci fatta per ordine di Sua Eccellenza nel Belvedere del Real Palazzo per l'arrivo in Napoli dell'Ecc. Sig. D. Iſidoro de la Cueva, y Benavides Marcheſe di Bedmar, Vicerè, e Capitan Generale del Regno di Sicilia, e dell'Ecc. Signora D. Franceſca Enriquez ſua conſorte. Ibidem apud eumdem 1705. in 4.

In libro: *Componimenti in lode del Giorno Natalizio di Filippo V. Re di Spagna, di Napoli &c. recitati a dì XIX. di Decembre l' anno CIↃIↃ CCIV. nell' Accademia per la celebratione di eſſo Giorno nel Real Palagio,* Neapoli apud Nicolaum Bulifonũ 1705. in 4. extant duodecim linguis varia noſtri Marij à pag. 275. ad 326.

In libro etiam: *Componimenti in lode del nome di Filippo V. Monarca delle Spagne recitati dagli Arcadi della Colonia-Sebezia il dì 2. di Maggio 1706. nel Real Palagio,* Ibidem apud Dominicum Antonium Parrinum 1706. in 4. extant & alia.

Edidit etiam Neapoli apud Felicem Muſcam duo, & viginti cantica nocturna, quæ vulgò *Serenate* vocant, aliaque id generis.

Scripſit etiam

Elogii di Primavera in cui ſi comprendono le lodi, ed eroiche geſta della Real Maeſtà di Filippo V. Monarca delle Spagne eſpreſsi con la varietà di Rime, e Proſe in dodeci diverſe lingue. Anthographum m.s. extat in Bibliotheca Eſcurialenſi in Hiſpania.

Il Ritorno di Primavera celebrato in dodeci diverſe lingue orazione Poliglotta. Ad Mariam Caſimiram Poloniæ Reginam. Hujus principium edidit Neapoli apud Felicem Muſcam 1705. in 4.

Le glorie di Roma Orazione Poliglotta in dodeci lingue diverſe con altre Proſe, e Poeſie diverſe. Hujus etiam principium ad Petrum Cardinalẽ Octobonum edidit ibidem apud eũdem 1705. in 4.

Typis parat

Rime, e Proſe Tomi duo. in 4. Hæc in decem & ſeptẽ idiomata expreſsit; at characterum defectu editionem adhuc protraxit.

MARTHA BONANNO Panormitana nobiliſſimis orta natalibus, ne dum pulchritudine, quàm honeſtate, virtuteq; claruit. Ingenium ſupra ſexum præcellens habuit, quo literas, ac præſertim Etruſas Muſas egregiè coluit: ideòq; in Reaccenſorum Academia Panormitana non ſine laude receuſita effulſit. Horatio Balliano Juriſconſulto eximio nupſit, cum qua familiam propagavit. Obiit Panormi 25. Aprilis 1595. & in Eccleſia S. Franciſci Minorum Conventualium condita eſt; ejuſque è marmore ſepulchro hoc additum epitaphium.

Marthæ Bonanno omnium virtutum genere præditæ, ſingulari pulchritudine inſigni, nobilitate illuſtri, Horatius Ballianus V. J. D. uxori de ſe optimæ meritæ, ac ſibi ipſi, eorumq; liberis, ac poſteris, maximo cum mœrore vivens adhuc poſuit. Obijt die XXV. Aprilis M.D.LXXXXV.

Multas hujus Poetriæ laudes leges in libro: *Poeſie degli Acceſi di Palermo lib. 1. pag. 7. 8. 86. 120. 121. 159. & 171.* & apud Petrum Cannizarium in m.s. *de Religione Panormi pag. 133. & 415.* Nonnulla ſcripſit *Poemata*, at ſolùm extãt *Carmina aliqua* in libro citato Academiæ Accenſorum. Panormi apud Joan. Matthæum Maidam 1571. in 8.

MARTINUS ANASTASIUS Panormitanus Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, cui nomen dedit Panormi in Cœnobio S. Martini 22. Julii 1595. In eo doctrinâ excultiſſimus floruit; fuit etenim in ſacris, prophaniſq; literis verſatiſsimus; ac omnibus ſcientiis cumulatus: Eruditione, ac Poeſi præſertim claruit. Prioris munere Cœnobia gubernavit S. Martini Panormi, S. Nicolai de Arenis Catanæ, S. Benedicti Militelli, S. Flaviæ Calataniſectæ, S. Mariæ Gangii, S. Mariæ Fundronis, & S. Mariæ Montiſregalis. Tandem è gubernio ſecedens, accepto Abbatis titulo, dum pietatis ſtudia, ac literarum exercitia impigrè recolebat, in Cœnobio Panormitano S. Martini deceſsit anno 1644. Ipſum laudat Rocchus Pirrus *in Sicilia Sacra lib. 4. de Abbatijs pag. 199.* & Antonius Ignatius Mancuſo *in Vita S. Roſaliæ pag. 27. & 55.* Edidit

De Monogamia B. Annæ Parentis Deiparæ, ſeu Veritatem vindicatam. Oeniponti apud Danielem Agricolam 1639. in 4.

Italicè

Vita di S. Roſalia V. Palermitana, ex P. D. Petro

Digitized by Google

tro Antonio Tornamira *in Responsionibus pro Vita S.Rosaliæ ab ipso edita pag.* 7. at verius m. s. non edita, servatur in Cœnobio prædicto S. Martini, ut ex relatione P.D.Michaelis de Judice ejusdem Cœnobij Prioris, viri integerrimi, accepi: ubi etiam hæc alia reservantur m.ss. nostri Martini.

Concordia quatuor Evangelistarum.
De Septem Ecclesiæ Sacramentis Tractatus.
De Censuris Ecclesiasticis Tractatus.
Elegiæ.

Italicè etiam

Flavio Crispo Tragedia in verso.
Sonetti.
Canzoni Sacre, e Profane.
Rime.
Versi Macheronici.
Note d'historie sacre, e profane.
Historia dell'antichità del Monastero di S. Martino de Scalis di Palermo.
Discorsi historici.

Servantur etiam apud V. I. D. Vincentiũ Auriã *Epigrammata.*m.s. in 4.

MARTINUS BARBARA' Drepanitanus eques Hierosolymitanus vir præclarus, à Philosophicis, Theologicis, ac Astronomicis disciplinis laudatus. Gravioribus scientiis amœniores etiam addidit literas: in historiis tum vetustissimis, tum recentioribus versatissimus fuit: Musasq; coluit Siculas, ac Etruscas. Dum operum suorum editionem parabat, quâ perenni gloriâ illustrandum ejus nomen sperabant literati omnes, mors viri eximij conatus elusit: cùm enim Panormo discedens Romam velificaret, ut dispensationem quamdam matrimonii obtineret pro Partannæ Principe, cujus à secretis erat, sævissimâ aggressus tempestate, propè Liparis Insulam infeliciter naufragium fecit circa annum 1646. Laudibus exornatur à Iosepho Galeano *in Musis Siculis tom.* 2. *par.*2.*pag.* 157. ubi nostri Martini extant vernaculâ linguâ.

*Canzoni Siciliane.*Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Iosephum Bisagnium 1662. in 12.

Prælo paraverat Italicè ex relatione P. Iosephi Barlotta Oratorii Drepanitani Sacerdotis.

Raguagli historici tanto antichi, quanto de' nostri tempi.
Rime Toscane.

MARTINUS CIAURELLA Nicosiensis Clericus, & Poeta. Claruit anno 1600. ediditque.

D.Bartholomæi Solemnitatem Herbitæ à Clericis in Divi Nicolai Templo celebratam ejusdem civitatis, metro compositam. Panormi apud Ioannem Antonium de Franciscis 1602. in 4.

Siculâ linguâ

Trionfo della Solennità di S.Bartholomeo celebrata da' Clerici nella Collegiata, e Maggior Chiesa di S.Nicolò della Città di Nicosia in ottava rima Siciliana. Ibidem apud eũdem 1603.in 4.

Descrittione della Maravigliosissima Villa del Signor Duca di S. Gio. nel suo Contato detta S. Michiele. Ibidem apud eumdem 1607. in 4.

MARTINUS LA FARINA Panormitanus clarissimo ortus genere, parentes habuit Vincentium la Farina Asperimontis Baronem, & Aleonoram Madrigalem; fratrem verò natu majorem Aloysium la Farina Marchionem Madoniæ, de quo suo loco. Martinus Panormi lucis usuram accepit 22. Augusti an. 1603. & addicto ab adolescentia literis ingenio præstantissimo, omnium disciplinarum ornamento insigniter cumulatus eminuit, magnâque doctrinæ celebrate inclaruit. Teologicâ, ac philosophicâ laureâ insignitus, inde Mathematicis disciplinis, ac Astronomicis eruditus est: amœniores etiã literas, oratoriam præsertim facultatem, Musasq: percoluit. In historiarum cognitione versatissimus, totius antiquitatis scientissimus, & omnigenæ eruditionis thesauro locupletatus mirum in modum refulsit. Vir polyglottus linguam Etruscam, Latinam, Hispanam, Gallicã, Hebraicam, Græcam, & Arabicam perfectissimè calluit; ideòque sæpiùs ut difficillimas inscriptiones, vetustasque notas ad sanam intelligentiam revocaret rogatus est: hinc meritò fuit tanquam singulare ævi sui ornamentum ab omnibus veneratus. His scientiarum præsidiis abundè instructus, in Hispaniam trasijt, ubi à Philippo IV. Catholico Rege honorificè exceptus, inter Regios Capellanos, Historicos, ac Consiliarios, adscitus est; ac non multo post Abbas S.Catharinæ in Oppido Siculo Linguægrossæ, indè Major Siciliæ Capellanus S.Luciæ ab eodem Rege deligitur. Nec ambigendum quòd ob insignem æstimationem, quâ Martinum Rex ipse prosequebatur, ad episcopalem dignitatem evexisset, si tunc dum Hispanam aulam illustrabat, aliqua Siciliæ cathedra vacasset: & profectò eminentiori honore dignum fuisse pro comperto est, ob præclarissima promerita quibus ampliſſimè exornabatur: eorumq: vi in sui venerationem Magnatum, ac Literatorum omnium amorem sibi conciliavit: omnes enim tanquam eruditionis thesaurum, ac virum numeris omnibus absolutum prædicabant. Nec defuere egregio viro aulæ Romanæ honores; ibi tum ob morum elegantiam, tum ob singularem doctrinæ, & eruditionis excellentiam nè dum literatorum omnium laudes excepit, verum etiam Alexandri VII. Pont. Max. benevolentiæ argumenta expertus est: hic enim an. 1657.Prothonotarium Apostolicum, ut vocant, participãtem delegit, & Utriusq;Signaturæ Referendarium. In Sicilia etiam omnes eruditorum plausus habuit vectigales, & apud Proceres, ac Proreges in amoribus fuit. Panormitanæ Reaccensorum Academiæ, cui nomen dedit, gloriam attulit non exiguam. Tandem pervagata longè lateque nominis sui famâ, magno omnium dolore, ac bonarum artium jacturâ decessit in Oppido S.Luciæ 17. Septembris an. 1668. Hujusce viri laudes habes apud Franciscum Quevedum *in epist. ad lectorem Marci Bruti*, Gilium Gonzalez Davilam *in to.*2.*Theatr. Eccles. pag.* 210. Ioannem

Digitized by Google

nem Caramuelem *in Rhythmica pag.*222. Garsiã de Salsedo Coronel *tom.* 2. *Comment. ad Aloysiũ de Gongora*, Ferdinandum Ortiz de Valdes *in notit.histor. Ilerdæ pag.* 9. Augustinum Inveges *in appar. tom.* 3. *pag.* 85. Ioannem Baptistam Bargiocchum *in epigram. lib.* 3. *epist.* 143. *pa.* 328. Franciscum Scorsum *in proœm.*1. *ad homil. Theophanis Ceramei* §. 1. Franc. Baronium *in Siculæ nobil. Amphiteatro pag.* 12. P. D. Petrum Ant. Tornamirã *in Prosap.D.Rosaliæ p.*87. Petrũ Carreram *in opusculo Ætnæ lib.* 1. *c.*10.*p.*39. *& in hist.Catanæ par.*1.*p.*230. Iosephum Galeanum *in epist.nuncupatoria Musarum Sicul. par.*3. Gliceriũ ab Annunciatione in libro *Sfoghi sacri pa.* 19. Nicolaum Antonium *in Biblioth. Hisp. to.*1. *pag.* 387.*&* 461.Vincentium Auriam *in hist. Crucifixi Eccl.Panor. pa.*123. Georgium Gualterium *in Tabulis Siciliæ pa.*36. *& in animad. pa.*73. aliosq; Multa scrpsit, multaq: typis tradere potuisset: at in longum protrahens lucubrationes, pauca publici juris fecit: hæc accipe.

*Escurialense Pantheon Hispaniarum, ac novi Orbis Monarchis, æterna mortalitati sedes à Philippo IV. anno Christiano M. DC.XLVIII. absolutum, dedicatum, consecratum, ejusq; jussu à Martino la Farina de Madrigali Abbate Panormitano inscriptione donatum.*Matritĩ 1648. in fol.suppresso typographi nomine. Italicè

*Sommario delle Chiese Cattedrali, e Badie del Regno di Sicilia di Jus Patronato Reale di Tomaso Fazello, tradotto dal latino in lingua Italiana.*Extat in calce Historiæ Siculæ ejusdem Fazelli, quam ab erroribus expurgatam edidit Panormi apud Ciottum 1628. in fol.

Spositione dell'Arco dirizzato dalla Nation Genoveſa per lo Trionfo di S.Rosalia da Monsig. l'Abb. D.Martino la Farina &c. con varij componimenti divisato. Extat in libro, cui titulus: *Relatione delle feste in Palermo nel* 1625. *per lo Trionfo delle Glorioſe Reliquie di S.Rosalia Vergine Palermitana, scritta dal D. D. Onofrio Paruta.* Panormi apud Petrum Coppolam 1651. in 4. *à pag.*169.

Discorso della Tragedia. Extat in tom. 2. Tragœdiarum Hortensii Scammacæ Soc. Jesu. Panormi typis Ioannis Baptistæ Maringi 1633. in 12. Ejus operâ etiam prodiere ejusdem Hortensii Tragœdiæ.

Concinnavit, *Indicem Bibliothecæ S. Laurentii Escurialensis in Hispania,* typis traditum, ex Ioanne Gerardo Vossio *in appendice ad lib.* 2. *de Historicis Græcis pag.* 548.

In libro: *Selecta Epigrammata.* Panormi apud Hæredes Iacobi Maringi 1656. in 12. aliqua Martini *Carmina* servantur *pag.* 305.

Scripsit etiam

Additiones ad librum quemdam Græcè scriptum ad vocabularii formam digestum, & Antonino Agras Panormitano dicatum. Romæ exoudebatur in 4. at non absoluit.

Multa etiam lucubrationes scripsit historicas, eruditas, politicas, poeticas, ac Theologicas; at ineditas reliquit.

MARTINUS MIRA ex oppido Bicaris, honestis parentibus natus anno 1546. exinde privilegio accepto an. 1572. Panormitanus Civis renunciatus est: Vir fuit Sacræ Theologiæ doctor: doctrinâ, morum integritate, ac virtutum ornamento clarus. Primùm munere Magistri Capellani Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi insignatus an.1580. inde in eadem Ecclesia Canonicus,&,ut vocant, Maragmerius electus. Ob eximiam, quâ refulsit, probitatem, Panormitanis Archiepiscopis gratissimus, eorum nomine Sanctimonialium Monasteriis. præfuit Deputatus; Examinator etiam Synodalis, ac primus Panormitani Seminarii Clericorũ Rector cõstitutus est. Ad Abbatiam S.Luciæ de Milatio evectus à Philippo III. Catholico Rege, & Regni Siciliæ Major Capellanus designatus, dignitatem ultrò oblatam recusavit. A Didaco de Haido Archiepiscopo Panormitano in suum Generalem Vicarium delectus est an. 1604. rem urgente Laurentio Xuares de Figueroa Duce Feriæ Siciliæ Prorege: & exacto biennio ab eodem Rege ad Episcopalem Cephaludensis Ecclesiæ insulam oblatus, à Paulo V. Pontif. Max. an. 1606. consecratur. In Ecclesia regenda, morum suavitatem servavit; ideoque in sui amorem omnium animos facilè traxit. In divino cultu sedulitatem, in pauperes, ac viatores profusam liberalitatem exercuit. Sodalitium SS.Sacramẽti instauravit, aliudq; S. Nicolai de Tolentino excitavit. Sacello SS. Sacramenti in Cathedrali Ecclesia nonnullis ornamentis splendorem addidit: & in eodem post obitum suum 15. Augusti 1619. tumulatus est, hoc adjecto epitaphio

D. O. M.

Martinus Mira multiplici Doctorum laureâ, & illustri munerum cumulatione perillustris, Cephaludensis tandem Antistes non sibi, sed viatoribus, sed pauperibus occidit. Hìc situs est, ubi duodecim annos præfuit, ubi septuagesimum supra tertium explevit. Tu viator perviæ Urbis hospitem munificentissimum, tu pauper perviæ domus Dominum amantissimum collacryma.

De hoc Præsule vide Abb. Pirrum *in not.Ecc. Cephal.* pag. 467. Marcum Serium *in Bullam Clem.VIII.pro Reformat. Parochiarum Panormi diffic.* 2. *quær.* 4. *pag.*116. Vincentium Auriam *in hist.Cephalud. pag.*80.Benedictum de Passaflumine *de origine Eccl.Cephal. pag.* 77. Petrum Carreram *Epigr.lib.*2.*p.*68. Synodum coegit Diœcesanam, ejusq; decreta edidit inscripta:

*Synodus Diœcesana.*Panormi typis Ioãnis Antonii de Franciscis 1619. in 4.

MARTINUS PERSONA Siculus, & forsan Agrigentinus, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Rhetor, & Poeta insignis. Claruit anno 1480. ex Conrado Gesnero *in Biblioth. edita per Frisium pag.*586. qui apud Agrigentum scripsisse tradit

Orationes elegantes. lib. 1.
Bucolica, seu Eclogas. lib. 1.
Epistolas, & Carmina lib. 1.
Et alia.

MARTINUS PLATIENSIS Poeta, qui ludricâ poesi

poesi claruit, ut testatur Academicus Aldeanus, id est Nicolaus Villanus in libro cui titulus: *Raggionamento sopra la Poesia Giocosa pag.* 74. at quæ scripserit, nec ipse innuit, nec ego vidi.

MARTINUS SALPETRA ex oppido S. Angeli Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor. Vivit Panormi hoc anno 1708. Edidit Italicè

Il Diametro, è vero le Perfezioni di Maria, contro l'Imperfezioni della Donna; motivi per fuggire le occasioni. Panormi typis Fraciſci Cichè 1708. in 12. at paulo post Sacræ Inquisitionis edicto dato Panormi 2. Iunii 1708. prohibitioni subjecit.

MARTIUS ALBERGUS Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & utriusq; Iuris doctor non vulgaris. Florente adhuc ætate concionibus, & amœnioribus literis operam dedit; & inter Panormitanæ Academiæ Reaccensos recensitus est. In Hispaniam transijt ubi apud regiam aulam Panormitanæ Urbis negotia pertractavit non sine dexteritatis laude: Panormi etiam Ducis Terrænovæ negotia peregit. Doctrinâ, & eruditione clarus, sui opinionem excitavit. Obiit Panormi 14. Octobris an. 1697. & in Ecclesia SS. Quadraginta Martyrum de Casalocto sepultus est. Edidit suppresso nomine

Magistrum scholasticum vindicatum pro D. Josepho Escalona, & Salamone. Panormi apud Carolum Adamum 1674. in fol.

Italicè apposito nomine

La trasformata per amore discorso Panegirico per la Verginella Palermitana S. Rosalia. Matriti apud Paulum de Val 1664. in 4.

Scripsit Hispanicè

Vida de la Santa Virgen Rosalia Eremitaña Palermitana compuosta por el Dotor D. Vicente Auria su conpatriota, traducita dalla lengua Italiana. m. s. in 4. extat authographum apud me.

L'Asia del P. Daniel Bertoli traducita dalla lengua Italiana. m.s. in 4.

MATTHÆUS AB ALEXANDRO ex oppido S. Angeli Ordinis S. Basilii. In patrio Cœnobio S. Angeli de Brolo regularis instituti habitum suscepit. Florente ætate literis, ac virtutibus insigniter instructus, Abbatis honore insignitus est in Monasterio Panormitano S. Christophori, cum Basilianorum esset, quodq; undecim annos laudabiliter rexit: quo etiam tempore Generalem Siciliæ Procuratorem egit. Inde ad Abbatiam S. Michaelis Troinensis evectus est, quam sexennio gubernavit. Tunc Troinenses eximiam ejus prudentiam perpendentes, ipsum delegerũt ut illius Urbis nomine apud Marchionem de los Velez Siciliæ Proregem pertractaret, ut urbem illam jam venditam ad regium demanium rediret. In Archimandritatu Messanensi præfuit Generalis Vicarius sede vacante. Romam translatus, totius Ordinis Procurator Generalis electus, quatriennio eximias ejus dotes Romanæ aulæ detexit; ideoq; ad Vicarii Generalis munus vocatus, provinciis Romandiolæ, Calabriæ, & Siciliæ quinquennio præfuit. Tandem ad supremam religionis dignitatem in comitiis Generalibus apud Monasteriũ S. Mariæ Cryptæ Ferratæ omniũ suffragio evectus est. In Ordinis beneficium regularis disciplinæ zelum, ac charitatis officia exercuit: & doctrinâ, ac prudentiâ claruit: ideòque omnibus absolutissimi Pastoris dotibus ornatus effulsit. Ad monasticam disciplinam instaurandam, ex facultate Innocentii X. Ordinis sui Constitutiones reformavit: ipsoque duce sodales sui ad egregios sanctimoniæ, ac doctrinæ gradus profecere. Hinc eximiis hisce gestis, animique virtutibus, eximiam Principum, Dynastarum, Præsulum, S. R. E. Cardinalium, ac Pontificis æstimationem sibi compavit. Græcis literis instructus nonnulla latinitate donavit; & eruditione eminuit. Absoluto Generalis munere in Cœnobiũ quodã Salernitanæ Diœcesis successit; ubi virtutũ studio incubuit; & grassante pestilẽtiã an. 1656. in regno Neapolitano, singularis charitatis argumenta in pauperes, ac morbo affectos detexit, quos impavidus amantissimè amplectebatur. Tandem in eodem Cœnobio magnâ sanctitatis famâ decessit circa annum 1660. Post obitum ter mulierem quendam (cujus confessiones vivens excipiebat) monuit in somnis, ut cadaver suum Cœnobii sodales aliò transferrent, ne putresceret. Hinc inter aliorum cadavera integrum adinventum, etsi nimia humoris copiâ obrutũ, decentiori loco sepeliere: ut ex relatione P. D. Petri Manniti Ordinis Generalis Panormi accepi 19. Martii 1702. De eo Apolinaris Agresta *in vita S. Basilii par.* 5. *cap.* 8. *pag.* 379. *& cap.* 15. *pag.* 448. ac latissimè Franciscus Ambrosius Maja in libro inscripto: *Lo Scettro, e la Corona d'Alessandro Magno*, edito Panormi anno 1650. Typis tradidit.

Expostulationem Apologeticam, in qua respondetur ad objecta Abbatis Caetani. Venetiis apud Petrum Turrinum 1642. in 4.

MATTHÆUS ANNA Cephalæditanus Ordinis Prædicatorum, Philosophiæ Lector, ac Generalis Concionator. Doctrinâ instructus floruit; ac poesim, amœnioresque literas coluit. Octavio Brancifortio Episcopo Cephalæditano gratissimus fuit, qui Synodalem Examinatorem delegit. Claruit anno 1635. Ipsum laudat Vincentius Auria *in histor. Cephalæd. cap.* 9. *pag.* 70. & Leo Allatius *in Drammaturgia ind.* 6. *pag.* 618. Edidit Italicè versu

L'Oreto festante nell'eletione del M. R. P. F. Gio: Vincẽzo Candia al Provincialato di Sicilia dell'Ordine de' Predicatori Panegirico. Panormi apud Decium Cyrillum 1624. in 12.

La S. Margarita Tragedia.

Il Tomaso d'Aquino Trionfante Tragedia.

Il Contrapunto sacro alla lira profetica sopra il Salmo 118. Reliquit etiam m. ſs.

La S. Agnesa Tragedia.

Il S. Andrea Tragedia.

MATTHÆUS CALDUS Messanensis Sacerdos. Vixit pietate clarus propè annum 1555. Hujus meminit Placidus Reina *in hist. Messan. par.* 2. *pag.* 530. Edidit.

Vi-

Digitized by Google

Vitam Christi Salvatoris, ejusque Matris Sanctissimæ. Venetiis apud Franciscum Bindonum, & Matthæum Pasinum 1540. in 8. & iterum correcta, multisque addictionibus illustrata, cum gestis Apostolorum, & discipulorum Domini prodiit Venetiis apud Augustinum Bindonum 1555. in 4. Concinnavit etiam *Breviarium Gallicanum ad usum Ecclesiæ Messanensis*, ex Stephano Mauro *in sua Massana cap.* 18. *pag.* 127.

MATTHÆUS CANDIDUS Leontinus, nobili genere ortus, & literarum ornamento conspicuus, amœniora studia, & historicam eruditionem coluit. Circa annum 1440. claruit; scripsitque ex Philadelpho Mugnòs *in Theatro Geneolog. tom.* 1. *pag.* 217.

Historiam de Rebus Siculis ab anno 1435. *usque ad annum* 1445. Hujus etiam meminit Philadelphus Maurus *in histor. SS. Alphij Philadelphi, & Cyrini lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 72. & Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Veter. Bibliotheca pag.* 183. quem sequitur P. D. Michael de Judice *in observat. ad Apparatum Sicul. Annalium Augustini Inveggii pag.* 103.

MATTHÆUS DE CASTILLO Panormitanus Ordinis Prædicatorum, patre Petro de Castillo S. Isidori Marchione natus 13. Aprilis anno 1664. regulare institutum amplexus est Panormi in Cœnobio S. Zitæ 29. Septembris anno 1679. Emensis cum ingenii laude studiorum spatiis, exinde Lectoris munere insignitus, in eodem S. Zitæ Cœnobio Philosophiam triennio docuit. Marsalæ etiam scholasticam Theologiã biennio tradidit: moralem verò Panormi per annos tres. Sacrâ eloquentiâ clarus conciones habuit in quadragesimali curriculo octennio, Panormi, Ennæ, Salemi, & alibi in Sicilia non sine commendatione, ac fructu. Sæpissimè etiam per annum è suggestu auditus; ab eruditione, eloquentiâ, ingenii dotibus meritò celebratus: ideòque Prædicatoris Generalis titulum inter suos obtinuit. Amœnioribus literis addictus Musas insigniter coluit; & tum vernaculâ, tum Etruscâ linguâ multa ad animi oblectamentum egregiè cecinit. Mylis Academiam Redivivorum una cum alijs excitavit in Conventu S. Dominici. Prioris munere præfuit Cœnobio Platiæ. Nunc ingenio, doctrinâ, morum elegantiâ, aliisque animi bonis conspicuus vivit Panormi, vir patriæ amantissimus. Edidit Italicè

Il Dolore con gli addobbi dell' Allegrezza per la morte del M. R. P. F. Angelo Maria di Palermo Osservante Riformato del Serafico Ordine del P. S. Francesco accaduta a 15. *Maggio* 1709. *Orazione Funerale.* Panormi apud Ioannem de Neapoli 1709. in 4. Suppresso nomine

Breve Compendio della Vita del Prodigioso S. Vincenzo Ferrerio dell'Ordine de' Predicatori. Con l'aggiunta delle divozioni Spirituali solite dirsi da' suoi Divoti nelli sette Lunedì precedenti il giorno della sua festa nel Ven. Convento di S. Zita di Palermo. Ibidem typis Ioannis Baptistæ Aiccardi 1709. in 12.

Edidit etiam *Dialogos septem* Poeticis numeris alligatos, & in nonnullis Ecclesiis musicis notis decantatos Panormi.

Nunc edendum scribit opus, cui titulus:

Istoria de' Regolari Palermitani Illustri in Santità, e dottrina.

MATTHÆUS CATALANUS Panormitanus Sacerdos, vir eruditione, ac pietate omni laude dignissimus. Romam profectus, ut ibi Deiparæ Virginis cultum ampliaret, sodalitium Siculorum, ac Melitensium excitavit sub nomine S. Mariæ Constantinopolitanæ, sive de Itria; cui anno 1595. quasdam suas ædes dedit ut Ecclesia ad sodalium usum excitaretur. Nosocomium etiam pro harum Nationum pauperibus eximiâ pietate constr uxit, ut habemus ex Octavio Pancirolo *in Thesauris Romæ absconditis Regione* 3. *Eccl.* 14. *pag.* 378. & eruditissimo Carolo Bartholomæo Piazza *in operibus piis Romæ tract.* 7. *cap.* 14. *pag.* 591. Romæ etiam Sacellum SS. Salvatori dicatum fundavit in Ecclesia S. Mariæ Angelorum, ut idem Pancirolus testatur *reg.* 2. *Eccl.* 60. *pag.* 309. Claruit Matthæus anno 1595. ipsumque laudat Hippolytus Marraccius *in Bibliotheca Mariana par.* 2. *pag.* 105. Edidit Italicè

Historia della Madonna d'Itria, o verò di Costantinopoli. Romæ apud Zannettum 1596. in 8.

MATTHÆUS CATANENSIS *v.* Matthæus Silvagius.

MATTHÆUS CIACCIUS Messanensis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. Hujus meminit Philippus Cagliola *in manifest. Prov. Siculæ Ord. Minor. Conv. explor.* 3. *manif.* 1. *pag.* 58. qui pag. 56. mendosè Saccium vocat. Stephanus Maurus *in sua Messana cap.* 21. *pag.* 204. Ioannem Matthæum Ciaccium appellat, & vixisse ait anno 1540. Lucas Uuadingus *in Scriptor Minor. pag.* 253. Matthæum Fatium vocat, aitque à Roccho Pirro *in notitia Ecclesiæ Messanensis* sæpè citari: at apud Pirrum solùm *pag.* 347. citatum invenio pro eadem re pro qua à Mauro adducitur: ex quo eumdem esse variè ab auctoribus vocatum comperies. Horum testimonio scripsit

Historiam Urbis Messanæ. Servatur m. s. in Cœnobio Messanensi S. Francisci Ordinis Minorum Conventualium.

MATTHÆUS DONIA Panormitanus, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor eximius, Benedicti Vitalis egregii medici Panormitani discipulus: doctrinâ, eruditione, varijsque scientiis insigniter excultus, magna cum laude claruit. Poetica studia Latinè, & Italicè coluit; græcisque literis instructus enituit: & in Panormitana Academia, cui nomẽ *Gli spreggiati*, præclarũ obtinuit locum. Medicâ facultate celeberrimum sibi nomen comparavit: & inter ævi sui doctiores eminuit: ideòque haud exiguas laudes promeruit. Multa scripsit, at pauca typis tradidit: plura attamen edidisset si vitæ commoda permisissent; & illorum ingratitudo, quibus opuscula sua nuncupavit, ob conceptam indigna-

tio-

Digitized by Google

tionem, ipsius animum ab operum editione avertisset. Floruit anno 1600. Hunc laudant Franciscus Baronius *de majestate Panorm. lib. 3. cap. 3. pag. 115.* Honorius Dominicus Caramella *in Musæo Illustr. Poet. pag. 215.* & Michael Foscarenus *in notis*, Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. lib. 12. pag. 124. & in Panor. Restaur. lib. 2.* Leonardus Orlandinus *in discur. in laudē S. Georgii ejusdem Doniæ, & in lib. Imaginum p. 69. & 88.* & Didacus de Mastro *in causa Medicorū Poetarū p. 55.* Quæ in lucē emisit hæc sunt.

Ad Petrum Angelum Bargæum Oratorem, & Poetam illustrem Epistola, & Votum pro epistolæ navigio. Panormi typis Joannis Francisci Carraræ 1595. in 8.

Melicus Ecloga. Ibid. apud eumdem Carraram 1595. in 8.

Formica Dialogus. Ibid. apud Jo:Ant. de Franciscis 1595. in 8.

Ad Posteros Gephyraptoyca descriptio. Ibidem apud eumdem 1595. in 8.

Panormi Questus, & Charontis cum Panormitano Genio colloquium, de casu lignei Pontis in Proregis reditum fabricati. Ibid. apud eumdē 1595. in 8.

Polystichon. Ibid. apud eumdem 1595. in 8. Italicè

Il San Georgio Poema Sacro, & Eroico. Ib. apud Jo. Bap. Maringum 1600. in 4. hoc opus meritò laudat Marcus Antonius Nali *in lib. Avisi di Parnaso a' Poeti Toscani.* Scripsit etiam hæc alia, quæ inedita reliquit, nempè:

De humoribus opus medicum.

Orationem publicè habitam de artis medicinæ præstantia.

De nivis usu contra Nicolaum Monardes.

Centiloquium medicinale.

Sinonyma dictionum.

De raptu Helenæ metricam orationem.

Tabulam partitæ Philosophiæ.

Medica miscellanea.

Epilarion, carmina.

Lira toscana.

MATTHÆUS FATIUS Panormitanus Ordinis Prædicatorum, vir doctissimus. Natus anno 1629. adolescens regulare institutum amplexus est. Exactis studiorum spatijs Philosophiam, ac Theologiam scholasticam summa cum nominis celebritate, Regentis munere, docuit in Panormitano lyceo S. Dominici: quo per multos annos moderato, tandem Magistri laureâ insignitus est. Eâ doctrinæ profunditate cumulatus claruit, ut ipsum passim consulerent in difficillimis rebus Proceres, ac viri Principes; & ad ipsum etiam ex dissitis locis accurrebant, ut consiliorum soliditate negotia nutantia firmarent. Regularis observantiæ zelo flagravit: ac summâ excelluit dexteritate in rebus magni negotii pertractandis. Prioris munere Cœnobia S. Dominici, & S. Zitæ Panormi rexit. Apud S. Officii Quæsitores Consultorem, Censorem, & Judicem Ordinarium egit. Romæ digressâ ejus doctrinæ famâ, Generalis Definitor Ordinis electus est, ac Siciliæ Provincialis. Tandem anno 1682. bonis plaudentibus ad Episcopalem Pactensis Ecclesiæ Cathedram evectus fuit. Prudentiâ, ac rectitudine instructus Ecclesiam sibi creditam laudabiliter gubernavit. In pauperes liberalis, in tuēda Ecclesiastica libertate infracti animi vir; in excitādis pietatis studiis impiger fuit. Ecclesiæ suæ bona recuperavit: Diœcesanam Synodum coegit anno 1687. ac tandem meritis undequaque cumulatus decessit Pactis 6. Septēbris an. 1692. & in Cathedrali Ecclesia sepelitur, hoc adiecto sepulturæ epitaphio.

Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum F. D. Matthæum Fatio Panormitanum ex Ordine Prædicatorum Pactensem Episcopum, moribus, & vitâ integerrimum, scientiâ præclarum; in Ecclesiasticis tuendis juribus inconcussum, in vitijs affigendis infractum, Præsulem undequaque perenniter recolendum, marmor ipsum, & recondit emortuum, & immortalitati commendat. Ob. VIII. Idus Septemb. M. DC. XCII. Ætatis suæ LXIII.

Præsulem hunc eximium laudant Joannes Michael Cavalerius in libro: *Galleria de' Pontefici &c. Domenicani tom. 1. cent. 5. n. 188. pag. 661.* & Auctor Orationis, cui titulus: *Felix Vitis* à Petro Vincentio Platamone habita *p. 23.* Edidit

Constitutiones Diœcesanas Synodi, quas Ill. & Reverend. Dominus F. D. Matthæus Fatio Ord. Præd. S. T. M. Episcopus Pactensis, Regius Consiliarius &c. omnibus suæ Diœcesis ovibus juxtà Sac. Concil. Trid. Sacrorumque Canonum normam servandas decrevit anno Domini 1687. die 30. Novembris. Panormi typis Jacopi Epiri 1688. in 4.

MATTHÆUS FATIUS alter Messanensis. v. Matthæus Ciaccius.

MATTHÆUS DE GREGORIO ex oppido Ucriæ: ludricæ poesi operam dedit summa cum laude, teste Academico Aldeano, seu verius Nicolao Villano *in discursu de Ludrica Poesi pag. 74.* at quæ publici juris fecit adhuc non vidi.

MATTHÆUS GIBERTUS. v. Joannes Matthæus Gibertus *tom. 1. pag. 352.*

MATTHÆUS MORVELLUS, Panormitanus Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, vir doctrinâ, & pietate insignis, & ab obitis muneribus celebratus. Philosophiam, ac Theologiam per annos multos docuit sodales suos magna cum laude. Ecclesiasten etiam eloquentiâ præclarum egit non sine plausu. Domos Florentiæ, ac Romæ Præfecti munere gubernavit: in Sicilia Provincialis, & Romæ sexennio totius Ordinis Consultor Generalis eximiam prudentiam detexit. Tandem in Comitiis Generalibus Ordinis Romæ coactis anno 1634. ad supremum Religionis suæ gradum evectus est. Regularem familiam eâ prudentiâ rexit, ut singularem promeruerit laudem. Omnes ejusdem Ordinis Domos perlustravit, in quibus eloquentiæ vi, quâ mirificè valuit, ad domesticam pacem, ac fraternam charitatem sodales suos cohortatus, regularem disciplinam instaurare curavit; ac ut juniores à studijs doctrinam, & ab observantia constitutionum virtutes educerent, egregiè desudavit. In amplificāda Ordinis majes-

Digitized by Google

ſtate nimiùm æſtuavit: & ejuſdem Ordinis inſtitutum in Hiſpaniam propagare curavit. Pietatem mirificè coluit: ideoque Romæ anno 1637. Sodalitium Nobilium ſub Ss. Crucifixi Domini vexillo militantium excitavit, ut ægrotantes, ad mortem Chriſtiano more obeundam, diſponerent,ac publicas funderent preces pro ægrotãtibus,& animam agentibus. Sexennio Ordinem laudabiliter rexit uſq;ad ann.1640. Morum comitate inſignis, Proceribus,ac S.R.E.Cardinalibus gratiſſimus fuit,inter quos recenſendus Frãciſcus Perettus Card. Montaltus, Archiepiſcopus Montisregalis,qui Matthæum Viſitatorem, ac Examinatorem delegit.Claruit uſq;ad ann.1648. Hujuſce laudes habes apud Dominicum Regium *in hiſt. Cler. Regul. Min. Infir. lib. 11. cap. 5. pag.* 317.Carolum Solfi *in compendio earumdem hiſtor. par.2. cap.8. pag.*240. Carolum Bartholomæum Piazza *in Operibus Piis Romæ trac.9.cap.3. pag.* 688. Leonem Allatium in libro : *Apes Urbanæ pag.*190. Edidit Italicè

Apparecchio dell'Anima per lo felice paſſaggio all'altra vita. Romæ apud Paulum Maſottũ 1629. in 12.& apud Joſephum Monaldum 1699. in 12. Maceratæ apud Joſephum Piccinum 1681.in 12. & Neapoli apud hæredes Cavalli 1683. in 12.& alibi.

Regole della Congregatione del Ss. Crocifiſſo per gli Agonizanti, eretta, e fondata nella Caſa Profeſſa de'Clerici Regolari Miniſtri degli Infermi della Madalena di Roma. Romæ ex typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1638.in 12. ubi in epiſtola nũcupatoria legitur, à noſtro Matthæo ſcriptas.

Invitto all'ajuto degli Agonizanti.

MATTHÆUS ORLANDUS ex oppido Carinis Ordinis S.Mariæ de Monte Carmelo, vir à doctrina, ac obitis muneribus celeberrimus. Natus 10.Februarii ann. 1610. ex honeſtis parentibus Luca Orlando, & Vincentia Alberti, adoleſcens, ut cujuſdam furorem declinaret,cui canem fortuitò occiderat, Panormum petiit, ubi Religionis habitum ſuſcepit; ibiq; ſolemnia emiſit vota 20. Octobris 1628. Studiis addictus, ob egregias ingenii præſtantiſſimi dotes, doctrinâ inſigniter cumulatus, Theologicâ Magiſtri laureâ donatus eſt, ac Regentis munere, ſcholaſticam Theologiam docuit in Cœnobijs Neapolis, & Florẽtiæ: ac tandem Romæ in Collegio S. Mariæ Tranſpontinæ, ubi diu moram protraxit. Cùm autem undique refulgeret ejus ſapientia,inter Theologos,ac Conſultores Sacræ Congregationis de Propaganda Fide cooptatus eſt; ac præfuit Deputatus Theologus pro verſione Sacræ Scripturæ in Arabicam linguam,ut ex Diario Literatorum, Romæ edito anno 1672. *pag.6.* compertum eſt. Apud ſuos multa promeruit, nam primùm Daciæ, inde Hiberniæ fuit Provincialis; totius Ordinis Procurator Generalis fuit per annum 1659. poſt obitum P. Io: Baptiſtæ Lezanæ. Provinciam Romanam quinquennio laudabiliter rexit; ac tandem in Generalibus Ordinis Comitiis Romæ coactis, omniũ ſuffragio ad Generalis gradum evectus eſt 12. Junii 1666. Magno omnium plauſu Ordinem ſuum moderatus, ad ejus gloriam nonnulla à Romanis Pontificibus accepit beneficia: nam à Clemente IX. obtinuit, ut S.Maria Magdalena de Pazzis 28. Aprilis 1669. in Sanctorum albo aſcriberetur: à Clemente X. ut Indulgentiæ antiquitus Ordini conceſſæ diplomate ſuo firmarentur, quibus nonnullas novas plenarias, ac perpetuas addidit.Idem Summus Pontifex,Matthæo inſtante, quamplurima SS.Carmelitarũ officia approbavit: aliaque non pauca conſecutus eſt,quibus Ordinem illuſtravit. A Clemente IX. Viſitator Apoſtolicus electus,Galliæ Provincias, ac nonnulla etiam Italiæ loca luſtravit,in quibus collapſam diſciplinam inſtavrav it : domeſticam inter ſodales ſuos pacem firmavit, ac literarum ſtudia promovere curavit. Romam regreſſus in eodem Generalis munere Clementis X. beneficio, per alium ſexennium confirmatus eſt : at bienno elapſo,anno 1674.à Catholico Rege Carolo II. Epiſcopus Cephalæditanus nominatus, ab eodem Clemente 25.Junii ejuſdem anni electus, primo Julii in Eccleſia S. Mariæ Majoris Sacris Epiſcopalibus initiatus eſt. In Eccleſiæ poſſeſſionẽ immiſſus, prudentiã, doctrinam, ſolertiam,aliaſque dotes laude dignas detexit,ac tanquam inclytũ Præſulum exemplum effulſit. Morum benignitate præcipuè claruit,& me,poſt alios eccleſiaſticos ordines,præ nimia humanitate, Sacerdotali charactere inſignivit 20. Maii 1687.quod hìc in grati animi argumentum memoriæ tradere operæ pretium duxi. Ad morum reformationem an. 1693. Synodum Diœceſanã coegit. Plura aureorum millia Romam miſit,ut Euchariſticum Tabernaculum in Eccleſia Carmelitarum ſtatuis, aliiſq; ornamentis ex ære marmoribuſq; affabrè excultum, ſui inſtituti Fratres perficerent; & opus jam ab ipſo inceptũ cùm Ordinem Generalis munere moderaretur, abſolverent. Nonnullis etiam donis Carmelitarum Cœnobiũ in patrio oppido exornavit : & ut vivens amplificare, & exornare ſtuduit, ita moriens pretioſa ſpolii acceſſione adaugere curavit. Tandem luminibus ferè orbatus,annum agens 85. obiit Cephalædi 13. Novẽbris 1695: & in Cathedrali Eccleſia tumulatus eſt; ubi in ejus è marmore ſepulchro, quod ſibi viveus extruxerat, hæc legitur inſcriptio.

D. V. T.

Illuſtriſsimus Præſul D.Matthæus Orlandus
Cognomento, ac mente virilis, Patriâ Hyccarẽſis,
Ne ſuus Trinacriæ deeſſet Elias, progreſſus eſt
ad Carmelum.
Ibi profundiora Cœli ſcrutatus arcana,orthodoxi
Tripodis oraculum fuit.
Bis Provinciam, bis Ordinem moderatus, è Cœnobio
conceſſit ad infulas.
Nec invidit Hipponæ Aurelium Cephalædis:
Urbs Caput ſonans, Rectorem ſortita, totum pru-
dentiâ caput.
Verè Zelotes æmulatus Thesbiten.
Flammantes in Hæreſim, rorantes in Fidem
demiſit imbres.

Nuſ-

Digitized by Google

Nusquam, nunquam obiturus, qui terras ardor, cælum replevit lumine.
Ne tanti ignis tendentis ad centrum differeretur cinis,
Hanc Sponsa Mater sinu pavido urnam,
Fugi victorum celeusmate venerandam.
Vixit Ann. XVC. I. XIII. Devixit. XIII. Novembris M.DC.VC. Episcopatus XXI. III.

Ipsum emeritis laudibus extollunt Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmelitarum tom.1.par. 2.lib.1. n.563. pag.136. & tom. 2. par.5. lib.3. n. 3316. pag.943. & lib.5. n.3746. pag.1073. & n. 3759. pag.1075.* Paschasius à S.Joanne Evangelista in libro cui titulus: *Poesis Artificiosa par. 5. pag.117. 130.* Petrus de Alva *in Militia Conceptionis pag.1027.* & Josephus Maria Fornarus *in Anno memorabili Carmelitarum tom. 1. 25. Junij pag.794. & 29. Martii pag. 354.* Multa scripsit, at solummodo edidit

Cursum Theologicum in Tertiam Partem D.Thomæ ad methodum scholasticum ordinatum. Tomum primum. Romæ ex Typographia Vitalis Mascardi 1653. in fol. In eo alios Theologiæ, & Philosophiæ Tomos, quos scripserat, typis tradere promisit.

Constitutiones Synodales pro Cathedrali Cephalædensi, *totaque Diœcesi componenda, ex selectioribus Summorum Pontificum Decretis, Conciliis Generalibus, aliisque Sacrorum Canonum institutis excerptas. Ab Incarnato Verbo anno M.DC.XCIII. die verò Prima Novembris.* Panormi typis Augustini Epiri 1694. in 4.

MATTHÆUS RICCIUS. v. infra Matthæus Riccus.

MATTHÆUS RICCUS Messanensis. Alii Matthæum Rubeum, vel Riccium, Mazzeum de Ricco, & Matthæum Messanensem vocant; Poeta ex antiquis, qui Italicæ Poesi operam dedere. Hinc meritò inter vetustiores Poetas, qui ante Franciscum Petrarcham claruere recensitus est à Nicolao Franco *in suo Petrarchista pag.19.* A'Petro Bembo *in Prosis lib.2. pag. 28.* inter eos collocatur, qui ante Dantem floruere. Cùm autem decesserit Dantes anno 1321. ex Joanne Villano *in Chron.lib.9.cap.135.* ante annum 1321. vixisse nostrum Matthæum certum est: quod ex poeticis ingenii sui monumentis liquidò patet; ex rudi enim stylo Musarum Italicarum infantiam in his apertè cognoscimus. Hujus meminere etiam Joannes Vigintimillius in Tabula Poetarum Siculorum, qui Mazzeum, vel Matthæum Rubeum vocat; & clarissimus Joannes Marius de Crescimbenis *in historia vulgaris Poesis lib. 4. pag.281.* Matthæi extant Italicè

Poesie. In libro: *Poeti Antichi di Monsignor Leone Alacci.* Neapoli typis Sebastiani Alecci 1661. in 8. Ex his nonnulla prius exscripserat Joannes Georgius Trissinus *in sua Poetica pag. 33. & 52.* qui alia etiam ipsius carmina adducit *pag. 28.*

MATTHÆUS RUBEUS. v. supra Matthæus Riccus.

MATTHÆUS RUBINUS Messanensis publicus Archivarius, ac Regius Notarius Messanæ. Claruit circa annum 1300. Scripsit ex Octavio Caetano *in Origine Illustr. Ædium SS. Deiparæ Mariæ in calce to.2. Vitarum SS. Siculorum pag. 289.* Placido Samperio *in Iconologia M. V. lib. 3. cap.11.pag. 379.* & Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2.pag.107.*

Historiam de Templo B. Virginis Messanensis in Montealto, volatu columbæ è Cœlo delapsæ designato. Hæc historia Messanæ servatur m. s. in Monasterio ejusdē Virginis, Siculâ linguâ scripta in membranis ex Sampersio citato.

MATTHÆUS A' S. STEPHANO Messanensis, Ordinis Observantium S.Francisci, vir à doctrina, & obitis muneribus clarissimus. Natus 29.Julii 1652. ac literarum studiis dicatus, in Messanensi Collegio Societatis Jesu humaniores literas, ac Rhetoricæ præcepta biennio à Balthassare Mazara didicit. Inde ut se Deo totum dicaret, Minorum habitum Messanæ accepit 9. Octobris 1667. In ipso tyrocinii curriculo ingenii præstantiam patefecit; tunc enim nonnulla latinè protulit poetica monumenta, quæ publicè exposita, haud exiguam sibi laudem peperere. Solemnioribus votis nuncupatis 9. Octobris 1668. Philosophiæ studiis operā dedit Messanæ in præcipuo Ordinis Cœnobio; ibique, & alibi nonnullas Philosophiæ conclusiones propugnādo, magnam sui opinionem, maximam verò sui expectationem excitavit. Scholasticam Theologiam Neapoli accepit in Cœnobio S.Didaci, eo progressu, ut ad doctrinæ fastigium sese extulerit; ideoque tanto cum plausu concertationē theologicā habuit coram Ordinis sui Generale Ministro Francisco Maria Rini Panormitano, ut in eodem disputationis circulo Philosophiæ Lectorem constituerit in memorato Cœnobio, dum vix vigesimum ætatis annum expleverat. Ideoque ibidem triennio Philosophiam magna cum nominis celebritate, & Auditorum utilitate tradidit. Detectâ cum plausu in Generalibus Ordinis Comitiis Romæ coactis anno 1676. Matthæi doctrinâ, Sacræ Theologiæ Lector designatus, eamdem Neapoli docuit: ubi Marchionis de los Velez, Neapolitani Regni Proregis, æstimationem promeruit, & nominis sui famam, longè lateque diffusam, increbuit. Romæ etiam in percelebri S.Mariæ Aracœli Cœnobio summa cum laude Theologiam docuit per annos undecim, non sine nominis, ac doctrinæ celebritate: ideoque ejusdem prælectiones per Ordinis Provincias adhuc vagantur, magnaque eruditorum aviditate perscrutantur. Hinc doctrinâ mirum in modum exornatus, ad Ordinis honores pluries evectus est. Fuit primùm Siculæ Provinciæ Custos, anno ætatis suæ 28. cum Apostolicæ dispensationis facultate. Romanæ Provinciæ Visitator anno 1685. paulo post in Regno Neapolitano Provinciæ Terræ Laboris etiā Custos. Anno 1689. ejusdē Provincialis electus, demandatam sibi Provinciam eximâ prudentiæ laude gubernavit; cui exoptatam quietem cum omnium beneficio, & approbatione attulit. Ite-

Digitized by Google

rum anno 1692. Custos renunciatus, in Comitis Generalibus in Hispaniis celebratis, magna omnium lætitia Definitor Generalis electus est: ibique apud Hispaniæ Magnates, peramplam claruit opinione. In Italiam regressus Bononiensem Provinciam Visitatoris Generalis munere perlustravit. Tandem Ordinis sui Generalis Minister electus, Regularem familiam egregia cum omnium approbatione, & laude feliciter gubernavit: ac Innocentii XII. & Clementis XI. Rom. Pontif. benignitatem, ac Cardinalium amorem expertus est. Episcopus Cephalæditanus à Carolo II. Hispaniarum Rege nominatus, hanc dignitatem primùm reijecit; nam Catholico Regi, ac Supremo Italiæ Consilio exposuit, quòd haud in Dei gloriam cederet si Ordinem suum desereret, in suprema ejusdem dignitate constitutus: ideoque Regis mandato eidem hæc insula reservata est, usque dum Generalis fasces deponeret. Hinc electo novo Ordinis Generale, Episcopale munus suscipere coactus, in Ecclesia Aracœli primo Octobris ann. 1702. consecratus est. Cephalædensem Ecclesiam primo Januarii an. 1703. ingressus, statim in Ecclesiæ bonesti cium ovium salutem impigrè curare cœpit. Diœcesim lustravit, in qua tum eximia benignitate, tum zelo omnium amorem sibi conciliavit. Synodalem Concilium celebravit. Ad Urbis solamen in annonæ egestate ne dum eleemosynam profusè in pauperes erogavit, verùm etiam ut Civium necessitati consuleret, argentea sua vasa fœneravit, ut frumentum emeret; ac omnibus abundantiam redderet. Nunc Episcopale palatium novis ædificijs amplificat, dum vigilantiâ, prudentiâ, ac morum candore boni Pastoris partes adimplere non cessat. Edidit.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Clero, & Populo Civitatis, & Diœcesis Cephaludensis Epistolam. Romæ typis Rev. Cameræ Apostolicæ 1702. in folio expanso.

Constitutiones in Diœcesana Synodo pro suis Urbis, & Diœcesis Ovibus editas Anno Domini M. DCC. VI. Panormi apud Didacum Buam 1707. in 4.

MATTHÆUS SCAMMACCA Panormitanus Murgi, & Albiati, Oppidi, & Emporii Ingluni, aliorumque feudorum Baro; ac oppidi Lercaræ Dominus: generis nobilitatem studiis exornavit: amœniores enim literas, ac eruditionem coluit. Decessit Panormi 5. Novembris 1687. Edidit Italicè

Sperchio Parabolico per li Figli d'hoggidì, o vero disciplina filiale, Tomo primo della prima parte. Panormi apud D. Cyllenium Esperiũ 1685. in 12.

Tomo secondo della Prima Parte. Ibidem apud hæredes Insulæ 1686. in 12.

MATTHÆUS SILVAGIUS Catanensis Ordinis Observantium S. Francisci: ex rubicundo genarum colore dictus *Gangarossa*. Vir fuit eruditione clarissimus: in gravioribus studiis mirum in modum exercitatus, quæ indefesso labore numquam reliquit; nam usque ad supremam vitæ lineã disputationibus, ac librorum exaratione, ingenium acutissimum amplissimè exercuit. Catanæ diu Theologicam sapientiam magna cum nominis fama docuit tũ Sodales suos, tum in publica urbis Academia. Mathematicis etiam disciplinis, & præsertim Astronomicis; sacris literis, Poesi, tum Latinâ, tum Etruscâ, alijsq; eruditionis ornamẽtis eximiam venerationem, ac non vulgare decus sibi conciliavit. Ex Rocchio Pirro *in not. Eccl. Catan. pag. 94.* Jo. Baptista de Grossis *in Decas. Catanensi to. 2. pag. 150.* & Wadingo *in Script. Minor. pag. 254.* floruit anno 1490. At superstitem fuisse anno 1535. rectè observat Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Veter. Biblioth. pag. 184.* ex ipsius Siculorum rerum Chronico: in eo enim Caroli V. adventum in Sicilia narrat, ac Panormitanorum, & Messanensium solemnia exponit, quibus invictissimum Imperatorem excepere. Immò ulterius vitam produxit; nam in humanis adhuc anno 1536. observo ex libro inscripto: *Modo di vivere secondo la Divina volontà*, eo enim anno Panormi Cœnobiũ S. Mariæ Angelorum incolebat: eodem etiam anno Catanæ habitasse, ac de Ætneo incendio scripsisse, ait Petrus Carrera *in hist. Catanæ vol. 1. pag. 458.* Immò usque ad annum 1542. vitam protraxisse ex nonnullis operibus editis, ac infrà notatis, clarè liquet. Ipsius etiam meminere Possevinus *in Apparat. Sacro tom. 2. pag. 420.* Franc. Gonzaga *in hist. Seraphica*, Tolliguanus *in hist. Seraphica lib. 3. pag. 329.* Franciscus Privitera *in annual. Catan. p. 190.* Multa scripsit, quæ tenebræ de Grossis vel delitescebant ignota, vel plagiorum operâ sub alieno nomine prodiere; ac quæ ego inscripto nomine Matthæi vidi, hæc sunt.

Labyrinthi duo de mundana, & divina Amore, eum suis exordiis, & differentiis, ac fructibus, cumq; suis semitis rectè ordinatis usq; ad centrales, ad vocant, terminos, vel inferni, vel felicitatis æternæ. Venetiis 1542. in 8.

Apotheca divini Amoris, sive de Apotheca Viridarii labyrinthi, quæ est sanctissima Crux, ubi venditur Amor Dei. Venetiis apud Signum Archangeli Raphaelis 1542. in 8.

Lectura, seu expositio Brevis super octo libros Physicorum Aristotelis, cum aliquibus annotationibus de mente Doctoris Subtilis. Ibid. 1542. in 8.

Opus præclarum, & nimis utilissimum in quatuor libris divisum, de nuptiis animæ cum sponso ejus Christo, de Convivijs spiritualibus, omnique apparatu, de persuasionibus falsis Sathanæ per epistolas diversisq; tentationibus, de casu animæ in peccatum, de lamentationibus Hieremiæ cum declarationibus earũdem, & oratione pro spoliatione bonorum ipsius, de fletu animæ, & sua conversione, de Gratia, & remedijs à Deo datis, & de indumentis novis restitutis, de regimine post conversionem, & præparatione ad mortem, de electione Dei, & hominum & prædestinatione Sanctorum, cum Dialogo inter Rempublicam, & Philosophum. Ibid. 1542. in 8.

Opus pulchrum, & studiosis viris satis jucundum, de tribus peregrinis, seu de colloquijs trium Peregrinorum: de divinis perfectionibus: de Philosophia Sanctorum; de partibus Mundi, climatibus, linguis

&

Digitized by Google

& populis, civitatibus, & conciliorum, & de excellentiis Romæ, & Hierusalem, ibiq; multa notatu dignissima. Ibid. in ædibus Francisci Bindoni, & Maphæi Pasinei 1542. in 8. Hinc vides opus hoc non mss. ut ait Inveges *in Appar. ad Annales Siculos pag.* 63. sed editum esse.

De Victoria Verbi Dei contra Hebreos. Ibidem 1542. in 8.

Scripsit *de Incendiis Ætnæ*, ex Petro Carrera *tom. 1. hist. Catanæ lib. 2. cap. 2. pag.* 153. & 156. *de Sicilia, & Syracusa*, ex Bonanno *in Syrac. Illustrata lib. 1. pag.* 28. & ex his Inveges loc. cit. sed hæc historica monumenta non seorsim edita, sed in libro de Tribus Peregrinis invenies. Italicè:

Modo di vivere secondo la Divina volontà, e vera disciplina salutis. Panormi apud Antonium Maidam 1536. in 8.

In libro *de tribus peregrinis cap.* 33. *pag.* 117. opus suum citat inscriptum:

Tractatus de navigio Mundi.

MATURINUS TEXTOR Messanensis, scripsit ex Gesnero *in Bibliotheca edita per Frisium pag.* 597.

Orationem exhortatoriam in Cenomanensi Synodo habitam, de dignitate, & officio Sacerdotum.

MAURITIUS Civis, & Episcopus Catanensis, primùm Monachus, & Abbas Ordinis S. Benedicti in Cœnobio, ac Cathedrali Ecclesia Catanensi vir sanè doctus, ac pius. Ab anno 1124. Catanensem Ecclesiam laudabiliter rexit. Unà cum Hugone Episcopo Syracusano Ecclesiam S. Mariæ de Josaphat in oppido Paternionis construxit. Apud Rogerium Siciliæ Comitem magnâ valuit æstimatione, qui Mauritii prouteritis intuitu nonnullis bonis Catanensem Ecclesiam cumulavit: ut & fecit Adelasia Hadrani Comitissa. Catanæ etiam Ecclesiam S. Catherinæ consecravit: & summâ veneratione, solemniq; pompa D. Agathæ Virginis ac Martyris reliquias Bizantio Catanam translatas à Goselino, & Gilberto anno 1126. pijssimè excepit. Tandem moderatâ cum egregia virtutum opinione per annos undeviginti Catanense Ecclesiâ, Catanæ decessit anno 1143. De eo vide Matthæum Silvagium *de tribus peregrinis cap.* 44. *pag.* 161. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Catan. pag.* 19. Petrum Carrerâm *in hist. Catan. tom.* 2. *pag.* 488. Jo: Bapt. de Grossis *Catana Sacra §.* 21. *pag.* 69. & *Decacordo Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 143. & 161. Octavium Caetanum *in animad. ad com.* 1. *SS. Siculor. pag.* 46. Hujus extat satis prolixa

Epistola de Translatione S. Agathæ Virginis Bizantio Catanam. Apud Pirrum *cit. pag.* 20. Carrerâ *cit. pag.* 76. De Grossis *in Catana Sacra pag.* 70. & Caetanum *in tom.* 1. *cit. pag.* 53. ut etiam Italicè apud Augustinum Inveges *in Panor. nobil. pag.* 178. ex qua etiam patet Mauritium poesi ingenium addixisse.

MAURITIUS DE GREGORIO, ex oppido Siculo Camaratæ, Diœcesis Agrigentinæ, Comitatus titulo insignito, non ex oppido Camerotæ Regni Neapolitani, ut perperam Nicolaus Toppius tradit *in Bibliotheca Neapolitana pag.* 212. cujus crassum errorem omnes editi Mauritii libri redarguunt, in quibus constanter legimus, Mauritium de Gregorio Siculum, Camerotensem fuisse. Ordinis Prædicatorum institutum amplexus, in eo doctrinâ, & eruditione claruit; fuit etenim Sacræ Theologiæ Magister doctissimus; Concionator non vulgaris; Sacris, humanisq; literis abundè munitus, Pontificiis juribus, historiis, omnibusq; scientiis mirum in modum instructissimus. Ab egregia doctrina, & ingenio præstantissimo commendatus, tum in ordinis sui Lyceis, tum in publicis disputationibus effulsit, & eximiam Dynastarum, Præsulum, ac S.R.E. Cardinalium æstimationem sibi conciliavit. Neapoli, ubi diu vixit, fuit ex Promotoribus, ut vocant, participantibus ad doctoratum: Horatii Aquævivæ de Aragona Episcopi Calatini, & Julii Sabelli S. R. E. Cardinalis Theologus: S. Officii Consultor, Pœnitentiarius major, & Examinator. Nonnullis etiam Ordinis honoribus cohonestatus est; cùm enim Panormi non sine plausu conciones haberet, ad patriam oppidum Camaratæ, ab ejusdem Domino, ac Comite delectus, ibi Prioris, ac Visitatoris munere sodalibus suis præfuit: ut ipsemet scribit *in Enciclopedia pag.* 934. Siculæ Provinciæ fuit etiam Definitor, & Visitator, Episcopum electum fuisse, & dignitatem sibi oblatam reiecisse, nonnulli ex fama prædicant. Amœnioribus literis addictus, & inter Otiosos Academicos Neapolis recensitus, poeticis, ac oratoriis ingenii monumentis inclaruit. Antiquitatum studiosus, & in quærendis rarioribus arcadis sedulus persecutor, in Cœnobio Neapolitano S. Catherinæ apud Formellum, ubi diu vixit, multa congessit antiquitatis monumenta, multaque naturæ prodigia, admiratione digna, quorum omnium descriptio extat in libello seorsim edito Neapoli anno 1642. ut etiâ testantur, Clarissimus Pompeus Sarnellus in libro *Guida de Forastieri &c. pag.* 126. Carolus Celanus *in notit. Neapol. p.* 1. *p.* 193. Dominicus Ant. Parrinus *in sua Neapol. pag.* 306. & Franciscus de Magistris *in statu Eccl. Neapol. lib.* 1. *sect.* 2. *n.* 54. *pag.* 313. Tandem virtutibus insigniter exculptus, in eodem Neapolitano Cœnobio decessit 3. Novembris an. 1651. Ipsum laudat Andreas Rovetta *in Bibliotheca Provinc. Lombardiæ Ord. Præd. an.* 1658. *pag.* 181. Quæ edidit hæc sunt:

Commentaria laconica ad sensum Proœmii in quatuor libros contra Gentiles. Neapoli typis Octavii Beltrani 1644. in fol.

Expositio laconica paraphrastica omnium Bullarum, Concilibrum, decretorum &c. Neapoli typis Jacobi Gaffari 1645. in fol.

Praxis SS. Inquisitionis. Ibid. apud Octavium Beltranum 1649. in 8. Venetiis, & alibi.

Enciclopedia id est omnium Scientiarum Circulus ad sensum Proœmii in quatuor libros contra Gentiles. Neapoli typis Octavii Beltrandi 1652. in fol.

Al Concilii Tridentini Margaritha, & Hyacinthus. Venetiis typis Joannis Salis 1619. in 8. ibidem apud Franciscum Baba n. 1640. in 4. & ali-

alibi. Ex Rovetta citato, & Enciclopedia ipsius Mauritii à pag. 925. edidit etiam

Egregia Commentaria in quatuor libros Sententiarum.

Aphorismos siue summam omnium Conciliorum.

Summam Omnium Apostolicarum Constitutionũ.

Praxim in libros prohibitos, atque Hæreticorum.

Viridarium omnium Scientiarum, in quo summa D. Thomæ. Neapoli apud Octaviũ Beltranũ in 8.

Canones Sacrosancti Concilii Tridentini, cum notis Veteris, & noui Testamenti.

Summam D. Thomæ cum additione ad Tertiam Partem. Neapoli semel, & iterum apud Tarquinium Longum.

De Sacramentis, Censuris, & Casibus reservatis ad examen Confessariorum librum. Neapoli apud Octavium Beltranum.

De Auxiliis Tractatum. Ibidem apud Tarquinium Longum, & iterum apud Jacobum Carolenum.

Summam Casuum Conscientiæ. Ibidem apud Octavium Beltranum.

Anathomiam totius Bibliæ S. Veteris, & noui Testamenti, & præcipuè Apocalypsis, & de omnibus expositionibus suis, seu de Scriptoribus Ecclesiasticis, cum similitudinibus Homeri, Virgilii, Ciceronis, & declaratione Emblematum Alciati. Ibidem apud eumdem

Defensionem D. Thomæ.

Physicam.

Methaphysicam.

Mathematicam.

Moralem.

Controversias hæreticales ex D. Thoma, & Scoto. Italicè

Isola di Sicilia Beata di S. Domenico, cioè Compendio delle Vite de' Frati singolari Beati Siciliani dell' Ordine di detto Santo. Neapoli apud Tarquinium Longum 1611. in 8.

Condottiere de' Predicatori per tutte le scienze, d' onde potranno cavar concetti non solo da quelle, ma da Poeti, e da tutti professori di belle, e curiose lettere. Ibid. apud Jo: Jacobum Carolenum 1615. in 8. & Venetiis apud Gervasium Anesi 1627. in 8.

Rosario delle stampe di tutti i Poeti, e Poetesse antichi, e moderni di numero 500. Neapoli apud Carolenum 1614. in 12.

Confessionario raccolto da' Dottori Catolici per il M. R. P. M. Girolamo Palermitano, con l'ultima additione necessaria al Confessore, delle Censure, casi riservati, de' Sacramenti, dell' assolutione, del Sacrificio della Messa, Vesti, Ceremonie, e da qual Pontefice instituite, con l'indulgenze di Paulo Papa V. al tocco dell'orologio con sua origine. Ibid. apud Tarquiniũ Longum 1611. in 8. Additiones sunt nostri Mauritii.

Abbecedario di casi di conscienza.

Rosario di Maria Vergine con cento cinquanta figure. Neapoli 1606. in 8.

Annali succinti.

Le Donne Illustri.

Idea di far le Gallerie, dove si contengono le proprietà delle gemme, delle medaglie, con le historie de l'Assirii, de' Persiani, de' Greci de' Caldei, e de' Romani, con molti secreti, e virtù di piante, d'animali, e pietre. Neapoli apud Octavium Beltranum ex Enciclopedia citata.

MAURUS BURGIUS Catanensis Jurisconsultus doctissimus; à doctrina satis laudatus: pluries Judicis munere cohonestatus est; septies enim in Patria Judex sedit: & in supremis Magnæ Regiæ Curiæ subselliis Judicem, Regiumq; Consiliarium egit. Obiit Panormi 2. Julii an. 1616. & in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ sepultus est. Ipsum laudant Pirrus *in not. Eccl. Catan. p. 94.* Jo: Bap: de Grossis *in Decacor. Catan. tom. 2. Cord. 9. pag. 149.* Marius Curellius *de donationib. to. 1, trac. 1. dist. 2. partic. 11. n. 80. pag. 356.* Garsias Mastrillus *l. 2. decis. 157. n. 12.* & Marius Giurba *decis. 92. n. 17.* Edidit

Tractatum de Laudemio. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1597. in 4. Mediolani apud Jo: Bapt. Bidelli 1617. in fol. & in volumine cui titulus: *de laudemiis tractatus Auctorum, qui in ea commentarios conscripserunt.* Augustæ Taurinorum apud HH. Jo. Dominici Tavrini 1629. in fol.

Methodi Criminalis de modo procedendi ex abrupto Centuriam primam. Panormi apud Erasmum de Simeone 1611. in fol. & ibid. apud Petrum Coppolam 1646. in fol.

Ineuita reliquit.

Commentaria ad Pragmaticam de Censibus.

MAURUS CHIAULA Panormitanus Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, in lucem editus circa annum 1544. in Monasterio S. Martini de Scalis Instituti habitum adeptus est 28. Augusti anno 1561. In eo celeberrimo Ordinis Asceterio, pietati liberalibus studiis, sacrisque literis incubuit: armonicis verò Musices exercitationibus potissimè operam dedit; adeo ut in ijs ad stuporem profecerit. Hinc an. 1581. cùm Senatus Panormitanus in Ecclesia S. Mariæ dicata, cui nomen vulgò *della Pinta*, exponere statuisset Acta Creationis Mundi; Marcus Antonius Columna, tunc Siciliæ Prorex, nostrum Maurum ad cantus egregiè modulandos vocavit. Peritissimus armonicæ facultatis Magister ita excellenter munus sibi injunctum explevit, ut unus fuerit Proregis, & omnium Auditorum sensus, inter Angelorum Choros in Cœlis audiri posse præstantiorem, suavioremque harmoniam. Hinc quæ harmonicis numeris concinnavit, publicis typis tradenda sancitum est. Consule Augustinum Inveges *in Panor. Sacra pag. 427.* & Vincentium Auriam *in hist. Chronolog. Proregum Siciliæ pag. 61. & 62.* Supra cæteros eminuit in ordinandis plurimarum vocum, & instrumentorum, pleno choro ex proportione respondentiũ symphoniacis modulationibus. Singularem Mauri peritiam testantur ad nostra usque tempora Musices Moderatores omnes qui in Trisagio solemnium Missarum *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, decantando, sublimiorem concentus formam adinvenire desperantes, eodem utuntur, quod in prædicta celebri Actione Cœlestium Spirituum Chori, in eorumdem creatione, Divinum

Digitized by Google

num proclamavere, pro gratiarum actione Trifagium: & vulgò adhuc vocatur: *Il Santo della Pinta.*

Cæterùm decori Patrio me ſatisfacturum puto ſi hìc breviter innuam, tunc magnificis triginta millium aureorum expenſis recitatam, ſcenicam prædictæ Creationis Actionem; Italico, & Latino carmine concinnatam à Theophilo Folengo Mantuano Caſinenſi, in Monaſterio S. Martini de Scalis per octennium degente, circa annum 1542. & Ferranti Gonſagæ Proregi permaximè charo. Ad cujus munifici Mæcenatis nutum non ſolùm Mundi Creationem, ſed alias Tragicas Actiones Italicè Theophilus exaravit. Tunc enim magnificientiſſimo apparatu ſcenica ſpectacula liberali manu Panormitanus Senatus quotannis Populo admirabundo, & plaudenti exhibebat. Ideoque nè dum prælaudatæ Creationis fama adhuc viget, verùm etiam inter cætera Cœleſtiù, & Heroum tragica poemata & S. Chriſtinæ, S. Cæciliæ, & S. Catharinæ memoria ſcenicæ pompæ adhuc perſeverat. Has Tragœdias, & Creationis Mundi Actionem, vulgò: *l'Atto della Pinta* publici juris forſan aliquando facturus, apud ſe cuſtodit vir præclariſſimus P.D. Michael de Judice Prior Caſinenſis, de quo vide ſuo loco. De Theophilo Folengo feſtiviſſimo Poeta Auctore operis Macheronici, ſub nomine Merlini Coccai, & de ejus eruditione, pietate, & ingenii monumentis, cùm in hac Bibliotheca exteris non ſit locus, videſis Jacobum Philippum Thomaſinum *in elogiis par. 1. pag. 72.*

Ad noſtrum Maurum regredi oporteret, ſi tanti viri ad nos plenæ perveniſſent notitiæ. Hoc tantùm de eo memorabile, non ſolùm Panormi, ſed Romæ, & Venetiis celebre ejus nomen claruiſſe: & acceptiſſima apud Summos Principes ipſius religioſi moderaminis, & muſicæ facultatis ſpecimina fuiſſe. Piè deceſſit Panormi in Monaſterio S. Martini circa annum 1600. Decani munere inſignitus. Ipſum laudant Rocchus Pirrus *in Sicilia ſacra lib. 4. pag. 199.* Arnaldus Wion *in ligno vitæ lib. 2. cap. 72. pag. 437.* Antonius Poſſevinus *in Apparatu Sacro to. 2. pag. 424.* & Petrus Antonius Tornamira *de ſcriptor. Marianis Ordinis S. Benedicti p. 141.* A Joanne Cleſſio *in Elencho Virorum literatorum pag. 403.* inter viros illuſtres recenſentur. Edidit

Sacrarum Cantionum, quæ octo tum vocibus, tum variis inſtrumentis Chori, quæ conjunctis, ac ſeparatis concini poſſunt liber. Venetiis apud Ricciardum Amadinum 1590. in 4.

In libro: *Infidi lumi Madrigali à 5. voci di diverſi Autori Siciliani.* Panormi apud Joannē Baptiſtā Maringum 1603. in 4. extant nonnulla noſtri Mauri.

Alia edidiſſe teſtatur Wion cit. Multa item volumina M. SS. Sacrorum Concentuum muſicis modulis ornata, ſervantur in Bibliotheca laudati Monaſterii S. Martini.

MAURUS MARCHESIUS Panormitanus Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, natus anno 1608. monaſticum habitum accepit in Monaſterio Montiſregalis. Gravioribus diſciplinis inſigniter excultus claruit, quibus amœniores literas addidit. Scholaſticam Theologiam ſodales ſuos magna cum ingenij præſtantiſſimi laude tradidit. Apud Sanctæ Inquiſitionis Judices fuit librorum Cenſor: Coſmæ de Torres S. R. E. Cardinali, & Archiepiſcopo Montiſregalis gratiſſimus vixit. Ad graviora negotia pertractanda admotus, in ipſis eximiam dexteritatem detexit. Muſas egregiè coluit; ideoque vividiſſimas ingenii dotes in Latiis, Etruſcis, Siculiſque carminibus pangendis exercuit. Ingenii monumenta tum verſu, tum proſâ concinnata, magno cum plauſu doctiſſimi viri excepere in Academiis Reaccenſorum Panormi, Otioſorum Neapolis, Humoriſtarum Romæ, in quibus fuit honorificentiſſimè aſcriptus. Romæ Fabritio Veroſpio, & Bernardino Spada S. R. E. Cardinalibus, viris doctiſſimis, acceptiſſimus fuit; ac literatorum omnium venerationem promeruit. Venetias digreſſus ut opera nonnulla typis traderet, ibi in Incognitorum Academia recenſitus, primarios illus Urbis viros in ſui amorem traxit. At dum in operum editionem incubebat, oculorum lumine orbatus, vitam per anni ſpatium deplorandam traxit, quo tempore, etſi penitus cœcus, Decanatus munere cohoneſtatus eſt. Venetiis tandem deceſſit in Monaſterio S. Nicolai in Lictore anno 1650. ætatis ſuæ 42. Ipſum laudat Joannes Evangeliſta à Panormo *in anagrammat. p. 168.* Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis to. 2. par. 2. p. 143.* & Honorius Dominicus Caramella *in Carmin. juvenilibus p. 61.* Hujus etiam meminere Auguſtinus Oldoinus *in Athenæo Romano pag. 149. & 151. & in Athæneo Liguſtico pag. 120. & 123.* Joānes Mollerus *de ſcriptoribus Homonymis cap. 5. n. 28. pag. 462. & cap. 6. n. 25. pag. 549.* Philippus Labbeus *de Scriptoribus Eccleſ. to. 1. pag. 211.* Gulielmus Cave *in ſcript. Eccl. hiſtor. litteraria pag. 436.* Carolus Joſephus Morotius *in Theatro Chronologico Cartuſienſis Ordinis par. 4. n. 4. pag. 68,* & Ludovicus Morerius *in dict. to. 1. pag. 637.* Hujus habemus maternâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Muſis Siculis *par. 2. tom. 2.* Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burleſche. In eisdem Muſis *par. 3.* Ibidem apud Biſagnium 1651. in 12. Ejus operâ, ac ſtudio prodiere S. Brunonis Opera, hoc appoſito titulo.

Brunonis Aſtenſis opera omnia Tom. II. & Oddonis Benedictini Commentaria in Pſalmos. Venetiis apud Bertanos 1651. in fol. à noſtro Mauro in unum collecta, Auctori ſuo vindicata, notiſ; illuſtrata; & exinde in Bibliothecam Patrum Tomo XX. pag. 294. illata. In his extat prævia Diſſertatio noſtri Mauri, quâ libros de laudibus Eccleſiæ Brunoni Carthuſiano aſcriptos, Brunoni Aſtenſi reſtituit: quam primùm Romæ ediderat ſub titulo: *de S. Brunone Aſtenſi, atq; ab eo conſcriptis libris Diſſertatio hiſtorica P. D. Mauri Marcheſii Panormitani*; & noſtri Marcheſii rationes

Digitized by Google

nes approbant Theophilus Raynaudus *de libris malis,& bonis p.*135.139.J.G.Olearius *in Abac. Patr.p.*93.94.*&* 95. Gugliel. Cave *Cartoph.pag.* 232.233.*& hiſt.liter.pag.*436.Vincētius Placcius *de Script. Pſeud. p.* 168.& Jo: Mollerus *de Script. homonym. cap.6. pag.* 549.Ejus operâ etiam prodiere

Mancipatus Deiparæ authore Gerardo Belga. Patavii typis Pauli Frambotti 1649. in 24.

Petri Boerii Commentum in Regulam S.Benedicti.

Nonnulla poetica foliis expanſis edita publicavit. Scripſit etiam Italicè, & ſub prælo habebat:

Vita di S.Geltruda.

Vita di S.Scolaſtica, e altre Sante: at hæc non abſolvit. Prælo paraverat Tomos XII. in fol. quorum proſpectum edidit,ac titulum appoſuerat: *Duodecim Cophani Fragmentorum, quæ ſuperſunt è menſa Benedictina.* In ijs collegerat opera omnia ſive integra, ſive manca Scriptorum Benedictinorum,ex Archiviis, ac Bibliothecis extracta, ob incuriam Monachorum delitescentia. Edenda reliquit m. ſs.

Rime.

Diſcorſi Accademici.

Siculæ Cantiones latiis Carminibus expreſſa.

MAURUS PANORMITANUS. v. Maurus Chiaula.

S. MAXIMIANUS Syracuſanus Epiſcopus, vir ſanctimoniâ inſignis. Siculum fuiſse teſtatur Jo: Diaconus *in Vita S.Gregorii lib.*1. *cap.*33.Syracuſanũ Antonius Galionius *in reſponſ.ad Monachũ Benedictinũ.* Noſter Octavius Caetanus *in to.* 1. *SS.Siculor. pag.* 220. etſi ingenuè dubitet an ſit Syracuſanus, attamen *in animad.pag.*177. Syracuſanum putat; eo enim ævo præfuit Eccleſiæ Syracuſanæ, cùm ad Epiſcopatum non alii eligerentur, niſi ejuſdem Eccleſiæ Sacerdotes. Inter Syracuſanos retulit Michael Angelus Mancharuſus *in Kalendario SS. Syracuſ. 9. Junii.* Monaſticum S. Benedicti habitum in Sicilia accepit, & inde virtutibus clarus Romam accitus, Cœnobium S.Andreæ in Urbe ad Clivum Scauri,à S. Gregorio extructum,ſecundus Abbas rexit; ibique S. Gregorium monaſticam vitã profeſſum, divinis præceptis informavit, & ad vitã ſeveriorem direxit. Cœnobium hoc per plures annos moderatus eſt: at miſso Conſtantinopolim Gregorio,ut Sanctæ Sedis Legatum ageret, ibi tranſgreſſus eſt Maximianus,deſiderio videndi Gregorium incenſus: ſed inde revocatus à Pelagio Pontifice, inſtante eodem Gregorio, (nam Monaſterio cui præerat, neceſſaria ejus opera nimiùm erat) Romam remeavit. In itinere maritimo ejus ſanctimoniam detexit Deus, furente enim tempeſtate, navis jam fracta, etſi uſque ad ſummum aquis oppleta, octiduo velificavit, uſque dum fluctibus exagitata ad Crotonis portum appulit: & cùm omnes mirabiliter ſervati precibus Maximiani incolumes è navi deſcendiſſent, ſtatim ac Dei famulus omnium ultimus terram attigit, navis demerſa periit. Elato ad Pontificium faſtigium Gregorio Magno, Maximianum accerſivit, ut Pontificias ædes inhabitaret,& gravioribus Eccleſiæ negotiis admoveret: ipſium ſæpius conſulebat, ac ſanctiſſima Maximiani conſuetudine Pontificium onus levabat. At defuncto Agathone Syracuſano Epiſcopo, Maximianum ad Syracuſanam Cathedram evexit; & ut Eccleſiam hanc Siculam exornaret, & ipſum, ſpirituali levamine, ac Pontificium palatium eo lumine orbare libenter paſſus eſt. Quâ verò æſtimatione Gregorius Maximiani ſanctimoniam, ac prudentiam proſequeretur, ex multis liquet: nam Apoſtolicæ Sedis vices in Sicilia eidem delegavit, ut nonnullas exortas lites dirimeret: & in epiſtolis ad ipſum datis Maximiani Sanctimoniam teſtatur, eumdemque virum incomparabilem, Epiſcopum venerabilem, Sanctiſſimum Domini Famulum vocat: ac dignum, & ſolicitum Eccleſiæ ſuæ Patrem.Nunc zeli ſui ardorem extollit,modò vigilantiam, & paſtoralem ſolertiam laudat. Tandem defuncto Maximiano Syracuſis 9. Junii an. 594.eximii Præſulis mortem deflevit, magnumq; Eccleſiæ lumen extinctum teſtatus eſt. Maximianum anno 596. defunctum ſcribit Baronius *in not.ad Martyrol.Rom.9. Junii,* ſed ex eodem Baronio *in annal.tom.*8. *an.*594. & Caetano *in animad. ad to.* 1. *SS. Sicul. pag.* 178. anno 594. deceſſit. Perperàm verò Meurolycus *in hiſt. Siciliæ lib.* 1.*pag.*30. & Joſephus Bonfilius *in hiſt. Siciliæ par.*1.*lib.*1. *pag.*56. anno 624. floruiſſe Maximianum tradunt. Si plura Maximiani cupis conſule eumdem Gregorium *in epiſtolis lib.* 2.*ep.* 4. 12. 18. 24.50.*&* 53. *lib.*3. *ep.*11. 12.13.14.*&* 42.*lib.*4. *epiſ.* 19.*&* 47. *lib.*12. *ep.* 13. *in Dialogis lib.*4.*cap.*7. *lib.*1.*cap.* 3.*lib.* 3. *cap.* 36.*&* 38.*& in Evangel.homil.*34. Joannem Diaconum *in Vita S.Gregorii lib.*1.*cap.* 6.*&* 33.*lib.*2. *cap.*11. *&* 12. *&* *lib.*3. *cap.*7. Octavium Caetanum *in Vitis SS. Sicul. to.* 1. *pag.* 220. *&* *in animad.p.*177. Baronium *in not.citatis,& in annal.to.* 7. *an.*581. *n.*8.*an.*583. *n.*14.*an.*584. *n.*17. *&* 18. *&* *to.* 8. *an.* 594. *n.*33. Arnaldum Wion *in ligno vitæ,* Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Syracuſ. pag.* 132. Franciſcum Carreram *in Panth. Sicul. pag.* 142. alioſque. Scripſit

Epiſtolas, quarum una ad S. Gregorium data, & græcè ſcripta adhuc extare tentatur Hieronymus Raguſa *in elogiis Siculor.p.*184. *&* *in Siciliæ Biblioth. Veter.pag.* 185. ex Rocchio Pirro *loc. cit.* at apud Pirrum nullam invenies mentionẽ de hac epiſtola. Epiſtolæ Maximiani memorantur ab Octavio Caetano *in animad.ad to.*2.*SS.Siculor.pag.*106.*&* *Iſagog.c.*42.*n.*10.*pag.*353. at latinè ſcriptas teſtatur.

MAXIMUS PANORMITANUS Ordinis Obſervantium S.Franciſci in ſæculo Matthæus Mõtorus. Panormi natus, Minorum Familiæ nomen dedit in Cœnobio Mazarenſi 15. Januarii anno 1643. & in eodem ſolemnia emiſit vota. Panormi in Conventu S.Mariæ Angelorum Philoſophiæ, ac Scholaſticæ Theologiæ curricula

eo

Digitized by Google

co progressu, ac ingenij laude confecit, ut statim emensis studiorũ spatiis, Philosophiæ Lector constitutus fuerit; eamque Sodalibus suis tradidit in Cœnobio Drepanitano. At cùm Drepani Limæ Academia tunc vigeret, in eamdem ascriptus Maximus, magnam sui opinionem excitavit; cùm frequenter egregia ingenii monumenta versu, ac prosâ, Italicè, & Latinè depromeret, in florentissima Nobilium, ac Literatorũ corona. Hinc ea in Urbe tũ à philosophicis prælectionibus, tũ à politioribus literis laudes promeruit amplissimas. Panormum regressus ut Sacram doceret Theologiam; in Reaccensorum Academia locum habuit præcipuum: ideoq; ut genio, ac amœniori literaturæ indulgeret, à gravioribus disciplinis tradendis pedem retraxit. Idcirco oratoriæ, ac poeticæ facultati toto pectore incubuit: in Siculis cantionibus concinendis argutissimum præsertim, ac festivissimum detexit ingenium. Sacræ eloquentiæ dicatus, concipones habuit magnâ nominis commendatione in præcipuis Siciliæ, & Italiæ Urbibus: ac meritò Concionatoris Generalis titulo claruit. In Panormitana Provincia plura rexit Ordinis Cœnobia: ac Definitoris munere effulsit. Sacras etiam literas non sine laude expendit. Decessit tandem Panormi in Cœnobio S. Mariæ Angelorum 6. Decembris anno 1692. dum multa editioni parabat; præsertim Panegyricos Sermones, aliasque orationes. Edidit solùm

Orationem Panegyricam in funere Illustrissimi Domini Julii Stella Nobilis Aretini J. V. D. pro Em. Principe S. R. E. Cardinali Medices in Civitate Veliterna Gubernatoris. Velitri typis Bilancioni 1658. in fol.

Italicè.

L'Aquila di Giove, Oratione per l' esequie del Cattolico Monarca delle Spagne Filippo il Grande, recitata nella Chiesa di S. Maria degli Angioli di Palermo de' Minori Osservanti. Panormi apud Buam 1666. in 4.

Relatione della solenne festività celebrata in Palermo a 18. d'Agosto dell'anno 1669. nella Chiesa di S. Maria degli Angioli de' Minori Osservanti per la Canonizatione del Glor. S. Pietro d'Alcantara. Ibid. apud Petrum de Isola 1669. in 4.

La Statua di Nabucco, Oratione Panegirica recitata nella Casa Professa de' Padri della Compagnia di Giesù della Città di Palermo nell'Ottavario Festivo per la Canonizatione di S. Francesco Borgia, Duca di Candia, e Terzo Generale di detta Compagnia. Ibidem apud Petrum Coppolam 1671. in 4.

La Pittura, o la Gratia Dipintrice, Oratione Panegirica per il B. Giovanni della Croce, Primo Carmelitano Scalzo, recitata in Palermo nella Chiesa de' PP. Carmelitani Scalzi nell'Ottavario festivo di detto Beato. Ibidem apud eumdem 1675. in 4.

Oratione per l'Esequie dell'Ecc. Signora D. Luisia Cabrera, e Sandoval Moglie del Grande Almirante D. Giovanni Alfonso Cabrera, Henriquez, Conte di Modica &c. Recitata nella Chiesa Maggiore di Alcamo. Ibidem.

In Bibliotheca memorati Cœnobii Panormitani asservantur m. ss. hæc alia:

Anagrammata, Epigrammata, & Epitaphia.

Italicè

Quaresimale Primo, Secondo, e Terzo.

Rime Italiane.

Ottave Siciliane.

MAZZEUS DE RICCO, &

MAZZEUS RUBEUS v. Matthæus Riccus hìc paulo ante pag. 59.

MEDICORUM ACADEMIA PANORMITANA. Hujus Academiæ fundamenta posuere Medici Panormitani anno 1645. rem promovente Paulo Pizzuto Panormitano Siciliæ Archiatro. In ea Philosophiæ, & Medicinæ laurcâ insigniti, qui doctrinæ splendore effulgebant, ascripti recensebantur. Academiæ Phrenoschema fuit Aquila solem suspiciens, inscripto lemmate: *Altera Felicitas*, quo indicabatur, Panormo naturæ dotibus, privilegiis, aliisque bonis abundè sibi collatis, Felicis titulo illustratæ, alteram accessisse felicitatem, dum Cives, Virtutis Solem intuentes, fovebat. Primùm in ædibus S. Nymphæ Clericorũ Regularium Ministrantium Infirmis; indè propè Ecclesiam S. Mariæ de Martorana singulis Jovis diebus, sapientissima Academicorum ingenia coibant; & doctissimis Disquisitionibus de Rebus Medicis institutis, ad Civium salutem sedulò tuendam collimabant. Per aliquot annos viribus destituta jacuit Academia: anno verò 1701. Octavii Cattani Medici peritissimi operâ feliciter restituta, propè Magnum Nosocomium fervet: ac proprias sibi ædes extruxit magnificentissimas. Typis tradidit

Funebres honores, quos salutaris Medicorum Academia prosolvit in obitu benemerentissimi Doctoris D. Marci Antonii Alaimi 5. Idus Novembris anno salutis 1662. Panormi typis Augustini Bossii 1662. in 4.

Funebres laudes, quas salutaris Jatrophysicorum Academia Panormitana persolvit in exequiis celeberrimi Doctoris D. Gerardi Natalis Philosophi, & Medici Panormitani die 22. Februarii 1667. Ibid. apud Dominicum Anselmum 1667. in 4.

Italicè verò

Relatione delle feste, che hà fatto la nuova, e nobile Accademia de' Dottori in Filosofia, e Medicina per le vittorie di Barcellona ricuperata dall'Armi Cattoliche. Ibid. apud Nicolaum Buam 1653. in 4.

MELCHIOR PLAJA ex oppido Sambucæ Pharmacopola, ac Botanicus peritissimus. Panormi claruit Pharmacopolarum Consul: & à Siciliæ Archiatro Pharmacopolarum Siculorum examinator fuit constitutus. Vitæ integritate, immò virtutum splendore insignis, magnâ æstimatione vixit. Ex apoplexia decessit Panormi 11. Septembris anno 1704. & in Ecclesia S. Nicolai Tolentinatis sepultus est. Ipsum laudat Franciscus Cupanus *in epistola ad Lectorem supplementi ad Hortum Catholicum.* Edidit

Tyrocinii Pharmaceutrici examen in tres libros distinctum. Panormi apud Petrum Coppolam 1682. in 12.

Digitized by Google

Prælo paratum reliquit opus inſcriptum:
Lucidarium Pharmacentricum.

MENECRATES Syracuſanus Medicus, ac Philoſophus celeberrimus; medicâ doctrinâ inſtructiſſimus fuit; & mirâ arte comitialem morbum curabat. At inanis gloriæ cupidiſſimus, ſpretâ mercede, hac lege medicam manum admovebat ægrotis, ut ſcilicet ad ſanitatem reſtituti, ſe ipſius eſſe ſervos faterentur: ipſumque proſequerentur. Sectatoribus verò ſuis Deorum nomina imponebat; alium enim Mercurium, alium Apollinem, vocabat: ac Jovem ſe jactabat. Hæc ex Suida *to.* 2. *pag.* 132. Cœlio Rhodigino *in lect. antiq; l.* 11. *c.* 16. Volaterrano *anthropol. lib.* 17. *pag.* 240. Laſcare apud Maurolycum *in hiſt. Sicil. pag.* 20. Fazello *dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 102. Jacobo Bonanno *in Syrac. illuſtr. l.* 2. *pag.* 318. Tiraquello *de nobilit. cap.* 31. *pag.* 290. Goltzio *Sicil. hiſt. poſt. pag.* 92. Lodov. Morerio *Dict. pag.* 584. Jo. Gerardo Voſſio *de Philoſophia cap.* 11. §. 30. *pag.* 88. & Athenæo *lib.* 7. *cap.* 10. *pag.* 289. Addit hic ex Ephippo, ſanitatem reſtituiſſe Nicoſtrato Argivo, qui Herculis cultum imitatus, Herculem ſe profitebatur: alius verò ab ipſo curatus clamyde, & caduceo inſignitus Mercurius appellabatur: ex aliis Nicagoram Zelitem Mercurium, Aſticreontem Apollinem, aliumque Eſculapium vocabat. Temiſion Cyprius Antiocho Regi gratiſſimus, præconis voce, Herculeſ Regis Antiochi proclamabatur, & tamquam Herculi ſacrificia offerebantur. Ipſe verò Menecrates Jovis nomine vocatus, à ſuorum Deorum Choro ſtipatus, purpurea veſte amictus, aureâ coronâ, ſceptroque onuſtus, tumidus regiones circumibat; quo faſtu riſum potius, quàm venerationem excitabat. Hinc cùm Ageſilao Lacedæmoniorum Regi epiſtolâ miſiſſet inſcriptam: *Menecrates Jupiter Ageſilao Regi ſalutem dicit*: hic irriſâ hominis dementiâ reſcripſit: *Rex Ageſilaus Menecrati ſanitatem dicit*, ut teſtatur Plutarchus *in apophteg. Imperator. & in apoph. Laconicis, & Cœlius cit.* quo innuere voluit Menecratem ſanâ mente orbatum. Eodem faſtu Archidamo Lacedæmoniorum Regi, aliiſq; ſcripſit ex Athenæo *lib.* 7. *cit.* qui etiam cum Ælian *var hiſt.* 12. *cap.* 51. & Euſtathio *in Iliad.* ait, ſcripſiſſe Philippo Regi. *Menecrates Jupiter Philippo Regi ſalutem plurimam dicit*: cui Philippus reſcripſit: *Philippus Menecrati valetudinem: Suadeo tibi proficiſcendum ad Anticyræ loca*: quo Menecratis dementiam arguit. Lepidum etiam narrant convivii eventum Ælianus, Athenæus, & Cœlius *loc. cit.* ſcribunt enim, quòd cùm opiparum inſtruxiſſet convivium Philippus, ad illud Menecratem accerſivit: at ſeorſim ipſi menſam parari juſſit, nec alia niſi aram apponi, ſuffumigationeſque fieri demandavit, dum reliqui omnes ad convivium vocati epulabantur. Menecrates primùm honore ſuperbiens, eo cultu nimiùm elatus gloriabatur; at paulatim urgente fame, cùm ſe hominem eſſe plenè cognoſceret, è ſuo ludrico throno conſurgens, magno omnium riſu diſceſſit, & ſe illuſum quærebatur. Claruit olymp. 103. nempè annos 364. ante Chriſti Domini adventum. Ex Voſſio *loc. cit.* & Morerio claruit olymp. 105. Ante Andromachum natus eſt ex Galeno *lib.* 6. *de compoſit. pharmacor. ſecundum locos cap.* 4. De eo etiam præter Auctores nuper adductos, Petrus Caſtellanus *in Vitis illuſtr. Medicorum pag.* 53. Paſchalis Gallus *in Bibliotheca Medica pag.* 228. Joannes Haſmannus *in lexic. to.* 1. *pag.* 1029. Scripſit

Epiſtolas ſupra memoratas, quarum fragmentum extat apud Athenæum *cit.*

Librum optimum Pharmachorum; ex quibus plurima ipſe Menecrates adinvenit, ex Galeno *de compoſitione pharmachorum ſecundum locos lib.* 6. *cap.* 4. *& lib.* 7. *cap.* 1. *de compoſitione medic. per genera lib.* 2. *cap.* 6. *lib.* 3. *cap.* 9. *& de antidotis lib.* 1. *cap.* 5. & Paſchale Gallo, Hofmanno, Morerio, & Tiraquello citatis: quibus adde Voſſium *loc. cit.* qui *ibidem*, *& cap.* 12. §. 5. *pag.* 95. hunc alium fuiſſe à Menecrate Medico, qui Tiberii, & Claudii Cæſarum tempore floruit, rectè advertit.

Alia ejuſdem, vel alterius Menecratis adducit Pharmacha Galenus *de compoſitione pharmac. lib.* 6. *cap.* 1. *de compoſitione medic. per genera lib.* 6. *cap.* 16. *& lib.* 7. *cap.* 9. *de faſciis cap.* 53. *&* 121. Ipſum etiã citat Theophraſtus ex libris naturaliũ quæſtionum apud Tiraquellum *cit.* & Athenæus lib. 6. apud eumdem Tiraquellum.

MENECRATES alter Syracuſanus ex Suida, & Athenæo apud Gyraldum *de Poetis dial.* 7. *pag.* 294. & Craſſo *de Poetis Græcis pag.* 339. fuit Comicus Poeta, Scripſit Fabulas duas, quarum nomina

Maneſtor, & Hermioneus.

Hujus etiam meminit Voſſius *de Poetis cap.* 8. *pag.* 92. qui Syracuſanum fuiſſe tradit

MESO. v. Mœſon.

METELLUS Agrigentinus, vir doctrinâ clarus, & muſices peritiſſimus. Muſicam ab eo didicit Plato: ideoque Platonis ævo vixiſſe compertum eſt. De eo etiam Laſcaris apud Maurolycum *in hiſtor. Siciliæ lib.* 1. *pag.* 21. & Goltzius *in hiſtor. poſter. Siciliæ pag.* 89. A Joanne Vigiutimillio *in tabula Poetarum Siculorum* collocatur; at quæ ſcripſerit adhuc in obſcuro eſt.

S. METHODIUS Syracuſanus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Confeſſor: vir doctrinâ, ſanctimoniâ, præclariſque geſtis celeberrimus, Syracuſis natum teſtatur Auctor Græcus Anonymus, quem protulit, & ſequutus eſt Leo Allatius in opuſculo *de Methodiorum ſcriptis*, edito cum libro S. Methodii Martyris, inſcripto: *Convivium Decem Virginum.* Id ipſum ſcribit Anonymus alter Græcus Methodio æqualis in vita græcè ſcripta, quam ab Allatio latinitate donatam edidere Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius *in Actis SS. Junii tom.* 2. *pag.* 961. Eamdem etiam à Papebrochio acceptam, olim è duobus Vaticanæ Bibliothecæ Codicibus excerptam, & ab eodem Allatio in latinum ſermonem translatam; primùm

Digitized by Google

mùm ediderat Franciſcus Chiffletius *diſſert. 1. de uno Dionyſio à pag. 42. & ſeq.* Syracuſanum etiam fuiſſe tradidere Guilelmus Cave *in Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſtor. literaria to. 1. pag. 375.* Hieronymus Beſcapè *in ephem. ſacris 14. Junii pag. 183.* & Joannes Bollādus *in Actis SS. Februarii tom. 1. pag. 602.* Menologium etiam Græcum m.s. in Bibliotheca Barberina *codic. 119.* apud Allatium citatum in Sicilia natum renunciat. Ex ijſdem Anonymis Scriptoribus apud Allatium, & Chiffletium, Methodius parentibus tum nobilibus, tū divitibus ortus, cùm à teneris annis in patria Grāmaticæ rudimēta, ac liberales diſciplinas accepiſſet, magnâ pecuniarum vi, ac egregio ornatu, cultuque munitus Conſtantinopolim ſe contulit, ut dignitates aucuparetur, inanis gloriæ cupidiſſimus. At cùm ex Dei providentia in Aſcetam quemdam incidiſſet, ejus ſuaſione mundanæ gloriæ ambitionem rejecit, ac Deo ſe totum addixit. Ex Menologio Barberino, Leone Grammatico apud Chiffletium *in diſſert. 1. citata pag. 39.* & Anonymo apud eumdem *pag. 43.* monaſticam veſtem accepit: & in Cœnobio, addit Anonymus, cui nomen Chinolaccus, ita in virtutum ſtudio profecit, ut inter ſuſcepti inſtituti Monachos in paucis effulſerit. Menologium Barberinum habet, quòd virtutum ornamento clarus, dum Conſtantinopoli Iconoclaſtarum tempeſtas ſæviſſima efferveſcebat, in inſulam, quam Chios vocant, receſſit: ibique extructo Monaſterio pedem fixit; ac rationum ope, ſacrarum literarum oraculis, doctiſque demonſtrationibus, graſſantem hæreſim oppugnavit: orthodoxam Fidem validiſſimè defendit: & pro Sacrarum Imaginum cultu fortiter decertavit; teſte Nicolao Papa *epiſt. 8.* apud Baronium *annal. tom. 10. an. 847. n. 61.* Plures obiit legationes; à Nicephoro enim Patriarcha Conſtantinopolitano anno 818. ad Paſchalem Pontificem miſſus eſt, teſte Baronio cit. *an. 818.* Cedreno *in Michaele Imp.* Glyca *par. 4. annal. in Theophilo*, aliiſque. Romam veniſſe credit Chiffletius *in diſſert. 1. de uno Dionyſio pag. 39.* cum Michaele Epiſcopo Sidoniorum, per quem Nicephorus ad Leonem III. Pontificem Synodicas tranſmiſit literas anno 811. ex Theophane, & Ignatio Diacono *in vita S. Nicephori Patriarchæ:* aliam enim legationem à Nicephoro ad Romanam Sedem numquam miſſam obſervat Chiffletius; qui & ſubdit, quòd tunc Romæ Sacerdotali charactere inſignitus eſt. Ab anno 811. uſque ad 818. Romæ commoratum Methodium deducit Chiffletius *cit. pag. 40.* ex epiſtola Theodori Studitæ apud Baronium *an. 818.* A Leone III. Apoſtolicæ Sedis Legatus Conſtantinopolim remiſſus eſt, teſte Anaſtaſio Bibliothecario *in epiſt. ad Carolum Magnum* apud Surium *tom. 5. in Dionyſio*, & Baronio *an. 818. n. 13. & 14.* Conſtantinopolim regreſſus à Michaele Balbo pro Sacrarum Imaginum defenſione in carcerem conjectus eſt, auctore Guilelmo Cave *cit.* & ſeptemnio in quodam ſepulchro cum duobus latronibus incluſus elanguit, ex Zonora, & aliis. Inde eductus in arctiſſimos Cæſarei Palatii carceres injectus eſt, ibique ejus malæ contuſæ, & ſolutæ, ut tradit Glycas: & Allatio teſte *loc. cit.* carceres teterrimos, manifeſtas calumnias, ac cruciatus aceſſibiſſimos pro pietate propugnāda pertulit. Anonymus apud Chiffletium *cit. pag. 43.* prodit, quòd cùm in hæreticam labem imperterrito pectore detonaret, Michaelis Balbi juſſu ſæviſſimè verberatus, ſeptingentis ferè plagis inflictis, ſemimortuus carcere, inde tenebricoſo ſepulchro clauſus eſt; cui additus comes quidam, affectatæ tyrannidis reus: ac tandem exactis novem annis, toto capite glaber, ſola ferè cute, oſſibuſque conſtans, mortuo potius, quàm viventi ſimilis, dimiſſus eſt. At cùm Michaeli Theophilus ſucceſſiſſet, & Methodius eadem animi conſtantiâ ejus impudentiam, Sacras Imagines conculcantem, exprobraret; iterum novi Imperatoris juſſu comprehenſus, ſexcentis primùm flagris contuſus; deindè in ſubterraneam foveā præcipitatus eſt: è qua cū pijſſimi aliquot Chriſti Fideles ſequenti nocte eduxiſſent, bonorum proſcriptione ab iniquo Theophilo multati ſunt. Inde mitiùs cùm Methodio egit, cujus conſtantiam Imperator irrito conatu blanditiis tentavit. Addit Cave *cit.* quòd anno 834. Theophilus veritus ne pro ſacris Imaginibus, à Methodio fortiter propugnatis, ſeditiones excitarentur, ſecum cum exercitu contra Saracenos deduxit; ac rediens in tenebroſum carcerem iterum conjecit. Tandem Theophilo extincto, & reſtituto Imaginibus cultu à Theodora Imperatrice, & Michaele III. Porphyrogeneta anno 842. amoto Joanne Pſeudopatriarcha, ad Conſtantipolitanæ Eccleſiæ Sedem, ut ipſe prædixerat, evectus eſt, ex Menologio Barberino, Baronio, Cedreno, Glyca, Theophane *in panegyr. de S. Nicephoro* apud Metaphraſtem *13. Martij*, aliiſque. Vix Patriarchalem Sedem aſcenderat, cùm Hæretici invidiæ ſtimulis exagitati, ut ipſum è throno deicerent, calumniam contexere; nam mulierculam auro, & pollicitationibus corruptam adhortati ſunt, ut Methodium accuſaret; quòd ſibi Sanctus vir ſtuprum per vim intuliſſet. At à crimine levi manu ſe purgavit Methodius; nàm coram Judices oſtendit pudēda morbo conſumpta; divinitus enim Romæ arverant, Sancti Petri Apoſtoli beneficio, quo à moleſtiſſimis carnis ſtimulis fuit liberatus. Ideoque illuſtrior Methodii ſanctitas evaſit; qui & pro calumnioribus ſuis veniam exoravit: hanc autem accuſationem Romæ ante ſuam aſſumptionem accidiſſe ait Cave *cit.* ſed in Conſtantinopolitana Urbe, poſtquam Patriarcha fuerat electus, ut ex Curopalate, Zonora, Glyca, Cedreno, Baronio *to. 10. an. 843. n. 2. & ſeq.* Joanne Bapt. Ricciolio *in Chronolog. Refor. to. 2. chr. 3. pag. 117.* clarè liquet. Ipſe verò in Conſtantinopolitana Sede, tanquam ſuper Eccleſiæ candelabrum conſtitutus, virtutum ornamento longè, latèque effulſit. Imaginum cultum Eccleſiæ reſtitutum firmavit; ac ut ſolemni pompa corpora SS.

Digitized by Google

Theodori Studitæ, & Nicephori Patriarchæ Cōstantinopolim transferrentur, impigrè curavit, teste Baronio *cit. an.* 844. *n.* 42. *& an.* 845. *n.* 2. Tandem cùm S. Joannicij Anachoretæ obitum prædixisset, & Joannicius Methodio mortem suam præmonstrasset ex Baronio *an.* 846. *n.* 25. virtutibus, ac sanctimoniâ clarus decessit 14. Junii anno 847. ex Actis ejusdem S. Joannicii apud Metaphrastem 4. Novembris, Lippomanum *tom.* 5. Surium *to.* 6. & Baronium *an.* 846. *n.* 25. *& an.* 847. *n.* 60. Inter Sanctos relatus est Methodius, ejusque memoria recolitur in Martyrologio Romano, & in Menologio Græco, ex quo habemus, quòd egregii viri festum in Constantinopolitano sacello peragebatur. De eo etiam Metaphrastes 4. *Novemb.* Lippomanus & Surius *loc. cit.* Baronius *in annalib. cit.* & *in notis ad Martyrolog. Rom.* 14. *Junii*, Molanus *in Martyrolog. Usuardi* 14. *Junii*, aliique apud Allatium: quibus adde Aug. Oldoinum *in addict. ad Ciacconium to.* 1. *pag.* 604. *&* 624. Bescapè *in vita* 14. *Junii pag.* 183. & Brietium *in annal. par.* 2. *tom.* 2. *ann.* 834. 843. *&* 847. De Methodii scriptis Aubertus Miræus *in auctario de scriptorib. Eccl. cap.* 263. *pag.* 230. Leo Allatius, & Jacobus Goar *in Euchologio*, Franciscus Combefis *in appar. ad Biblioth. Concionatoriam pag.* 50. apud Casimirum Oudin *in supplemento Bellarmini pag.* 238. & inter Ecclesiasticos Scriptores recensetur à Philippo Labbeo *in SS. Patrum Biblioth. Chronolog. pag.* 103. At quæ scripsit nonnulli perperam adscripsere Methodio Tyri Episcopo, qui martyrio fuit insignitus anno 302. vel 303. ex eodem *Oudin p.* 22. Quæ autem noster Methodius scripsit, hæc sunt.

Oratio de Simeone, & Anna, quo die Domino in templo occurrerùt, ac de SS. Deipara. è græco in latinum vertit sermonem Petrus Plantinus Belga, ac edidit Antuerpiæ 1598. ex Labbeo *de script. Eccl. tom.* 2. *p.* 89. & Cave *cit. p.* 75. extat & *in to.* 3. *Biblioth. Patrum.* Hanc orationem Martyri Methodio adscribunt Leo Allatius *de Methodiorú scriptis p.* 341. Labbeus *cit.* Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 133. & Fr̃ciscus Combefis, qui & in hujus Methodii operibus reposuit, & cum Amphilochii Iconiensis & Andreæ Cretensis operibus in lucem emisit Parisiis apud Simeonem Piget 1644. in fol. At Methodii nostri fœtum esse volunt Gretserus, Canisius, Jo: Bonifacius *lib.* 1. *hist. Virginal. cap.* 13. Cave *cit. pag.* 75. & Oudin *cit. pag.* 22. *& seq.* qui multis solidisq; rationibus adductis, nostro Methodio restituere curavit.

Encomium S. Dionysii Areopagitæ, & Martyris Græcè. Florentiæ 1516. in 8. Parisiis 1562. in 8. Græco-lat. interprete Petro Leusselio editum ad calcē operum S. Dionysi Arcopagitæ ex editione Balthasaris Corderii. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum 1634. in fol. & Parisiis apud Magnam Bibliopolarum Societatem 1644. in fol. extat etiam latinè interprete Anastasio Bibliothecario apud Petrum Franciscum Chiffletium in libro *Dissertationes tres de Dionysio primùm Areopagita, & Episcopo Atheniensi, tùm deinde Parisiorum Apostolo, & Martyre &c. Parisiis sumptibus Jo: de la Caille* 1676. *in* 8. *p.* 12. & *seq.* cum hoc titulo [*Passio S. Dionysii Areopagitæ, Atheniensis Episcopi Authore Methodio*] ubi & Chiffletius *pa.* 5. ait, quòd hoc Methodii opus deperisse putavit Vossius *lib.* 2. *de hist. lat. c.* 35. sed à se repertum in tribus bonæ notæ exemplaribus manuscriptis, edidisse. Ex Sirmondo, Launojo, aliisq; tacito nomine citatis à Guilelmo Cave *in Script. Eccl. hist. liter. pag.* 375. quæ de Dionysio scripsit Methodius, omnia ex vita S. Dionysii ab Hilduino scripta desumpsisse videtur: At Chiffletius *diss.* 1. *de uno Dionysio pag.* 46. & Leo Allatius *de Methodiorú scriptis* ex vetustioribus Græcorum monumentis desumpsisse credū. Memoratur etiam à Baronio *to.* 10. *an* 847. *n.* 62. & Anastasio Bibliothecario *in epist. ad Carolum Magnum* apud Surium *to.* 5. 9. *Octob.* & apud cūdem Baronium, & Chiffletium *cit. pag.* 7. *&* 11. ab Hincmaro Remensi Archiepiscopo Epist. ad Carolum Calvum apud Flodoardum *l.* 3. *hist. Eccl. Remensis c.* 18.

Oratio ad eos qui dicunt: quid profuit nobis filius Dei Crucifixus? & oratio ad eos, quos pudet Crucis Christi. extant Gr. lat. apud Gretserum *de Cruce to.* 2. *pag.* 1667. bina sunt fragmenta, ex Bibliotheca Augustana deprompta, & nostro Methodio tribuenda contendit; consonat, & Aubertus Miræus *in Biblioth. Eccl.* Gretseri rationem infringere conatur Allatius *de Methodiorum scriptis pag.* 348. ubi etiam tertium de Christo passibili fragmentum ex eadem Bibliotheca Gr. & Latinè exhibet; sed admodum frigidè objectioni respondet, ut ait Cave *in Script. Eccl. hist. literaria pag.* 375. Extant etiam *in Biblioth. Patrum tom.* 14. *pag.* 224. ubi & nostro Methodio adscribuntur.

Oratio in Ramos Palmarum. Extat Gr. lat. inter opera Methodii Martyris à Combefisio edita Parisiis apud Simeonem Piget 1644. in fol. cui adhæsit Labbeus *loc. cit. p.* 90. sed nostro Methodio adscribit Cave *citatus pag.* 375. qui & *pag.* 75. ubi de Methodio Martyre, ait, quòd an Methodii Mart. an D. Chrysostomi sit, non satis liquet: & *pag.* 185. ubi de S. Jo: Chrysostomo, inter opera D. Chrysostomi suppositicia recenset.

Encomium S. Agathæ V. & M. extat latinè in Bibliotheca SS. Patrum Concionatoria Francisci Combefisij, teste Cave *pag.* 375. Græcè m.s. Venetiis in Bibliotheca S. Marci ex eodem Combefisio *in appar. ad Biblioth. Concionat. pag.* 50. apud Oudin *cit. pag.* 288. Græcè, sed mutila extat Romæ in Bibliotheca Vallicellana ex Leone Allatio *de Method. scriptis pag.* 365. integra asseruabatur apud Leonardum Patè Messanensem, teste eodem Allatio, & Cave; sed unde acceperit incertum: & in lucem latinè emisit Petrus Carrera *in hist. Catanæ vol.* 2. *à pag.* 15. quam latinitate donatam accepit à Vincentio Raymundo Soc. Jesu Catanense, ut ipsemet Carrera ait *pag.* 279. & ex eo Joānes Ballandus *in Actis SS. Febr. tom.* 1. sed hanc S. Methodii orationem

ubi

Digitized by Google

ubi de patria S. Agathæ agit; ab aliena manu concinnatam, validissimis rationibus probant Augustinus Inveges *in Panormo Sacr. pag.* 204. & Josephus Bonafides in libro *Palermo Patria di S. Agata pag.* 136. *& seq.* & *in supplem. pag.* 69. *& seq.*

Canones pro varietate, & ætate lapsorum ejurationum. Extant in Balsamonis Græco Canonum volumine, latinè versum, & editum à Gentiano Herueto, teste Gulielmo Cave *cit. pag.* 375. horum meminit Arcudius apud Cave, Hermenopolus *in epitome Canonum sect.* 4. apud Allatium *de Methodiis*, qui addit, quòd in Bibliotheca Scorialensi, ut notatur indice m.s. extant Methodii Patriarchæ: *de ijs, qui abnegarunt, & convertuntur oratio in Hypapanten, & Canones Compunctorii.* Extant etiam in Bibliotheca Barberina m.ss. cod. 87. pag. 111. & cod. 95. pag. 85. ex eodem Allatio. Extabant etiam apud Antoninum Augustinum, ut ex sua Bibliotheca *de m. ss. Græcis nn.* 154. *m.s. in fol.* unà cùm actis Synodi Constantinopolitanæ: qui & n. 174. meminit alterius m.s. exemplaris constitutionis *de Reversis*, apud se, in 4. anno 1574. exscripti ex Bibliotheca S. Laurentii. Hoc opus idem puto, quod illud inscriptum: *Constitutiones de ijs, qui diverso modo, & diversa ætate, post abnegationem coactam, vel voluntariam ad Fidem Christianam revertuntur*: ex Cave *par.* 2. *hist. liter. pag.* 160. additque quòd notulis illustratum Græcè, & Latinè edidit Jacobus Goar *in Euchologio Græcor. pag.* 876.

Ordo Servandus in Sponsalibus. In Bibliotheca Barberina m.s. cod. 93. pag. 27. ex Allatio *de Methodiis.*

Ordo in Benedictione nuptiarum. In eadem Bibliotheca m.s. cod. 93. pag. 31. cod. 87. pag. 101. cod. 101. pag. 146. & cod. 102. pag. 52. ex eodem Allatio cit.

Ordo in Benedictione Bigami. In eadem Bibliotheca cod. 101. pag. 295. & cod. 91. pag. 89. ex Allatio cit.

Canon de non appetendo Ecclesiasticam præfecturam. ex Theodoro apud Baronium *to.* 10. *an.* 847. *n.* 62.

Historia Poetica in Gregorium Nazianzenum, teste Pollevino *in Appar. Sacro tom.* 3. *ex Catalogo Biblioth. S. Mariæ in Vallicella* apud Allatium, qui mostrum ex nomine hoc opus credit.

Adscribi possunt etiam nostro Methodio

Revelationes, in quibus multa de Turcis, multa de Antichristo, & extremo judicio prædicta habentur. Extant Græcè, & Lat. inter Orthodoxorgrapha SS. PP. Monumēta To. 1. & in Bibliotheca PP. To. III. Latinè: hæ enim, ut ait Cave *p.* 1. *p.* 75. falsò Methodio Patarensi adserit Græci Syntaxis Auctor, cujus testimonia apud æquos rerū Judices nullius auctoritatis sunt: ipse vero Cave vel Methodio Patriarchæ, vel forsan alteri Methodio etiam Patriarchæ, qui claruit circa an. 1240. adscribēdas putat. Prodiit scorsim, cū libro *de Creatione Mundi* Methodii, cū figuris. Basileæ apud Michaelem Furter 1516.

Tandem Allatius *de Methodiorum scriptis addit: Multa adversus Iconomachos scripsisse*: quod verba Græca ex Græcorum Menæo indicant, & m.s. Barberinum supra citatum: ex his nihil quod ipse sciam, aut Allatius, nobis est.

Tres ejus versus jambicos ad Theodorum, & Theophanē Graptos, cū tribus aliis, quos ad ipsum miserant responsorios: edidit Petrus Lambecius *comm. de Biblioth. Vindobonensi lib.* 5. *pag.* 115. teste Cave *p.* 2. *hist. lit. pag.* 160. & ex eodē extant apud *Const. Manasses in Chron. Compend.* edit. Parinis pag. 100. Cedrenum sub Theophilo *hist. pag.* 522. & Zonora *tom.* 3. *pag.* 121.

MICHAEL AMODEUS Menænsis, Poeta non contemnendus. Edidit vernaculâ linguâ

Historia delli Miracoli di Nostra Signora d'Itria in ottava rima Siciliana. Panormi apud Jo. Ant. de Franciscis 1606. in 8.

MICHAEL ANGELUS BIVOENSIS, ex familia Maimone Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci; Concionatoris, Lectoris, & ut vocant, Guardiani munere claruit. Hujus meminit Petrus Tognolectus *in Paradiso Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 577. Scripsit opus cui nomen:

Chronologia, vel potius Chrono-Stromologia Domini Nostri Jesu Christi, & Parentum ejus, juxta seriem à Divo Luca exhibitam; in qua ab Adam usq; ad Christum Dominum brevis compilatio demonstratur. In qua etiam D. Anna ab impostura trium virorum evidentissimè defenditur. m.s. in 4.

MICHAEL ANGELUS BONADIES ex oppido Sambucæ, Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci, natus 21. Octobris 1603. cùm regulari disciplinæ se addixisset, ob cumulatam in eo doctrinam inter suos præstantissimi Theologi nomen sibi comparavit. Inter Sacræ Inquisitionis Consultores, ac Censores relatus effulsit. Nonnullis etiam Ordinis muneribus fuit insignitus; Siculam enim Provinciam rexit: Visitatoris munere Provincias Cosentiæ, Florentiæ, ac Vallis Neti in Sicilia perlustravit: à Secretis etiam fuit Generalis Ordinis sui: bis Definitor Generalis, ac tandem in Comitiis in Hispania coactis 8. Junii anno 1658. Fratrum omnium suffragio ad supremū Ordinis gradū evectus est. Ea in dignitate eximias prudentissimi viri dotes patefecit, & in gravioribus negotiis pertractādis egregiam dexteritatem amplissimè patefecit. Absoluto Generalatus sexennio, anno 1665. ex Catholici Regis Philippi IV. nominatione Ecclesiæ Catanensis Episcopus renunciatus est. In Ecclesia moderanda per annos 21. pastoralem solertiam præclarissimè adhibuit; præsertim anno 1669. quādo ex Ætnæ visceribus erumpentes ignei torrentes, subjectam regionem agressi, magna ex parte concremarunt, & Catanensis Urbis eversionem minabantur: tunc enim provida Pastoris cura, ad evertendam Numinis irā, supplicationes indixit; preces, ac pietatis, & pœnitentiæ officia undique excitavit; & ad gregis sui tuitionem indefesso labore desudavit; usque dum divina indignatio, admirandique ignis prodigia extincta sunt. Multa patravit ad Eccle-

siæ

ſiæ ſuæ gloriam: Dioeceſanam Synodum anno 1668. celebravit: omnia Eccleſiæ privilegia ſummâ curâ collegit, typiſq; tradidit; Sacrariũ extruxit picturis, aliiſq; ornamentis inſignitum. Tãdem octogenario major Catanæ deceſſit 27. Auguſti anno 1686. & in Cathedrali Eccleſia ſepulchro conditus eſt, ubi ante memorandum terræmotum anni 1693. ejus ſepulchrum, ac ſtatua videbantur, quibus hæc erat adjecta inſcriptio.

Fr. D. Michael Angelus Bonadies
Miniſter Generalis totius Ordinis S. Franciſci
Anno primo ſui Pontificatus.
Obiit Die XXVII. Auguſti anno M.DC.LXXXVI.

Hujuſce Præſulis meminere cum laude Petrus Tognolettus *in ep. nuncupatoria Paradiſi Seraphici, par. 1. & lib. 5. cap. 1. pag. 577. cap. 2. pag. 581. cap. 7. pag. 590. & cap. 9. pag. 592.* Dominicus Guglielminus *in Catana deſtructa pag. 60.* Thomas Tedeſchius *in relatione Incẽdii Ætnæi*, Frãciſcus Monacus *in Cataclyſmo Ætnæo*, Franciſcus Privitera *in annuar. Catanenſ. pag. 108. & in Catanæ Tragœdia pag. 52. & ſeq.*; Franciſcus Londres *in epiſt. nuncupat. Paradiſi Marialis.* Edidit

Statuta Generalia pro Fratribus S. Franciſci.

Synodus Catanenſis. Catanæ apud Joſephum Biſagnium 1668. in 4.

Italicè

Devoto eſercitio d'orationi giaculatorie per le perſone che frequentano le viſite delle quarant'hore per tutti li giorni della Settimana. Catanæ apud Didacum Falſapernam 1678. in 12.

Scripſerat opus egregium de Sicula Monarchia, cui titulus:

Propugnatulum honoris Regum Catholicorum. m.s. Tom. II. in fol. hoc opus vidi m. s. in Bibliotheca præſtantiſſimi viri D. Hieronymi Septimi Marchionis Ceretanæ.

Syluas conceptuum prædicabilium, latinam unam, Italicam alteram.

MICHAEL ANGELUS CASSATI Alcarenſis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor eximius, Poeta, ac muſicus inſignis. Ingenio mirificè valuit: ideoque magnâ ſui æſtimatione gravioribus diſciplinis ejuſdem vires addixit. Mathematicis præſertim ſcientiis, & medicâ facultate inſtructiſſimus claruit: in ſtudiis ita indefeſſo labore deſudavit, ut ex vehementiſſima eorumdẽ contentione in dementiam prolapſus, non ſine omnium dolore deceſſerit in oppido Alcaræ 6. Octobris 1680. anno ætatis ſuæ 44. & in Eccleſia Majori conditus eſt. Edidit Italicè

Il Nicolò Romito Poema Heroico Sagro. Panormi apud Petrum de Iſola 1680. in 8.

MICHAEL ANGELUS CORLEONENSIS Ordinis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, vir à morum integritate, ac virtutibus laudatus. Nonnulla Ordinis Cœnobia Guardiani, ut vocant, munere rexit, ac Ordinis Tyrones inſtituit. Ipſũ laudat Petrus Tognolettus *in Paradiſo Seraphico p. 1. lib. 5. cap. 1. pag. 577.* Italicè ſcripſit, at non edidit, hæc quæ Tognolettus *cit.* apud ſe conſeruabat, nempè:

Relatione di molti Religioſi così della Riforma come dell'Oſſervanza, che viſſero, e morirono con fama di molta perfettione. m.s. in 4.

Vita, e Miracoli del V. P. F. Paulo Foreſta da Corleone de' Minori Oſſervanti. m.s. in 4.

Vita, e Miracoli del Divoto P. Arcangelo da Corleone della nobile famiglia di Geronimo. m. s. in 4.

MICHAEL ANGELUS FARDELLA Nobilis Drepanitanus, vir doctiſsimus, ac celeberrimus: Parentibus Jacobo Fardella, & Brigitta Magliocco, natus anno 1650. præcelſo præditus ingenio à teneris unguiculis ad literarum ſtudia ſe contulit. Tum humanioribus, tum etiã amœnioribus literis ſatis excultus, anno ætatis ſuæ decimotertio ad Philoſophiã ingenii vires deflexit; eoque animi ardore, ut nondum elapſo anno, doctrinâ inſigniter inſtructus, non ſine laude ejuſdem quæſtiones fortiter defenderit. Anno ætatis decimoquinto regulare Tertii Ordinis S. Franciſci inſtitutum amplexus eſt; & abſoluto Scholaſticæ Theologiæ curriculo, Concionatoris partes laudabiliter explevit, perſæpè ſummo cum plauſu auditus. Vigeſimum ingreſſus annum magnâ Auditorum frequentiâ Drepani Philoſophiam docuit. Mox Sacerdotio inſignitus, Meſſanæ ſub laudatiſſimi Joannis Alphonſi Borrelli diſciplina, Mathematicis facultatibus, ac novæ Philoſophiæ Mechanicæ, & Experimentalis, impigrè operam dedit; quas exinde inſigni diſcipulorum profectu, ac concurſu; ſummâque doctrinæ opinione ibidem docuit; ac ſcholaſticis diſceptationibus inſtitutis, publicè propugnavit. Anno 1676. Romæ in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam Geometricã doctrinam tradidit. Exinde in Galliam profectus, Pariſiis præſtantiſſimorum Galliæ Literatorum uſu, ac familiaritate, ad ſupremum doctrinæ faſtigium ſeſe evexit: & Geometriæ Analyticæ, & Philoſophiæ Carteſianæ arcana pleniſſimè aſſequutus eſt. Cùm verò Romam Ordinis ſui Moderatores virum egregium revocaſſent, in celebri Sapientiæ Lyceo Sacræ Theologiæ lauream accepit; ac primarius Theologiæ Doctor, & Magiſter conſtitutus, in Cœnobio SS. Coſmæ, & Damiani, Scholaſticam, & Moralem Theologiam, mirâ doctrinæ ſodilitate, ac ingenii præſtantiſſimi laude, explanavit. Tunc in eodem Cœnobio novam Phyſicæ Experimentalis Academiam inſtituit; cui celebriores literati, Romæ eâ tempeſtate efflorentes, nomen dedere. Evulgatâ eximi viri, ejuſque doctrinæ famâ, Mutinam accerſitus à Franciſco II. Mutinæ Duce, ut publicam Academiam noviter excitaret, ibidem Philoſophiam, & Geometriam maximo diſcipulorum commodo, ac fructu publicè docuit. Venetias exinde ſe tranſtulit, ubi pedem fixit, ut optimis diſciplinis Patritios quoſdã Adoleſcẽtes erudiret: & cùm ob doctrinæ ſuæ lumina plurimùm laudis promeruiſſet, ad eminentiores honorum gradus ampliſſimus Venetæ Reipublicæ Senatus non immeritò efferendum putavit, ut latiùs ſapientiæ ſplendores effunderet. Hinc anno 1693. ex Apoſtolicæ Sedis Decre-

Digitized by Google

creto, relicto regular' instituto, Cleri Sæcularis insignia suscepit; ac statim assumptus est ut Astronomicas disciplinas, ac Meteorum doctrinâ in Patavino Gymnasio doceret, Geminiano Montanaro celeberrimo Philosopho, & Mathematico suffectus. Inde defuncto Carolo Rinaldino viro doctissimo, in eodem Lyceo primarius Philosophiæ Professor electus est, in quo hanc eamdem Provinciam summo cum plausu excolere demirantur omnes. Mox Philosophorum ac Medicorum ejusdem Academiæ Præses constitutus est; cùm primùm Philosophiæ, & Medicinæ lauream publico decreto accepisset, ut muneris partes pleniùs exerceret. Vivit nunc vir sanè egregius, ingenio, doctrinâ, & eruditione instructissimus: & inter nostri ævi præcipuos sapientes mirificè prominet: à doctis ubique viris veneratus, quibus amicitiæ vinculis adstrictus effulget. Ipsum laudant Bernardus Montfaucon *in Diario Italico cap.4.pag.62.* Constantinus Grimaldus *in epist. 3. apologetica contra Benedictum Aletinum*; Joannes Cinellus in libris inscriptis: *Bibliotheca Volante*, Josephus Lãzonus in epistola ad eumdem Fardellam, in libro: *Galleria di Minerva tom. 2.par.1. pag.* 43. Matthæus Georgius *ibidem par. 5.pag.* 171. eruditissimus Marcus Antonius Nicolicchia in epistola ad ipsum data in eodem opere *tom.5. pag.* 219. Acta Eruditorum Lipsiæ, & Diaria Literatorum infra citata. Quæ edidit hæc sunt.

Universæ Philosophiæ Systema, in quo nova quadam, & extricata methodo, Naturalis Scientiæ, & Moralis fundamenta explicantur. Tomus Primus, Rationalis, & emendatæ Dialecticæ specimen tradens, cui accedit Appendix de triplici Scholarum sophismate detecto, & rejecto. Venetiis apud Hieronymum Albriccium 1691.in 12.Lugduni Batavorum apud Petrum Vaulcurtum 1691.in 12. & Amstelodami ex Typographia Sanzoviana 1695. in 12. laudatur *in Actis Eruditorum Lipsiæ mens. Januarii* 1692. *pag.*39.& in Diario literatorum Parmæ. Joannes Mabillonus *de studiis monasticis to.*2. inter selectiores collocat libros.

Universæ usualis Mathematicæ Teoria, in qua nova quadam, & extricata Methodo, insigniores Euclidis, Apollonii, Archimedis, & Theodosii propositiones demonstrantur. Additis Speciosæ, Analyticæ Geometriæ Logarithmorum Trigonometriæ planæ, & sphæricæ Geometriæ practicæ, Mechanicæ, Staticæ, opticæ, ad experimentalis Philosophiæ faciliorem notitiam assequendam, præcipuis fundamentis. Tomus Primus, qui dialecticam Methematicam, seu organum ad universalis quantitatis naturam aperiendam comparatum, complectitur. Venetiis apud Hieronymum Albriccii 1691.in 12.Lugduni Batavorum 1691. in 12. & Amstelodami ex typographia Sanzoviana 1695. in 12. Laudatur *in ijsdem Actis Lipsiæ mens. Aprilis anno* 1692. *pag.* 165.

Animæ humanæ natura ab Augustino detecta in libris de Animæ quantitate, decimo de Trinitate, & de Animæ Immortalitate. Venetijs sumptibus Hieronymi Albrici 1698. in fol. de qua Pinacotheca Minervæ *to.* 1. *par.* 2. *pag.* 27. & Acta Lipsiæ *tom.* 3.*supplem.sect.*7.*pag.*302.

Italicè

Lettera al Signore N.N.in cui per rintracciare colla maggiore facilità il vero metodo di studiare, brevemẽte s'espongono la corruzione,ed abusi delle umane scienze, i vizj, e difetti de' Letterati. Extat in libro:*Galleria di Minerva tom.*1. *par.*12. *pag.*361. Venetiis apud Hieronymum Albriccium 1696. in fol.

Lettera seconda al Signore N.N.in cui si dimostra quanto sia presentemente corrotta, ed allontanata dal suo primo instituto l'Arte di Parlare. In eodem opere *Tomo* 2. *par.* 1. *pag.*1.Venetiis apud eumdem 1697. in fol.

Lettera all' Il. & Eruditissimo Signor Antonio Magliabechi Bibliotecario del Serenis.Grã Duca di Toscana,in cui brevemente s'esaminano,e rigettano l' oppositioni proposte contra i principii della Cartesiana Filosofia dal Dottiss. Sig Matteo Giorgi,nella sua epistola detta,Saggio della nuova Dottrina di Renato des Cartes stampata in Genova l'anno 1694. Venetiis typis Hieronymi Albricci 1697.in 8. & in eodem opere *Tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 41. Venetiis apud eumdem 1697. in fol. de hac epistola Jo: Cinellus *in lib. Biblioth. Volan. scant.* 10.*pag.*46.

Lettera a N. H. Veneto N. N. in cui replica alle oppositioni fatte alla sua prima lettera in difesa de i principii della Cartesiana Filosofia del Sig. Dot. D.Matteo Giorgi Genovese: in eodem opere *tom.*2. *par.*6. *pag.* 197.

Lettera all'Illustriss. ed Eruditissimo Sig. Antonio Magliabechi Bibliotecario del Sereniss̃imo Gran Duca,di Toscana, in cui si contiene l'argomento, e l Idea della sua opera,già ultimamente stampata col titolo. Animæ Humanæ natura ab Augustino detecta &c. in eodem volumine *tom.* 3.*par.* 1. *pag.*29. Venetiis apud eumdem 1700. in fol.

Epistolam cyclicam ad Mathematicos pro Logistica sive nova methodo mathematica P. Ægidii Gottignies Soc. Jesu, in Collegio Romano Matheseos professore. Ipsam laudat Ægidius Franciscus Gallignes *in logistica universali.*

Prolusionem. Venetiis 1693. in 4.

Nunc lucubrationibus edendis insudat, quas Orbis literatus expectat: hæ autem sunt:

Philosophus Scepticus Aristotelis,Democriti, & Cartesii principia in dubium revocans.

De usu Matheseos ad naturæ arcana detegenda.

De vera, & falsa literatura.

Cogitationes Systomaticæ, seu humanæ mentis conatus ad Mundum Dialecticum, Physicum, Methaphysicum,Ethicum, Mathematicum, & Physico-mathematicum, primis rerum detectis rudimentis cogitatione architectandum. & alia.

MICHAEL ANGELUS MANCHARUSUS Syracusanus, natus 4. Septembris anno 1666. literisque instructus, Syracusanæ Ecclesiæ Canonicus Secundarius, & Vicarius Curatus electus est. Claruit apud suos eruditione, pietate, morumque integritate insignis, quibus æstimationem promeruit. In patriis rebus fuit satis versatus. Electus Parochus in oppido,quod vocant

Digitized by Google

Belvedere, non longè à patria: paulo post variis morborum molestiis vexatus, obiit Syracusis 29. Augusti anno 1705. Edidit

Kalendarium Sanctorum Fidelissimæ Urbis Syracusarum, Indexque eorum, qui sanctitatis famâ floruerunt. Panormi typis Felicis Marini 1704. in foliis expansis.

Italicè

Siracusa difesa da' fulmini. Dialogo da cantarsi nella solennità di S. Lucia V. e M. Siracusana à 13. di Decembre dell'anno 1704. Neapoli typis Francisci Paci 1704. in 4.

Patriæ amantissimus, ad ejus gloriam hæc alia moliebatur; nempè

Istoria de' Santi Siracusani. m. s. in 4.

Siracusa Sotterranea. m.s. in 4.

MICHAEL BERTOLUCCIUS Mænensis Sacerdos, ac Poeta: eruditione, & amœnioribus literis ornatus claruit anno 1630. Edidit Italicè

Miracoloso Prodigio di S. Agrippina in Drafone di Mineo Tragicomedia. Messanæ apud Joannem Franciscum Biancum 1635. in 8.

MICHAEL BOA Alcarensis, natus an. 1614. literarum studiis operam dedit Messanæ, & Catanæ; ac doctoralem Philosophiæ, & Theologiæ lauream obtinuit. Clericali habitu insignitus non sine laude panegyricas orationes è suggestu pluries dixit. At ad sæcularem habitum transfuga rediens, uxorem duxit, & medicæ facultati addictus, inter Medicos Doctores recensitus claruit. Ad nonnullas alias scientias, egregias ingenii vires admovit: Musis, & amœnioribus literis indulsit. Per plures annos fuit à secretis Principis Leonfortis, à quo Romam missus ad nonnulla pertractanda negotia; à Romano Pontifice calcaris aurei Eques electus est. Magno etiam Herosolymitanorum Equitum Magistro gratus, Melitæ juniores erudivit. In patriam regressus, Ducis, & Gubernatoris munere Alcariam per plures annos moderatus est. Demum à D. Gaspare de Neapoli, & Lancea Longis Barone, constituto stipendio, electus, ut medicam curam familiæ suæ, oppidique Longis susciperet; eo in oppido sedem fixit; ibique per annos triginta quatuor moras protraxit, usque ad supremam vitæ metam: nam senio confectus ibidem decessit 20. Februarii anno 1687. Italico carmine evulgavit

La Barbara Rappresentazione Sacra. Panormi apud Antonium Martarellum 1637. in 12.

Scripsit etiam, sed non edidit:

Vita di S. Nicolò Eremita. Tum prosâ, tum versu.

Teatro della Medicina.

Intermezzi sei Tragici.

Cinque Gazzette di Cinque Regni. Hujus postremi operis authographum servatur ab Ab. Antonino Magri.

MICHAEL BURGIUS Drepanitanus Tertij Ordinis S. Francisci: nobilibus Parentibus natus, decimoquinto ætatis suæ anno Ordinis habitum accepit à Jacobo Eugubino ex Ordine Minorum inter Tertiarios Regulares ascripto. Sub tanto Magistro exacto probationis anno, ad graviora studia se convertit, eximio sanè progressu; Theologicam enim doctrinam, ac divinarum literarum intelligentiam, morum integritati conjunxit. Virtutum omnium ornamento excultus mirificè effulsit. Singulari gratiâ polluit in malè moratis ad virtutis semitam traducendis. Charitate valuit; ideoque pauperes verecendi, omnesque inopiæ angustiis affecti ad ipsum tamquam ad tutum pietatis asylũ confugiebant. Dum Pestis anno 1574. in Drepanitanos grassabatur, Michael cum Antonio Busseto sui Ordinis alumno, lue infectis adfuit, opemque dedit: in hos verò tanta charitatis officia exercuit, ut Drepanitani, in gratitudinis monumentum, sui Ordinis Cœnobium excitaverint intra Urbis mœnia S. Rocco sacrum, cui ipse pluries præfuit Prior. Pro Sicula Provincia multùm desudavit; Romam enim, ac etiam Mediolanum ad S. Carolum Borromæum, tunc Ordinis Protectorem, unà cum Magistro suo Jacobo alacriter contendit, ac felici eventu omnia juxta votorum summam assecutus est. Apud S. R. E. Cardinales, aliosque Dynastas, cum quibus res agere ei contigit, perspectâ ejus virtute, ac prudentiâ, æstimationem promeruit maximam. Ut difficillima negotia tractaret pluries à Drepanensibus ablegatus ad Supremos Principes, præsertim ad Marchionem Villenæ Siciliæ Proregem, omnia ex sententia perfecit. Drepanitana Plebe tumultuosè, & immeritò, in Patres Societatis Jesu concitatâ, perturbatos animos composuit; in cujus rei gratiam, & venerationis argumentum S. Joannis Baptistæ Lipsana Michaeli tradita sũt, quæ Convẽtui S. Rocchi attribuit. Quater, licèt reluctans, ad Provincialis dignitatem evectus, munus nonnisi ex obedientia suscepit. Eo urgente Cœnobia Drepanitanum S. Rocchi, Panormitanum S. Nicolai, Calatafimense, & Catanense à fundamentis excitata sunt. Primus omnium Drepani anno 1613. altare Carolo Borromæo, tunc recenter in Sanctorum fastis relato, erexit; de quo Marcus Aurelius Gratalora *in vita ejusdem Sancti pag.* 558. Per quinquagintà annos gravissimâ ileum procidentia laborans, eximiam animi patientiam detexit. Vitæ austeritate, orationis studio, virginitatis candore, aliisque virtutibus clarus, venerationem apud omnes promeruit. Certus de propinqua morte ad amicos misit epistolas de piis, divinisque rebus, & dierum, ac virtutum plenus, sanctè decessit Drepani 9. Januarii anno 1616. Mortis suæ voce per Urbem diffusâ, Drepanenses gravi mœrore affecti ad funus convolarunt, defuncti sanctimoniam laudaverunt; innumeris curationibus divinitus testatam, ad habitus, coronæ precariæ, cinguli, aliarumque rerum, quibus ipse vivens utebatur, contactum. De eo Rocchus Pirrus *in not. Mazar. pag.* 552. qui mendosè bis tantùm Provincialem fuisse tradit: Franciscus Bordonus *in Chrolog. Tertij Ordinis S. Francisci cap.* 25. *n.* 8. *pag.* 420.

N.

Digitized by Google

n. 13. *pag.* 426. *n.* 16. *pag.* 430. *& n.* 73. *pag.* 455. Joannes Maria Vernon. *in Annal. Tertii Ordinis S. Franc. par.* 3. *pag.* 536. quem in annorum computo pluries lapsum animadverti: & Chronica M. S. Provinciæ Siculæ, à Joanne Alberghino primùm scripta, & ab aliis continuata *n.* 96. *pag.* 12. Scripsit Italicè oculatus testis:

Vita del Ven. P. Giacomo d'Ugubbio; del Principio Riforma, e Progresso della Provincia di Sicilia del Terz'Ordine di S. Fràcesco, e degli Huomini Illustri, in santità, nobiltà, e lettere, che fiorirono al suo tempo in detta Provincia. Servatur m.s. in Conventu Drepanitano, ipsâque laudant Bordonus citatus *cap.* 25. *p.* 447-452. *&* 459. & Joannes Maria *loc. cit. p.* 537. quibus in locis non sine laude citatur; magnoque usui fuit his Scriptoribus. Hoc opus multis additionibus locupletavit, & in lucem emittere meditatur P. Fulgentius Posevinus Drepanitanus, ejusdē Ordinis Sacræ Theologiæ Magister, vir eruditione, & doctrinâ clarus.

MICHAEL CALVUS, ET SALONIA Abulēsis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor egregius. Ingenio, ac doctrinâ insignis inter ævi sui literatos eminuit. Claruit laudatissimus, magnâque æstimatione prosecutus anno 1575. Obiit Abulæ, ibiq: in lapideo tumulo jacebat, in Ecclesia S. Mariæ de Jesu Ordinis Observantium S. Frāciſci, ex Rocchо Pirro *in not. Ecclesiæ Syracus. p.* 250. qui perperàm Alexandrum vocat: at eversо oppido ob terræmotum anni 1693. inter rudera sepulchrum latet. Edidit

Super Porphyrii ad Prædicamenta Aristotelis introductione Conclusiones. Addita est de libro Prædicamentorum pro omnibus Aristotelis expositionibus adversus Hieronymum Balduinum Apologia. Venetiis apud Joannem Comencinum 1575. in 8.

De Febre Tertiana Tractationem, quam non edidit, præoccupatus à Ferdinando Cassano, qui de eodem argumento librum evulgavit.

MICHAEL CALVUS Siculensis Tertii Ordinis S. Francisci, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, & Concionator eximius. Instituti sui habitum accepit 8. Februarii anno 1612. & cùm literarum studiis strenuam navasset operam, eruditione, & doctrinâ mirificè claruit. In sacrarum literarum, Sanctorumque Patrum studio fuit præsertim versatissimus. Concionatoris partes magna cum laude explevit. Prioris munere rexit Cœnobia S. Nicolai Panormi, & S. Mariæ Siclis. Pietate insignis obiit Sicli 27. Novembris anno 1654. Ipsum laudant Hippolytus Marraccius *in Bibliotheca Mariana par.* 2. *pag.* 138. Lucas Wadingus *in Scriptoribus Minorum pag.* 259. Franciscus Bordonus *in Chronologio Tertii Ordinis cap.* 38. *pag.* 562. Joannes Petrus Crescentius *in Præsidio Romano pag.* 95. Joannes Maria Vernon. *in Annal. Tertii Ordinis S. Francisci par.* 3. *pag.* 626. & Chronica m. s. Provinciæ Siculæ Tertii Ordinis S. Francisci *pag.* 33. *n.* 537. In lucem emisit Italicè

Assunti sopra i Vangeli della Quaresima. Panormi apud Nicolaum Buam, & Michaelem Portamnovam 1645. in 4. Venetiis apud Combum 1649. in 4. & iterum ibidem apud Bertanos 1665. in 4.

Parte Seconda. Panormi apud Andream Colichiam, & Franciscum Terramnovam 1648. in 4. Venetiis apud Junctam, & Babam 1649. & ibid. apud Bertanos 1665. in 4. Sermones hos latinitate donatos prodijsse tradunt viri fide digni.

Sermoni Varii. Panormi apud Nicolaum Buā 1645. in 8. teste Bordono ex Wadingo: at idem opus ac supra relatum Concionum Quadragesimalium puto.

Prælo paraverat:

Panegirici de' Santi occorrenti nella Quaresima.

Sermoni per li Venerdì di Quaresima.

Settimana Santa.

Prediche di tutte le Domeniche dell' Anno.

MICHAEL CANTELLUS Assorensis; non Narensis, ut tradit Placidus Reina *in histor. Messanæ par.* 2. *pag.* 98. Natus anno 1610. Societatis Jesu institutum amplexus est anno 1625. Emensis cum ingenii commendatione studiorum spatiis, Philosophiam docuit Messanæ: inde per plures annos in Domo Professorum Messanensi Sacras Literas è suggestu expendit; ac dissertissimi Concionatoris laudem sibi conciliavit. Eamdem domum triennio Præpositi munere gubernavit. Provincialis Siciliæ socium egit: ac tandem Collegii Messanensis Rector electus, in sui gubernii exordio, inopinatâ morte oppressus vivere desiit 3. Decembris anno 1678. maximo cum suorum, & exterorum dolore: virum enim egregium eximia prudentia, doctrina, singularesque virtutes exornabant. Hujusce laudes iuvenies apud Reinam citatum. Edidit

Orationem in solemni Musarum lustratione habitam in Aula Collegii Memertini Soc. Jesu. Messanæ typis Jacobi Matthæi 1644. in 4.

Italicè

La Nudrice. La Vergine adottante di Messina; nudrita col latte della divotione di Maria per la mammella della Sagra Lettera scritta a' Messinesi dalla Gran Madre di Dio. Messanæ apud Petrum Bream 1652. in 4.

MICHAEL CARACOCIUS Francavillensis, præclaris ortus parentibus 29. Octobris anno 1616. à teneris annis magnâ curâ educatus, futuræ probitatis, ac doctrinæ specimen dedit egregium. Humanoribus literis, ac musices peritiâ in patria abundè instructus, Messanæ Philosophiæ, Theologiæ, ac Jurisprudentiæ operam dedit: ibique doctrinâ insigniter excultus, Juris utriusque laureâ donatus est. Inde Panormi morum integritate, literisq: Nobilium, Judicū, & Joannettini Doriæ S. R. E. Cardinalis, Siciliæ Moderatoris, amorē sibi conciliavit: & tum in supremis Siciliæ subselliis causarum patrocinio; ac in Academiis tunc florentibus variis ingenii monumētis, sui opinionem excitavit. Hic etsi ad Jurisprudentiæ dignitates se extollere posset; attamen à iurgium tumultu abhorrens, contra omnium suasiones, in patriam regressus est, ut vitam ab omni turbatione, & periculo alienam degeret. Inter suos eximii Jurisconsulti partes exe-

Digitized by Google

exercuit usque ad supremam vitæ lineam: nam Consultorem semper egit apud Vicecomites Francævillæ, quibus gratissimus fuit. Ad ipsum etiam ex finitimis Urbibus, Oppidisque passim accurrebant, ut in arduis rerum negotiis eumdem consulerent; ejusque consultationes, & allegationes obtinerent. Persæpè verò Judicem compromissarium, ut vocant, constituebant, ut difficillimas componeret quæstiones: in eo enim doctrinam cum pietate conjunctam comperiebant. Inter præcipuos viros doctrinâ præclaros, qui Jacobi Ruffi Vicecomitis Francævillæ, omnium scientiarum ornamento insigniti, palatium frequentabant, doctrinâ, eruditione, & morum innocentiâ eminuit. Musas Etruscas, Latinas, ac Siculas summè dilexit; multaque cum laude nitidissimè scripsit. Memoriæ vi nimiùm valuit. Historicâ eruditione tum sacrâ, tum profanâ locupletatus enituit: & in SS. Patrum codicibus fuit plenè versatus. A Simone Rao, Pactensi Episcopo, olim Panormi sibi familiaritate alligato, accersitus, ut apud ipsum Assessoris munere fungeretur, è patriis laribus avulsus, Præsulis eximij benevolentiam in se pronam apertissimè cognovit. Virtutes exercuit egregias; ideoque in orationis assiduitate, ecclesiasticarum, ac divinarum rerum frequentiâ effervebat. Divini honoris zelo æstuabat: eleemosynas in pauperes erogabat ampliſſimas; aliaque pietatis officia impiger exequebatur. Hinc eâ, quâ vixit opinione, sanctè decessit in patrio oppido 13. Maii anno 1686. Ipsum laudat Simon Raus *in Carminibus pag.* 104. & 105. Multa scripsit; at solùm pauca expansis foliis impressa evulgavit. Edenda reliquit

Allegationes Juris, cum nonaginta Decisionibus. m. ss. in fol.

Tractatus legales.

Italicè

Il Natale di Cristo Opera Pastorale.

Rime varie.

Francavilla, suo sito, ed origine.

Lettere Italiane, & Latine.

Relatione de' servigj fatti alla Maestà Cattolica di Carlo II. Re delle Spagne, e di Sicilia da D. Pietro Paolini Milanese Sergente Maggiore, e Governatore della Piazza di Francavilla: con le Notizie distinte della Guerra di Messina dall'anno 1674. sino al 1677.

Ejus operâ prodiere Carmina à laudato Simone Rao scripta; quibus epistolam nuncupatoriam ad Jacobum Ruffum Frâcævillæ Vicecomitem, epistolam ad Lectorem, & Proœmium ad Siculas cantiones ipse Michael addidit.

MICHAEL CARUSUS Panormitanus Sacerdos, & Panormitanæ Cathedralis Ecclesiæ Canonicus: vir magnæ doctrinæ, eruditionis, ac pietatis, teste Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2. pag.* 140. Obiit Panormi 16. Septembris anno 1623. & in Ecclesia S. Claræ sepelitur. Edidit Italicè

Modo di contemplare la Corona di M.V. nello Stellario, predicato dal P. F. Mariano d'Alcamo Capucino nel Duomo di Palermo nel 1608. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1611. in 8.

MICHAEL CASSARINUS, Netinus Sacerdos, Theologus præstantissimus, & in ecclesiasticis rebus admodum versatus. In SS. Patrum studio nulli secundus: tenacissimæ memoriæ vir, quidquid legebat, mente retinebat, & veluti è promptuario exhibebat. In Morali Theologia ita instructissimus fuit, ut ad ipsum in conscientiæ difficultatibus enodandis veluti ad oraculum confluebant. Nonagenarius decessit anno 1581. De eo Vincentius Littara *de rebus Netinis p.* 184. & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 227. qui scripsisse testantur

Opus de verbo Dei miræ subtilitatis, & fœcundiæ, ubi plurima sacræ paginæ vaticinia explicavit.

MICHAEL FELSINA ex oppido Castrileonis, Sacerdos doctrinâ, & pietate clarus: natus 8. Martii an. 1643. & literis admotus, Utriusq; Juris lauream accepit. Nunc Prothonotarius Apostolicus, Miles auratus Sacræ Domus Lauretanæ, Canonicus, & Archipresbyter Troinæ insigniter nitet: & dum Troinensium spiritualia bona sedulò moderatur, literas sibi dilectas percolere omnes vident. Scripsit

Anagrammata, & Epigrammata in laudem Innocentii XI. in ipso sui Pontificatus exordio. Romæ 1676.

Anagrammata, & Epigrammata in nuptiis Caroli II. Hispan. Regis. Romæ 1680.

Italicè

Commento sopra la Terza Classe di Grammatica del P. Emmanuele Alvaro. Romæ apud Angelum Bernabò 1681. in 12.

MICHAEL FRAZZETTA Panormitanus Soc. Jesu. Natus anno 1612. prima virtutum, & literarum elementa ex Panormitano Clericorũ Seminario hausit, in quo fuit adscriptus. Inde Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ Beneficiatus, & ut ajunt, Vivanderius electus est. In spirituali Schola Ven. D. Hieronymi Palermo Panormitani, ejusdem Ecclesiæ Canonici, viri virtutum, ac miraculorum gloriâ celeberrimi, ad absolutissimam vitæ regulam institutus, in Domini via mirabiliter profecit; & illorum unus fuit, quos idem Hieronymus, tamquam æternæ gloriæ candidatos, ex divina revelatione, in libro vitæ descriptos vidit. Cùm autem ad Cœlestem Patriam evolasset Hieronymus anno 1642. noster Michael Societatis Jesu institutum amplexus est anno 1643. in qua solemnia emisit vota 14. Junii 1655. Morum sanctimoniâ effulsit, egregiam præsertim pietatem coluit tum in Deiparam Virginem, tum in Cœlicolas omnes, quos pluries quotidie ardentissimo animi sensu venerabatur. Ad promovendam Ven. P. Aloysii la Nusa Soc. Jesu Canonizationem, fractis penè viribus Siciliam perambulavit, ac Romam petiit. Sedulâ etiam operâ promovere studuit, non sine magno labore, Processus F. Bernardi Corleonensis Ordinis Capuccinorum, & D. Hieronymi Palermo Panormitani. Tandem omnibus gratissimus decessit Panormi in

De-

Digitized by Google

Domo Profeſſorum 4. Auguſti 1681. Ipſum laudat Benedictus Sanbenedicti *in Vita F. Bernardi Corleonenſis, tum in epiſtola ad lectorem, tum etiá in præfatione ad librum primum p.* 2. Edidit Italicè *Vita, e Virtù del Ven. Servo di Dio P. Luigi la Nuſa della Compagnia di Gieſù*. Panormi apud Hæredes Boſſii 1677. in 4. & iterum Panormi apud Angelum Felicellam 1708. in 8. in hac ſecunda editione acceſſere nonnullæ additiones P. Dominici Stanislai Alberti Panormitani Soc. Jeſu. Vitam hanc latinitate donavit P. Andreas à Puteo Soc. Jeſu, & in compendium redegit idem P. Dominicus Stanislaus Alberti. Panormi apud Coppolam, & Adamum 1692. in 12.

Compendio della Vita, Virtù, e Miracoli del Ven. Servo di Dio F. Bernardo da Corleone Cappuccino. Ibidem apud Hæredes Boſſii 1677. in 8. Hanc latino ſermone induit P. Petrus Maria Cicala Panormitanus Soc. Jeſu, ediditque Panormi typis Petri de Iſola 1679. in 4.

Vita, Virtù, e Miracoli del Vener. Servo di Dio D. Girolamo di Palermo Canonico della Cattedrale della Città di Palermo. Ibid. apud Petrum de Iſola 1681. in 4. Latinam etiam fecit P. Jacobus Spinellus Soc. Jeſu Panormitanus, quæ m. s. ſervatur in Bibliotheca Collegii Panormitani ejuſdem Societatis.

MICHAEL GLYCAS Siculus incertæ patriæ, celebris Hiſtoricus, Philoſophus, ac Theologus. Magna cum nominis fama claruit regnantibus Alexio, & Joanne Comnenis Imperatoribus Cõſtantinopolitanis, quorum ſecundus Imperii clavũ rexit ab anno 1118. & ex Jo: Gerardo Voſſio *de hiſtoricis Græcis in addiũ. pag.* 542. ulteriùs vixit ſub Emmanuele Comneno, qui ab anno 1143. imperii faſces tenuit. Sub anno 1120. ſtatuit Jo. Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom.* 4. *ind.* 2. *pag.* 263. at ad annũ 1150. retulit Philippus Labbeus *in SS. Patrum Biblioth. Chronolog. p.* 143. Idem Voſſius *loc. cit.* dubitat, an ſit hic Michael, ille Magiſter Siculus, cujus mentio extat in procœmio hiſtoriæ Jo: Scylitzæ, & Cedreni; an verò Magiſter Siculus ſit Joannes Siculus, vel Petrus Siculus, uterque hiſtoricus celebris: at veroſimilius putat de Joanne intelligendum. Sed idem Voſſius *lib.* 4. *cap.* 21. *pag.* 499. de Joanne Siculo agens, ait, Philippum Labbeum *in delineatione apparatus ad hiſt. Byzantinam pag.* 44. alibi hanc rem ſe enodaturum promiſiſſe. Matthæus Raderus *in principio obſervationum ad lib. de vana, & ſtolida Manichæorum doctrina Petri Siculi*, ſuſpicatur de Petro Siculo intelligendum. At Octavius Caetanus *in animad. ad to.* 2. *SS. Siculor. pag.* 18. putat noſtrum Michaelem eſſe, Jo: Scylitzæ Synchronon; additq; quòd hoc ex utriuſque hiſtoriæ fine clarè liquet. De Michaele etiã ſcripſere Voſſius *cit. lib.* 2. *cap.* 27. *p.* 304. Aubertus Miræus *in Auctario ad Biblioth. Eccleſ. cap.* 312. *p.* 239. Poſſevinus *in appar. Sacro to.* 1. *p.* 554. *in append. tom.* 1. *p.* 42. *& tom.* 2. *p.* 442. Thomas Dempſterus *in addiũ. ad antiq. Rom. Jo: Roſini lib.* 1. *c.* 1. *p.* 1. Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 143. Joannes Halleruordius *in Biblioth. Curioſa pag.* 273. Caſimirus Oudin *in ſupplemento de Script. Eccleſi. ſt. à Bellarmino omiſſis pag.* 382. Guilelmus Cave *in Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſt literaria p.* 456. *& par.* 2. *pag.* 223. L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Eccleſ. to.* 9. *cap.* 14. *pag.* 199. Ludovicus Morerius *Dicton. tom.* 2. *pag.* 54. & Jacobus Tirinus *in indice Auctorum, quos citat in Comment. in Sacram Scrip.* Græcè ſcripſit

Annales Quadripartitos. Opus non modo hiſtoricũ, ſed etiam Phyſicum, & Theologicum, quorum prima parte agit de operibus ſex dierum. II. de rebus geſtis ab orbe condito uſque ad Chriſtum natum. III. à Chriſto uſq; ad Conſtantinum Magnum. IV. Byzantinorum Imperatorum res tractat, uſq; ad obitum Alexii Comneni, qui anno 1118. *moriens Joannem Comnenum habuit ſucceſorem.* Huic Hiſtoriæ ſupplementum addidit Jo: Leonclavius, ac latinitate primùm donavit, ediditque Baſileæ typis Epiſcopij 1572. in 8. Inde Philippus Labbeus edidit Græcè, & Latinè cum notis, Pariſiis ex typographia Regia 1660. in fol. Extat m. s. in 4. in Bibliotheca Vaticana, in Bibliotheca Regia Pariſina, & Imperatoria Viennenſi, & Auguſtana cod. 80. ex Oudin, & *Bibliotheca Exotica pag.* 750: & in Bibliotheca Veneta S. Marci, ex Poſſevino *in appar. to.* 1. *pag.* 554.

Diſputationes duas, quarum prima, utrum in peccatum lapſis condeſcendendum, an, prout ratio poſtulat, increpandi ſint, ad Joannem Sinaiten Monachum, & Stylitam. Secunda, utrum audiendi ſint docentes hominem à principio caducum corpus habuiſſe, & paſſionibus, ſive incommodis naturalibus etiam ante trãsgreſſionem obnoxium fuiſſe, cibumq; ſenſibilem in Paradiſo adhibuiſſe, & lignum ſcientiæ ficum extitiſſe, ad Joannem Smeniotam Monachum. Has diſputationes latinas fecit P. Jacobus Pontanus Soc. Jeſu, & cum Philippi Solitarii libris, aliiſq; opuſculis edidit Ingolſtadii typis Adami Sartorii 1604. in 4. inde recenſitæ ex Bibliotheca Andreæ Schotti Soc. Jeſu prodiere in tomo XI. Bibliothecæ Patrum editæ Coloniæ typis Bernardi Gualteri 1618. His etiam addidit Notas Jacobus Gretſerus ex Philippo Alegamme *in Biblioth. Soc. Jeſu pag.* 372.

Capita plurima theologica, & philoſophica, extant m. ſs. in fol. Græcè, Romæ in Bibliotheca Vaticana ex Geſnero *in Biblioth. editâ per Joannem Jacobum Friſium pag.* 132. & Poſſevino cit. qui addunt ſervari etiam in Bibliotheca Cæſarea Viennenſi: quòd tantùm de Capitibus Philoſophicis teſtatur Cave *cit. par.* 2. *pag.* 223. In eadem Bibliotheca Imperiali ſervantur m. ſs. teſte eodem Poſſevino, & Geſnero.

Quæſtiones, & dubitationes in univerſam Sacram Scripturam. m. s. in fol. Horum meminit etiam Ant. Auguſtinus in ſua Bibliotheca, ubi de Græcis m. ſs. apud ſe n. 29. in fol. & Cave cit.

De Cœlo, & Terra opus Hiſtoricum, m. s. in fol. in Bibliothecis Vaticana, & Cæſarea ex Poſſevino, & Geſnero cit. ubi etiam extant ex ijſdem,

Epiſtolæ viginti duo m. ſs. in fol. at ex Octavio Caetano *in animad. ad to.* 2. *SS. Siculorum p.* 106. extãt epiſtolæ *Quadraginta duo*. De Epiſtolis Gly-

Digitized by Google

cæ hoc animadvertendum, quòd earum plurima, nec quidem contendenda fragmenta adducit Leo Allatius pluribus in locis: nempè *in lib. de Eccleſiæ occidentalis, & orientalis perpetua conſenſione lib. 3. c. 13. §. 4. cap. 14. §. 15. cap. 16. §. 24. cap. 18. §. 8. lib. de Purgatorio pag. 28. 47. & 789. lib. adverſus Hottingerum cap. 18. pag. 320. de lib. Eccleſiaſticis Græcor. pag. 118. 127. 254. & 324.* quod ex obſervatione Gulielmi Cave *loc. cit. pag. 456.* habeo: qui etiam notat aliquot ex his epiſtolis ſub Joannis Zonaræ nomine, vel Glycæ ab Allatio citari, quod etiam innuerat *pag. 452.* ubi de Zonara, & ejus epiſtolis 56. ſcripſerat, quarum ſeriem, addit Cave, & argumenta deſcribit Cl. Lambecius *in Comment. de Bibliotheca Vindob. lib. 4. in codd. m.ſs.* additq; quandoq; Zonaræ, quandoq; Glycæ adſcribi: *verùm*, ut ipſe Cave concludit, *Glycæ potius tribuenda videntur.* De ijsdem 56. epiſtolis m.ſs. in eadem Bibliotheca ſervatis, ut Glycæ adſcriptis, iterum Cave *par. 2. pag. 223.* ex Lambecii citati recenſu *lib. 4. pag. 152.* Scripſit præterea Glycas

Librum ad Maximum Smeniotem de Proceſſione Spiritus Sancti, ex Allatio *de conſenſione lib. 2. cap. 18. §. 17.* hujus operis fragmentum adducit *lib. 3. cap. 2. §. 3.*

Ad eumdem an Chriſtus Azymo in ſuprema Cœna uſus ſit? &

Ad Eſaiam Monachum de animabus à corpore ſeparatis: ex Allatio loco laudato apud Cave *cit. pag. 456.*

Scripſit, & *tractatus duos*, qui m.ſs. græcè erant apud Leonem Allatium, ut teſtatur Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana cit.* nempè

Quomodo tranſpoſitio corporis B. Virginis fuerit facta, et ſi verè ex Sepulchro reſurrexit, ad Alipium Encliſtum.

Si attendendum eſt iis, qui dicunt Dei Matrem uterum ferentem, redargutionis aquam bibiſſe.

De Planctu Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Ex Joanne Cartagena *lib. 13. hom. 1.* & Marraccio cit.

De Adamo. m. s. Græcè in fol. extabat apud Ant. Auguſtinum ex ſua Bibliotheca, ubi de m. ſs. Græcis n. 7.

Explicatio obſcuriorum locorum Sacræ Scripturæ. m.s. in Bibliotheca S. Marci Venetiis ex Poſſevino *appar. to. 1. pag. 554.* hoc opus edere meditabatur Georgius Milius: de quo etiam Georgius Draudius *in Bibliot. Claſſica pag. 57.* extat etiam in Bibliotheca Imperatoria Viennenſi, & Auguſtana cod. 75. ex Oudin cit.

Chronica. m. s. in 4. in Bibliotheca Cæſarea ex Geſnero cit. & in Vellicellana Romæ, teſte Poſſevino *in Catalogo m.ſs. poſt tom. 3. apparatus pag. 28.*

De Compoſitione nominum. m. s. in Bibliotheca Beſſarionis, ex Jo: Phil. Thomaſino *in Biblioth. Venet. m.ſs. p. 39.*

MICHAEL INGASTONUS ex oppido Militelli in valle Neti Ordinis Minimorum, concionator celebris, & doctrinâ inſtructiſſimus claruit. Fuit Sacræ Inquiſitionis Cenſor; & Franciſci Boncompagni, S.R.E. Cardinalis, & Archiepiſcopi Neapolitani Theologus. Floruit circa annum 1625. Hujus meminit Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syracuſ. p. 251.* qui ſcripſiſſe ait:

De Celebri Feſto translationis S. Conradi.

MICHAEL JOENIUS Nobilis Catanenſis, Ordinis Clericorum Regularium Minorum. Natus anno 1659. & Religionis inſtitutum amplexus, in ea emenſis cum ingenii laude ſtudiorum ſpatiis, Concionatoris partes egregiè complevit. Eloquentiâ, & eruditione apprimè inſignitus, in cinerali jejunio conciones habuit, magnâ nominis commendatione, bis Romæ, bis etiam Panormi, totidem Catanæ, & alibi. Ætate adhuc florente 11. Januarii anno 1693. deceſſit Catanæ in memorando terræmotu, quo Urbs tota everſa eſt. Edidit Italicè

L'Imagine della Divinità Humanata, Oratione Funebre per il Ven. Servo di Dio D. Giuſeppe Raimòdo Canonico dell'Inſigne Collegiata della Città di Catania. Catanæ apud Paulũ Biſagnium 1691. in 4. Nonnullas etiam alias orationes panegyricas in lucem emiſiſſe dicunt, quas adhuc non vidi.

MICHAEL DE JUDICE Panormitanus, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, natus ex Cæſare de Judice, de quo in hac Bibliotheca *tom. 1. pag. 119.* & Anna Ferreri genere claris 10. Junii anno 1651. adoleſcens Religionis habitum ſuſcepit in Gregoriano Cœnobio S. Martini de Scalis juxta Panormum 24. Februarii 1667. In eo ne dum gravioribus diſciplinis fuit inſigniter excultus, verùm etiam & amœnioribus abundè cumulatus: omnigenæ enim eruditioni tum ſacræ, tum profanæ, quâ uberrimè illuſtratus effulget, Etruſcam addidit Poeſim, eamque egregiè coluit. Præſtantiſſima ingenii monumenta, tum numeris alligata, tum ſolutâ oratione, emeritis laudibus excepere omnes in Panormitana Reaccenſorum Academia, in qua adſcriptus mirificè claruit: ac literatorũ omnium amorem ſibi conciliavit. E ſacro ſuggeſtu eloquenter, ornatèque omnium plauſu peroravit pluries auditus eſt. Selectiſſimam Bibliothecam, rarioribus refertam codicibus, in ſui commodum ſibi congeſſit, quâ elegantiſſimi ingenii dotes jugiter expolivit: & ex diuturna, & numquam intermiſſa lectione doctrinam, & eruditionẽ locupletiſſimã ſibi cõparavit. Hæc literati viri ornamẽta, ut & religioſæ virtutes, modeſtiâ, & morũ comitate plurimùm elucentes, omnibus, & præcipuè eruditis viris, Regnique Magnatibus Michaelem gratiſſimũ effecere. At omnium favores non in ſui, ſed in memorati Monaſterii beneficium excepit, cujus decorem, ac Dei Gloriam ſummo ſtudio, & labore adaugere vehemẽter exoptans, quos ad Religionẽ ſelegit, vocavitque ex primaria Regni nobilitate adoleſcentes propè quadraginta, per octennium, Tyronum ipſe exemplar, & Magiſter, in omnimoda Ordinis perfectione, & eruditione ſeduiò inſtituit. Id ipſum majori animi zelo perfecit ad Prioratus gradum evectus, biennio Panormi, duobus etiam annis in Cœnobio Montisregalis, ubi poſt alios ſex annos laudabiliter exactos in

Mo-

Digitized by Google

Monaſterio S. Martini, denuò Franciſco de Judice Cardinale, & Archiepiſcopo Monteregalenſe, ad regimen reverſus, ſemper ſui ſimilis effulſit. Pro Eccleſia Monteregalenſi Synodalis Examinator ab eodem Cardinale in æſtimationis argumentum electus eſt. Quantùm ejus præceptis diſcipuli profecerint, confiteri coguntur, qui eoſdem in ſcholaſticis, ac oratoriis exercitationibus, & in religioſis miniſteriis demirantur numeris omnibus abſolutos. Unus præcipuè cæteris palmam eriperet LEANDER EMMANUEL, Franciſci Emmanuelis Marchionis Villæ Albæ filius, niſi nobis eum invida Parca 19. Martii anno 1690. ætatis 19. erupuiſſet. In ipſo adoleſcentiæ limine Philoſophiæ, Theologiæ, Rhetorices, univerſalis eruditionis, Poeſis item, ac Muſices apicem attigerat. Nunquam cum doctioribus de re qualibet, etiam nova, diſſerere contigit, de qua non perſpicaciter, acriterque judicaret. Morum innocentiâ, & charitatis ardore ad Cœlum evectus, ſolùm nobis ingens ipſius deſiderium, & plura mentis penè angelicæ monumenta reliquit; quæ in lucem prodibunt cum cæteris Præceptoris ſui lucubrationibus non dum editis. Vivit Michael, vir ſanè egregius, & dum hæc typis traduntur anno 1710. ad Abbatis dignitatem, multis ab hinc retroactis annis emeritam, in Cœnobio Montisregalis (inſtante laudato Cardinale de Judice) evectum venerâtur omnes, non ſine plauſu; in qua diutiſſimè vivere ad Orbis literati ornamentum exoptamus. Michaelem laudant Balthaſſar Piſanus *in Armoniis ferialibus pag.* 100. Vincentius Auria *in hiſtor. Chronologica Proregum Siciliæ pag.* 208. Joannes Baptiſta Pacichellus in libro *Memorie Novelle de' Viaggi par.* 1. *pag.* 117. Joannes Maria Amatus *in notis ad orationem* 1. *n.* 73. *pag.* 56. Joannes Andreas Maſſa *in Civitatibus Siciliæ non exiſtentibus pag.* 37. *& in Civitatibus exiſtentibus pag.* 209. aliique. Edidit Italicè

Palermo Magnifico nel Trionfo dell' anno 1686. *rinovando le feſte dell' Invenzione della Gloriosa ſua Cittadina S. Roſalia oſſervato, e deſcritto.* Panormi apud Thomam Rumolum 1696. in fol.

Compendiaria Notizia della feſta di S. Roſalia Vergine Palermitana fatta nell' anno 1695. Ibidem apud Auguſtinum Epirum 1695. in 4.

Brieve Notizia dell' applauſo feſtivo nella ſolennità di S. Roſalia Vergine Palermitana fatta celebrare nell' anno 1696. Ibidem apud eumdem 1696. in 4.

L' Applauſo delle Corone nel ſolenne Trionfo di S. Roſalia Vergine Palermitana dell' anno 1697. Ibidem apud eumdem 1697. in 4.

La Sposa de' Sacri Cantici figurata nella ſolennità di S. Roſalia Vergine Palermitana dell' anno 1699. Ibidem apud eumdem 1699. in 4.

Le Guerriere Conquiſte di Merito, e di Gloria della Palermitana Eroina S. Roſalia, dichiarate valevoli a perpetuare la Pace, ed eſpoſte nella trionfal ſolennità dell' anno 1701. Ibidem apud eumdem 1701. in 4.

Hæc Divæ Roſaliæ ſolemnia, dempta prima deſcriptione, prodiere ſuppreſſo Auctoris nomine: eaque ne dum ſcripſit, verùm etiam diſpoſuit, adinvenit.

Deſcrizione del Real Tempio, e Monaſterio di S. Maria la Nuova di Monreale. Vite de' ſuoi Arcivescovi, Abbati, e Signori col ſommario de i Privilegi della detta Chieſa di Gio: Luigi Lello, con le oſſervazioni ſopra le fabriche, e Moſaici della Chieſa, con la continuazione delle Vite degli Arcivescovi, una Tavola Cronologica della medeſima Iſtoria, e la Notizia dello ſtato preſente dell' Arcivescovado del P. D. Michele del Giudice &c. Ibidem apud eumdem 1702. in fol.

Ejus operâ prodiit opus inſcriptum: *Ad Annales Siculos Præliminaris Apparatus, in quo de Siculæ Hiſtoriæ dignitate, Antiquitate, & Scriptorũ præſtantia, ac numero fusè differitur. Auctore Sac. D. Auguſtino Inveges Nobili Saccenſi. Opus poſthumum.* Huic operi noſter Michael addidit eruditiſſimas

Notas, & additiones. Panormi ex typographia Joannis Napoli 1709. in 4.

Inter plurima Manuſcripta Adverſaria ab ipſo in quindecim voluminibus digeſta, hæc editioni parata habet:

De Re literaria Elucubrationes Eruditæ in quinque libros diſtinctæ.

Italicè

Panegirici, Diſcorſi, e Componimenti Accademici.

Diſcorſi Morali ſopra li Simboli di Pittagora.

Molitur demum

Siciliam Illuſtratam opus perutile, & eruditum.

MICHAEL JUVINUS Catanenſis, claruit anno 1590. ediditque Italicè

Vera, e Compita Relatione del Compaſſionevole caſo occorſo nella Felice Città di Palermo alli 15. *Decembre* 1590. *dove s' intende la morte di molti Signori Titolati, & altre perſone nella rovina d'un Ponte fatto ſopra mare.* Panormi apud Joannem Ant. de Franciſcis 1591. in 4.

MICHAEL LIPARIS Meſſanenſis Sacerdos, Philoſophiæ, & Medicinæ doctor; medicam facultatem tum Meſſanæ, tum etiam Neapoli exercuit non ſine laude. Doctrinâ ſatis excultus in Meſſanenſi Academia primam Medicinæ Theoricæ Cathedram obtinuit, eamque ſcientiam, Lector Extraordinarius publicè docuit. Anno 1664. & 1665. literarias contentiones habuit cum Marcello Malpighio Medico celeberrimo, ex clariſſimo Euſtachio Manfredo *in vita ejuſdem Melpighii*, inter Arcadum Illuſtrium Vitas, quas edidit ampliſſimi nominis vir Jo: Marius de Creſcimbenis *par.* 1. *pag.* 67. *&* 68. In Meſſanenſis belli fragoribus multifariè involutus, tandem 10. Martii anno 1676. Meſſanæ capite abſciſſo infeliciter obiit. Conſule Joannem Baptiſtam Romanum *in Bello Meſſanenſi par.* 3. *lib.* 2. & Franciſcum Stratam *in Clementia Regia pag.* 363. *& ſeq.* Edidit Michael opus inſcriptum:

Galeniſtarum Triumphus novatorum Medicorum inſanias funditus eradicans, ne mortales ex eorum hæreticalibus, perpetuòque ſepeliendis doctrinis, immaturâ, immò violentâ morte moriantur. Coſentiæ

apud

Digitized by Google

apud Joannem Baptiſtam Ruſſum 1665. in 4. & Venetiis apud Joannē Petrum Brigonciū 1666. in 4. in hac ſecunda editione acceſſit epiſtola ad Laurentium Bellinum. Huic libro reſpondit Malpighius, cujus cenſuram habes in operibus poſthumis ejuſdē, ediis Venetiis 1698. & alibi. Edere promittebat ex Typographo ſecūdæ editionis in epiſtola ad Lectorem:

Curſum Medicinalem adverſus Joannem Baptiſtam Van-Helmont, ac omnes Galeni detractores.

MICHAEL MORASCHINUS v. Michael Remigius Moraſchinus.

MICHAEL PERREMUTUS Calatajeronenſis Patritius, ac Civis Panormitanus, Paulo Franciſco Perremutò patre, Juriſconſulto clariſſimo, (de quo ſuo loco) in lucem editus eſt 18. Octobris anno 1666. Iurisprudentiæ dicatus, ac Doctoris lavreâ inſignitus, inter præcipuos cauſarum Patronos inclaruit; à doctrinâ, & eruditione laudatus. Advocationis munus per vicennium ſummâ cum nominis commendatione, ac Cliētum beneficio exercuit. Honoribus ſatis ſuperque dignus anno 1702. Panormitani Prætorii Judex electus eſt. Anno verò 1706. judiciaria toga Tribunalis Conciſtorii exornatur. Demum ad Magnæ Regiæ Curiæ ſubſellia evectus anno 1709. eo in Foro nunc Judex ſedet, integritate, doctrinâ, & ingenio clariſſimus. Ad altiora dignitatum culmina virum doctiſsimum extollendum promittunt egregia ipſius promerita; præcipuè ingenii, doctrinæ, eruditionis, & integritatis dotes ampliſſimæ. Ipſum emeritis laudibus extollunt Jacobus Longus *in linea triumph. pag.* 29. & 50. Vincentius Juſtinianus, & Joſephus Tagliarenus *in ſuis allegationibus editis Panormi.* In lucem emiſit

Patrocinium in cauſa poſſeſſoria ſucceſſionis ſtatus, & Principatus Buteræ cum Dignitate Magnatis Hiſpaniarum, ac aliorum Statuum, & Feudorum annexorum pro Domino D. Hieronymo del Carretto Rachalmuti Comite, ac Catholicæ Majeſtatis Domini Noſtri Regis à Cubiculis, contra Dominum Nicolaum Placidum Branciforti Leonfortis Principem, Aureique velleris Equitem. Acceſſerunt etiam Allegationes in cauſa ſucceſſionis Status, & Principatus Petræpertiæ. Panormi typis Auguſtini Epiri 1704. in fol.

MICHAEL PLATIENSIS Ordinis Minorum Obſervantium S. Franciſci, Hiſtoricus æquè eruditus, ac celebris. Claruit ſub Friderico III. Siciliæ Rege, qui anno 1377. vivere deſiit. Hujus meminere Rocchus Pirrus *in not. Eccleſiæ Catan. pag.* 105. Joannes Paulus Chiarandanus *in hiſt. Platiæ lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 165. Lucas Wadingus *in Scriptor. Minor. pag.* 261. aliiq; Scripſit

Hiſtoriam Siculam ab exceſſu Friderici Aragonii hujus nominis II. Regis Siciliæ, uſque ad annum 1361. *more Siculo, &* 1362. *more Romano*: quâ Siculam Hiſtoriam Nicolai Specialis continuavit. Vagatur M. S. in fol. Ex Codice m. s. D. Friderici de Vigintimilliis Equitis Panormitani, Marchionis Hieracis Fratris, in lucem emittere hanc hiſtoriam promiſerat Antoninus Amicus in ſuo indiculo operum edendorum, in calce operis *de antiquo Syracuſarum Archiepiſcopatu pag.* 64. at morte præventus ineditam reliquit. Exemplar m. s. in fol. vidi apud Ill. Dominum Hieronymum Septimum Cerretanæ Marchionem, virum græcis, latiniſque literis inſtructiſſimum, & eruditione nulli ſecundum; cujus codex memoratur à P. D. Michaele de Judice *in obſerv. ad Apparatum Siculor. Annalium Auguſtini Inveges pag.* 96. Alium hujuſce hiſtoriæ codicem citat Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Meſſan. pag.* 345. quem Abbas Martinus la Farina aſſervabat. Sæpius à noſtris Hiſtoricis citatur, qui ejuſdem hiſtoriæ non ſpernēda exſcribunt fragmenta; nempè à Roccho Pirro *in Chronologia Regum Siciliæ pag.* 73. *in not. Eccl. Meſſan. pag.* 345. *& in not. Eccl. Catan. pag.* 40. 43. *&* 44. ab Auguſtino Inveges *in Carthagine Sicula pag.* 220. 269. 275. 285. 307. 310. 311. 330. *&* 335. à Ioanne Baptiſta de Groſsis *in Catana Sacra pag.* 158. *& ſeq; & in Decacordo Catan. tom.* 2. *pag.* 116. *&* 128. à Petro Antonio Tornamira *in Reſponſionibus ad octo petitiones pro vita S. Roſaliæ pag.* 18. à Ioāne Paulo Chiarandano *in hiſtoria Platiæ lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 7. *cap.* 2. *pag.* 11. *cap.* 6. *pag.* 28. *& lib.* 3. *cap.* 14. *pag.* 228. à Dominico Guglielmino *in Catana deſtructa pag.* 2. & Ioanne Andrea Maſsa *in ſua Sicilia par.* 1. *pag.* 75.

MICHAEL REMIGIUS MORASCHINUS Nobilis Panormitanus, vir ab elegantiſſimis ingenii dotibus, ac præſtantiſſima memoriæ vi clarus. Ab adoleſcentia ſeverioribus diſciplinis admotus, in Philoſophicis, Theologis, ac Mathematicis ſcientiis ita eminuit, ut magna cū omnium admiratione doctrinâ cumulatus effulſerit. Iurisprudentiæ ſtudia amplexus, Doctoris lauream aſſecutus eſt: & ob ſingulares ſcientiarū, ingeniique partes, ad præcipua dignitatū culmina inclytum virum certò extollendum putabant omnes: at inconſtantis fortunæ fluctibus variè jactatus, conceptam ſpem eludere viſus eſt. Amœnioribus literis, & eruditione exornatus inclaruit. Ingenii aciem in poeticis ſtudiis potiſſimùm detexit; innumeros enim argutos, nitidoſque fœtus Latinis, Italicis, Siculiſque numeris alligatos protulit, in quibus acumina, leporeſque mirificè elucent. His ingenii monumentis magnum ſibi nomen comparavit tum in Sicilia, tum in Italia, cujus præcipuas Urbes florente adhuc ætate perluſtravit: ubique etenim Literatorum æſtimationem promeruit; præſertim celeberrimi Claudii Achillini: ac Piſis magnum ſui deſiderium reliquit. Latinorum Carminum elegantiâ, ac nitore in admirationem perſæpe traxit Societatis Jeſu Sodales doctiſſimos: ideoque poſt ejus mortem ad omnium beneficium nonnulla ejuſdem Epigrammata evulgare curarunt. Primus omnium fuit, qui vernaculâ linguâ floridam, elatamque concinendi formam amplexus eſt: adeout magnâ omnium aviditate, etiam in Italia, Siculæ ipſius cantiones expeterentur. In Panormitana Reaccenſorum Academia adſcriptus, inter illius ævi præſtantiſſimos

Digitized by Google

literatos eminuit. Cum corporis proceritate, immò, & majestate, egregio nexu animi fortitudinem copulavit, quam digladiatoria arte insigniter exercuit: & strenuissimi viri nomen in Sicilia sibi comparavit; ejusque roboris firmitatem nonnulli probavere eventus. At qui in inimicorum, ac fortunæ oppugnationibus nunquam cessit victus, demum mortis gladio transfixus, Panormi vivere desiit primo Septembris anno 1648. Laudibus exornatur à Iosepho Galeano *in Musis Siculis par.2.tom.2.pag.164. & par.4.pag.285.* & Honorio Dominico Caramella *in Carminibus pag.23.* Prodiere nostri Michaelis post ejus mortem, Hieronymi la Chiana Societatis Jesu operâ:

Epigrammata. Panormi apud Cyrillos 1650. in 8. Horum aliqua reeusa invenies in libro: *Selecta Epigrammata* Panormi apud Hæredes Iacobi Maringi 1656. in 12. Hæc verò pauca fuisse intelliges ex innumeris, quæ elegantissimè scripsit.

Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *par.2.tom.2.* Ibidem apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Iosephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Sacre Siciliane. In Musis Siculis *par.4.* Ibidem apud eumdem Bisagnium 1653. in 12.

Alia scripsit cedro digna, inter ea hæc reponenda; nempè:

Antonii Venetiani Cœlia, & Fabii Balli Alphesibeus latiis carminibus donati.

MICHAEL DE VIO patriâ Panormitanus, genere Hispanus, ex Aragoniæ Regno, Montibusq; Accetanis nobilissimam traxit originem. Parentibus Josepho de Vio, & Dorothea del Yermo Herrera Panormi natus est anno 1650. 21. Februarii. A pueritia bonarum artium studiis strenuam navavit operam; & cùm singulari ingenii alacritate excelleret, septennis in Panormitano Collegio Societatis Jesu humaniorum literarum institutiones aggressus est. Inde Philosophiæ admotus, ejusdem curriculum decimotertio ætatis anno absolvit, non sine omnium admiratione; nam Philosophicas theses in puerili adhuc ætate publicè propugnavit sub Petro Salerno studiorum Præfecto, qui Michaelis ingenium maximè demirari solitus fuit. Civilis postea Juris addictus studiis, & in Messanensi Academia Doctoris laureâ cohonestatus, magnâ sui laudem excitavit. At Jurisprudentiæ facultatem, quam ad sui ornamentum, rerumque suarum utilitatem amplexus est, non exercuit. Mathematicis indè disciplinis, præcipuè Astronomicis, adolescentiæ partè applicuit; quibus linguas addidit Hispanam, & Gallicâ, quas cũ Latina, & Italica perfectè calluit. Amores tamen suos præ omnibus rapuit Etrusca Poesis: ideòque in Panormitana Reaccensorum Academia poeticæ ipsius lucubrationes non sine plausu excepere semper omnes: stylo enim acuminato gravitatem univit; adeout majestatem saperet, à juvenilibus ineptiis abhorrentem. Eruditione claruit, in historiis, oratoria arte, morali Theologia, immò universa re literaria, quæ sæcularem equitem ornare posset, fuit abundè versatus. Plura præclarè gessit munera, in quibus mentis capacissimæ dotes mirificè patefecit. Adhuc juvenis Panormitanæ Urbis Senator electus, talem se præbuit, ut quater ad Senatorias curas redire coactus, communi omnium consensione sese Urbis Patronum, Populi patrem, rerum agendarum oraculum exhibuerit. Urbani Ærarii Præfectus; ad moles maritimus Deputatus, Piorum Operum pluries moderator; ad legationes in publicis Regni comitiis sæpius destinatus; in Tribunalis SS. Inquisitionis Quæstoris munere diu perfunctus; in Proregis aula inter Tribunalium Præsides, Regnique Deputatos; rei monetariæ Consiliarius specialiter adlectus; dubium reliquit semper, an integerrimâ fide, vel singulari prudentiâ majorem sibi promeruerit laudem. Syndicus inde, ac Generalis totius Urbis Procurator constitutus, fuit municipalium legum tutor egregius, Justitiæ propugnaculum, bonarum rerum suasor, malarum censor. Nec unquam implicitæ rerum difficultates ipsius animum terruerunt, quin publicas magis rationes, quàm proprias tueretur. Hinc Marchio de Bedmar Siciliæ Prorex perhonorificè Michaelem coegit, ut primo jam exacto triennio, confirmatus, licèt invitus, ad publicũ bonum Syndici iterum succumberet oneri. Cæterùm, ut reliqua ipsius confundam munera, vir ille fuit, cui ex Hispania Principes viri, ac Magnates, Romana ex Urbe Purpurari Patres bonorum suorum curam, & in Sicilia Ministri Primarii, Quæsitores, Episcopi, ac Proreges magna, ac multa, eaque publica, ac regia negotia persæpè commiserint. Tot inter munera à cupiditatis studio alienus, animi integritatem servavit illibatam, patriæ prospexit utilitati: publicum unicè bonum curavit: ideoque Siciliæ Proreges Michaelem singulari in pretio habuerunt, eique magni momenti negotia commendarunt. His virtutes addidit eximias, charitate enim, pietate, animi constantiâ, morumque suavitate præclarus, in omnium oculis effulsit. Demum in suprema ægritudine insigniter editis virtutum documentis, publico omnium dolore pijssimè decessit Panormi 11. Septembris anno 1707. & in Ecclesia S. Mariæ de Remediis Carmelitarum Excalceatorum sepultus est, cum hac inscriptione.

D. Michaeli de Vio, Exquerra, del Yermo, & Herrera, Paterno, Maternoque genere ex Hispaniis, ibique prænobilis Majoratus Hæredi, ac Domino: Patria Panormi in Urbe pluriès Senatori, Urbani, pijque Ærarii Moderatori, ad sacras curas, molesque maritimas Deputato, atque nunc iterùm Syndico celeberrimo: in Tribunali Fidei à secretis. in Comitiis Regni sæpè Legato: Proregum in Aula Rei Monetariæ Consiliario adlecto, atque per omnia Viro Patritio, de bono publico optimè merito, Pijssimo, Integerrimo, summi consilii, & universa literaturæ insigni decore præclarissimo, und hìc cum Patre, suaque Familiæ reliquis consepulto, Monumentum

hoc

hoc, & suo, & Filiorum nomine posuit ejus amantissima, æquè ac dilectissima conjux D. Maria de Monroy, Perollo, Gisulfo, & Colnago ex Marchionibus Garsigliani, & Ducibus Ossadæ.

Obiit pretiosâ verè Justorum morte apud Deum, & homines meritis plenus, suæque Deiparæ animam tradidit, ipsâ, sicut in votis habuit, Mariæ nomine festiva die, & Octava S. Rosaliæ, cujus cultum sedulus promoverat Deputatus, XI. Septembris sub Horam XXI. *Anno* M. DCC. VII. *suæque ætatis post LVII. annum mense septimo, ab omni vitæ laudabilis opere requievit.*

Edidit Italicè

Il Mare in festa per la solennità della Vergine S. Rosalia celebrata nell'anno 1687. Panormi apud Thomam Romulum 1688. in 8.

Il sogno d'Oreto Dialogo. Ibidem apud Petrum de Isola 1687. in 4.

L'Abigaille figura di Maria Vergine Avvocata de'Peccatori Dialogo. Ibidem apud D.Cellenium Esperium 1684. in 4.

Prologo all'Anarchia dell'Imperio Dramma per musica di Giuseppe Vollaro. Ibidem apud Anglesem,& Varesem 1690. in 12. Aliæ etiam id generis lucubrationes musicis numeris donatæ circumferuntur. Præterea magnam Italicarum Odarum, & aliorum carminum copiam prælo paraverat.

Antequam extrema clausisset ingens volumen edere aggressus, post ejus mortem hoc titulo prodiit, nempè:

Felicis, & Fidelissimæ Urbis Panormitanæ selecta aliquot ad Civitatis Decus, & commodum spectantia Privilegia per instrumenta varia Siciliæ à Regibus, sive Proregibus collata, S. P. Q. P. authoritate, & sumptibus edita, & in unum hoc congesta volumen, atque quadruplici, novoque Indice locupletata operâ D.Michaelis de Vio ejusdem Urbis pluries Senatoris,atque núc iterum Syndici,& Generalis Procuratoris. Panormi in Palatio Senatorio per Dominicum Cortese 1706. in fol.

MODESTUS GAMBACURTA Panormitanus, Jurisconsultus æquè celeberrimus, ac doctissimus. Natus ex Florio Gambacurta, & Adriana Lucchisi, Jurisprudentiæ studiis dicatus, cùm Doctoris lauream accepisset, doctrinâ ampliſſimè cumulatus effulsit. Inter primarios causarum patronos eminuit, & in omnibus Siciliæ subsellijs Judicem egit satis egregium: inde à Rationibus Magister in Regii Patrimonii Senatu constitutus, sui æstimationem apud omnes obtinuit. At majora promeritus, Tribunalis Conciſtorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Præses electus; paucis elapsis annis etiam Regii Patrimonii Præses ab anno 1593. deligitur. In utroque Foro Præsidis dignitate insignitus per annos viginti septem, summa cum suæ doctrinæ,ac integritatis laude sedit:& aliquando vir eximius multarum rerum capacissimus,conjunctim utrique Tribunali præfuit, ac singularem prudentiam in rebus sapienter pertractandis patefecit. Anno 1602. in Hispaniam accersitus ut Regentis munere Supremum Italiæ Consilium illustraret, & gravioribus rerum negotiis adhiberetur, illic à cumulatissima doctrina, & eximia prudentia laudatus, haud vulgarem sibi laudem comparavit.In Siciliam aliquot post annos cum eadem dignitatem Presidis Patrimonii Regii remeavit, in quo morum integritate, ac virtutũ gloriâ conspicuus in omnium oculis mirificè eluxit. Spatarii primùm Baro, inde emptionis jure oppido Mottæ de fermo adepto, pro eodẽ Marchionis titulum obtinuit ex privilegio 2. Junii 1607. Demum condito testamento apud tabulas Josephi Toscani Notarii Panormitani 11. Octobris anno 1610.hæredem instituit suũ, Marium Gãbacurtam filium, ac post ejus mortem sine liberis Montem Pietatis Panormi piissimè substituit, ut omnes Boroniæ, & Marchionatus proventus in puellarum orphanarum dotem erogarent: quòd ita contigisse, ut decreverat,compertum est. Obiit Panormi 30.Novembris anno 1610. & in sacello S. Mariæ Lauretanæ in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Minorum Observantium sepultus,marmoreo tumulo conditus jacet: ubi ejus effigies marmori insculpta spectatur cum hoc epitaphio.

D. O. M.

D.Modestus Gambacurta vivens sibi, & Aleonoræ amantiss.ac satis B.M. conjugi P. Ob. nonis Augusti M.D.LXXXVII. Hic verò cùm in S. R. Consilii muneribus ferè omnibus, & præcipuè ann. XXVII. Patrimonii Regii, ac S. Conscientiæ Tribunalibus Præsidens,etiam conjunctim, singulari prudentiâ decoratus, postmodum in Supremo Italiæ Consilio Regens Philippo II. & Philippo III. RR. DD. NN. potentissimis servivisset, inde cùm eodem Regentis munere, interventu, ac voto in omnibus Consiliis, ad Patriam reversus, tituloque Marchionis illustratus, post LIII. annorum præclara,& continuata servitia, migravit in Cœlum prid. Kal. Decembris M.DC.X.

De eo Augustinus Inveges *in appar. Panormi Nobilis pag.* 73. Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib.3.cap. 5.pag.* 120. Garsias Mastrillus *de Magistratib.lib. 1.cap.21.n.80.* Vincentius Ferrarottus *de Officio Stratic. disc. 2. pag.* 7. Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. pag.*126. Vincentius Auria *in histor. Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 299. 300. *&* 302. Philadelphus Mugnòs *in Theatr. Geneolog. par. 1. pag.* 373. Nicolaus Toppius *de origine Tribunalium par. 3. pag.* 162. *&* 169. qui prius Modestum, inde Michaelem vocat; & Rocchus Gambacurta ejus frater *in Foro Christiano par. 3. cap.* 10.*pag.* 194.*& cap.*53 *pag.* 329. Multa Modestus scripsit, at solùm ipsius extant:

Consilia duo. In selectis Consiliis collectis, & editis à Petro Luna. Panormi apud Erasmum de Simeone 1627. in fol.

Italicè

Discorso al Conte d'Olivares Vicerè, e Capitan Generale di Sicilia sopra la Residenza alternativa della Corte in Palermo, e Messina. In libro cui titulus: *Memoriale della Deputatione del Regno di Sicilia, e della Città di Palermo intorno alla divisione di quel Regno, tradotto da D.Francesco Paruta.* Pa-

per-

Digitized by Google

normi apud Alphonſum de Iſola 1630. in fol. Marius Muta nonnullas citat Modeſti Allegationes, nempè *in Capit. Regni Siciliæ tom. 1. cap. 23. n. 12. & cap. 33. n. 11. & 143. & in Conſuetud. Panor. cap. 38. n. 56.* citat

Allegationes pro Matthæo Moleti. Idem *tom. 1. cit. cap. 33. n. 210.* citat

Allegationes Ferulæ. Idem *tom. 4. cap. 133. num. 20.*

Allegationes pro Pantaleone Cinigo contra Joannem Andream de Baldis. Tandem *tom. 4. cap. 118. n. 4.* ab eodem citatur

Paraphraſis ad Petrum de Gregorio quæſt. 41. Judic. cauſarum feudalium.

MODESTUS A SS. SACRAMENTO Panormitanus Ordinis Auguſtinianorum Excalceatorum Cõgregationis Italiæ, natus anno 1608. ad cœnobiticum inſtitutũ acceſſit anno 1623. Virtutum omnium ornamento conſpicuus floruit: præſertim regularis diſciplinæ zelo impensè æſtuavit; omnium ipſe exactiſſimæ obſervantiæ exemplar. Orator eximius in cinerali jejunio per plures annos conciones habuit magno cum animarum fructu. Ad nonnulla Ordinis munera meritis plenus evectus eſt: utrumque Cœnobium Panormitanum S. Nicolai Tolentinatis, & S. Gregorij Prioris officio pluries gubernavit. Generalem Definitorem, & Commiſſarium etiam Generalem egit; aliiſque fuit cohoneſtatus honoribus, quibus virtutis, & prudentiæ laudem promeruit. Tandem dum prædictum S. Nicolai Cœnobium moderabatur, vivere deſijt Panormi 8. Julij 1658. & in æſtimationis argumentum ejus effigies ære inciſa eſt, cum hac inſcriptione.

R. P. Modeſtus à SS. Sacramento Auguſtinianus Excalceatus Congregationis Italiæ, virtutibus inſignitus, ſed regularis obſervantiæ zelo præcipuus: poſtea in Religione Primo Definitore, in Comitijs Generalibus cauſarum Judice, Commiſſario Generali, ac non paucis alijs perfunctus muneribus. Obijt Panormi Cœnobij Majoris Prior, anno ſalutis 1658. 8. *Julij, ætatis ſuæ* 50. *ac Religionis* 34.

De eo Joannes Bartholomæus à S. Claudia *in luſtris hiſtor. Auguſt. Excalceat. luſtr. 6. n.* 108. *pag.* 124. *& luſtr.* 11. *n.* 1. *pag.* 369. Edidit Italicè

Brieve Relazione degl'atroci tormenti, e crudele morte patiti dal ben'avventurato F. Alippio di S. Giuſeppe Chierico Profeſſo de' Frati Scalzi di S. Agoſtino della Congregatione d'Italia, nativo della Città di Palermo, in deteſtazione della falſa, & iniqua ſetta di Maometto, & in teſtimonianza del la Santa Fede di Gesù Criſto in Tripoli di Barbaria à 17. *Febrajo* 1645. Venetijs apud Babam, & Juntas 1646. in 8.

MOESON inter Siculos Poetas à Joanne Vigintimillio recenſetur *in Tabula Siculorum Poetarum*, edita in ſuo Poetarum Bucolicorum libro. Hunc autem Mœſonẽ illum fuiſſe puto Siculum Mægarenſem, qui teſte Athanæo *lib.* 14. *cap.* 22. *pag.* 659. hiſtrionicæ arti dicatus, Perſonam adinvenit, Mœſonam ab ipſo vocatam apud Græcos. Servi etiam, ac Coqui perſonam in comicas ſcenas omnium primus introduxit: ideoque à Clariſs. Vincentio Auria inter Siculos Inventores relatus *in Sicilia Inventrice cap.* 10. §. 5. *pag.* 44. Ad hujus opinionis firmitatem alios adduxi Auctores *in meis obſervationibus ad Siciliam Inventricem pag.* 162. id ipſum enim tradunt Julius Cæſar Scaliger *in Poetica lib. 1. cap. 13. pag.* 51. Cœlius Rhodiginus *lect. antiq. lib. 6. cap. 17. pag.* 411. & Eraſmus *in Adag. chil. 4. cent. 7. pag.* 1041. De Servi, & Coqui perſona hoc etiam ſcribit Alexander Sardus *de rerum inventor. lib. 1. pag.* 44. & de ſolo Servo Andreas Perruccius *in Arte Repræſent. part. 2. reg. 8. pag.* 283. Hinc Sales, ac Scommata à perſonatis prolata Mœſoniaca vocabantur, ex Rhodigino citato. A Mœſone etiam Mœſoniaca dicteria in proverbium abiere, ut ait Eraſmus *cit. pag.* 1042. Peritiſſimus pariter Coquus Urbanus, Mœſona, veteres dixere; Peregrinum verò, & Inurbanum, Fettiga, ideſt Cicadam, ut habent citati Eraſmus, & Rhodiginus. Mœſonem hunc, Poetam illum à Vigintimillio allatum eſſe, pro certo habeo, Comicum enim vocat Feſtus apud Scaligerum citatum. Multa poetica ſcripſit: at qui fuerint lucubrationum tituli, quove claruerit ævo incompertum eſt.

MONACHI SICULI, ex Octavio Caetano *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag.* 106. *& in Iſagog. ad hiſt. Siculam cap.* 42. *pag.* 352. ſcripſere Græcè

Epiſtolas ad S. Maximum.

MONACHI SICULI Ordinis S. Benedicti Congregationis Siculæ, *quatuor ſcripſere epiſtolas*, ex Arnaldo Wion *in ligno Vitæ lib. 2. cap. 72. pag.* 442. editas in fine Chronicæ Caſinenſis Leonis Hoſtienſis. Venetijs 1513. nempè:

Ad S. P. Benedictum. extat *pag.* 198.

Ad Patres Caſinenſes. pag. 208.

Ad Apollinarem Abbatem Caſinenſem. p. 209.

Ad Leonem Abbatem Caſinenſem pag. 210.

Habes, & aliam

Ad Vitalianum Ponteficem. Hanc ex Leone Hoſtienſi exſcripſit Baronius *tom. 8. ann.* 669. *pag.* 416. & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Meſſan. pag.* 292.

MONYMUS Syracuſanus magni nominis Philoſophus, humili loco natus, Menſarij cujuſdam Corinthij famulus fuit, ex Laertio *lib. 6. in vita Monymi*: non ejuſdem Menſarij filius, ut Raviſio Textori *in officina tit. 6. de literarũ, & literatorũ amantiſſimis*, citato Laertio, placet. In errorem etiam lapſum cognoſcimus Conſtantinum Laſcarem, apud Maurolycum *in hiſt. Siciliæ lib. 1. pag.* 20. & Bonfilium *in hiſt. Sicil. par. 1. lib. 1. pag.* 28. ut etiam Goltzium *in hiſt. Siciliæ poſter. pag.* 86. qui Diogenis Cynici filium fuiſſe Monymum tradidere, cùm non filium, ſed Diogenis diſcipulum extitiſſe ex Laertio citato, Geſnero *in Biblioth. pag.* 612. alijſque habeamus. At non Laſcarem, ſed Maurolycum potius erraſſe ſuſpicor; Laſcaris enim apud Chriſtophorum Eſcobar *de rebus Syracuſanis pag.* 14. Diogenis

Digitized by Google

discipulum fuisse scribit. Ex servo Philosophus evasit; nam cùm Diogenis laudes à Xeniade, qui Diogenem emerat, sæpè audiret, ipsius amore æstuavit: ideoque simulatâ insaniâ, Mensarij pecuniam dispersit. Hinc à Domino expulsus, Diogeni adhæsit, ac eodem præceptore Philosophiæ operam dedit, & Cynici nomen sibi comparavit. Cratem etiam Philosophum audivit, aliosque Cynicos sectatus est. Doctrinâ, & eloquentiâ cumulatus claruit; ac eâ morum gravitate, & animi constantiâ eminuit, ut contẽptâ gloriâ solam veritatẽ adamaverit. Laertius, qui Monymi vitam *lib.6.* scripsit, Menandri Comici carmina in ejus laudem exscribit, ex Comœdia, quæ Hippocomus inscribitur. Stobæus *ser.233.p.769.* ait: Monymum divitias Fortunæ vomitum vocasse. Extant epistolæ quatuor Diogenis ad Monymum, interprete Francisco Aretino, quas cum Phalaridis, aliorumque epistolis edidit Basileæ Joannes Oporinus anno 1554. Floruit Monymus non longè ab olymp. 113. ait enim Laertius *in vita Diogenis*, quòd Diogenes Monymi Præceptor eâ olympiade decurrente senio confectus vivebat. Ludovicus Morerius *in diction. tom.2.pag.623.* olymp.109. ante christianam æram 344. vixisse tradit. Præter allatos Auctores, consule etiam Bonannum *Syrac. Illustr. lib. 2. pag. 350.* Carolum Stephanum *in dict. pag. 1378.* Leonardum Cozzandum *de magisterio antiq; Philosoph. lib.3. cap. 1. pag. 192. & 193.* & Vossium *de Philosophorum sectis cap. 17. §. 5.pag. 94.* Scripsit ex Laertio, & Gesnero citatis

Ludrica sententijs serijs permixta.
De appetitionibus libros duos.
Exhortatorium.

Ex Clemente Alexandrino *in protreptico*, multa memoratu digna colligere studuit: ideoque Bonannus citatus Gentianum Heruetum redarguit, qui Clementem expendens ait, apud neminem Monymi Scriptoris memoriâ extare. Goltzius, & Lascaris *cit.* testantur, quòd elgantissimè, & copiosissimè *multa scripsit in Philosophia.*

MOSCHION Syracusanus, à Constantino Lascare apud Maurolycum *in hist. Siciliæ pag. 20.* & Bonnlio *in hist. Siciliæ par. 1. lib.1.pag.28.* Goltzio *in hist. post. Siciliæ pag. 89.* & Aug. Inveges *in appar. ad Annal. Siculos pag. 41.* perperàm cum Moscho Poeta Syracusano confusus: quod advertunt Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.2. pag. 294.* & Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis cap.47.pag.418.* & 420. Scripsit

Librum de admiranda Hieronis Syracusani Regis Nave, ex Athenæo *lib. 5. cap. 9. pag.206.* & Fabio Vigile apud Maurolycum *cit.pag. 23.* Ex ejus libro, quo vixerit ævo Moschion satis liquet, nempè sub Hierone II. Syracusarum Rege, qui olymp.135. claruit.

MOSCHUS Syracusanus Poeta Bucholicus celeberrimus, Aristarchi discipulus, ex Pomponio Gaurico *de lege Poetica p. 42.* Fazello *de rebus Siculis dec. 1. lib. 4.cap. 1.pag. 102.* Joanne Vigintimillio *in Poetis Siculis Bucholicis cap.47. pag. 416.* Leonardo Cozzando *de Magist. Antiq: Philosoph. lib.3.cap.3. pag.207.* & Petro Angelo Spera *de nobil. Professor. Gramm. lib. 4.pag. 290.* Hujusce familiarem fuisse tradit Suidas *tom.2.pag. mihi 180.* Gyraldus *de Poetar. histor. dial. 3. pag. 111.* & Volaterrano *anthrop.lib. 17. pag. 243.* nempè Aristarchi magni nominis Grammatici, qui Alexandriæ floruit, ubi publicè docuit; à Gyraldo cit. Jacobo Gaddo *de script. tom. 2. pag. 38.* & Vigintimillio *cit. pag. 417. & 418.* Grammaticorum Princeps vocatus. Aristarcho duce Moschus inter peritissimos Grammaticos claruit, ex Svida, Volaterrano, Fazello, alijsque: ac forsan Grammatices præcepta Syracusis publicè docuit, magnumq; sibi nomen comparavit, ut Vigintimillio *cit.* placet *pag. 418.* Bucholicæ Poesi etiam operam dedit; & discipulus fuit Bionis Poetæ Siculi, ut ipsemet Moschus ait *in Bionis epitaphio.* At non audiendus Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib. 2. pag. 294.* qui Theocriti discipulum putavit Moschum; perperam enim credidit, Moschum in memorato epitaphio Theocriti mortem deplorasse. Constantini Lascaris etiam apud Maurolycum, & Bonfilium, Goltzij, & Invegij lapsum notandum, qui Moschum, cum Moschione confundunt, ut supra in Moschione innui. Fuit Moschus secundus Poeta, qui post Theocritum Bucholica scripsit, ex Svida, Volaterrano, & Josia Simlero *in epit. Biblioth. Gesneri pag. 133.* Secundus nempè non juxta temporis rationem, sed ob carminis excellantiam; etenim post Theocritum, & ante Moschum Bion Poeta claruit, ut ex Bionis notitijs liquidò patet: quod etiam advertit Vigintimillius *cit. pag.416.* & 417. Ideoque in errorem lapsus est Joannes Ant. Viperanus *de Poetica lib.3.cap. 7.pag. 143.* ait enim, Moschum omnium primum bucolico carmine scripsisse, à Theocrito longo intervallo secutum. Hunc Viperani errorem notavit Bonannus *cit. pag. 294.* & Vigintimillius *cit. pag. 418.* Floruit sub Ptolomæo Philopatore olymp. 156. ac paulò post; nam ea tempestate Aristarchus vixit, teste Eusebio *in chron. pag. mihi 138.* Eodem tempore effulsisse tradunt Patritius *in Poetica decad. hist. lib.1.pag.121.* & Joannes Crispinus *in præfat. ad Moschum.* At olymp. 155. vixisse putat Vossius *de Poetis cap. 8. pag. 67.* ante Christi Domini Nativitatem ann. 156. Idcirco Bonannum meritò redarguit Vigintimillius *cit. pag. 417.* ait enim Bonannus *cit.pag.294.* quòd olymp.140. celebris vixit, ante Domini Adventum an.210. sub Hierone II. Syracusarum Rege. Scripsit Moschus Græcè

Idyllia. Prodiere cum Poetis Lyricis, ex Bibliotheca Fulvij Ursini Græcè, & Latino carmine expressa à Laurentio Gambara. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1568. in 8. Græcè, & Latinè ex eadem Officina 1569. in 16. Pindaro subjuncta. Bonaventura Vulcanius Bionis, & Moschi Idyllia latino carmine alligavit, scholijsque illustravit ex Hieronymo Ghilino *in*

Theo-

Digitized by Google

Theatro literat. par. 2. pag. 48. & Laurentio Craſſo *de Poetis Græcis pag. 92.* ediditque Antuerpiæ ex laudata Officina in 16. ut ab ejuſdem Officinæ *indice pag. 60. & 71.* didici. Extant etiã inter Poetas Græcos per Stephanum editos. Græc. Lat. cum notis Danielis Heinſij, Joſephi Scaligeri, & Iſaachi Caſauboni. Heidel. ex Bibliopolio Camellino 1604. in 4. In libro etiam: *Poetæ Græci Veteres carminis heroici ex editione Jacobi Lectij.* Aureliæ Allobrogum 1606. in fol. Edita etiã ſunt operâ Joannis Criſpini cum Bionis Idyllijs 1570. & iterum cum Heſiodo, Theocrito, alijſque; additis notis ejuſdem Criſpini. Coloniæ Allobrogum 1612. in 16. Anglicè etiam cum Bione edidit Thomas Stanlejus. Londini 1651. ex celeberrimis Actis Eruditorum Lipſiæ *an.* 1702. *menſ. Jan. pag. 46.* Prodiere etiam unà cum Bionis Idyllijs Gallicè cum notis. Pariſijs apud Petrum Aubovinum 1686. in 12. ex Actis laudatis *in ſupplem. tom. 1. ſect. 2. pag. 99.* Jacobus Pomerius edidit: Exercitationes in optimos ferè Auctores Græcos. Lug. Bat. 1668. in his aliqua de Moſchi Idyllijs ſcripſit. De his Moſchi Idyllijs aliqua breviter adnotare operæ pretium duxi: horum primum eſt:

Amor Fugitivus, à Criſpino adducitur, & extat etiam *in Florilegio Epigrammatum Græcorum lib. 1. cap. 27. Epig. 9.* in Poetis Heroicis Lectij *pag. 605.* Apud Joannem Stobæum *ſer. 184. pag. 615.* Heobano Heſſeo interprete. Angelus Politianus latino carmine donavit, & Antonio Zeno miſit, ut ex ejus Epiſtolis *lib. 7.* patet. Ideoque Gaſpar Bartius *adverſ. lib. 48. cap. 1.* Bonaventuram Vulcanium redarguit, qui de hujus verſionis auctore dubitavit. A Baptiſta Varino etiam verſum tradit Gyraldus *de Poetar. hiſt. Dial. 3. pag. 111.*

Amor Arator, à Criſpino, alijſque allatum, ipſum vertit Politianus, ediditque in ſuis Epigrammatibus. Baſileæ 1553. *pag. 608.* extat, in delicijs Poetarum Italorum *par. 2. pag. 352.* & in Florilegio Epigrammatum Græcorum *lib. 4. cap. 12. Epig. 49.*

Epitaphium Bionis, in morte Bionis Poetæ Siculi, ab Andrea Divo, & Joanne Trimanino Theocriti traductoribus, & à Julio Cæſare Scaligero *in Poetica lib. 5. cap. 5. pag. 629.* perperàm Theocrito Syracuſano adſcriptum; multi enim noſtri Moſchi fœtum tradidere, inter quos Joſephus Scaliger *in emend. Theocr. p. 17.* Franciſcus Patritius *in Poet. dec ad. hiſt. lib. 1. pag. 121.* Chiremannus *de funerib. Romanor. lib. 1. cap. 17. pag. 247.* Bartius *adverſ. lib. 34. cap. 10.* Criſpinus *in adnot. ad hoc idyllium*, Heobanus *in tit. idyll. 19.* quos ſequuntur Vigintimillius *cit. pag. 423.* & editiones magis caſtigatæ. Advertendum etiam quòd in editionibus Lectij, & Camellini aliqua hujuſce idyllij carmina deſiderantur, quæ poſtea adinventa, & addita ſunt, ut habemus ex Joſepho Scaligero *in emend. ad Moſchum idyll. 3.*

Magara Herculis uxor, Habetur apud Criſpinum, & Lectium *cit. pag. 610.*

Europa. A Guilelmo Cantero *novar. lect. lib. 4. cap. 15.* Udeno Niſielo *vol. 3. prog. 73.* Andrea Divo *idyll. 20.* Elio Heobano *idyll. 20.* Jo. Criſpino, & Iſaaco Caſaubono *in lect. Theocr. cap. 22.* Vigintimillio *cit. pag. 336.* & Mirabella *Syrac. antiq. pag. 112.* Theocrito Syracuſano donatur. Attamen Bonannus *Syrac. Illuſtr. lib. 2. pag. 291.* Gyraldus *dial. 3. de Poet. hiſt. pag. 111.* Simlerus *in epit. Biblioth. Geſneri pag. 133:* Patritius *in Poet. cit. lib. 1. pag. 121.* & editiones Lectij, & Camellini, Moſcho adſcribunt. Bartius verò, qui eclogam divinam vocat, *lib. 34. adver. cap. 4.* vel à Theocrito, vel à Moſcho editum ſcribit.

Epithalamium Helenæ. Ab eodem Bartio *lib. 1. cap. 8.* dubiè Theocrito, vel Moſcho adſcriptum, illudque diviniſſimum putat. At comuniter Theocrito datum.

Moſchi etiam fragmenta nonnulla extant apud Criſpinum, Lectium, & Stobæum: horum unum à Stobæo allatum eſt *ſer. 225. de navigatione pag. mihi 744.* A Criſpino quarto loco, à Lectio primo loco collocatum. Idem Stobæus *ſer. 184. de Venere pag. 612.* aliud adducit fragmentum à Criſpino, & Lectio *p. 612.* ſexto loco allatum. Stobæus etiam *ſer. 185. de Vitupepério Veneris p. 624.* aliud fragmentum refert de Alphæo flumine, quod etiam Criſpinus, & Lectius exhibent. Demum fragmentum protulit aliud Lectius *p. 612.*

Præter Idyllia ſcripſit Moſchus

Expoſitionem Rhodiorum Vocabulorum. Hoc opus ab Athenæo *lib. 11. cap. 10. p. 485.* citatum invenies; ac noſtri Moſchi fœtum eſſe ſcribit Vigintimillius *cit. pag. 419.* qui eruditè opinatur, operis ingentis partem fuiſſe, in qua de alijs Nationum vocabulis pertractabat.

De Machinis. ex Athenæo *cit. lib. 14. cap. 8. p. 634.* qui hujuſce operis librum quintum citat; incertum verò, an opus grammaticum, hiſtoricum, an mathematicum, ut ait Vigintimillius *cit. p. 419. & 420.* hic verò eruditè omnia Moſchi monumenta colligere curavit; ut etiam Laurentius Craſsus *de Poetis Græcis p. 351. & 352.* Bonannus cit. alijque allati. Daniel Heinſius Bionem, & Moſchum nectareos fratres vocat. Gyraldus tandem plura ſcripſiſſe innuit; ait enim, Moſchi Bucolica temporum injuriã periere.

MOSCHUS. De alio Moſcho Siculo Agrigentino meminit Sylvagius *de tribus Peregrinis cap. 46. p. 171.* qui Oratorem, & Gorgiæ diſcipulum fuiſſe ait, at quæ ſcripſerit latent.

MYTHÆCUS Syracuſanus, à Julio Polluce *lib. 6. cap. 10. Onomaſt.* Miſthæcus dictus, & à Joſepho Bon filio *in hiſt. Sicil. p. 1. lib. 1. p. 31.* Miſeſsus. Fuit Grammaticus, Poeta, Sophiſta, & Cocus celebris: & ut ex Maximo Tyrio *ſer. 7.* habemus, non ita doctus, ut celebris apud Græcos, ob peritiam in condiendis cibis. At cùm Spartam attigiſſet, ab illius urbis Magiſtratu expulſus eſt, ne ciborum lenocinio civium mos

Digitized by Google

res defœdaſſet; ſed cùm aliò perveniſſet, apud cæteros Græcos magnâ æſtimatione proſequutus eſt; ideoque clarius Mythæci nomen à cibis condiendis effulſit, quàm Phidiæ à ſtatuarum ſtudio. Extat apud Manutium *in adagijs pag.* 1985. & apud Hadrianum Junium *in adagijs*, Proverbium illud: *Mythæcus cum ſit, Agamemnonem ſimulat*; quòd in illum dicitur, qui ingentes jactat opes, cùm inopiâ ſit nimiùm preſſus: aut in indoctum, qui eruditum ſe populo venditat; adducitq; Manutius exemplum ex Themiſthio *orat.* 1. Claruit Bonanno teſte, *in Syrac. Illuſtr. lib. 2. pag.* 337. olymp. 90. ideſt, ante Chriſti Domini Adventum ann. 416. De Mythæco etiam Svidas *in dict.* Cœlius Rhodiginus *lect. antiq; lib.* 13. *cap.* 25. Morerius *in dict. tom. 2. pag.* 607. & Petrus Angelus Spera *de nobil. Prof. Gramm. lib.* 4. *pag.* 348. Scripſit ex Platone *in Gorgia pag.* 254. Manutio, Bonanno, aliiſque.

De Siculorum Arte Coquinaria: hujus operis extat Fragmentum apud Athenæum *lib.* 7. *cap.* 7. *pag.* 282. hoc modo: *in opſartytico ſuo Mithæcus.* Ab eodem etiam adducitur *lib.* 3. *cap.* 29. *pag.* 112. *lib.* 7. *cap.* 21. *pag.* 325. *& lib.* 12. *cap.* 3. *pag.* 516. Scripſit etiam ex Bonanno:

De Venatione, aliaque, at ex Spera citato: *de Canibus, & Venatione*:

N



ATALIS DE AMICO Mylenſis, vir nobilitate, & doctrinâ clarus. Patrem habuit, Joſephum de Amico, qui pluries Ducis, ac Jurati, ut vocant, munere patriam rexit. Lucis uſuram accepit 25. Decembris anno 1653. literiſque addictus, utriuſque laureâ inſignitus eſt. Doctrinâ haud exiguâ excultus per annos duodecim Judicem egit in varijs patriæ ſuæ Foris. Quatriennio claruit Ordinarius Conſultor apud illius Urbis Gubernatorem. Fuit etiam & Conſultor ab anno 1692. in foro Regij Caſtri ejuſdem Urbis; aliorumque munerum ſplendore ornatus effulſit. Ad animi oblectamentum amœniores coluit literas: Etruſcas præſertim Muſas ſummè dilexit, & non ſine laude multa protulit. Vivit vir eximius apud ſuos emeritâ æſtimatione proſequutus. Edidit Italicè

Le Diſperazioni Fortunate, overo le Finte Morti. Tragi-Comedia. Meſſanæ apud Vincentium de Amico 1688. in 12.

Scripſit etiam, ſed non edidit:

Il Tradimento Superato. Opera Tragi-Comica. Pluries cum plauſu, & Nobilium concurſu audita.

Dialoghi. Poeſie Liriche.

NATALIS DONADEUS ex Oppido Alcariæ Vallis Nemorum; Philoſophiæ, & Medicinæ doctor egregius: Poeta etiam clariſsimus, nitidâ, diviteque venâ nimiùm dives. Effloruit anno 1615. Ipſum laudat Antonius Joſephus Maria Surdus in libro: *Le Vittorie della Penitenza cap.* 14. §. 4. *pag.* 125. Publicæ luci tradidit latio carmine:

De Bello Chriſti, operis ad Chriſtianam pietatem, moreſque Adoleſcentium in Scholis religioſiſſimè informandos maximè ſaluberrimi libros duodecim. Meſſanæ typis Petri Breæ 1614. in 4. & Venetijs 1616. in 4. ex Bibliotheca Claſſica Georgij Draudij *pag.* 37.

NATALIS SCHITTINUS Panormitanus Sacerdos, vir doctrinâ ornatiſſimus. Emenſis Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ ſpatijs, Jurisprudentiæ operam dedit: & earumdem facultatum lauream obtinuit, in quibus verſatiſſimus fuit. Doctrinæ, & eruditionis gloriâ clarus Hiſpaniam petijt: ibique à Philippo III. Catholico Rege perbenignè exceptus, inter Regij Sacelli Capellanos adſcriptus eſt; ac paulò poſt, perſpectis eximij viri promeritis, Panormitanæ Eccleſiæ Canonicus renunciatus, in patriam remeavit. Summam æſtimationem, ac non vulgarè ingenij, doctrinæque laudem adeptus, vivere deſijt Panormi 25. Octobris 1615. & in Cathedrali Eccleſia ſepultus eſt. Extat ejus memoria apud Ab. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Panor. pag.* 210. Poſt ejus mortem prodijt

Tractatum de Jure, & Juſtitia, complectentem omnes leges divinas, & humanas, nec non Diſputationes de Juſtitia diſtributiva, & de opinionibus ſequendis in quacumque re ad Rempublicam feliciter regendam, & gubernandam valdè utiles. Matriti ex typographia Regia 1617. in 4.

NATALITIUS ADONIUS. vide Joſephus de Voglia *tom.* 1. *pag.* 408.

NATALITIUS BUSCELLUS Panormitanus, Serravallis Baro, Muſas latinas, Etruſcas, Siculas inſigniter coluit, quibus ingenium patefecit eximium. Ingentem promeruit plauſum; in Siculis enim cantionibus concinnandis, ſolertiſsimum Antonij Venetiani, Siculæ Poeſis Principis, ſeſe imitatorem detexit. Senatoris munere Patriam gubernavit annis 1586. 1593. & 1594. Laudatur à Rocco Gambaturta in Foro Chriſtiano *par.* 3. *cap.* 10. *pag.* 194. ubi nonnulla ipſius Natalitij carmina latina ex-

Digitized by Google

exhibet, edita in nuptijs inter ipsum, & Antoniam, Modesti Gambacurtæ à Regijs Rationibus Magistri filiam, celebratis. Commendatur etiam à Philadelpho Mugnòs *tom. 1. Theatri Genolog. pag.* 170. & Josepho Galeano *in Musis Siculis par. 1. pag.* 199. Extant nostri Natalitij vernaculâ linguâ.

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portanovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12. ut etiam in libro inscripto: *Raccolta di Canzoni Siciliane di diversi buoni Autori.* Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1638. in 12. *à pag.* 29. *&* 34.

NATALITIUS MONTESANUS Syracusanus Sacerdos, Poeta facili, ac uberrimâ venâ dotatus: in carminibus pangendis ne dum leporis, verùm etiam gravitatis genere egregiè usus est. Claruit præsertim Neapoli anno 1600. humanioribus literis impensè addictus. De eo Paulus Regius *in epist. ad Carolum Pintum*, apud Petrum Angelum Speram *de N obilitate Profess. Gram. lib. 4. pag.* 290. qui scripsisse ait:

Carmina in obitu D. Ferdinandi de Castro Prorogis Neapolitani. Obijt Ferdinandus Neapoli 19. Octobris ann. 1601. ex Dominico Antonio Parrino *in Theatro Proreg. Neapolit. tom. 2. pag.* 20. Edidit etiam eodem Spera teste:

Alia versu latino.

NATALITIUS MURATORIUS Mœnensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, doctrinâ, & pietate clarus; à morum integritate Panormi haud exiguâ æstimatione prosequutus est. Archiepiscopis Panormitanis gratus, excipiendis Monialium Confessionibus diu adhibitus, nunc sexagenario major, eodem munere laudabiliter fungitur. Edidit Italicè primùm suppressò, inde apposito nomine:

Manuale di Rose in officio del SS. Rosario. Panormi apud Adamum 1694. & apud Josephum Gramignanum 1704. in 12.

L'Eco del Sacro Parnasso in armonioso concerto de' gloriosi titoli dati da' Santi Padri all' Altezza della Maestà della Gran Madre di Dio Maria. Ibidem apud Hæredè Josephi Gramignani 1704. in 12.

NICEA v. Hicetas *tom. 1. pag.* 270.

NICETA v. Hicetas *tom. 1. pag.* 270.

NICIAS Syracusanus Orator, Lysiæ celeberrimi Oratoris præceptor; ex Svida *in dict. tom. 2. pag.* 73. & Plutarcho *in vitis decem Rhetorum in Lysia*. Rhetoricæ præcepta Syracusanos docuit, clarus olymp. 87. ante Christi Nativitatem an. 428. Nemo quæ scripserit nobis innuit. Athenæus *lib.* 4. Niciam scriptorem citat: at Jacobus Bonannus *Syrac. Illustr. lib. 2. p.* 310. dubitat, an intelligendum de Nicia Siculo, an verò de alio. Sed apud Athenæum *loc. cit.* Niciam Nicæum in historia Philosophorum legimus, de quo Vossius *de histor. Græcis lib. 3. pag. mihi* 392. ideoque alium à nostro diversum puto. *De oratorijs præceptis* forsan scripsisse melius conijcimus.

NICOLAUS Syracusanus, vir sanè clarissimus, olymp. 91. jam ingenuam senectutem attigerat. Filios habuit duos, quos in bello Atheniensium contra Syracusanos fortiter pugnando amisit. At profligatis horrenda clade Atheniensibus, & inter Syracusanos de captivis hostibus disquisitione institutâ, segestum conscendit, domesticis, ob senectæ imbecillitatem, innixus. At dum ob amissos filios accusaturum captivos sperabant omnes, animi magnitudine exstimulatus, pro captivis disertissimè declamavit, teste Diodoro Siculo lib. 23. Hanc

Orationem pro captivis Atheniensibus exhibet Diodorus *loc. cit.*

NICOLAUS ALBERTUS Panormitanus Sacerdos, vir doctissimus æquè, ac pijssimus. Natus 20. Decembris 1652. à teneris annis ecclesiasticæ militiæ nomen dedit; & præstantissimi ingenij vires literis admovit; ideoque emensis magnâ cum laude studiorum spatijs, Sacræ Theologiæ laureâ in Panormitano Collegio Soc. Jesu insignitus, inter scientissimos claruit. Gravioribus studijs amœniores interposuit literas, quas summè dilexit; & eruditione tum sacra, tum prophana abundè locupletatus, sui opinionem excitavit, Poeticæ præsertim gloriæ amantissimus, cui ab adolescentia fuit minificè addictus, vividissimas ingenij dotes Musis devovit: multaque etrusco carmine alligata protulit, non sine doctiorum admiratione, ac plausu. In Panormitana Reaccensorum Academia, & in Drepanitana, cui nomen à Lima, recensitus, magnâ literatorum benevolentiâ complexus est. Maturiorem ingressus ætatem, sacrarum literarum studio operam dedit, in quo versatissimus fuit: & ut eruditionis fluenta in aliorum beneficium effunderet, libris scribendis sese dicavit, eâ animi contentione, ut morbos contraheret pervicacissimos; eâ pietate, ac doctrinâ, ut his Deo gloriam, sibi venerationem conciliaret: etsi humilitate conspicuus, & humanæ gloriæ contemptor de se demississimè sentiret. Morum integritate, ac virtutum ornamento clarissimus, augustissimum SS. Trinitatis mysterium, SS. Eucharistiam, ac Deiparam Virginem præcipuo cordis affectu percoluit. Multa inculpatæ vitæ exempla reliquit admiranda, quæ viri sanctimoniam confirmarunt. Hoc unum hìc exscribere non gravabor, quòd cùm insigne studium fovisset erga celeberrimam Sor. Mariam Crucifixam à Conceptione, Sanctimonialem Siculam in patrio oppido Palmæ, magnâ sanctitatis opinione defunctam, (de qua jam dictum supra pag. 38.) & animi sui ardorem dum in humanis ageret, ac post mortem multis comprobasset argumentis, eodem die, eademque horâ, quâ illa ad Superos evolavit, noster Nicolaus, Panormi pijssimè decessit 16. Octobris 1707. postquam diuturnâ morborum vi, & acerbissimis doloribus diu pressus, cæteras virtutes patientiâ illustrasset. Corpus in Ecclesia S. Agathæ de Villa, in qua Capellani munus per aliquot annos gesserat, sepultum fuit, non sine bonorum, ac literatorum

Digitized by Google

rum dolore. Ipsius vitæ compendium scripsi, & operi suo posthumo de Paradiso, suppresso meo nomine præfixi. Laudatur à Jo: Andrea Massa *in sua Sicilia par. 1. pag. 132.* Edidit Italicè

Commentarj Sacro-Storici della Vita, dottrina, e Miracoli di Giesù Christo Figlio di Dio, e di Maria sempre Immaculata, ove agitandosi tutte le Controversie, che sopra ciò corrono, si apportano tutte le Notizie necessarie, con la circostanza de' luoghi, e de' tempi, e quanto minutamente appartiene all'esatta cognizione di quello fece, disse, e patì il Redentore, e la sua SS. Madre. Tomo I. e II. Panormi apud Felicem Marinum 1703. in fol.

La Terra de' Viventi scoverta a' Mortali, cioè lo Stato de' Beati in Paradiso, esposto alla curiosità Christiana dalle dottrine de' Santi Padri, Esspositori, e Teologi, con tutte quelle Scritture, ed Istorie Sagre, Rivelazioni, Visioni, ed Apparizioni, che appartengono à questa materia, divisa in due Parti, nella prima si tratta della Beatitudine del Corpo, nella seconda della Beatitudine dell' Anima. Opera Posluma. Ibidem apud Joannem Neapolim 1709. in fol.

Scripsit etiam, sed non edidit:

Compendio de' Commentarj Sacro-Storici della Vita di Christo. m.s. in 4.

Il Decalogo pratticato da Gentili, cioè la legge Christiana professata anche da coloro, che non la conobbero. m.s. in 4.

Selva di Caccia, cioè Selva di varie Erudizioni. m.s. in 4.

Poesie Liriche m. s. in 4. Carminum hoc volumen exigua pars est omnium, quæ scripsit; innumera etenim poetica monumenta protulit; at eorum magna pars igni tradidit.

NICOLAUS ANTONIUS COLOSSUS Messanensis Sacerdos, vir ab humanioribus literis commendatus. Poeticâ gloria clarus enituit; ingenij etenim præstantiam in etruscis, latinisque carminibus pangendis exercuit. Diu Messanæ humanas docuit literas: & Ecclesiæ S. Joānis Baptistæ Florentinorum in eadem Urbe Cappellanum egit. Floruit anno 1610. Ipsum laudant Josephus Bonfilius *in sua Messana lib. 3. pag. 16.* Petrus Carrera *Epigram. lib. 1. pag. 54.* Placidus Reina *in Not. hist. Messanæ par. 2. pag. 530.* & Franciscus Flaccomius *in Ludricis pag. 77. & 89.* Edidit

Rhegyas, seu Turcharum expeditio in Siculú fretum. Messanæ excudebat Petrus Brea 1593. in 8. Italicè

Brieve dichiarazione delle Regole della Grammatica. Venetijs apud Franciscum Zilettum 1585. in 12. Messanæ apud Petrum Breā 1632. in 12. Extant etiam

Argumenta ad Eclogas Petri Carreræ. Editæ sunt in Carminibus ejusdem Carreræ. Venetijs apud Joannem Baptistam Cottam 1613. in 12.

Epistola poetica latina, in libro inscripto: *Ludrica Francisci Flaccomij pag. 81.* Messanæ ex Officina Petri Breæ 1603. in 8.

Brevis descriptio insignium locorum Urbis Panormi carminibus exametris complexa. m. s. in 4. apud me.

NICOLAUS ANTONIUS DE FEDERICIS Mazarensis, Congregationis Oratorij Mazarensis Sacerdos, pietate insignis, antiquitatum studiosus, historicâ eruditione celebris. Claruit anno 1620. Hujus cum laude meminit Ab. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag. 539. & 543.* qui scripsisse testatur vulgari idiomate

Vita de' SS. Vito, Modesto, & Crescentia m.s. quam conservabat U. J. D. Josephus Centorbis Mazarensis, eamq; citat P. Octavius Caetanus *in anim ad. ad tom. 1. SS. Siculor. pag. 68.*

Selinunte Illustrata m.s. in fol. seruabatur ab eodem Centobio, nunc Panormi in refertissima Bibliotheca U.J. D. D. Josephi Fernandez, Tribunalis Regij Patrimonij Præsidis: eamque citat P. Joannes Maria Amatus *in notis ad orationem primam pro studijs Collegij Panormitani n. 58. pag. 50.* & Ab. D. Michael de Judice *in observ. ad Appar. Siculorum Annalium Augustini Invegij pag. 96.*

NICOLAUS ANTONIUS SERINA Mazarensis, Medicus Doctor peritissimus; cujus meminit Pirrus *loc. cit. pag. 544.* ex eo scimus, quòd *Plura de Medicina, & Chirurgia reliquit m.s.*

NICOLAUS ARAGONIA Siculus Jurisconsultus eximius, cujus doctrinā Romana Curia in spexit, ac probavit; anno enim 1529. Sacræ Rotæ Romanæ enituit Auditor clarissimus. Inde Episcopus Bossanensis in Sardinia, hanc insulam doctrinæ lumine illustravit. De eo Joannes Baptista Cantalmajus *in Syntaxi Sacræ Rotæ Romanæ Auditor. p. 17. n. 133. p. 35. n. 102. & pag. 35. & 37.* & Augustinus Fontana *in Biblioth. legali par. 1. pag. 34.* Ex citatis auctoribus extant nostri Nicolai

Decisiones, inter Sacræ Rotæ decisiones.

NICOLAUS ARONICA Calataniscetēsis, Juris utriusque Doctor eximius, inter præcipuos causarū Patronos eminuit. Anno 1675. præsuit in Panormitano Prætorio Judex. Panormi decessit. Edidit

Allegationes in causa possessorij summariissimi Principatus, & Status Campisranci pro D. Stephano Riggio, & Campo. Panormi typis Nicolai Bua 1653. in fol.

Allegationes alias apud Paulum Franciscum Perramutum *in Conflictu Jureconsultorum par. 3. tom. 1. à pag. 92. ad 109.*

NICOLAUS BELLUS Mazarensis, Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis: Divini verbi disertissimus præco, magno cum auditorum plausu conciones quadragesimales habuit Panormi in principe Templo anno 1675. Alibi etiā tum in quadragesimali curriculo, tum etiam per annum, sacræ eloquentiæ lumina concionando laudabiliter effudit. Nonnullis Ordinis sui domibus præfuit, præsertim Romæ, ubi doctrinâ instructissimus Sacræ Congregationis Indicis fuit Consultor. Eâ nominis famâ quâ vixit, vir eximius vivere desijt. Edidit Italicè

Panegirici Sacri. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1669. in 12.

Par-

Digitized by Google

Parte seconda de' Panegirici. Ibidem apud Angelum Barnabò 1672. in 4.

Alius à nostro est Nicolaus Bellus, qui Politicarum dissertationum librum edidit Francofurti 1615. in 8. ex Vincentio Coronello *in Biblioth. tom.* 5. *n.* 2735. *pag.* 883.

NICOLAUS BLASCUS Clusensis, vir humanioribus literis instructissimus; qui Neapoli, Romæ, ac Panormi per annos triginta-quinque, & ultra Grammatices rudimentis adolescentes non sine fructu informavit. Musas etiam coluit præsertim Siculas, ac lepidissima edidit carmina. Vivebat Panormi anno 1605. Evulgavit

De Verborum constructione compositum, cum exceptionibus super singulis quibusq; regulis (quod nemo forsan hactenus fecit) Adjecto de cunctis casibus tractatu. De arte metrica, & de accentibus Italico sermone in calcem addito libello. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1600. in 8. & iterum apud eumdem 1609. in 8.

Italicè

Rime in libro: *Rime di diversi Belli Spiriti della Città di Palermo in morte della Signora Laura Serra, e Frias.* Panormi 1572. in 8.

Edidit etiam vernaculâ linguâ opellas, pluries Panormi, & alibi recusas, nempè:

Il Vecchio innamorato in terza rima Siciliana; Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1646. in 8.

Contrasto di un Vecchio, e una Vecchia, in ottava rima. Messanæ apud Joannem Franciscum Blancum 1621. in 8.

Trofei dell' Asino in terza rima. Panormi apud Rosselum 1641. in 8.

Testamento di D. Porco in terza rima. Ibidem apud eundem 1641. in 8.

La Navigazione per le Montagne di Sicilia. Ibidem apud Angelum Orlandum 1610. in 8.

Lettera ad una Cortigiana di Napoli. Panormi apud Antoninum Gramignanum 1662. in 8. Abbas D. Horatius Foresta nostri Nicolai asservabat anno elapso

Epistolas m.s. in 8.

NICOLAUS BONETUS Messanensis, ex Philippo Cagliola *in manif. Prov. Siciliæ Minor. Convent. explor. 6. manif. 14. p.* 186. & Stephano Mauro *in sua Messan. cap.* 28. *p.* 261. Ordinis Minorum Conventualium, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, à cumulatissima doctrina nedum in Sicilia, verùm etiam in Italia celeberrimus: religiosis etiam claruit moribus, ac prudentiâ: ideoq; meritò à Benedicto XII. Pontif. Max. cum Benedicto Ungharo, & Joanne Florentino Legatus Apostolicus in Tartariam missus est. Absolutâ feliciter legatione, & in Italiam regressus, à Clemente VI. Episcopus Melitensis electus est an. 1342. In ea regenda Ecclesia, humilitatem, & eximiam benignitatem detexit: in pauperes liberalis, multa in eorumdem beneficium erogavit. Tandem moderatâ eximijs, probatisque legibus Ecclesiâ, anno 1360. Melitæ decessit. Hujusce laudes lege apud citatos auctores, ut etiam apud Petrum Rodulphum Tossignanum *in hist. Seraphicæ lib.* 3. *pag.* 329. Lucam Wadingum *annal. minor. tom.* 3. *ann.* 1338. *& an.* 1342. *n.* 4. *& in Scriptorib. Minor. pag.* 263. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Melit. pag.* 594. Franciscum Aroldum *in epitom. annal. minor. an.* 1338. *n.* 7. *pag.* 776. *& an.* 1342. *n.* 2. *pag.* 791. Joannem Franciscum Abelam *in Melita Illustr. lib.* 3. *not.* 1. *pag.* 305. Edidit ex Possevino *in apparatu sacro tom.* 2. *pag.* 480. & Wadingo *cit.*

Postillam in Genesim. Commentaria super quatuor Sententiarum libros, Venetijs apud Octavianum Scotum 1505.

Nicolai Bonetti viri perspicacissimi quatuor volumina: Methaphysicam videlicet, Naturalem Philosophiam, Prædicamenta, nec non Theologiam Naturalem. Venetijs 1505. in fol. in hac editione Nicolaus Bonettus Locatellus vocatur. Prodijt etiã Methaphysica Barcinonæ 1473. ex Jo: Hallervordio *in Biblioth. Curiosa p.* 285. *&* 286. & citatis Wadingo, & Possevino. Extat etiam cum Philosophia naturali m. s. Venetijs in Bibliotheca Card. Bassarionis, ex Jo: Philip. Thomasino *in Biblioth. Venet. m.ss. pag.* 34.

NICOLAUS BRUNUS Messanensis, poeta clarus. Floruit anno 1550. Hujus meminit Petrus Ansalonius *de sua familia p.* 243. & Joannes Vigintimillius *in Tabula Siculorum Poetarum*, suo de Poetis Siculis libro præfixa. Quæ scripserit incompertum est: aliqua solũmodo vidi carmina apud Paulum Jovium *in elogijs*, ubi de Antonio Tebaldeo. Alius fuit Nicolaus ille Brunus Mesanẽsis Ordinis S. Augustini, Concionator celebris, cui, lateris dolore presso, Deipara Virgo sanitatẽ restituit Panormi; claruit enim circa an. 1303. ex Octavio Caetano *in Vitis SS. Siculor. tom.* 2. *pag.* 290. alijsque. Alius etiam est Nicolaus Brunus Poeta non inglorius, celebris circa annum 1515. de quo eruditissimus Joannes Marius de Crescimbenis *in Comment. ad hist. Poes. Vulgar. vol.* 4. *pag.* 94. Patavinum etenim fuisse suspicatur.

NICOLAUS CANNIZZARIUS Panormitanus, Juris utriusq; Doctor, egregius causarum Patronus. Claruit anno 1660. Edidit

Allegationes in causa vertente in M. R. C. inter D. Marium Buglio, & Minasria Baronem Bifaræ, cum Mag. Procuratore Regij Fisci. in fol. sine anno, loco, & typographi nomine.

NICOLAUS CATANUTUS Catanensis, Pharmacopola peritissimus: plantarum cognitione magnam sui opinionem excitavit. Politiores etiam literas coluit, & inter Claros Academicos Catanæ recensitus effulsit. Florebat anno 1658. Ipsum laudat Josephus Munebria in libro: *Musa Risvegliata par.* 1. *pag.* 232. Edidit librum inscriptum:

Isagogicon, sive facilis introductio ad universam Pharmaceutricæ artis praxim. Catanæ apud Joãnem Rossum 1650. in 4.

Italicè

Rime Parte Prima, e Seconda. Catanæ apud Vin-

Digitized by Google

Vincentium Petronium 1658. in 4.

NICOLAUS CHIUPPA Alcarenſis Pharmacopola, & Poeta, obijt in patrio oppido anno 1700. quinquagenario major. Edidit Italicè dum adoleſcentiam adhuc non exceſſerat:

Panegirico della Vita, e Martirio del Glor. S. Staniſilao Veſcovo, e Martire di Polonia (*in ottava rima*) Panormi apud Cyrillos 1650. in 8.

NICOLAUS COPPOLA Panormitanus, aliquandiu Ordinis S. Joannis de Deo, inde Sacerdos Sæcularis, & Juris utriuſq; Doctor. Methamaticas diſciplinas ita calluit, ut ſcribendo, ac docendo magnam ſui opinionem excitaverit. A Regni Siciliæ Deputatis fuit electus, ut Regij donativi oblationem an. 1680. factam computaret, ac rectè inter Civitates, & oppida Siciliæ diſpartiretur. Apud S. Officij Quæſitores librorum cenſorem egit. Tandem in Hiſpaniam profectus, poſtquam doctrinæ ſuæ nonnulla edidiſſet argumenta, Matriti deceſſit circa annum 1697. Scripſit

Reſolutionem Geometricam duarum Proportionalium inventam ab V. ℣. D. D. Nicolao Coppola &c Matriti 1690. in 4.

Contra opus hoc cum prodijſſet opuſculum, ſub nomine D. Didaci de Merino de Roſas, editum Matriti 1690. alio libro Hiſpanè ſcripto, doctrinam ſuam propugnavit Nicolaus, nempè:

Llave Geometrica de la Reſuolta, y demoſtrada operacion de la Triſeccion del Angulo, por medio de las lineas commenſuratrices del quadrante. Matriti apud Joannem Garciam Infanzon 1693. in 4. Edidit etiam Hiſpanè

La formacion, y medida de todos los Cielos, obra architetonica por el Viviani Academico Florentino, ultimo diſcipulo del Galileo, corregida, y emendada por el Dott. D. Nicolas Coppola. Ibidem 1694. in 4. Italicè

Propoſizioni Problematiche per il General Repartimento de' Regij donativi ſopra la nuova numerazione dell' anime, e facoltà di queſto Fideliſſimo Regno di Sicilia fatta nell' anno 1680. e 1681. Panormi apud Hæredes Petri de Iſola 1687. in 4.

NICOLAUS COXA ſeu DE COSCIIS Meſſanenſis Eccleſiæ Canonicus. Floruit anno 1466. Scripſit

Libellum in quo Meſſanenſium Archiepiſcoporum ſeries continebatur, m.s. aſſervabatur in Armario Meſſanenſi, vulgò *il Teſoro*, ex Carlo Morabito *in annal. Eccl. Meſſan. tom. 1. p. 220.* eumdem puto librum, quem vidit in eodem Theſauro Georgius Gualterius, penè detritum, & m.s. in charta pergamena, ut teſtatur *in animad. ad tab. Siciliæ pag. 179.* & ex eo Stephanus Maurus *in ſua Meſſana pag. 192. qui de familijs Meſſanenſibus pertractaſſe* ait; ideoque P. Hieronymus Raguſa *in Biblioth. Siciliæ vet. pag. 190. & 191.* ut etiam Ab. D. Michael de Judice *in obſerv. ad Aſpar. Siculor. Annal. Auguſtini Inveggij pag. 103.* duos ſcripſiſſe libros ait, nempè *de Archiepiſcopis Meſſanen., de familijs Meſſanenſibus* alium. Ipſum etiam citat Benedictus Chiarellus *in mem. num. Sacris Meſſanæ pag. 259.*

NICOLAUS DATUS Netinus, vir generis ſplendore, ſed magis doctrinâ clariſſimus, Philoſophus, ac Medicus cum paucis comparādus. Bononiæ an. 1446. Doctoris lauream adeptus, inter præſtantiſſimos ævi ſui Mathematicos, ac Medicos inſigniter eminuit; nedum in Sicilia, verùm etiam & in Italia celeberrimus. Hujus prædictiones ita ſemper exitu comprobatæ, ut nunquam infirmo mortem prænuciaverit, & convaluerit. Ob ejus felices in medendo curationes in proverbium abijt: quos alij Medici Presbyteris reliquerant, multos ipſe ab Orci faucibus reductos firmiori valetudini reſtituit. Fauſtâ ægrotorum curâ multas ſibi divitias comparavit; plurimùm etiam honoris, & gloriæ. Ab Antonio Moncata Calataniſiectæ Comite, lætali morbo erepto, feudum, S. Michaelis vocatum, in Auguſtano agro ſitum, accepit. Nicolaum celebrant Vincentius Littara *de rebus Netinis pag. 126.* Lucius Marineus *in epiſtol. lib. 5. ad Cataldum Pariſium ſcribens*, Joannes Thomas Moncata *in epiſt. pag. 19.* qui Nicolaum Deodatum vocat, & Petrus Carrera *in annot. ad epiſtolas Moncatæ cit. pag. 163.* hic autem, de eo in hiſtoria Literatorum Siculorum latius ſcribere promiſit. *Multa de rebus Medicis, & Mathematicis* ſcripſiſſe tradunt, quæ hæredum incuriâ periere.

NICOLAUS GERVASIUS Panormitanus, natus anno 1632. Pharmacopola fuit inſignis, Spagyricus, ac Botanicus eximius. In plantarum cognitione, earumque virtutibus perſcrutandis egregius. Hortulum ſibi concinnavit propè Urbis Panormitanæ mœnia, in quo rariores plantas excolere curavit, ut earumdem vires accuratiſsimè examinaret: ideoque ob præclarum doctrinæ ornamentum nedum apud Pharmacopolas, verùm etiam & apud doctiores Medicos Panormi magnâ valuit æſtimatione. Pharmacopolarum Conſulem egit cū laude; & defunctâ uxore ad clericalem militiam tranſiit; ac Sacerdotio inſignitus, poſt exactam laudabiliter vitam, deceſsit Panormi 30. Maij an. 1681. & in Cœmeterio PP. Capuccinorum ſepultus, pluries adhuc integrum vidi. Ipſum laudat Franciſcus Cupanus *in epiſt. ad Lectorem Horti Catholici, & pag. 18.* Edidit

Antidotarium Panormitanum Pharmo-chymicum. Panormi typis Petri de Iſola 1670. in 4. & ab Auguſtino Gervaſio Filio, nunc Panormitanæ Urbis Protomedico eximio, correctum, & magnâ rerum acceſſione locupletatum, iterum in lucem prodijt, hoc appoſito titulo: *Gervaſius Redivivus, ſeu Nicolai Gervaſij Antidotorium Panormitanum Galeno-Chymicum.* Panormi ex typographia Michaelis Conſtantij 1700. in 4.

Succedanea. Ib. apud Petrum Iſola 1670. in 4.

Norma Tyronum Pharmacopolarum Gleno-Spagyrica. Neapoli apud Novellum de Bonis 1673. in 4. Italicè

Bizzarrie Botaniche d'alcuni Sempliciſti di Sicilia publicate, e dichiarate. Ibid. apud eumdem 1673. in 4.

NI-

Digitized by Google

NICOLAUS JACOBUS DE ALIBRANDO Meſſanenſis Sacerdos, & Poeta. Vixit anno 1534. tunc enim edidit Italicè

Lo Spaſimo di Maria Vergine Poemetto in ottava rima. Meſſanæ 1534. ex Placido Samperio *in Iconologia M. V. lib. 5. cap. 33. pag. 616.*

NICOLAUS INTRIGLIOLUS Patritius Catanenſis, Juriſconſultus doctiſſimus, natus anno 1562. & ſtudijs admotus, eam ſibi doctrinam comparavit, ut breviter à cumulatiſſima eruditione laudatus, magnam ſui opinionem excitaverit: non adhuc enim doctorali laureâ inſignitus, ante vigeſimũ ætatis annum, doctiſſima ſcripſit Commentaria in Bullam Nicolai V. de Cenſibus, ex epiſtola huic libro præfixa. Ideoque florente adhuc ætate ad emeritas dignitates properavit. In publico Catanenſi ſtudio veſpertinis horis maximo omniũ plauſu Jura Cæſarea explanavit; Regium Conſiliarium egit, & quinquies in ſupremis Magnæ Regiæ Curiæ ſubſellijs Iudex ſedit. At dum quintum in ipſo magiſtratu effulgebat, acerbo funere deceſſit Panormi 20. Aprilis anno 1604. & in Eccleſia S. Mariæ de Monte Carmelo conditus eſt; ibiq; hoc ejus legebatur epitaphium, quod inſtauratâ Eccleſiâ ſublatum: ipſum exſcripſit Petrus Cannizarius in libro *de Religione Panormi m.s. pag. 212.*

D. Nicolao Intrigliolo Juriſtæ Regio Conſ. Catanenſi Patritio, & legum publico interpreti M. R. C. V. Judici clariſſimo, integerrimo, ac de Juriſprudentia quamplurimis etiam editis libris optimè meritò, in ipſo magiſtratu immaturâ morte extincto, D. Calceranus filius parenti optimo P. Obijt anno ſalutis M.DC.IIII. die XX. Aprilis ætatis ſuæ anno XLII.

De Nicolao conſule Ab. Pirrum *in not. Eccl. Catan. p. 94.* Jo: Baptiſt. Groſſum *in Decac. Catatan. tom. 2. cord. 9. pag. 149.* Marium Cutellum *de donationibus tom. 1. tr. 1. diſc. 2. part. 11. n. 80. pag. 355.* Carolum de Graſſis *de exceptionibus excep. 5. n. 4.* Jo: Petrum Moncatam *de decimis cap. 5. q. 3. n. 73.* Quæ edidit hæc ſunt:

Super Bulla Pontif. Nicolai V. & Pragmatica Regis Alphonſi de Cenſibus liber primus, in quo centum quæſtiones perutiles, & quotidianæ explicantur. Meſſanæ in ædibus Fauſti Bufalini 1589. in 8. inde à Marcello Converſano J. C. Leontino Annotationibus illuſtratus. Panormi apud Io: Ant. de Franciſcis 1610. in 4.

De Feudis Tractatus. Panormi apud Franciſcũ Carraram 1595. in fol. & Coloniæ unà cum tractatu Antonij Borrini de ſervitijs Vaſſallorum 1596. in 8.

De Feudis Centuria ſecunda. Panormi apud Io: Bapt. Maringum 1599. in fol.

Ex Auguſtino Fontana *in Bibliotheca legali pag.* 520. & Draudio *in Bibliotheca Claſſica pag.* 727. Edidit etiam *Centuriam Tertiam, & Quartam*: at hæ Centuriæ de Feudis in prima ejuſdem Tractatus Centuria promiſſæ, in lucem non emiſit.

De ſubſtitutionibus Tractatus omnium difficillimus, & ingenioſiſſimus in tres diviſus Centurias Panormi apud Io: Ant. de Franciſcis 1599. in fol. Venetijs 1600. in fol. Marpurgi apud Paulum Egenolph. in fol. & Hannoviæ ſumptibus Guil. Antonij, & Pauli Egenolphi 1602. in fol.

Singularium ad Regni Siciliæ Conſtitutiones, Capitula, Pragmaticas, & Conſuetudines libri duo, cum Addictionibus Marcelli Converſani. Panormi apud Jo: Ant. de Franciſcis 1609. in 4. & iterum ibidem apud Angelum Orlandum 1632. in fol. addito libro tertio cum Annotationibus, Antonij Salonia, & Scipionis Sapientiæ J. C. Catanenſis.

Singularium liber tertius. Ibidem apud Jo: Ant. de Franciſcis 1603. in fol.

De Caſibus Conſcientiæ Tractatus. Ibidem apud eumdem 1598. in fol.

Deciſionum Aurearum M. R. C. Regni Siciliæ liber unicus. Ibidem typis Jo: Bapt. Maringhi 1609. in fol. & 1631. ex Fontana *in Bibliotheca legali. pag.* 520. Lipſiæ 1621. in fol. ex Bibl. Barberina *pag.* 570.

Conſiliorum, ſive Reſponſorum liber primus. Meſſanæ apud Petrum Bream 1594. in 8. & Panormi typis Joannis Baptiſtæ Maringhi 1632. in fol.

Tractatus de vera Juriſprudentia. in fol. ex Fontana *cit.* Alia Multa etiam reliquit m.ſs. quæ morte præventus typis non tradidit, inter hæc *Novem deciſionum tomos.*

NICOLAUS A S. JOANNE BAPTISTA Panormitanus, Ordinis Excalceatorum S. Auguſtini Congregationis Italiæ: lucem aſpexit 10. Novembris 1647. ex familia Muſacchio exortus, Religionem amplexus 10. Novembris an. 1662. in Cœnobio Panormitano S. Gregorij, ſolemnia emiſit vota in eodem Cœnobio 11. Novembris 1663. Ingenij præſtantiâ munitus, graviora ſtudiorum ſpatia emenſus cum omnium laude. Dignus habitus ut hauritas diſciplinas alijs traderet, triennio Philoſophiam, ſexennio Scholaſticam Theologiam ſoldales ſuos docuit. Controverſiarum difficultates, ac Pontificia etiam jura explanavit non ſine plauſu; inerant enim in egregio viro tum ingenij præſtantia, tum cumulatiſſima doctrina, quibus mirum in modum effulſit. Sacrâ etiam eloquentiâ claruit: eruditione, & dicendi copiâ inſignis. Ideoque meritò ad Ordinis honores evectus eſt. Primus Definitor Generalis, ut etiam Procurator Generalis Romæ conſtitutus, ſui venerationem excitavit. Ab an. 1687. Panormitanam Provinciam rexit; & à D. Ferdinando de Bazan Archiepiſcopo Panormitano (cui gratiſſimus fuit) Examinator Synodalis electus, doctrinæ excellentiam patefecit. Tandem meritis plenus Panormi deceſſit in Cœnobio S. Nicolai Tolentinatis 11. Octobris 1692. relicto ſui deſiderio, ac virtutum exemplo. Ipſum laudat Franc. Marcheſius *in Sacerdote in Villa cap. 1. ſect. 5. ſubſec. 3. n. 433. pag.* 345. In lucem emiſit librum inſcriptum:

Epitome Theologiæ Scholaſticæ, in quo breviter,

Digitized by Google

& dilucidè præcipui ejus tractatus expenduntur, & agitantur. Romæ typis Dominici Antonij Herculis 1686. in 4.

Prælo paratum reliquit librum Italicè scriptum, nempè:

Panegirici Sacri; has sacras orationes nunc typis tradere meditatur ejus frater.

NICOLAUS JOSEPHUS PRESCIMONIUS v. Josephus Prescimonius *tom. 1. pag. 398.*

NICOLAUS LAVAGGIS Panormitanus Juris utriusque Doctor eximius, & primarius causarum patronus: doctrinâ, & eruditione clarus inter Jurisprudentiæ candidatos eminuit. Hispanè evulgavit

Por D. Vicente, y Dña Maria Alagon, Barones de Bibino, y Casal Gerardo, contra D. Pablo Abel, y Consortes, sobre la Reivendicacion de la Baronia de Bibino Grande, y sus membros, y pertinencias en el Reyno de Sicilia. Panormi 1631. in fol.

NICOLAUS LETUS Panormitanus Jurisconsultus Doctissimus, inter causarum Patronos egregius: cùm in legali palæstra impigrè desudans multa de se promittere videretur, & ad oppidum Castriboni, relaxandi animi gratia aliquantulum se contulisset, ibi ætate adhuc florente, extrema clausit anno 1709. Edidit

Regii Jurispatronatus Beneficij S. Mariæ Succursus Nicoxiæ defensionem in causa in Tribunali Concistorij S. R. C. & CC. DD. Tribunalis Regiæ Monarchiæ. Panormi in Officina typographica Hæredis Gramignani 1703. in fol.

NICOLAUS LIPSOUS ex oppido Raccudiæ, Jurisprudentiæ Doctor, vir politioribus literis insigniter excultus; omnigenâ eruditione, eloquêtiâ, & poeticâ laude eminuit. Fuit à secretis Urbis Messanæ, aliorumq; præclarissimorũ Principum. In Academijs Messanensibus Officinæ, & Abarbicatorum adscriptus, ingenij opes summâ cum laude profudit, ac sui æstimationem feliciter excitavit. Decessit Messanæ mense Decembris anno 1661. dum esset à secretis Senatus Messanensis. Ipsum laudat Fulgentius Arminius *in prosis Officinæ lib. 1. pag. 72.* & Carolus de Gregorio *in ejusdem prosis lib. 2. pag. 189.* sub academico nomine, quod sibi delegerat, nempe, *il Dissonante.* Hujus extant Italicè

Nell' Esequie di Cristo Giesù Redentore.

Cur infans statim ac ex utero Matris egreditur, gemit? discorsi Academici. In Prosis Officinæ lib. 1. Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1667. in 4.

Per la Solennità d'Ilà Sagra lettera scritta dalla Beata Vergine a' Messinesi.

Ragionamento nel dì de' Morti. Discorsi Academici. In dictis Prosis lib. 2. Neapoli apud Andream Colicchiam 1669. in 4.

Il Natale della Fucina, Poema Drammatico di F. D. Carlo Musarra, e di Nicolò Lipsò. In libro: *Stravaganze liriche degli Academici della Fucina. Parte Seconda.* Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1655. in 12.

Poesie. In libro: *Poesie degli Academici della Fucina. Parte Terza.* Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12; in libro: *Stravaganze degli Academici della Fucina Parte Prima.* Bononiæ apud Jo: Baptistam Ferronum 1642. in 4. & parte Tertia Neapoli apud Sebastianum de Alecce 1661. in 12. & tandem in libro: *Duello delle Muse, o vero Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo.* Neapoli apud Andream Colicchiã 1670. in 4.

Rime. In libro: *Fastosi Presagj dell' Accademia degli Abbarbicati per la nascita del Prencipe delle Spagne.* Venetijs typis Bodij 1659. in 4.

NICOLAUS LONGOBARDUS Calathajeronensis Societatis Jesu, natus ex Patritia familia anno 1565. ex Daniele Bartolo *in histor. Sinensi Soc. Jesu pag. 399.* & Philippo Alegambe *in Biblioth. Soc. Jesu pag. 631.* at circa annum 1556. ex Francesco Clemente *in not. Mission. Sinens.* apud Petrum Paulum Morrettam *De Calatagirono cap. 10. pag. 41.* & Joanne Nadasi *in anno dier. memor. tom. 2. 1. Sept. pag. 138.* qui anno 1655. ætatis 98. decessisse tradunt. Societatis Jesu institutum amplexus est anno 1582. & absoluto studiorum curriculo, animarum salute æstuavit: ideoque Sinensem Missionem obtinuit. Eâ in Insula apulsus an. 1596. indefesso labore vineam illam impigrè excoluit. Anno 1597. à P. Alexandro Valignano Visitatore ad Xauceanam sedem missus, ut se P. Lazaro Cataneo socium adderet, ibi deinceps solus Sacerdos per aliquot annos, solius Fratris ope, magno labore, ad Catholicam fidem innumeros traduxit: inter quos permulti ex Principibus, Matronisq; quod non sine magno vitæ discrimine effecit. Egregiâ animi fortitudine persecutionem in ipsum exortam anno 1606. pertulit: nam in Magistratu per calumniam accusatus, tanquam commissi adulterij reus, de insimulatione prænonitus, antequam ad Tribunal fuisset accersitus, ante Præsidem se sistit, ipsumq; rogavit, ut de nefario crimine omnia perscrutaretur, & juxta veritatem, sententiam proferret. A Præside variè tentatus, ut libertatem pecuniâ redimeret, oblationem constantissimè respuit, ne crederent alij, crimen muneribus diluisse: quod non sine Neophytorum, & Infidelium admiratione accidit: ideoq; evanescente munerum spe, tandem maximâ integerrimæ vitæ suæ opinione, Judex pronunciavit: nostrum Nicolaum tum ab opposito crimine, tum à quocumque alio scelere semper alienum fuisse. An. 1609. australibus Societatis domicilijs in Sinensi Regno præficitur; & anno sequente, decedente Matthæo Riccio egregio Sinarum operario, antequam extrema clausisset, in suum successorem, ac Sinensis Missionis Moderatorem Nicolaum nostrum delegit. Eo in munere per annos duodecim magnam sibi laudem comparavit, tum ab eximia prudentiâ, tum etiam cæterarum virtutum ornamento, quibus fuit insigniter cumulatus. Ideoq; etsi ab anno 1599. in Spiritualis Coadiutoris gradu constitutus vixisset; attamen ob promeritorum cumulum, ac Sinensis linguæ peritiam, ad profes-

Digitized by Google

fessorum gradum evectus est, jussu Mutij Vitelleschi Societatis Generalis, & votorum quatuor professionem edidit an. 1617. Exinde à labore nunquam alienus, varias Imperij Provincias lustravit; & in amplificanda Catholicæ Fidei gloria sedulus, multos Ecclesiæ aggregavit. Vir sanè egregius, nullus enim Evangelij præco ex Europeis tam diuturno, & indesso labore in ea expeditione desudavit; nam 58. propè annos usque ad nonagesimum, & ut alijs placet, nonagesimumoctavum ætatis annum, pro animarum salute impendit; à labore, & capitis periculo numquam deterritus. Virtutes coluit egregias: orationis fervore, & vitæ innocentiâ claruit: pœnitentiæ severitate corpus inclementer confecit: in mensa à condimento semper abstinuit: in lecto nullam adhibuit cultricam: Ecclesiasticum jejunium, etsi ætate gravatus, perpetuò infractâ constantiâ servavit: immò jam senex durissimis flagellis in se quotidie sæviebat. In Societatis Domicilijs ferè sèper præfuit, ac demum nonagenario major, annorum, ac meritorum plenus, Pekini sanctè decessit 11. Decembris 1655. Mortis nuncius permagno exceptus dolore: ab Imperij Dynastis, ac præcipuis literatis ad Societatis domum confluentibus veneratus; eximiam enim observantiam sibi comparaverat vir sanè Apostolicus, nedum apud Christi fideles, verùm etiam & apud Ethnicos: ideoque ipsemet Sinarum Imperator trecentorum aureorum subsidium, ad funus magnificentiùs celebrandum, donavit: & ad sepulturam à quatricentis aulæ imperialis equitibus comitatus fuit. De Nicolao consule Bibliothecam *Soc. Jesu pag.* 631. Hippolytum Marraccium *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 170. Alvarum Semedum *in Relat. Sinarum par.* 2. *cap.* 8. *&* 12. P. Franciscum Clementem *in Relat. Missionis Sinar. ab an.* 1652. *ad an.* 1655. Petrum Paulum Morrettam *de Calatagirono cap.* 10. *pag.* 40. *&* 41. (qui primo Septembris 1654. anno ætat. 98. decessisse ait) *& cap.* 12. *p.* 54. Danielem Bartolum *in Hist. Sinensi Soc. Jesu lib.* 1. *pag.* 118. *lib.* 2. *pag.* 390. *& seq;* 402. 446. 459. *lib.* 4. *pag.* 1039. 1040. 1058. 1116. Carolum Mariam Piazza *in vita P. Gasparis Paranymphi c.* 6. *pag.* 49. *& c. ult. pag.* 163. Aliosque Societatis Jesu Scriptores. Quæ Edidit sunt:

Annuæ literæ è Sinis anni 1598. Moguntiæ typis Joannis Albini 1601. in 8.

Libellus precum, cum officio funebri, ac sepultura, latino sermone, sed charactere Sinico. Sinico verò idiomate scripsit:

Formulam examinandi conscientiam, & confitendi, sive exercitium quotidianum, christianorum usibus valdè accomodatum.

Vitam B. Virginis, & nonnullorum Sanctorum.

Librum de Anima, ejusq; potentijs.

Tractatum de causis Terræ motus Pekinensis anni 1624. quo magnam Societatis viris doctrinæ opinionem comparavit.

De Confucio, ejusque doctrina tractatum. Hunc exscripsit P. M. F. Dominicus Fernandez Navarrette Ord. Prædic. in libro Hispanè edito Matriti 1676. in fol. cui titulus: *Tratados Historicos, Politicos, y Religiosos de la Monarchia de China. t.* 1. *tr.* 5. *à p.* 246. ut ex Diario literatorũ Romæ edito an. 1679. *pag.* 183. & *ex Apologia Dominicanorum Missionis Chinensis*, edita Coloniæ 1699. *cap.* 1. *pag.* 13. & alibi, in qua pluries Longobardus laudatur.

NICOLAUS MAGRI' Drepanitanus, Ordinis S. Augustini, Poeta, & Historicus. Claruit anno 1640. Edidit carmine latino:

Triumphum Glorioſæ Virginis S. Catharinæ Rotarum. Venetijs apud Guerilios 1640. in 8.

Italicè

L'origine di Livorno. Florentiæ typis Amatoris Massæ 1642. in 8.

NICOLAUS MARIA JANUARIUS Messanensis Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus. Natus 2. Septembris 1654. Religionis habitum suscepit Tauromenij 15. Martij 1670. & absoluto probationis anno, solemnia emisit vota in eodem Tauromenitano Cœnobio. Neti studiorum curriculum aggressus, Philosophiæ operam dedit; Messanæ verò Scholasticæ Theologiæ, eâ ingenij præstantissimi laude, ut magnam sui opinionem excitaverit. Exorto in urbe Messanæ bello, studiorum amore accensus, Romam se contulit, ubi à Generali Ordinis Magistro, Jo: Thoma Roccaberto examini expositus, ad Generale studium urbis Aquensis in Gallia Narbonensi, quam Provinciam vocant, missus est; & aliquot elapsis mensibus, ipsemet Generalis Magister ad Lectoris munus evexit, florente adhuc ætate, nec dum Sacerdotio insignitum: ideoq; Logicæ præcepta, & quæstiones docuit. Exinde Sacerdos Philosophiam Messanæ tradidit, & biennio Theologiam Randatij. Philosophiam iterum in studio Generali quatriennio edocuit Syracusis; ubi per aliquot menses Studiorum Magistrum egit. Messanam regressus primarius Sacræ Theologiæ Lector constitutus, biennio sodales suos erudivit. In his literarijs muneribus vir egregius, doctrinâ undiq; instructissimus, ingenij excellentiam, ac sapientiæ profunditatem non sine plausu patefecit: ideoq; crescentibus in dies meritis, studiorum Magister renunciatus est Messanæ in generali S. Dominici lycæo; & absoluto post biennium magisterio, Baccalaurei munere Drepanitani Collegij cohonestatus inclaruit. Inde Romam accersitus ab Ordinis Generale F. Antonio Cloche, ut in generalibus Comitijs concionem de SS. Trinitate haberet an. 1694. eo auditus est plausu, ut statim Generalis Sacræ Theologiæ Magistrum declaraverit, & Studij Messanensis S. Dominici Regentem constituerit: ipseque Generalis in eodem Capitulo proprijs manibus magisterij laureâ insignivit. Triennio præfuit studiorum Regens, magnamq; æstimationem sibi comparavit. Bis Messanense Cœnobium S. Hieronymi Prioris munere rexit: & ab egregiâ doctrinâ undiq; celebratus, Josephi Migliacci Archiepiscopi Mes-

Digitized by Google

ſanenſis benevolentiam expertus eſt; qui ſtatim ac in Archiepiſcopalem ſedem immiſſus eſt, in ſuum Theologum, & inde Examinatorem Synodalem delegit. Sacrâ etiam eloquentiâ clarus, in quadrageſimali curriculo, & extra, pluries conciones habuit, non ſine auditorum laude: & in ſolemnibus Urbis Meſſanenſis exequijs, Carlo II. Catholico Regi celebratis, funebrem orationem cum auditorum commendatione dixit. Vivit vir eximius, ſtudijs, ac lucubrationibus ſcribendis dicatus. Edidit

Adverſus Atomos redivivas Opuſculum Dogmaticum. Meſſanæ typis Vincentij de Amico 1702. in 4. Huic Operi cùm reſpondiſſet P. Joannes Saguens Gallus, noſter Januarius opus ſuum propugnando, edidit ſub nomine D. Nicolai Januarij, ex fratre nepotis:

Platonis, ac P. Maignani adverſus R. P. Joannem Saguens Toloſæ, & Romæ olim veteranum Philoſophiæ, ac Theologiæ Profeſſorem, & Ordinis Minimorum, Siſtema Euchariſticum P. Maignani ab impugnationibus contétis in Opuſculo Dogmatico, quod nuper ſcripſit R. P. Gennarus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter adverſus Atomos Redivivas, vindicantem Expoſtulationes, quas acceptas Patri Saguens renunciat D. Nicolaus Gennaro Meſſanenſis, Auctoris opuſculi dogmatici ex fratre nepos, & in Collegio Meſſanenſi Soc. Jeſu Sacræ Theologiæ Studens. Meſſanæ typis Vincentij de Amico 1707. in 4. In lucem etiam emiſit opus inſcriptum:

Uſura detecta in contractibus ſtricti Juris, & bonæ fidei. Rationum potius lumine, & efficaciâ, quàm numero, & extrinſecâ Auctorum probabilitate. Tomus I. in quo in mutuo, eiq; adjacentibus, Uſura humani Commercij Harpya, pallio detegitur. Ibidem apud eumdem 1702. in fol.

Italicè

Il Fiore della Verga di Jeſſe Panegirico della ſagra Lettera ſcritta da M. V. a' Meſſineſi. Meſſanæ apud Biſagnium 1675. in 4.

L'Arcbitetto Evangelico Panegirico per S. Pancrazio Veſcovo, e Martire. Meſſanæ apud Dominicum Coſtam 1684. in 4.

Dal Piede il Coloſſo. Panegirico per la Glorioſa V. e M. S. Agata. Catanæ apud Paulum Biſagniũ 1691. in 4. Suppreſſo nomine

Collirio agli occhi di alcuni dello Stato Eccleſiaſtico, occiecati dall'intereſſe, e dall'ignoranza; manipolato da un Religioſo Meſſineſe Maeſtro in Sacra Teologia, dell' Ordine Regale, Veridico, e Fedele de' Predicatori. Meſſanæ ex typographia Vincentij de Amico 1709. in fol.

Alia ad literatorum bonum edenda molitur: & prælo paratos habet præſertim:

De Immunitate Eccleſiaſtica Tomos Tres.

NICOLAUS MARIA SCLAVUS Meſſanenſis Sacerdos, origine Græcus, natus 3. Junij 1656. non ſine Divi Nicolai Myrenſis beneficio, ex Joanne Sclavo Cretenſi. A teneris adhuc annis literis admotus, humaniores literas, Rhetoricam, Philoſophiam, Theologiam, ac Mathematicas diſciplinas magna cum ingenij laude accepit. Amœniores etiam literas mirificè callet, & præſertim ex naturali quadam animi propenſione, oratoriâ facultate ingenij felicitatem excoluit. Cum Muſis egregiè luſit: & literis tũ græcis, tum latinis inſigniter excultus, poetica ingenij monumẽta Etruſcis, Græcis, latinisq; numeris concinavit magno cum plauſu, ac nominis ſui opinione. Vivente Antonio Malaci avunculo, Cleri Græci in Urbe Meſſanæ Protopapa, in ipſius Antonij Coadiutorem ab eodem Clero electus eſt: at ipſo defũcto 8. Julij 1698. ad eãdẽ Protopapæ dignitatẽ fuit pleniſſimè evectus, quam laudabiliter meritis, virtute, alijſque animi dotibus latiſſimè illuſtrat. Vivit vir egregius, eruditione, & doctrinâ clariſſimus, literatis gratus, Principibus viris jucundus, & de noſtra hac Bibliotheca optimè meritus, qui nonnulla ad meam cognitionem Meſſanenſium Scriptorum notitias benignè tranſmiſit. Ipſum tacito nomine laudat Jo: Baptiſta Pacichellus *in epiſtol. familiarib. hiſt. & erud. tom. 2. pag. 195.* à quo in Indice v. Protopapas, mendosè Nicolaus Maria Silaco vocatur, ut etiam Benedictus Chiarellus *in memor. Sacris Meſſanæ pag.* 10. Edidit Italicè

Pompa Funerale, che nella morte dell' Ill. & Eccel. Sig. F. D. Giovanni di Giovanni Gran Prior di Meſſina &c. ſuo Zio gli fece celebrare il Sig. D. Domenico di Gio. e Zappata nipote dal Fratello, Duca di Saponara &c. nella Ven. Chieſa del Priorato di S. Gio. in Meſſina. Meſſanæ apud D. Antoninum Maffeum 1700. in 4. ſuppreſſo nomine.

Amore, ed Oſſequio di Meſſina in ſolennizzare l' Acclamazione di Filippo Quinto Borbone Gran Monarca delle Spagne, e delle due Sicilie. Ibidem apud Vincentium de Amico 1701. in 4. hoc opus Gallicè verſum, ac Pariſijs recuſum audio: memoratur in monumentis Gallicis Trevolcianis *an. 1702. tom. 5. pag. 172.*

Nonnulla etiam ſparſim edidit tam proprio, quàm ſuppreſſo nomine, multaque alia edenda ſperamus.

NICOLAUS MARIA SOLIMA nobilis Meſſanenſis, in patria inter Equites Militaris Ordinis, quem à Stella dicebant, recenſitus inclaruit. Vir politioribus literis inſigniter ornatus, Officinæ Academiam cum laude frequentavit, cui adſcriptus floruit. Poſt bellum Meſſanæ exortum ab anno 1678. patriâ relictâ, Romæ vixit, ibique anno 1692. Academijs Arcadiæ, & Infœcundorum adjunctus, eximij Poetæ nomen adeptus eſt. In patriam rediens anno 1702. eodem anno 7. Septembris Meſſanæ vivere deſijt. In lucem emiſit Italicè

La Verga occhiuta. Canzone. Coſentiæ apud Joannem Baptiſtam Roſſum 1671. in 8.

Il Trionfo dell' Innocenza per la vittoria ottenuta dall' armi Chriſtiane contro il Turco. Ode. In libro: *Poeſie de' Sig. Academici Infecondi di Roma per le feliciſſime vittorie riportate dall' armi Chriſtiane.* Venetijs 1684. in 12.

Rime. In libro: *Duello delle Muſe degli Academi-*

Digitized by Google

mici della Fucina. Trattenimento Terzo. Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

NICOLAUS MARIA TEDESCHIUS nobilis Catanensis, natus an. 1671. adolescens inter Hierosolymitanos Equites adscriptus eminuit. Humanioribus literis dicatus, præstantissimo ingenio se munitum detexit. Inde Philosophiæ studio adhærens, in eo mirabiliter progredi visus est. At cùm in Catanensi Monasterio S. Nicolai de Arenis Ordinis S. Benedicti, tunc graviores disciplinæ efflorerent operâ Abbatis D. Honorati Columnæ Menensis, studiorum promotoris: & monasticam observantiam foveret P. D. Camillus Mancinus Leontinus, tyronum tunc institutor, inde ejusdem Monasterij, & S. Martini de Scalis Panormi Abbas, nedum doctrinâ, verùm etiam spiritualium rerum notitiâ, & morum suavitate insignis; noster Nicolaus, qui Cœnobium frequentabat, & animum ad literarum studia, & pietatem æquè propensum asservabat, ut in literaria Palestra, ac virtutum Scola proficeret, Sacræ Equitum militiæ nuncium remittere, & eo in Monasterio Deo se dicare constituit. Obnitentibus patre, & consanguineis, è paterna domo tertiò fugâ elapsus, tandem suorum omnium victor, ut optatissimum Casinensium institutum in laudato Cœnobio amplecteretur, eidem permissum fuit; & ut asceticis, ac literarijs studijs impensè incumberet. Elapso tyrocinij anno tertio, solemnia emisit vota anno 1686. Gravioribus scientijs admotus est tum scholasticis, tum dogmaticis; ac doctrina egregiè assecuta Nicolaum inter doctissimos insignem reddidit: ideoque Sacræ Theologiæ Laureâ in Catanensi Universitate cohonestatus inclaruit. Politioribus etiam literis abundè instructus, poetica studia latinè, & Italicè non neglexit, quibus ingenij dotes latissimè patefecit. Sacræ quoque eloquentiæ operam dedit, & summi Oratoris partes expressit; pluries cum plausu è sugestu auditus. Dum Philosophiam sodales suos non sine ingenij laude docebat; & à cineralibus concionibus, jam paratis, omnes sperabant se emeritas laudes comparaturum; conceptam de eximio viro spem exturbavit terræ motus, quo Catanensis Civitas anno 1693. eversa corruit: dum enim aeris mutandi gratia Cœnobij sui villam incoleret, ut fractam valetudinem instauraret, eâ terræ trepidatione Monasterium demolitum jacuit; ideoque ad Panormitanum Cœnobium S. Martini pertransijt, ubi per anni circulum exemplo, literisque præfulsit. At dum instabant Patres Monasterij S. Nicolai, ut ad rudura renovandi Cœnobij rediret, ibique Scholasticam Theologiam doceret: & Patres Monasterij S. Martini ipsum retinere meditabantur, ut eamdem scientiam in Panormitano Cœnobio traderet; ad literariam litem dirimendam præceptum accessit Moderatorum Congregationis Casinensis, à quibus Romam accersitus est, ut Scholasticam, & Dogmaticam Theologiam in Romano Collegio S. Pauli doceret, juxta mentem Divi Anselmi, quam Casinenses profitentur. Quâ doctrinæ profunditate, eruditione, ac plausu hanc Provinciam susceperit, ac deduxerit, clarissimè patet tum ex Theologicis compendijs jam editis, tũ ex nominis claritate, quam sibi comparavit apud præstantiores viros doctrinâ effulgentes, qui Romana tunc illustrabant Lycæa: ac apud quamplures S. R. E. Cardinales; præsertim apud Cardinalem Bandinum Panciatichum, & Clementem XI. Pontif. Max. feliciter regnantem. Hinc meritò inter Consultores Congregationis S. Officij adscriptus est: & dum Casinẽsis Congregatio, quæ ad Prioris munus evexerat, ad Abbatis dignitatẽ jã extollere curabat, ab eodẽ Pontifice Liparensis Episcopus consecratus est anno 1710. Compositis Ecclesiastico, ac pastorali zelo Ecclesiæ sibi traditæ rebus, Romam remeavit, ubi nunc haud exiguâ æstimatione apud omnes effulget, & sui opinionem magis, magisque adauget. Quæ publicæ luci consignavit, hæc sunt:

Scholæ Divi Anselmi doctrina. Sivè mille, & octoginta Theses ex Logica, Physica, Methaphysica, Morali, seu Ethica, Theologia Scholastica, & Dogmatica. Ad mentem Divi Anselmi Ordinis S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis. Romæ apud Josephum de Martijs, typis Jo: Francisci Chracas 1705. in 4.

Sacræ Doctrinæ Synopsis, in qua Universa Theologia tum Scholastica, tum dogmatica, ad Sacræ Scripturæ Auctoritatem, Pontificum Sanctiones, decreta Conciliorum, ac Sanctorum Patrum Dogmata, præcipuè verò Divi Anselmi Ord. S. Benedicti Abbatis Beccensis, & Archiepiscopi Cantuariensis collimata proponitur. Nec non ex Ecclesiastica Historia selectæ Controversiæ ad illam spectantes, juxta veterum Scriptorum Fidem, Chronologiæ rationem, & criticæ Scientiæ leges excitantur, & dirimuntur. Ibidem typis Josephi Nicolai de Martijs 1708. in 4.

NICOLAUS MARSALA Panormitanus Jurisconsultus doctrinâ excultissimus. Edidit

Allegationes pro Illustre Marchione Pallavicino contra Joannem Antonium, & Joannem Simonem fratres de Queirolo. Panormi 1671. in fol.

NICOLAUS MAUGERIUS Siculus historicus, Græcè, & latinè doctus, claruit anno 1424. Teste L. Porcio Calbeto, sive potius Alberto Piccolo *in Philactirio pag.* 131. & Petro Carrera *in Sicilianismo m. s.* apud Placidum Reinam *in not. hist. Messanæ par.* 2. *pag.* 221. ex Græco latinam fecit

Historialam Arcadij Imp. in urbe Thessalonica obsessi.

Historiam Comitis Rogerij in Sicilia. Utrumque opus m.s. asservabatur in Bibliotheca Principis Melitelli.

NICOLAUS MORSUS Panormitanus Favarellæ Baro, Juris utriusque Doctor, generis claritate, & doctrinâ præstantissimus. Poeticâ etiam laude clarus, inter Academicos Reaccensos Panormi efflorait, & apud literatos summâ va-

Digitized by Google

valuit opinione. Vivebat anno 1684. Edidit

Dilucidationes ad Privilegium Regis Alphonsi, quòd Fiscus non possit contra Cives Panormi principaliter agere. Panormi apud Augustinum Bossium 1660. in fol.

NICOLAUS MUSSUTUS Panormitanus, natus 23. Julij anno 1609. literas ab adolescentia insigniter coluit: & à poeticis studijs, ac amœniorum literarum ornamento conspicuus vixit. Musas Etruscas, Hispanas, Latinasque impensè adamavit: ejusque ingenij monumenta non sine plausu excepere semper viri eruditi; præsertim in Panormitana Reaccensorum Academia, cui nomen dedit. Ob eximium scribendi nitorem, haud modicam æstimationem promeruit. Arithmetices peritissimus, magnum sibi nomen acquisivit. In pingendi artificio, & in graphicè ornandis minio membranis mirum in modum claruit. His lyræ, citharæq; sonum, aliasque mechanicas artes addidit, quibus dedalæas admovit manus. Tandem non sine propinati veneni suspicione (ut fama divulgavit) inopinata morte sublatus est 11. Januarij 1668. & in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia sepelitur. Ipsum laudat Balthassar Falsaperla *in carmin. p.* 18. *&* 142. & Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 2. *tom.* 2. *pag.* 175. *& par.* 4. *pag.* 291. Extant nostri Nicolai vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Tom. 2. par. 2. Musarum Sicularum. Panormi apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. In par. 3. ejusdem operis. Ibid. apud eumdem 1651. in 12.

Canzoni Sacre Siciliane. In par. 4. ejusdem operis. Ibid. apud eumdem 1653. in 12.

Ejus operâ iterum prodijt, opus inscriptum: *Muse Siciliane parte* 1. *& tomo* 1. *&* 2. *della* 2. *parte*, quas lucopletavit, & expolivit. Prælo paraverat.

Poesie liriche.

Gioco Serio. Centurie di Poesie amene.

NICOLAUS NIGIDUS v. Placidus Nigidus.

NICOLAUS PETRUS CHILLEUS ex oppido Gauteri Diœcesis Messanensis Sacerdos, Pontificij Juris Doctor, ac S. Mariæ de Bonaherba Prior, Poeta non contemnendus. Floruit anno 1660. quo edidit anno

De Triumpho Nobilis, & Exemplaris Urbis, Messanæ, quando primùm accepit Sacram Epistolam à Beatissima Virgine Maria libros quatuor, & alia Poemata Sacra. Messanæ ex typographia Jacobi Matthæi 1660. in 8.

NICOLAUS RICCIUS, sive DE RIZZO Saccensis, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Sacræ Theologiæ Magister, vir pietate, & doctrinâ conspicuus: inter Verbi Dei Declamatores clarissimus. Anno 1411. ut in Bononiensi Academia Sententiarum libros explanaret electus est. Ab anno 1420. Siculam Provinciam rexit; in qua etiam Definitoris munere enituit. Obijt in Cœnobio Catalauniæ. De eo Ægidius Leondelicatus *in Virid. Carmelit. par.* 3. *cap.* 12. *pag.* 145. Rocchus Pirrus *in not. Ecclesiæ Agrig. pag.* 336. & Joannes Baptista Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1200. *n.* 3. *p.* 155. *ann.* 1421. *n.* 13. *pag.* 794. *an.* 1425. *n.* 4. *&* 8. *pag.* 804. *&* 805. qui rectè advertit, hunc Nicolaum Riccium, à Nicolao Ritzone Tholosano, alijs Catanese (de quo infra) diversum. At Saccensem hunc, cum Catanense confundit: à Scriptoribus enim allatis, & infra citandis secernitur Saccensis à Catanense, vel Tholosano; hic etenim Saccensis anno 1420. Catanensis, seu Tholosanus anno 1372. claruit. Edidit ex Auctoribus citatis

Sermones Quadragesimales, quos Bononiæ habuit.

NICOLAUS RICCIUS Patritius Drepanitanus, Baro S. Joachim, vir doctrinâ, & eruditione præclarus. Natus ex Placido Riccio, & Grimaldi S. Annæ Barone, & D. Francisca Sieripepoli, Baronis Mangiadaini primogenita, pervetustam nobilitatem ingenio, ac virtute adauxit. Studiorum literis admotus, post Philosophiæ cursum, biennio Sacræ Theologiæ vacavit, & in utraque palæstra doctrinâ excultissimus, ingenij dotes latissimè exposuit. Inde Jurisprudentiam amplexus, & Doctoris laureâ cohonestatus, in supremis Siciliæ Tribunalibus causarum patrocinium peregit summa cum laude. Tribunalis S. Officij SS. Inquisitionis hujus Siciliæ Regni Ordinarius Consultor; ac Hierosolymitanæ Religionis (in cujus albo fratres habuit præclarissimos) Fisci Patronus, & Privilegiorum defensor, sui opinionem excitavit. Generalis Procuratoris, ac Visitatoris munus per ampliſſimum Motycæ Comitatum, ultrò sibi oblatum à Magno Castellæ Architalasso Joanne Gaspare Henriquez de Cabrera, unà cum absolutissima potestate Magistratus creandi, alijsque privilegijs, anno 1689. & 1690. gessit; summoque doctrinæ, & Justitiæ zelo administravit. Togas (ut constans omnium opinio semper fuit) etiam in primis Jurisprudentiæ subsellijs, mereri potius, quàm induere studuit. Morum integritate clarus vivit Panormi, Majorum exempla præ oculis effulgentia inspiciens; præsertim Ven. Innocentiæ Riccio, ex Tertio Ordine Strictioris Observantiæ S. Francisci (de cujus vita, & miraculis jam processus Urbani VIII. Pont. Max. auctoritate conditus pro futura beatificatione, apud Sanctam Sedem pendet; ejusque vitam edidit Petrus Tagnolettus) cujus est ipse Nicolaus ex fratre nepos: & D. Catharinæ Burgio, & Tagliavia, sanctimoniæ famâ celeberrimæ, quæ Nicolaum in suum nepotem assumpsit; eidem neptem suam D. Angelam Mariam Burgio, Scirídæ Baronis Primogenitam, anno 1684. nuptui tradens, Nicolai virtutem eximijs benevolentiæ argumentis prosequuta est. Laudes promeruit à Sanctoro Oliva in libro: *Flos Legalis n.* 20. *pag.* 16. *& in alphabetica virorum Illustrium corona*, à Carolo Antonio de Luca *in Specilegio de Iurium cessione ad Oleam quæst.* 99. *n. final. pag.* 238. à Francisco Petronio in libro: *Arbor decora, &*

Ful-

Digitized by Google

Fulgida, sive Genealogia SS. Joachim, & Annæ, in epist. nuncup. & à Jacobo Balduccio *in observ. ad consilia Ramonij adnot. ad consil.* 1. *n.* 68. *pag.* 20. *&* *n.* 106. *&* 108. *pag.* 108. Edidit

Juridicam disquisitionem de Renunciatione Paragij, Decisionibus Tribunalium M. R. C. & Concistorij S. R. C. Siciliæ Regni illustratam. Panormi ex typographia Petri de Isola 1680. in fol.

Scripsit etiam alia prælo digna, constanti, & diuturno labore diligenter ex Legali Oceano extracta, nempè:

Collectanea Singularia de Concursu Creditorum.

Collectanea Elegantissima de Dote, & Fideicommissis quando hoc teneat super dote, & quid quo ad feuda, ac ipsorum incidentia.

Collectanea Subtilia de Fideicommissis, & Substitutionibus.

Collectanea Curiosa de Fisco, ejusque Incorporatione, Actionibus, & Privilegijs.

Collectanea Utilissima de Gratijs, & Guidaticis, dijsque scitu dignis criminalibus.

NICOLAUS RITZONUS Catanensis Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo. Catanensem fuisse scribunt Petrus Lucius Belga *in Biblioth. Carmelitana pag.* 67. Possevinus *in appar. sacro tom.* 2. *pag.* 492. Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Catan. pag.* 84. qui etsi Petrum Lucium citet, attamen Niçolaum Bitronium vocat, ipsumque sequitur Jo: Baptista de Grossis *in Catan. Decacord. tom.* 1. *cord.* 2. *mod.* 10. *p.* 157. Siculum verò vocat Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Marian. par.* 2. *pag.* 179. & Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmelitar. tom.* 2. *lib.* 5. *n.* 3716. *p.* 1069. At Gesnerus *in Biblioth. pag.* 631. & Carolus Dufresne *in indice Auctorum ad Glossarium in Script. mediæ, & infimæ latinitatis pag.* 133. & Trithemius *de scriptoribus Eccl. & pag.* 330. Tholosanum dixere: sed hic sibi contrarius in libro *de scrip. Eccl. & viris illustr. Ord. Carmelit. apud eumdem Danielem à V. M. tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 5. *n.* 3125. *p.* 902. natione Siculum, & Conventus Catanensis filium dixit. Lezana *Ann. Carmel. to.* 4. *an.* 1425. *n.* 8. *pag.* 805. cum Nicolao Riccio Saccensi confundit: Catanēsem enim, ac Saccensem eumdem putat, à Tholosano diversum, ut supra innui. Siculus etiam Cœnobij Catanensis, & Nicolaus Riczo vocatur ab Arnaldo Bostio *de viris illustr. ord. Carmel. apud eumdem Danielem cit. to.* 2. *par.* 5. *lib.* 1. *n.* 3056. *pag.* 895. Nicolaus de Riczo Provinciæ Siculæ, & Conventus Catanensis filius appellatur à Joanne Grosso *in viridario Ord. B. Mariæ V. de Monte Carmelo par.* 2. apud Danielem cit. *to.* 1. *par.* 2. *lib.* 1. *n.* 628. *pag.* 143. Vir acutissimi fuit ingenij, ac doctrinâ instructissimus: Sacræ Theologiæ Magister, & Siciliæ Provincialis. Singulari laude in publico Bononiensi Lycæo Philophiam, ac Theologiam docuit. Ecclesiastes etiam celeberrimus magno cum plausu conciones habuit: & nedum egregia cumulatus doctrinâ, verùm etiam & eximijs virtutibus ornatus effulsit. Claruit anno 1372. Scripsit ex Trithemio Possevino, Lucio, Bostio, Gesnero, & Grosso:

Sermones de Tempore.

Quadragesimalem duplicem tom. II.

Sermones de Sanctis.

Marraccius edidisse ait, ex Paradiso Carmelitarum,

Sermones elegantes de B. Virgine in præcipuis ejus festivitatibus.

NICOLAUS SACCANUS nobilis Messaneusis, Jurisconsultus egregius, ac doctissimus, Regiusque Consiliarius. Præfuit Magnæ Regiæ Curiæ Judex anno 1537. 1546. & seq; & anno 1553. usque ad 1555. Vir sanè integerrimus; cùm enim, ut in. ss. nonnulla testantur, Joannes Vega Siciliæ Prorex, proprij filij homicidæ causam Nicolao patri remisisset, ipse in filium capitis sententiam protulit. Hinc in ipsius integritatis gratiam, mortis reum libertate donavit Prorex. Scripsit

Ad Bullam Apostolicam Nicolai V. & Reg. Pragmaticam Alphonsi de Censibus Additiones. Extant apud Petrum de Gregorio de Censibus. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1609. in 4. & iterum apud Franciscum Ciottum 1622. in fol.

NICOLAUS SERIUS Panormitanus, natus 24. Februarij anno 1671. ex Petro Nuntio Serio Notario Panormitano. Patris vestigia sequutus inter patriæ Tabelliones non ultimum obtinet locum: eo enim in ministerio peritissimus, eruditione, & doctrinâ, juxta muneris sui partes, abundè pollet. In Regia Curia Primarum Appellationum Urbis Panormi Magistrum Notarium etiam agit; & in Notariorum Collegio Urbis, & Regni Cancellarium. Vivit Panormi, ipsumque laudat Antoninus Fatius *in Introd. ad instruc. ad artem Notariam, & tract.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. *& cap.* 4. *d n.* 1. & Joannes Ambrosius Priaruggia *in fasciculo florum ultim. volunt. in prolusionibus*. Edidit librum inscriptum:

Nabucodonosor Simulacrum ab ictu Lapidis incolume. Sive Notariatus Nobilitas Invidiorum vel inter injurias firmissima. Panormi ex typographia Dominici Cortesij 1705. in 4.

Nunc instante Josepho Papè Jampilerij Duce, Siciliæ Prothonotario, molitur *opus ad perfectum, & integrum Notariatus munus.*

NICOLAUS SERPETRUS ex oppido Raccudiæ, Sacerdos, & Eques omnigenâ eruditione refertissimus. Natus anno 1606. literisque dicatus, doctrinâ inter scientissimos claruit. Thomam Campanellam virum celeberrimum præceptorem in gravioribus scientijs habuit, ut ipsemet fatetur *in hist. natur. pag.* 55. Philosophus non vulgaris, abdita naturæ arcana perscrutare summâ animi contentione studuit. Poesi, cæterisque amœnioribus literis ornatus, inter Panormitanæ Academiæ Reaccensos, & Officinæ Messanensis literatos relatus efloruit. Nonnullas Italiæ Urbes peragravit; Venetias præsertim aliquandiu, Romam diutius incoluit, à viris doctrinâ excultissimis veneratus. Memoriâ egregiè valuit; ideoque multa auctorum volumina memoriæ vi retinebat, cùm vi-

ge-

Digitized by Google

geſimum ætatis annum adhuc non attigeret: ac eodem tempore quatuor amanuenſibus diverſa dictabat; ut ipſe ſcribit *in hiſtoriæ loco citato.* Fuit à ſecretis multorum, præſertim Comitis Raccudiæ, & Principis Rocchæ floridæ Panormi; ubi non ſine veneni ſuſpicione vivis ereptum tradunt, circa annum 1664. De eo Leo Allatius in libro: *Apes Urbanæ pag.* 203. Edidit Italicè

La Fama Idillo à Pietro la Valle. Roncilioni apud Ludovicum Grignanum 1632. in 12.

Il Mercato delle Maraviglie della Natura, o vero Iſtoria Naturale. Venetijs apud Thomaſinum 1653. in 4.

Oſſervazioni Politiche, e Morali ſopra la Vita di Marco Bruto, traſportate dallo Spagnuolo. Ibidem apud eumdem 1653. in 12.

Poeſie, In libro: *Poeſie Volgari degli Accademici della Fucina Parte Terza.* Neapoli typis Ægidij Longhi 1659. in 12.

Scripſit etiam alia multa, quæ non edidit; præſertim

La Geografia.

NICOLAUS SOLLIMA Meſſanenſis, Juris utriuſque Doctor. Scripſit in Jure

Apoſtillas ad Cap. ſi aliquem, quas citat Joſephus Xibecca *in alleg. in cauſa Principatus Buteræ pag.* 62.

NICOLAUS SOLIMA alter. v. Nicolaus Maria Solima pag. 92.

NICOLAUS SPECIALIS ex nobili, & perantiqua familia, patriâ fuit Netinus ex Rocco Pirro *in præf. ad Siciliam Sacram*, ubi ait: *m. s. Nicolai Specialis Netini de Rege Fiderico &c.* id ipſum habet *in not. Eccl. Syrac. pag.* 225. quamvis hunc cum alio ejuſdem nominis Siciliæ Prorege confundat, *& lib.* 4. *de Abbatis pag.* 159. *de his meus concivis Nicolaus Specialis accuratiſſimus Siculæ hiſtoriæ Scriptor.* Ipſemet Pirrus *in not. Eccleſ. Syrac. pag.* 225. hunc Siculæ hiſtoriæ Scriptorem (hujus contemplatione inter Siculos ſcriptores recenſetur) Siciliæ Proregem egiſſe ait, cujus opinionem innuit Vincentius Auria *in Chronol. Proregum Siciliæ p.* 5. Sed à verò aberravit Pirrus, nam Siculæ hiſtoriæ Scriptor non Nicolaus fuit, qui Proregis dignitate Siciliam moderatus eſt, ſed alius, de quo modò loquimur, Prorege antiquior; hic enim floruit ſub Alphonſo Siciliæ Rege, & Siciliam rexit ab anno 1423. uſque ad 1432. ut infra oſtendam. At Siculæ hiſtoriæ Scriptor claruit ſub Friderico Siciliæ Rege, & ab eodem Friderico Legatus miſſus eſt ad Benedictum Pontif. XII. an. 1334. inſimul cum Ogerio Vizolo, & Nicolao de Lauria, ut ſcribunt Franciſcus Maurolycus *lib.* 5. *hiſt. Sicul. pag.* 162. Joſephus Bonfilius *in hiſt. Sicil. par.* 1. *lib.* 9. *pag.* 335. & ipſemet Nicolaus *in hiſt. Sicil. lib.* 8. *c.* 5. qui etiam *in lib.* 8. *cap.* 2. Ætnæ incendium, quod anno 1329. exarſit, oculis ſuis uſurpaſſe teſtatur. Adde, quòd Pirrus ſibi contrarius *lib.* 4. *de Abbatijs p.* 159. de Nicolao hiſtorico ait in apoſtilla: *floruit an.* 1334. *ſcripſit à cæde Gallorum ad Friderici Regis obitum*: nempè ab anno 1282. uſq; ad 1337. at *in not. Syracuſan. pag.* 225. ſcripſerat: *Nicolaus Specialis Prorex Siciliæ literis tradidit hiſtoriam Siculam ad ſua tempora an.* 1444. Hinc clarè patet Pirrum utriuſq; tempora confudiſſe. Quòd autem Nicolaus, qui ad an. 1334. vixit, Siciliæ hiſtoriam ſcripſerit, præter ipſiuſmet teſtimonium ſupra allatum, hoc ipſum affirmant Maurolycus cit. Petrus Carrera *in volum.* 2. *hiſt. Catan. lib.* 2. *pag.* 334. 363. 546. *&* 557. Petrus Anſalonius *de ſua familia p.* 41. Antoninus etiã de Amico in calce diſſertationis *de Urbis Syracuſanæ Archiepiſcopatu*, ubi librorum indiculum appoſuit, quos edere promittebat, *pag.* 64. Nicolao Seniori hiſtoriam Siculam adſcribit, ad diſtinguendum hunc à Nicolao Prorege juniore: quibus addo Jo: Baptiſtam de Groſſis *in Catanenſi decacordo tom.* 2. *p.* 51. Auguſtinum Invegium *in Carthagine Sicula pag.* 184. 207. 216. *&* 218. qui Nicolaum hiſtoriæ Siculæ ſcriptorem, ſenioris nomine citant: tandem in antiquiſſimo codice m. s. hujus hiſtoriæ, olim apud Vincentium Auriam Panormitanum, nunc verò apud Ill. D. Hieronymum Septimum Jarratanæ Marchionem, virum præclariſſimum, in operis fronte, ſenioris titulo prænotatur. Hinc eorum lapſum vides, qui Siculæ hiſtoriæ Scriptorem, Siciliæ Proregem vocant. Nicolaus itaque Specialis Senior ſcripſit

Hiſtoriam de Rebus Geſtis Siculorum ab expulſione Gallorum, ſub Friderico Siciliæ Rege, quæ cùm m. s. in Sicilia, & extra diu vagaſſet, tandem ab antiquo codice m. s. Regiæ Bibliothecæ Regum Galliæ erutam, Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis edidit anno 1688. in fol. in libro cui titulus: *Marca Hiſpanica, ſive limes Hiſpanicus, hoc eſt Geographica, & hiſtorica deſcriptio Catalauniæ, Ruſcinonis, & circumjacentium populorum, Auctore Illuſtriſs. Viro Petro de Marca Archiepiſcopo Pariſino. Pariſijs apud Franciſcum Muguet* 1688. *in fol.* in eoq; extat à pag. 597. ſub hoc titulo: *Nicolai Specialis libri octo Rerum Sicularum ab anno Chriſti M. CC. LXXXII. uſq; ad annum M. CCC. XXXVII. nunc primùm editi ex veteri codice m. s. Bibliothecæ Regiæ.* ideoq; codices m. ſs. quos pluribus in Bibliothecis vidi, hic recenſere ſupervacaneum puto: ſolùm addam Franciſcum Maurolycum hac hiſtoriâ uſum, & in ſuo Siculæ hiſtoriæ Compendio contractam inſeruiſſe, ut fatetur loc. cit. id ipſum fecit Fazellus, ut obſervat Auctor Marcæ Hiſpanicæ in obſervatione prævia ad dictam Hiſtoriam Nicolai Specialis.

NICOLAUS SPECIALIS alter nobilis Netinus ab obitis præclarè muneribus, & à fortunæ bonis ſatis illuſtris. Vir fuit in rebus difficillimis peragendis egregiâ dexteritate munitus; belli, pacisq. artibus inſigniter excultus. Alphonſo Regi gratiſſimus fuit, qui Siciliæ regendæ præfecit; eamque ſumma cum ſapientiæ, & integritatis laude, ac Siculorum utilitate, Proregis titulo rexit ab anno 1423. uſq; ad 1432. Ipſius prudentiam, doctrinamque ita perſpexit

Al-

Digitized by Google

Alphonſus,ut ſæpius dixerit: ſi fortè jura omnia,mores, vivendiq; leges interirent,Nicolaum ſatis eſſe, qui reficeret omnia, & integræ obſervantiæ reſtitueret: ideoque Nicolai operâ uſus eſt pro rebus graviſſimis ad Joannam Neapolis Reginã,Romanos Pontifices,atq;ad Sigiſmundi Regis coronationẽ,quibus miſſus eſt orator.Ann.1436.unà cum Alphonſo Rege,alijſque Proceribus in navali conflictu à Liguribus captus,honorificentiſſimè dimiſſus eſt.Plura ad patriæ ſuæ beneficiũ vel ſanxit,vel à Rege sãciẽda curavit. Non unũ oppidum ſuæ paruit dictioni: fuit etenim Dominus Paternionis, Iſpicæfundi, Caſtellucij, Granerij, Caſſibilis, Sancti Marci, Celſi, Montis Climiſi, & Cipullæ. Multis à Rege honoribus, ac muneribus auctus,divitiarum affluentiâ valuit. Magiſtrum etiam, ut vocant, Portulanum egit Portus Vindicaris; & à Rationibus Magiſter fuit.Tandem condito teſtamento Neti 7. idus Decembris an. 1443. ibidem deceſſit 13. Februarij 1444. & marmoreo ſepulchro conditus eſt in Eccleſia D. Franciſci, in quo hæc legebatur rudis inſcriptio, ante memorandum terræmotum anni 1693.

Magnificus Specialis heros jacet hìc Nicolaus:
Trinacrijs tumulis ditior euge, lapis.
Divinos Cineres ſerva Speciale ſepulchrum,
Sicelidum ſpecimen, tam ſpeciale decus.
Neſtor conſilio; quamvis virtute Catonem,
Hunc Quintum Fabium pro gravitate puta.
Proregemque tribus luſtris videre Sicani:
Nam totidem Regis ſubſtulit ille vices.
M.CCCC.XXXXIIII. Magnificus Dominus Nicolaus de Speciali obijt XIII. Februarij.

Duas habuit filias, quas nobiliſſimè nuptui tradidit; nempè Leonoram Blaſco Barreſio, Militelli Domino, & Iſabellam Ferulæ Toparchæ. Præterea Joannem Matthæum genuit filium,Regis Quæſtorem, & Petrum Dominum Alcami, Calatafimis,& Caſtellucij: hic enim non frater, ſed filius fuit Nicolai,ut contra Littaram *de Reb. Netinis p.*117.*&* 125.ait Petrus Carrera *in fragmentis m.ſs. Sicilianiſmi*: quod ex multis probat, præcipuè ex teſtamento ipſius Nicolai in tabulis Philippi Pullicini 7. idus Decembris 1443: in quo Petrus Nicolai filius appellatur. De Nicolao vide Rocchum Pirrũ *in chronol. Regum p.* 100.*&* *in not.Eccl.Syracuſ.p.*225.Fazellum *de rebus Siculis dec.*2.*lib.*9 *cap.*9. *pag.*590. Mauroly-cum *in hiſt.Sic. lib.*5.*pag.* 181. Vincentium Littaram *de reb. Netinis p.*105.*&* 116. Antonium Panormitam *epiſt. lib.* 5.*pag.* 97. Pandulphum Collennuccium *hiſt. Neapol. lib.* 6. Joſephum Bonfilium *in hiſt.Siciliæ par.* 1. *lib.* 10. *pag.*374. Antoninum Amicum *in Chronol.Proreg.Sicil.pag.* 5.*&* 6. & Vincentium Auriam *in hiſt. Chronol. Proreg. Sicil. p.*5.*&* *ſeq*; Noſtri Nicolai extant

Ordinationes ſuper juribus ſolvendis Officialibus Civitatis Meſſanæ factæ per D.Nicolaum de Speciali Proregem. In Capitulis Regni Siciliæ ſub Alphonſo Rege,editis Venetijs ex officina Dominici Guerræi, & Jo: Baptiſtæ fratrum 1573. in fol. *à pag.* 188. Italicè, ſed rudi ſtylo, prout ea ferebat ætas:

Capituli, e Statuti ordinati, e promulgati per lu Magnifico, e Potenti Signori Miſer Nicola Speciali Vicerè de lo Regno di Sicilia, miſo per Re Alfonſo ſopra la Reformationi de li Cabelli de la Regia Secretia de la Citate di Palermo. In prædictis Capitulis, *à pag.* 199.

NICOLAUS STIZZIA nobilis Catanenſis, Juriſconſultus doctiſſimus, natus anno 1545. eâ animi contentione graviores diſciplinas amplexus eſt, ut doctrinâ inſigniter cumulatus, poeticâ laude inclytus, egregijſq; animi dotibus munitus, ad nonnullos honorum gradus fuerit evectus. Philippi II.Catholici Regis primùm Capellanus, inde Abbas S. Philippi de Grandis an. 1579. electus eſt: & eodem anno primus Regiæ Monarchiæ Siculæ Judex Eccleſiaſticus conſtitutus fuit. Eo in munere tanta prudentiâ, pietate, ac doctrinâ claruit, ut Rex laudatus, ad ornanda eximia ejus promerita, anno 1582. Abbatem S. Mariæ Novæ lucis, & 1590. Meſſanenſem Archimandritam elegerit. Meſſanæ in Archimandritali ſede Græcorum Seminarium excitavit,ac ejuſdem jura conſtanti pectore propugnavit. Tandem anno 1593. ab eodem Rege Epiſcopus Eccleſiæ Cephalædenſis deſignatus, à Clemente VIII. Pontifice creatus eſt. Narrant, quòd ante Pontificem conſtitutus, ut examine probaretur, ejus doctrinæ præſtantia, idem Pontifex petierit: *Quæ eſt Monarchia, cujus munere in Sicilia es perfunctus? cui reſpondit: Illa, quam prædeceſſores Sanctitatis veſtræ Principibus Siculis conceſſere.* In Eccleſia moderanda,pietate,ac virtutibus effulſit;ideoque non ſine ſuorum dolore Cephalædij deceſſit 17. Februarij 1595. & in Cathedrali Eccleſia ſepultus eſt,hoc addito epitaphio.

D. O. M.

Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Nicolai Stizzia nobiliſſimi Catanenſis, Abbatis Novæ lucis, Archimandritæ Siciliæ, & Calabriæ, Epiſcopi Cephaludenſis, miræ pietatis, integritatis, & Religionis Antiſtitis, cæteris maximis virtutibus, eccleſiaſticis dignitatibus, etiam Monarchiæ in Regno ornatiſſimi, cumulatiſſimique viri, Romæ, ac Hiſpaniæ celeberrimi, pij, optimi, vigilantiſſimi Præſulis æternâ memoriâ, ac æmulatione digniſſimi mauſoleum. Obijt XVII. Febr. an. M. D.LXXXXV. ſuæ ætatis LV.Cura alta gregis,cura ſpes inopum.

De Nicolao Stizziâ vide Rocchum Pirrum *Siciliæ Sacræ lib.* 2. *pag.* 459. *&* *lib.* 3. *in not. Eccl. Catan.p.* 92. *in not. Eccl. Cephal. pag.* 466. *&* *lib.* 4. *de Abbatis pag.*39.*&* 99. Leonardum Orlandinum *in Imaginib. lib.* 2.*pag.*60. Vincentium Auriam *in hiſtor. Cephal. pag.* 80. Benedictum de Paſſaflumine *de origine Eccl. Cephalæd. pag.* 77. Joannem Bapt. de Groſſis *in decacord. Catan. cord.*9.*pag.*144. Scripſit ex Petro Carrera *in hiſtor.Catanæ vol.*2. *pag.*357. Italicè

Martirio, e Traslazione di S. Agata, Poema Sacro.

Vidi etiam in fine voluminis m. s. Ludovici Parami *de Monarchia Siciliæ*, noſtri Nicolai

Digitized by Google

Tractatum, quod Clericorum exemptio, rerumque Ecclesiasticarum sit de Jure divino. m.s.in fol. Scripsit etiam

Epigrammata. m. ſs.ex Jo: Bap. de Groſſis *de ſcriptorib. Catanæ m. s.*

NICOLAUS SYLVATICUS Medicus. Claruit anno 1516. Ex Joanne Antonio Vander linden *de ſcriptis Medicis pag. mihi* 516. & 844. Emendavit, & edidit

Roſam Anglicam dictam, quatuor libris diſtinctam; de morbis particularibus: de Chirurgia, & Pharmacopœja, Joannis Anglici, ſive Joannis de Gandeſden. Venetijs apud Octavium Scotum 1516. in fol.

NICOLAUS TEDESCHIUS Pontificij Juris Doctor celeberrimus, anthonomaſticè vocatus, *Abbas Panormitanus*, Trithemio teſte *de Scrip. Eccleſ.* paſſim *Lucerna Juris* à doctoribus appellatus. Nicolai notitiæ juſti voluminis materiam calamo exhiberent: at juxtà inſtituti mei rationem, multa paucis contrahere ſtudebo. De viri patria longa eſſet diſquiſitio inſtituenda: Scriptorum ſententias, ac rationes breviter expendam. Lis eſt inter Panormitanos, & Catanenſes de ipſius patria. Catanenſem volunt ex nobiliſſima, perantiqua, & Catanenſi familia Tedeſchia auctores multi; præſertim Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. mihi* 398. Joannes Trithemius *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Alphonſus Ciacconius *in Vitis Pontif.* Hieronymus Ghilinus *in Theatro Viror. literator. par.* 2. *pag.* 201. Æneas Silvius *in Chronico de temporibus mundi pag.* 242. Ex Siculis Thomas Fazellus *decad.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 67. Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 23. alij que tam exteri, quàm noſtrates, quos adducunt, ac ſequuntur Petrus Carrera *in hiſtoria familiæ Tedeſchiæ*, & Joannes Baptiſta de Groſſis in libro inſcripto: *Abbas Vindicatus.* His addunt epitaphium, Nicolai tumulo appoſitum, in quo extat:

Panormi Antiſtes, & Catanenſis eras.

Ac tandem ipſius Nicolai teſtimonium, nam *in proœmio Rubricæ extra de Judicijs*, ait: *Quapropter ego Nicolaus de Tudeſcho Catanenſis.* Et alibi, ſcilicet *in repet. capit. Novit ille de Judicijs n.* 13. inquit: *Ethnici ab illo Monte Ætna, qui in veritate eſt in Sicilia, & diſtat à Civitate mea per* 14. *milliaria, Scil. à Civitate Cataniæ.* Id ipſum affirmaſſe tradunt in epiſtola quadam ad Catanenſes ſcripta anno 1425.

At Panormitani allatis rationibus, & Scriptorũ auctoritati non exigui ponderis argumenta nervosè objiciunt; Panormi etenim natum contendunt non ex nobili, ſed honeſta familia; nam Guido Pancirolus, in libro *de claris legum Interpretibus*, in vita Nicolai ait: *Obſcuris natalibus ortus.* Id ipſum tradunt Ludovicus Domenichi *in hiſt. varia lib.* 1. *pag.* 35. & Marius Cutellus Catanenſis *de donationibus tom.* 1 *tract.* 1. *diſc.* 2. *partic.* 11. *n.* 80. *pag.* 354. qui ſcribit: *ex vulgari familia originem trahens.* His adde Antonium Panormitam Nicolai Synchronum; hic enim in libro *de dictis, & factis Regis Alphonſi lib.* 2. *pag.* 39. teſtatur, quòd cùm Alphonſus Rex accepiſſet, nonnullos Europæ Reges ad Concilium Baſilienſe Oratores miſiſſe viros nobilitate, ac potentiâ illuſtres, magnâque pompâ inſtructos; ipſe Alphonſus non viros nobiles, ſed ingenio, ac doctrinâ clariſſimos ad Concilium dirigere decrevit: & horum unus fuit noſter Nicolaus. En Panormitæ oculati teſtis verba. *Cùm audiſſet nonnullos Europæ Reges ad Baſilienſe Concilium deſtinaſſe, miſiſſeque Oratores potentes, & progenie illuſtres, magnâ cum & equorum, & comitantium pompâ, delegit ipſe è ſuis, quos ad Concilium mitteret, non quidem qui ſanguine, ſed qui ingenio, & ſapientiâ præcellerent. Hi fuerunt Ludovicus Pontanus Juriſconſultorum eo tempore facilè Princeps, & Nicolaus Siculus Archiepiſcopus Panormitanus, & hic in Jure Pontificio ætatis ſuæ nemini ſecundus.* Hinc vides non ex clariſſimo Tedeſchiorum genere natum Catanæ; ſed ex Tedeſchiorum familia Panormitana, quæ honeſtis proventibus munita, ab antiquiſſimis temporibus Panormi vixit; ubi nonnulla, etſi exigua, prædia tenuit, ſuper quæ annuos reditus Panormitano Monaſterio Monialium SS. Salvatoris perſolvere tenebatur. Inter publica documenta hoc apertiſſimè firmantia legitur, Nicolaum quemdam Tedeſchium vineam unam ſitam in regione dicta *del Padiglione* juxta Panormum, Nicolao alteri Tedeſchio nepoti legaſſe: & exinde ab Andrea Tedeſchio patre, ac legitimo adminiſtratore ejuſdem Nicolai, venditam Joanni Vivazza, ex tabulis Jacobi de Comite Panormitani 9. Septembris 1452. Quòd ſi ipſemet Nicolaus ſe Catanenſem affirmat, ut reſpondent Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. pag.* 163. & Franciſcus Baronius *de majeſtate Panor. lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 136. ad eam reſpexit conſuetudinem, quâ S. Benedicti religioſa familia alumnis ſuis cognomen imponit ab urbium nuncupatione, ubi monaſticum habitum accipiunt, quam conſuetudinem huc uſque vigere ſcimus: at certò certiùs eſt Nicolaum regularem diſciplinam Catanæ amplexum fuiſſe, ut ipſemet teſtatur *cap. cauſam de Judicijs n.* 8. aitque: *Eccleſia Catanenſis, ubi ego habitum à pueritia ſuſcepi D. Benedicti:* quod ultrò fatentur Petrus Carrera *cit. pag.* 80. & de Groſſis *cit. cap.* 10. *pag.* 115. Ideoque ab urbe Catanæ ſibi cognomen aſsumpſit, dictus meritò, Monochorum more, Nicolaus à Catana, vel Catanenſis: idque Scriptores decepit, qui hanc conſuetudinem non advertentes, Catanæ natum exiſtimavere. Addunt, & Panormitani, quòd forſan Nicolaum gloriolæ ſtimulus impellere potuit, ut ſe illius Urbis civem proferret, ubi nobiliſſima Tedeſchiorum familia efflorebat, ut ex ea progenitum crederetur. Nec deſunt illorum exempla, qui humili loco nati, in alienam familiam nobilitate refulgentem, ſe ipſos intromittere ſint auſi. Conſule Valerium Maximum *lib.* 9. *cap.* 15. per totum, cui & recentiora exempla addere quiſque poſſet. Ad prætactam conſuetudinem Monaſticam re-

Digitized by Google

respexisse volunt auctorem epitaphij eo in carmine supra allato: *Panormi Antistes, & Catanensis eras.* Cui accedit, quòd epitaphium, Nicolai Sarcophago additum fuit post multos annos ab ejus morte, nam in urna marmorea antiqua (cui sacrificium Veneris insculptum, teste Georgio Gualterio *in Siciliæ tabulis pag.* 94.) conditus est; & in ejusdem operculo recentiore, characteribus novis incisa spectatur inscriptio. Hoc verò apertissimè intuentium oculis patet: multaque enim epitaphia Archiepiscoporum ejusdem temporis circumspectantur Panormi in Sacello, ubi Nicolai exuviæ jacent, diversissimè insculpta: quòd observavit Vincentius Auria *in Chronologia Archiep. Panorm. in fine historiæ Crucifixi Ecclesiæ Panor. ex tertia editione pag.* 206. Id verò firmatur ex Pancirolo *de claris legum Interpretibus*, ubi in vita Nicolai ait: *sed ejus sepulchrum, & epitaphium nullum apparet*: nullum etenim post ejus obitum appositum, sed multos post annos excitatum. Epitaphium verò non Panormitani incidi curarunt, ut Carrera *cit. pag.* 61. & Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Biblioth. vet. pag.* 195. falsò tradunt, sed non una conjectura validissimè suadet, à Joanne Paternione Catanensi Archiepiscopo Panormitano (anno 1507. claruit) editum: hic enim cùm multa è marmore ornamenta fabrefacta tum in Cathedrali Ecclesia Panormi, tum in Episcopio, tum denique in Ecclesia, & ædibus Baidæ, & alibi condidisset, sepulchrum Antecessoris Nicolai excitavit, & inscriptione insignivit. At Panormitana Nicolai patria à Panormitanis, multis fulcitur rationibus, præsertim ipsius Nicolai testimonio; ipse enim *in consilijs* editis Lugduni ann. 1537. *par.* 2. ita se subscripsit, nempè *in consil.* 72. *Nicolaus de Tudeschis Abbas Siculus Panormitanus*: *& in consil.* 52. 74. 75. *&* 77. *Nicolaus Abbas Siculus Panormitanus*. Accedit, & nomen, quo ab omnibus authonomasticè passim vocatur *Abbas Panormitanus*; & operum suorum inscriptio eodem nomine insignis. Hæc autem appellatio originem trahere haud potuit, nisi ab ejus ortu in Urbe Panormi: Nicolaus enim Abbas Maniacensis renunciatus à Martino V. Pontifice 10. Januarij 1425. ut ipsemet fatetur *in cap. cum olim initio de dolo, & contumacia*; ex tunc vocatus ab omnibus Abbas Panormitanus: nempè multos ante annos, quàm ad Archiepiscopalem Sedem Panormitanæ Ecclesiæ fuerit evectus anno 1434. quod ex subscriptionibus in prædictis Consilijs, ante Archiepiscopalem dignitatem scriptis, clarissimè patet. Maniacensis autem Abbatia, non Panormi sita est, ut falsò Bernardus Colnago apud Carreram *in histor. Catan. vol.* 2. *pag.* 119. *&* 145. & L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Auct. Eccles. tom.* 12. *cap.* 4. *pag.* 98. sed longè ab Urbe Panormi distat, in Messanensi Diœcesi ad Montis Ætnæ radices, ex Aug. Oldoino *in addit. ad Ciaconium tom.* 2. *pag.* 943. de Grossis *cit. pag.* 117. Francesco Privitera Catanense *in ann. Catan. pag.* 185. ut sine controversia liquet. Hìc verò advertendum, Carreram in libro *familiæ Tedeschiæ pag.* 64. & de Grossis *pag.* 95. pro Catanensibus adduxisse Petrum Ranzanum Panormitanum, quem (*in tom.* 8. *m.s. Annal. lib.* 4. in Bibliotheca Cœnobij Panormitani S. Dominici asservato) scripsisse tradunt, quòd Nicolaus fuerit Siculus Catanensis: at egomet librum proprijs oculis lustravi, & in allato codicis loco non *Siculus Catanensis* observavi, ut falsò testantur, sed *Nicolaus Tudischus in Siciliæ ortus*: nec aliud de ejus patria. Pro Panormo tandem nonnulli militant Scriptores, qui Nicolaum Panormi exortum affirmant; inter hos Leander Albertus *in descrip. Siciliæ pag. mihi* 47. Christophorus Scannellus *in Chron. Siciliæ*, Josephus Carnilivarius *in hist. Siciliæ lib.* 2. *pag.* 249. Secundus Lancellottus in libro: *L' Hoggidì par.* 2. *disin.* 6. *pag.* 118. Bartholomæus Cepolla *de verb. signif. in summar. legis* 147. *n.* 7. *pag.* 653. Joannes Baptista Zilettus *in indice Doctorum* edito Venetijs 1566. Gabriel Bucellinus *in* 2. *par. annal. Benedictin. an.* 1422. *pag.* 83. Gonzalus de Illescas *in histor. Pontif. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *pag.* 42. Hieronymus Piperus apud Hyacinthum Gimmam *in elogijs Accad. Incuriosorum Rosciani par.* 2. *pag.* 62. Franciscus Strada *in Glorijs Aquilæ Triumphantis pag.* 544. *& in epist. nuncupatoria libri inscripti, Vincentia Victus Petri Possini Panormi recusi pag.* 8. Quibus addo Siculos, ac Panormitanos Auctores id ipsum confirmantes: hi sunt Joannes de Honofrio *in orat. pro studiorum instauratione pag.* 10. Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 136. Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Panorm. pag.* 163. Augustinus Inveges *in appar. tom.* 2. *annal. Pator pag.* 71. Joannes Jacobus Adria *in topographia Vallis Mazariæ* apud Joannem Vigintimillium *de Poetis Siculis Bucholicis cap.* 48. *pag.* 437. Josephus Centorbis relatus à Philadelpho Mugnòs *in Theatro Genol. par.* 3. *pag.* 465. Petrus Antonius Tornamira *in Prosapia S. Rosaliæ pag.* 170. *in origine Congreg. Casinensis pag.* 236. 480. *&* 526. *& in Patriarchatu S. Benedicti pag.* 234. Seraphinus à Panormo *in declarat. arboris monastici pag.* 33. *&* 175. Alphonsus Salvus *in Prosis pag.* 25. Hippolytus Maja *in observ. ad Bullam Clementis VIII. pro Parochijs Panor. obser.* 1. *n.* 52. *pag.* 14. Vincentius Auria *in Rosa Cœlesti pag.* 29. *& in Chronol. Archiep. Panor. pag.* 205. Gregorius de Augustino *de rebus Siculis lib.* 1. *cap.* 17. m. s. in Bibliotheca Cœnobij S. Zitæ Panormi, alijque.

At his de Nicolai patria delibatis, (multa enim ad hæc pleniùs disquirenda proferre poteram) ad alias ejusdem notitias progrediar. Anno 1400. ætatis suæ decimo quarto, Monasticum S. Benedicti institutum amplexus est Catanæ in Cathedrali Ecclesia D. Agathæ, ut ipsemet fatetur *in Repet. cap. causamque de Judicijs n.* 8. non in Catanensi Cœnobio S. Mariæ Novæ Lucis, ut Aloysio Lello placuit *in histor. Eccles. Montis regalis par.* 2. *pag.* 21. Studijs addictus,

Digitized by Google

ctus, ob ingenij excellentiam, & subtilitatem, ac admirandam oris eloquentiam, inter Doctissimos Philosophos, ac Theologos recensitus est. Anno 1414. Catanensis Ecclesiæ Canonicus declaratus fuit: exinde ut singulares ingenij dotes impensiùs exerceret, Bononiam missus est, ubi Jurisprudentiæ operam dedit, & doctrinâ mirum in modum cumulatus enituit. Ideoque adhuc discipulus, ab illius Academiæ Moderatoribus cum eximijs aliquot viris electus fuit, ut ejusdem Athenæi privilegia recognosceret, eo asserente *in cap. finali n.3. ne Clerici.* Pontificia Jura ab Antonio de Butrio didicit, ex Philippo Labbæo *de Script.Eccles.tom.2.pag.112.* & Lud. Morerio *in dict. tom.2. pag.* 85. & à Francisco Zabarella, teste Joanne Fichardo *in vitis Juriscons. pag.* 25. Hic autem cum multa in Nicolai beneficium edidisset benevolentiæ argumenta, ad Cardinalis dignitatem evectus, doctorali laureâ Nicolaum cohonestavit. Cùm autem doctrinâ cumulatissimus supra omnes undique celebris emineret, primùm in Catanensi Academia sacras sanctiones interpretatus est, ex Hieronymo Ragusa *in Siciliæ Biblioth. veteri pag.* 196. inde ad Senensium Lyræum accersitus anno 1421. ut Pontificia Jura publico ære doceret, eo in munere per annos tredecim magno cum plausu, & Auditorum frequentiâ refulsit. Tunc à Martino V. Pont. Abbas S.Mariæ Maniacis, in Messanensi Diœcesi ad Ætnæ radices, electus est 10. Januarij 1425. ut ipsemet Nicolaus ait *in cap. cum olim de dolo, & contumacia cap.7.* non S.Agathæ,ut habent Labbæus, Morerius *loc. cit.* & Henricus Wharton *in appendice ad histor. literariam Guilelmi Cave pag.* 70. Inde Parmæ vocatus sexennio Pontificias etiam Constitutiones in illius Athenæo, haud minori plausu,publicè docuit. Tandem in Bononiensi Academia id ipsum præstitit,addito stipendio 800. aureorum. Honoribus satis maturus à Martino V. Romam evocatus, Romanæ Rotæ, & Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor constitutus est:& ab Eugenio IV.Apostolicus Referendarius renunciatus. Alphonso Siciliæ Regi etiam gratissimus fuit, à quo Regius Consiliarius electus,& 150.auri uncijs singulis annis persolvendis ex Regia Secretia Panormi donatus. Ab eodem Rege, & ab Apostolica Sede Judex Delegatus in difficillimis controversijs constitutus,singulari doctrinâ se ornatum ostendit. Tandem ab ejusdem Regis munificentia Archiepiscopus Panormitanus designatus, anno 1434. ab Eugenio prædicto consecratus est. Multa in Ecclesiæ sibi creditæ bonum patravit, & obtinuit. Ad Basilienſe Cõcilium cum Joanne Cardinali Tarentino Orator Missus ab Alphonso Rege, in eo, teste, præter alios, Henrico Wharton *loc. cit.* dicendi copiâ, verborum gravitate, reconditâ Juris Canonici scientiâ, & nominis auctoritate, principem inter omnes locum tenuit. Sed exinde corrupto Concilio ob fœdissimas contra Pontificiam auctoritatem sententias, ab Eugenio IV. Apostolicæ Sedis Orator adlectus est, ut Concilij dissolutionem curaret;ejusque operâ dissolutum fuisse tradit S. Antoninus Archiep. Florentinus *in Chron. par. 3. tit. 22. cap.10. §.4.* & magnâ ingenij subtilitate, & eloquentiæ vi Pontificis auctoritatem egregiè propugnavit, ut ait Pancirolus *loc. cit.* ex Ænea Silvio ;cui Bzovium *ad ann. 1439. n. 7.* addo, & Petrum Possinum *in Vincentia victo cap. 11. pag.102.& seq;* Constanti etiam pectore navavit operam, ne Presbyteri in Episcoporum vacantia loca succederent ad decisiva vota pronunciada, teste Ænea cit. & Bellarmino *de Script.Ecclesiast. pag.* 394.cũ alijs. Immutatâ Cõcilij facie,dum ejusdem Patres deponere è Pontificia Sede Eugenium temerè meditabantur, noster Nicolaus Alphonsi Regis jussu, à Concilio recessit, ex Hieronymo Surita *Annal. Aragon. lib.15.cap.1.* & Pancirolo. Eo igitur tempore, quo aberat à Cõcilio Nicolaus, per sũmam audaciam Eugenium Pontificia auctoritate expoliatum definiere Patres; & Felicem V.ad Pontificatus apicem evexere.Sed ad Concilium redire coactus, Alphonso Rege impellente, ejusdem nomine Felicem veneraturus, Basileam adijt, Felici adhæsit, ut Regi morem gereret, qui & ipse Eugenio infensus, Antipapæ accessit, ex Ænea cit. & Amadeo Pacifico *pag.* 131. *&* 132. apud de Grossis *in Abbate Vindicato pag.* 47. *&* 48. Felix verò, non in mercedem iniquitatis, ut scripsit S.Antoninus *in Chron. cit.* sed in egregiæ doctrinæ, & meritorum præmium, ad Cardinalatus dignitatem Nicolaum extulit, ut Amadeus Pacificus *pag.* 178. *n.* 5. apud de Grossis *cit. pag.* 69. Wharton *loc. cit.* & Thomas Strozzi *in Controversia Conceptionis par. 2. cap.* 14.*pag.* 94. scribunt. Cardinalis titulo SS. Duodecim Apostolorum fuit 12. Novembris 1440. electus, ex Alphonso Ciacconio *in Vitis Pontif. tom.2.pag. mihi* 943.& Honuphrio Panvino in libro: *Romani Pontifices pag.* 299. alijsque. Etsi ab Antipapa Felice creatus, qui quatriennio post Nicolai mortem, anno 1449. Pontificiam dignitatem deposuit; attamen Nicolaus V. Pont. Max. qui Eugenio successit nedum Cardinales superstites à Felice Antipapa creatos confirmavit, ut ait Panvinus *cit. pag.* 303. S.Antoninus *loc. cit.* & Oldoinus *in Athenæo Romano pag.*507. *& in addict. ad Ciacconium tom. 2. pag.* 943. verùm etiam omnia Felicis acta confirmavit, & collatas ab ipso dignitates ratas fore decrevit, ex Bulla edita 15. Junij 1449. apud Bzovium *annal. Eccl. tom.* 15. *ann.* 1449. *n.* 4. Hinc deducendum, quòd etsi eo tempore jam defunctum scimus Nicolaum, attamen creationis suæ decretum, ex bulla subsequuta confirmatum fuit. A Felice V. Legatus à latere in Germaniam missus est, Morerio *cit.* teste. Panormum è Basilienſi Concilio regressus, dum Ecclesiam suam summâ vigilantiâ moderabatur, Generalibus Siciliæ Comitijs præfuit anno 1440. in quibus Alphonsus Rex feuda à Regni Præsulibus, & Baronibus possessa

Digitized by Google

ſa vel confirmavit, vel iterum conceſſit. Anno 1445. eidem Regi imperterritè ſe oppoſuit, qui Eccleſiaſticorum bona, & beneficia bellorum ſumptui obſtricta contendebat: etenim id fieri illicitum, dicebat Nicolaus, inconſulto Pontifice. Demum eodem anno menſe Julio, ex Pirro *cit.* vel 24. Februarij ex Carrera *cit. pag.* 102. & de Groſſis *cit. pag.* 123. Panormi deceſſit: at non peſte affectus, ut perperam Henricus Wharton *in append. ad hiſt. literar. Guilelmi Cave pag.* 71. & L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Auct. Eccleſ. tom.* 12. *cap.* 4. *pag.* 98. eo enim anno nullum peſtis veſtigium fædaſſe Panormum pro certo certius habemus. Nonnullos poſt annos marmoreo ſepulchro cohoneſtatus eſt, in cujus operculo hæc inſculpta legitur inſcriptio.

Morte tua Canon, & Leges, & Jura Quiritum
Occubuere, jacent hoc tumulata loco.
Tu Nicolaus eras Tudiſco ſanguine natus,
Panormi Antiſtes, & Catanenſis eras.
Eugenio, & Baſila diſcordi pace ruebat
Noſtra fides, ſteterat te Duce Concilium.
Nominis, & Tituli cumulos, & laudis adeptus,
Unde tuum texit Rubra Thiara caput.
Obijt anno M. CCCC.XXXXV.

Hinc corrigendus Philippus Labbæus *in SS. Patrum Biblioth. Chronologica pag.* 277. qui anno 1443. obijſſe tradit. Nonnulla ſunt edita, honoris argumenta, quæ Nicolaum emeritis laudibus extollunt, ejuſque excellentiam teſtantur. Inter alia æreus nummus, in cujus antica parte Abbatis noſtri effigies ſpectatur, in poſtica verò Trutina, Juſtitiæ, virtutiſque ſuæ teſtis. De eo Mauritius de Gregorio in libro: *Condottiero del Predicatore tract. 6. pag.* 266. Carrera *cit. pag.* 78. & de Groſſis *cit. pag.* 35. Pucherrimum Nicolai ſimulachrum in Bononienſi Cœnobio Ord: S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, ſub S. Proculi nomine, demiratur, ut habent Victorinus Aucellus *in Itinerario* apud Petrum Ant. Tornamiram *in Origine Congreg. Caſinenſ. lib.* 2. §. 15. *pag.* 236. & Bernardo de Montfaucon *in Diario Italico cap.* 27. *pag.* 398. Alia ex pario marmore ſtatua, licèt non integra, ſpectabatur Panormi in ornatiſſimis ædibus Marci Getij Cathedralis Eccleſiæ Panormitanæ Canonici, teſte de Groſſis *cit. pag.* 36. & 37. De noſtro Nicolao innumeri Auctores edidere multa, quos (præter ſupra allatos) habes apud Rocchum Pirrum *in not. Eccleſ. Panor. pag.* 163. Petrum Carreram *in hiſt. familiæ Tedeſchiæ lib.* 2. *per totum*, & Joannem Bapt. de Groſſis in libro, cui titulus, *Abbas Vindicatus, ſive Nicolai de Tudiſchis vita, edita Florentiæ* 1651. in qua nonnulla Nicolai gloriam obumbrantia diluere conatur. His adde Aubertum Miræum *in auct. de ſcript. Eccleſ. pag.* 267. & Joannem Baptiſtam Catalmajum *in Sintaxi Auditorum Sa. Rotæ Romanæ.* Quæ dilucidè, doctè, & eruditè edidit noſter Abbas hæc ſunt:

In quinque Decretalium libros Commentaria. Omnes hic horum editiones recenſere non vacat: præcipuas tantùm indicabo. Prodiere Venetijs apud Juntas 1588. in 4. & 1582. & 1592. in fol. cum alijs Nicolai lucubrationibus octo tomis comprehenſa. Lugduni 1527. 1534. 1537. Cum addictionibus Alexandri de Nevo. Ibidem 1549. 1578. & 1586. in fol. in ſex Tomos diſtributa. Cum addictionibus Zachariæ Ferrerij Vicentini, Taurini apud Nicolaum de Benedictis 1517. Parmæ typis Bernardini Macrini 1569. in 4. In compendium contraxit hæc Commentaria Hieronymus de Ferrarijs Ordinis Prædicatorum. Venetijs apud Michaelem Tramezinum 1564. in 4. ex Ambroſio Altamurano *in Biblioth. Domenic. pag.* 391. & Fontana *in Biblioth. legali par.* 2. *pag.* 341. & 374.

Commentaria in Epiſtolas Clementinas, & earum Gloſſas. Pariſijs 1516. in 8. ex Bibliotheca Claſſica Draudij *pag.* 668. & Geſnero *in Biblioth. pag.* 633. qui, & mſs. aſſervari addit in Bibliotheca Imperiali in fol. Venetijs 1571. in fol. ex recognitione Leonardi à Lege J. C. Mātuano Ibidem apud Juntas 1617. Lugduni 1584. & 1586. ex Du-Pin *in Biblioth. cit.* & alibi cum Commentarijs in libros Decretalium.

Conſilia CCXXVI. non 118. ut habet Wharton, & Du-Pin *loc. cit.* nec 104. ex Trithemio, & Geſnero *in Biblioth. pag.* 633. & Oldoino *in Athenæo Romano p.* 508. Tomis duobus comprehenſa, Lugduni typis Joannis Crilpini 1537. in fol. & alibi ſæpius cum Commentarijs Decretalium.

Quæſtiones VII. ſubtiliſſimæ unà cum Conſilijs editæ ſunt Lugduni 1584. & 1586. in fol. ex Bibliotheca Claſſica Draudij *pag.* 684. Venetijs 1571. Ibidem apud Juntas 1617. Aliquæ ejuſdem Quæſtiones extant in volumine inſcripto: Quæſtiones Juris Variæ, & Selectæ. Coloniæ 1570. in fol. & Lugduni 1572. in fol.

Repetitio in Cap. per tuas de Arbitrijs. Typis tradita cum Commentarijs Decretalium, & in volumine ſecūdo operis inſcripti: *Repetentium in univerſas ferè Juris Canonici partes, materiaſque.* Venetijs 1587. Antuerpiæ 1615. & Coloniæ 1618. & 1650. ex Fontana *in Bibliotheca legali pag.* 157. & 374.

Proceſſus Judiciarius, ſive Practica in omnibus ferè Curijs obſervari ſolita. Prodijt in 4. ex Geſnero cit. & cum Commentarijs allatis. Ex Leonardo Cimino in libro *Sal. Ritus p.* 164. *n.* 61. Rithum Regni Siciliæ, qui modò in omnibus Siciliæ Curijs viget, noſter Nicolaus, Alphonſo Rege inſtante, condidit.

Theſaurus ſingularium in Jure Canonico Deciſorum, conſcriptus in Concilio Baſilienſi, & ſecundum ordinem alphabeticum pro faciliori uſu diſpoſitus. Ex Trithemio *de ſcript. Eccl.* Wharton, & Labbæo *cit.*

De Concilio Baſilienſi Tractatus. Pariſijs, ex Bibliotheca Exotica *pag.* 467. & Bibliotheca Claſſica *pag.* 675. Hujus etiam meminere Geſnerus *in Biblioth. pag.* 633. Bellarminus *de Scrip. Eccl. pag.* 394. & Oldoinus *in Athenæo Romano pag.* 508. *& in addict. ad Ciacconium to.* 2. *pag.* 943. Sed liber hic à Sacra Congregatione Indi-

Digitized by Google

dicis prohibetur, *ut ex Indice librorum Prohib. pag.* 62. patet. Nicolao Simeoni etiam adscribunt, teste Fontana *in Biblioth. Legali par.*2.*pag.* 292. Prodijt etiam à N. Gerbais Doctore Sarbonico in Gallicam linguam versus, ut Du-Pin *in Biblioth. cit.* tradit.

Tractatus de Auctoritate Papæ,& Imperatoris, & veritate,& Institutione Conciliorum Sacrorum, præsertim Basilienſis, cum annexione quorumdam dubiorum, & casuum. Lugduni 1517. in 8. Gesnero teste asservabatur etiam m. s. apud M. Dresserum cum alijs Panormitani libris; & omninò diversus est à præcedenti libro.

Commentarium inchoatum in Decretum, ex Gesnero *cit.* sed nunquam se vidisse fatetur Bellarminus.

Quæstio quædam in Parmensi Gymnasio disputata. Prodijt unà cum Repetitione in cap. Per tuas, Commentarijs in Epist. Clementinas, & Practica. Lugduni 1587. in fol. *ex Bibliotheca Classica* Draudij *pag.* 710. *& Biblioth. Exotica pag.* 579.

Disputationes Variæ. Ex Trithemio, Gesnero, & Oldoino.

Decisiones Rotæ Romanæ. Inter Decisiones Rotæ, ex Fontana *cit. pag.* 373. & Jo: Bapt. Catalmajo *in Syntaxi Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum.*

Conclusiones Glossarum Clementinarum. Extant m. ss. in Bibliotheca Imperiali, ex Gesnero *cit.*

NICOLAUS TERRANOVA Drepanensis, Ordinis Prædicatorum, vir morum integritate perillustris, ac doctrinâ clarissimus: fuit etenim Sacræ Theologiæ Magister scientissimus, nulli secundus, & Ecclesiastes disertissimus. In Cœnobio Sancti Dominici Panormi graviores disciplinas, Regentis munere docuit. Apud Alphonsum Neapolis, & Siciliæ Regem magnâ æstimatione valuit, cui à confessionibus fuit. In Sicilia præfuit Ordinis sui Provincialis. Celebris claruit anno 1445. Immatura ejus mors summo dolore Alphonsum affecit, quem ut aliquantulum leniret, magnificentissimo funere virum egregium cohonestatum voluit. Ad plenam ipsius laudem juvat hìc Petri Ranzani Panormitani, Episcopi Lucerini, verba exscribere, qui *in annal. Mundi tom.* 8. *lib.* 42. m. s. in Bibliotheca Cœnobij Panormitani S. Dominici, ait: *Nec prætermittendus est mihi Nicolaus Siculus Drepanitanus cognomento Terranova Ord. Prædicatorum, vir peracuto ingenio, & memoria singulari, unusque Theologorum hujus temporis eruditissimus: nemo in disputando vel vehementior, vel copiosior, & acutior eo existimatus est. Eam ob rem Alphonsus Rex miro est ipsum honore prosequutus, mirificèque dilexit. Cum autem ageret cum Eugenio Pontifice, ut Capuanæ præficeret Ecclesiæ, immaturâ morte correptus decessit. Perhibent nonnulli viri gravissimi, Paulum Venetum, de quo dictum est, nonnisi Nicolai hujus præsentiam reformidasse, quoties ei esset de gravi aliqua re publicè disputandum.* Hæc Ranzanus. Emeritis laudibus ipsum etiam exornant Leonardus Orlandinus *in descrip. Drepani pag.* 53. Leander Albertus *in descrip. Siciliæ pag.* 52. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 546. Christophorus Scannellus *in chron. Siciliæ,* Joannes Lopez *in hist. Domin. par.* 5. *lib.*2. *cap.*60. §. 1. ex Italica versione Petri Patavini,& Vincentius Nobilis *in Thesauro absconditο de Virgine Deipara Drepanitana cap.* 23. *pag.* 780. qui ex Ranzano scripsisse ait

De Immunitate Ecclesiastica Tom. I.

De Potestate Papæ Tom. I.

Hieronymus Ragusa *in Elogijs Siculorum pag.* 193.& iterum *in Siciliæ Biblioth. Veteri pag.*193. scriptis mandasse tradit ex Orlandino:

In Epistolas D. Pauli Tomos II.

Sermonum Tom. I.

Sed apud Orlandinum hæc non invenies; ideoque ab alio hoc accepisse credendum.

NICOLAUS TOSCANUS Erycinus, Ordinis Prædicatorum, musices peritissimus, eo naturæ dono ditatus est, ut omnimodam vocis modulationem, à musices arte expetitam, ad miraculum eliceret:& quoquò vellet vocem inflecteret; adeo ut organum in pectore reconditum asservare videretur. Postquam Italiam peragrasset, & in sui admirationem traxisset, senio gravatus, suum Erycis Cœnobium repetijt, ibique decessit anno 1505. ex Rocchο Pirro *in not. Eccl. Mazar. pag.*564. *&* 569. quem sequitur Hieronymus Ragusa *in elogijs Sicul or. pag.* 198. *& in Siciliæ Biblioth. Veter. pag.* 200. at veriùs è vivis abijt anno 1605. ex Antonio Cordici *in histor. m. s. Erycis, lib.* 2. *cap.*15. cujus authographum Panormi servatur ab Alberto Palma Erycino. Edidit

Libros de Rebus Musicis.

Hìc advertendum ex Cordici citato, quòd in operum fronte, Nicolaus se Drepanensem dicit, at id forsan effecit, utpote Cœnobij Drepanensis filius, Fratrum more.

In libro: *Infidi lumi Madrigali a* 5. *voci di diversi Autori Siciliani.* Panormi apud Joannem Bapt. Maringum 1603. in 4. extant aliqua nostri Nicolai.

NICOLAUS VALLA sive LA VALLE Agrigentinus, Ordinis Conventualium S. Francisci, Theologus præstantissimus, & in sacris, ac humanioribus literis versatissimus. Doctrinam adolescens è Romanis Scholis exhaurire studuit; ibique literarijs exercitationibus ingenium expolivit; & coram Alexandro VI. Pontifice egregias ipsius dotes magna cum laude patefecit. In nonnullis etiam Italiæ, & Siciliæ Civitatibus ejus doctrina, eruditio, & eloquentia refulsit, ut ex ipsius epistola data in oppido Petræpertiæ ad Christophorum Schobarum Canonicum Agrigentinum, compertum est, eamque leges in ejusdem Schobaris opusculis *pag.* 6.& in responsione ejusdem Schobaris ad Nicolaum data in oppido Galliani 8. Kal. Junij 1510. eumdem Nicolaum Sacrarum Literarum Professorem, & Concionatorem præstantissimum vocat, ejusque eruditionem extollit;& humaniores literas sub Petræpertiæ Domino, Literarorum Mœcenate, docere innuit.

Digitized by Google

nuit. In laudati Schobaris opusculis *pag.* 6. extat & alia epistola Joannis Antonij Saloniæ ad ipsum Nicolaum, in qua Vallam vocat Sacræ Theologiæ Magistrum, prædicatione exercitatum, celebris eruditionis virum, ac sapientissimum; eique nonnulla dubia grammaticalia mittit, ex quadam epistola Nicolai ad Schobarum exorta, ut eruditione sua difficultates dissolvat. Poeticâ etiam laude claruit, ex indice Poetarum Siculorum, quem suo de Poetis libro præfixit Joannes Vigintimillius. Tandem meritis plenus Episcopus titularis Madaurensis in Africa electus est 11. Augusti 1525. De eo præter allatos Auctores, Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Agrig. pag.* 331. Philippus Cagliola *in manifest. Provinciæ Sicil. Ord. Minorum Convent. explor. 3. manif. 3. pag.* 109. *& explor. 6. manif.* 13. *pag.* 185. & Lucas Wadingus *in annal. Minor. an.* 1525. *n.* 30. Edidit

Gymnastica literaria. Præludium octo partium orationis. De Nominum declinationibus. De generibus nominum. Venetijs apud Lazarum de Soardis 1516. in 4.

Vocabularium vulgare cum latino. Ibidem apud eumdem 1516. in 4. Hic advertendum, quòd Gesnerus *in Biblioth. pag.* 634. & Petrus Angelus Spera *de nobilit. Professor. Grammaticæ lib.* 4. *pag.* 242. tradunt, Nicolaum Vallam Florentinum Vocabularium vulgare cum latino appositio Venetijs 1535. edidisse; sed vel pro Agrigentino Florentinum mendosè apposuere, vel Florentinum ab Agrigentino diversum esse credēdū: nam in editione Vocabularij an. 1516. ex ipsa operis inspectione intuētibus patet, Nicolaum Vallam Agrigentinum fuisse; ita enim se prædicat, præsertim in Epistola nuncupatoria, in qua quisque leget. *D. Domno Martynello Apatellis Ill. D. Comitis Cammeratæ, & Magistri Portulani totius Regni Siciliæ Augusto filio M. Nicolaus Valla Agrigentinus.* In eodem Vocabulario *pag.* 49. alias lucubrationes se scripsisse ait: hæ autem sunt:

Libri Epigrammaton.
Libri de reditu Proserpinæ novem.
Seraphycæ libri sex.
De Unione Hypostatica Verbi coram Alexandro VI. Pont. Max. Sermo Magnus, seu Panegyricus ab eodem recitatus.
Oratio funebris ab eodem Senis habita in funere Sansonis Generalis Ordinis Minorum Conventualium.
Multæ orationes funebres Agrigenti habitæ.
De vita D. N. Jesu Christi liber unus.
De laudibus Deiparæ liber unus.
De Præceptis Decálogi liber unus.
De Septem Capitalibus vitijs liber unus.
De Pœnitentia liber unus.
De Sacramentis alijs sex liber unus.
De Domino Nostro Jesu Christo, an ipse triumphaverit optimè de triplici Mundo liber.
De Dæmonibus, an sint Dæmones, & quando naturali ratione eos esse probari potest, si sint corporei, vel quâ sint formâ. Si possunt corpora hominum ingredi, & animalium, & quando. An cognoverint Christum esse Filium Dei ante Passionem, & multa id genus scitu dignissima, quæ in plerisque Siciliæ, atque Thusciæ Civitatibus disputavit, & prædicavit cum laude; præsertim Romæ in Ecclesia S. Celsi anno à Parthenio Partu 1502.

Hæc typis tradere promittebat, at si ediderit incompertum est. Nicolaus Valla, qui aliquot vertit libros Homeri, & Hesiodi, aliaque in lucem emisit, est alius à nostro Agrigentino; fuit etenim patriâ Romanus, ex Gesnero *in Biblioth. pag.* 634. Vossio *de Poetis latinis cap.* 7. *pag.* 80. Gyraldo *de Poetis nostrorum tempor. Dial.* 1. *pag.* 388. & clarissimo Prospero Mandosio *in Biblioth. Romana vol.* 2. *cent.* 6. *n.* 15. *pag.* 19. Alius etiam est ille Nicolaus Valla, qui scripsit, de rebus dubijs, & quæstionibus in Jure controversis Tractatus teste Gesnero *cit.*

NICOLAUS URSUS Mazarensis, Ordinis Observantium S. Francisci, Theologus, & Ecclesiastes præstantissimus. Patriam doctrinæ eminentiâ illustravit, & eloquentiæ vi alibi uberrimum animarum fructum Domino comparuit. Poesi excelluit; & Vicarium Provincialem in Sicilia laudabiliter egit. Catanæ debitum naturæ persolvit anno 1504. Hunc summoperè commendant Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Mazar. pag.* 537. *&* 543. Joannes Jacobus Adria *in topographia Mazariæ*, & Wadingus *in Scriptor. Minor. pag.* 268. qui scripsisse testantur

Sermonarium Prædicationum.
De fuga Mundi librum.
De Nativitate Christi librum.
De Triumpho Mortis librum.
De Triumpho Quinque Martyrum pro Christo apud Marrochium interfectorum librum heroico carmine.

NICOLAUS URSUS Mazarensis alter, Medicinæ Doctor egregius, qui medicam facultatem in celeberrima Salmaticensi Academia publicè docuit anno 1540. Scripsit ex Pirro *cit. pag.* 543. *&* 544.

De re medica plurima volumina.

NICOLAUS ZUMMUS Syracusanus, natus 14. Septembris 1574. adolescens in Equitum Hierosolymitanorum albo relatus est an. 1594. Vir generis splendore illustris, at virtutum ornamento longè clarissimus. Unà cum fratre Jacobo, sive Jaimo (de quo *tom.* 1. *pag.* 305.) Panormi Monasterium Monialium S. Mariæ Omnium Gratiarum, quod S. Viti vocant, Tertij Ordinis S. Francisci fundavit, in quo mirum in modum sanctimoniam efflorescere exploratum habent omnes. Jaimo fratri non minus sanguine, quàm sanctimoniâ devinctissimus, virtutes omnes assecutus, ad abolutissimum Christianæ perfectionis fastigium pervenit. Charitatis ardore, sui ipsius demissione, castitate, & divinarum rerum contemplatione enituit. Prophetico spiritu illustratus inclaruit. Diuturnâ, ac molestissimâ morborum maceratione patientiæ exempla edidit mirabilia. Ideoque meritis cumulatus è mortalium cœtu abijt 24. No-

Digitized by Google

Novembris 1642. Miraculis post mortem patratis confirmatam voluit Deus viri præclarissimi sanctimoniam, quam de ipso jam conceperant omnes. In Ecclesia S. Mariæ Omnium Gratiarum Panormi, ubi decessit, sepultus jacet, unâ cum Jaimo fratre; & ad utriusque memoriam hoc legitur epitaphium.

Hic jacent Frater
D. Jaymus, & Frater
D. Nicolaus Zumbo Milites
Hierosolymitani Fratres, qui
Sic in unum Christo vixerunt,
Quòd neque à morte separari
potuerunt.
Frater D. Jaymus obijt anno
M. DC. XLIII. ætatis verò suæ LXX.
Frater D. Nicolaus
Anno M. DC. XLII. ætatis suæ
LXVIII.

Nicolai, & Jaymi vitam edidi ann. 1710. in libro: *Memorie Istoriche della Fondazione del Ven. Monastero di S. Maria di Tutte le Grazie nella Città di Palermo.* De eo etiam Carolus de Amico *in vita Philippi de Amico cap.* 11. *pag.* 98. *& cap.* 14. *pag.* 130. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Melit. pag.* 655. Michael Angelus Mancharusus *in Kalendario SS. Syracus.* Andreas Minutolus *in memor. Prior. Messan. pag.* 29. 47. *&* 244. & alij. Scripsit Nicolaus

Lettere Spirituali. Panormi in 4. Has Epistolas Nicolai, & Jaymi fratris colligere olim studuit Gliceriis ab Annũciatione Panormitanus, Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum Sacerdos, & earum pars typis tradita fuit; at editionem non absolvit: nunc omnes utriusq: fratris Epistolas in lucem emittere curant Moniales laudati Monasterij S. Mariæ Omnium Gratiarum.

NICOLETTA PASCHALIS Nobilis Messanensis. Claruit poeticâ laude insignis ann. 1540. ex eruditissimo Joanne Mario de Crescimbenis *in hist. Poesis Vulgaris lib.* 4. *p.* 264. qui Colectam vocat: at quæ scripserit nec ipse innuit, nec ego vidi.

NINA Mulier Sicula; Nina enim nomen Siculum, Italicè, & latinè *Antonina* sonat. Ab egregio ingenio, ac eximijs animi, corporisque dotibus celebrata, omnes in Sicilia, & alibi ævi sui mulieres pulchritudine excelluit. Hinc Poetæ, qui Ninæ tempore claruere ad explicandas animi passiones, poetica ingenij monumenta ad ipsam direxere, tanquam ad amorum objectum. Inter hos Dantes à Majano, Poeta non incelebris, Ninæ famâ captus, ad eamdem Italicam cantilenam, vulgò *Sonetto*, scripsit; cui Nina, etsi nunquam Dantem cognovisset, aliam rescripsit egregiam; & ab eo amari solummodo passa est. Exinde in eo tanto æstuavit amore, ut non alio nomine se vocari placuerit, nisi Nina Dantis. Alexander Zoliolus *in hist. Poet. Italor.* apud Leonem Allatium *in epist. nuncupatoria Poetarum antiq.* Ninam inter mulieres primam fuisse scribit, quæ Etruscæ Poesi operam dederit. Id etiam confirmant Joannes Marius de Crescimbenis Poeticæ facultatis decus, & ornamentum, *in Commentar. histor. Poesis vulgaris vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 47. & Antonius Maseccola in libro *Gabinetto delle Muse pag.* 24. *&* 104. At à vero aberrat Allatius citatus, ex relatione Joannis *Vigintimillij* scribens, Ninam Messanensem fuisse, eâ ductus ratione, nempè quòd Ninæ nomen tantummodo Messanæ vigeat: in omnibus enim Siciliæ urbibus, oppidisque nomen hoc efloruit: ubique à remotissimis temporibus qui Antonini, & Antoninæ nomine vocantur, corrupto nomine Ninus, & Nina appellari, omnibus satis innotescit. Extat Panormi inscriptio marmori insculpta Goticis literis in prospectu Ecclesiæ S. Francisci Minorum Conventualium, in qua legimus vulgari idiomate: *Nino Abatelli, e Chonsorti M. CCCII. a dì XVIII. di Settenbre.* De hoc vel alio extat mentio ad annum 1296. in Sicilia Nobili *pag.* 26. & certè de alio anno 1408. in eodem libro *pag.* 63. & hi Messanenses non fuere. In antiquis Notariorum Siculorum tabulis nomina hæc ubique usque ad nauseam exuberant, ut omnibus liquet. Ideoque ex adducta conjectatione ad Messanensem Urbem Ninam attrahi haud debet, ut Hieronymus Ragusa *in elogijs Siculorum pag.* 199. *& in Sicilię Biblioth. Veteri p.* 201. peregit, Allatij fidei innixus. At indubium est in Sicilia exortam. Literis ornatissima, ac cultiori scribendi dictione insignis, meruit ut inter Etruscæ linguæ conditores recenseretur; nam ipsam citant Auctores Vocabularij Cruscani. Ipsam etiam adducunt Alexander Tassonus *in consider. carmiuum Franc. Petrarchæ pag.* 240. Fridericus Ubaldinus in libro: *Tavola de documenti d' Amore di Francesco Barberino.* Claruit celebris anno 1290. De ea etiam summa cum laude eruditissimus Joannes Marius de Crescimbenis *in hist. vulgaris Poesis lib.* 4. *pag.* 283. *in comment. ad eamdem hist. vol.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. *pag.* 344. *& vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 47. Scripsit Italicè

Rime. Hujus Poetriæ carmina edere promisit Allatius citatus *pag.* 55. aliqua publici juris fecit laudatus de Crescimbenis *in comment. cit. vol.* 3. *pag.* 53.

NUNTIVS SURDANUS. v. Antoninus Surdus tom. 1. pag. 51.

NYMPHODORUS Syracusanus historicus vetustissimus: quo vixerit ævo incertum, ex Gerardo Joanne Vossio *de histor. Græcis lib.* 3. *pag.* 394. qui inter incertæ ætatis historicos Nymphodrum collocat. Consonat Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 305. dum id ipsum tradit. Scripsit

De Asiæ Præternavigatione, sive de Asiæ Circumnavigatione librum. Opus hoc citat Athenæus *lib.* 6. *cap.* 16. *pag.* 265. (hic ejusdem fragmentum adducit) *lib.* 7. *cap.* 20. *pag.* 321. *lib.* 8. *cap.* 1. *pag.* 331. *& lib.* 13. *cap.* 8. *pag.* 609.

De his, quæ in Sicilia sunt admiratione digna librum. Ex Athenæo *cit. lib.* 13. *cap.* 6. *pag.* 588.

at

Digitized by Google

at Voſſius. loc. cit. Athenæi locum legit: *De mirabilibus Aſiæ rebus*; qui & advertit juxtà alios ſignari titulo: *De Siciliæ mirandis*. Ex eodem Voſſio librum hunc citat Ælianus *de animalibus lib.* 11. *cap.* 20. Operis hujus meminit, & Bonannus cit. Voſſius etiam ſcripſiſſe putat librum alium

De mirabilibus Sardiniæ; nam Ælianus *cit. lib.* 16. *cap.* 34. admiranda quædam Sardiniæ narrat ex Nymphodoro. Syracuſanum Nymphodorum citat Gyraldus *de Poetarum hiſtor. dial.* 1. *pag.* 34. cujus etiam meminit Geſnerus *in Biblioth. pag.* 638. Hofmannus *in lexic. tom.* 2. *pag.* 42. Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 702. Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 143.

Nymphodori teſtimonium adducunt Stephanus Byzantinus *de urbibus v. Athyras p. mihi* 30. Harpocration, & Heſichius uterque *in verb. Aigis*, ideſt, pellis caprina, & Tertullianus *de anima cap.* 57. Plinius etiã inter Auctores collocat, ex quibus libros 3. 5. 7. 33. 34. & 35. naturalis hiſtoriæ excerpſit. At Voſſius *cit.* & Thomas de Pinedo *in breviario Auctorum, quos ad teſtimonium vocat Stephanus p.* 768. neſcire fatẽtur, an intelligendum de noſtro Syracuſano, an de alio.

Mechanica ſcripſit etiam Nymphodorus: ſed an ſit Nymphodorus Syracuſanus, vel Amphipolites, an alius ab utroque diverſus, haud divinare auſus eſt Voſſius *de quatuor artibus popular. cap.* 48. §. 9. *pag.* 291.

Natalis Comes *in mytholog.* Nymphodori opus citat, *de Erinnybus*, ſed alium à Noſtro diverſum putat Bonannus cit.

O

OCTAVIANUS BULGARINUS ex oppido Ciminnæ Diœceſis Panormitanæ, Ordinis Prædicatorum. Lucis uſuram accepit menſe Octobris anno 1641. parentibus Michaele, publico Oppidi Tabellione, & Maria Bulgarino. Litteris addictus Panormi à teneris annis Prædicatorum inſtitutum exoptavit; anno verò 1658. cùm Ciminnam perveniſſet P. Gregorius de Areilza Ord. Præd. Viſitator Generalis Ordinis in Sicilia, doctrinâ, ac regulari obſervantiâ clarus, & Octaviani deſiderium, ejuſq; mores, ingenijque egregias dotes percepiſſet, nedum Ordini aggregare, verum etiam & ſub ejuſdem tutela recipere Octavianum promiſit: ideoque Neapolim ſecum deduxit, ibique anno 1658. in Cœnobio S. Mariæ Sanitatis eidem Ordinis inſignia conceſſit. In ſtudiorũ curriculo ita profecit, ut perfunctis ſumma cum laude Lectoris, Baccalaurei, & Regentis muneribus; tandem ad magiſtralem Sacræ Theologiæ lauream pervenerit, quâ anno 1690. cohoneſtatus fuit: & meritò; in literarijs enim concertationibus Neapoli habitis, ingenij præclariſſimi aciem, doctrinamque egregiam ſumma cum ſui nominis, ac Ordinis decore detexit. Prælaudatus de Areilza, ad Provinciæ Neapolitanæ regimen evectus, in ſuum ſocium noſtrum Octavianum delegit, qui & exinde eamdem etiam Provinciam Provincialis munere gubernavit: ac Vicarium Generalem Fratrum, ac Sanctimonialium Congregationis S. Mariæ Sanitatis laudabiliter egit. Neapoli etiam præfuit pluries Cœnobio S. Spiritus de Palatio, & non ſemel ab eo longè abſens (ut accidit anno 1680. cùm ad Patrium Oppidum regrederetur ut ſuos reſalutaret) ab illius Cœnobij Fratribus inſtantiſſimè revocatus eſt, ut Cœnobij gubernium reſumeret; ab ipſius prudentia, morum ſuavitate, & regularis diſciplinæ zelo exſtimulatis. Per annos plures Neapoli Collegio, in Cœnobio Montis Dei, ſemel & iterum præfuit, in quo perpetuò ſcholaſticæ exercitamenta fervent. Monaſterium etiam Sanctimonialium S. Sebaſtiani in eadem Urbe direxit: eâque curâ, ac profectu moderatus eſt, ut inſtantiſſimè Octaviani regimen denuò expetierint. Monaſterium etiã S. Catharinæ Chietinæ, nobilitate, & obſervantiâ præclariſſimum rexit, cui & prudentiæ, ac virtutis exemplum, ſuique deſiderium reliquit. Tãdem anno 1698. in Cœnobium S. Spiritus de Palatio ſeceſſit, quietis deſiderio ſuccenſus, ubi nec otio delituit; Confeſſarius enim extraordinarius nonnullorum Monialium, ad rectam perfectionis normam conſcientias componere ſtuduit: ac Nobilium Sodalitijs regendis impigrè incubuit: vitæ enim inculpatæ exemplis, ac regulari obſervantiâ clarus, ſui æſtimationem excitavit, & omnibus gratiſſimus floruit. Superſtitem virum doctiſſimum, ac morum ſanctimoniâ inclytum adhuc Neapoli puto, anno 1712. quo hæc typis traduntur. Edidit Italicè

Vita del P. M F. Domenico di S. Tomaſo dell' Ordine de' Predicatori, detto prima Sultan Orman Ottomano, Figlio d' Ibrain Imperator de' Turchi. Neapoli apud Joſephum Roſellum 1689. in 4. & iterum ibidem apud Michaelem Aloyſium Mutium 1698. in 12. de hac vita Acta Eruditorum Lypſiæ *menſ. Decembris anno* 1690. *pag.* 601.

OCTAVIANUS PRÆCONIUS Caſtrorega-

Digitized by Google

lensis ex Roccho Pirro *in not: Eccl. Panorm. pag.* 181. *& in not. Eccl. Cephalæd. p.* 464. Sylvestro Maurolyco Messanensi *in Mari Oceano lib.* 3. *pag.* 253. Ferdinando Ughellio *Italiæ Sacræ tom.* 1. *pag.* 1050. *n.* 37. *& tom.* 8. *pag.* 311. Vincentio Auria *in hist. Cephalæd. pag.* 78. *& in Chronolog. Archiep. Panorm. pag.* 213. Michaele Justiniano *in Indice PP. Concilij Tridentini pag.* 398. Wadingo *in Script. Minor. pag.* 269. alijsque, & ex epitaphio ad ejus sepulchrum infra exscribendum. Hinc in errorem lapsos comperimus Hieronymum Ghilinum *in Literatorum Theatro vol.* 2. *p.* 205. Petrum Rodulphum *in hist. Seraph. lib.* 2. *pag.* 280. *& lib.* 3. *pag.* 330. Petrum Anfalonium *de sua familia pag.* 356. & Stephanum Maurum *in sua Messana cap.* 28. *pag.* 264. qui Messanensem fuisse tradidere: nisi dicas Messanensem domicilio, ac Religione voluisse: Messanæ enim Ordinis habitum suscepit, ex Philippo Cagliola *in manif. Siciliæ Prov. Ordin. Min. Convent. explor.* 6. *manif.* 3. *pag.* 170. ubi ait: *Octavius Præconius Castroregalensis Patriâ, domicilio, quod in Mamertino Conventu traxit, Messanensis*: ideoq; à Bartholomæo Carandino *in descrip. Ecclesiæ Cephalæd. pag.* 127. à Castroregali Messanensis dictus, & in Concilio Tridentino se Messanensem subscripsit. Hinc perperàm Hippolytus Marraccius *in Bibl. Mariana par.* 2. *pag.* 184. patriâ Messanensem à Castroregali fuisse ait: & *in Antist. Marianis pag.* 425. Messanensem vocat. Cui adijciendus Placidus Samperius *in Iconologia M. V.* qui *pag.* 69. *&* 179. Messanensem voluit, & *p.* 98. Messanensẽ ex Castroregali oriundũ: quod etiã placuit Placido Reinæ *in hist. Mess. par.* 2. *p.* 530. In lucem editus an. 1502. patre Præconio de Præconio, Minorum Conventualiũ Ordinem amplexus est: in quo doctrinæ, & probitatis ornamenta assecutus, in omnibus ferè Scientiarum generibus, præsertim in Philosophicis, ac Theologicis facultatibus, primas tenuit; ac magisterij laureâ insignitus est. Virtutibus, eruditione, ac doctrinâ clarus, effulsit. Ecclesiastem egit in præcipuis Orbis civitatibus magnâ nominis celebritate: eloquentiâ enim excelluit admiranda: eâ eminuit dicendi vi, ut in objurgandis vitijs metum incuteret, & quoquò vellet animos inflecteret; atque in se omnium oculos, imò corda attrahere videretur: tantaque majestas, ac auctoritas in eo fuit, ut singulæ ejus sententiæ testimonij loco haberentur. Bis Siculæ Provinciæ præfuit, nempè anno 1534. & 1541. ubi & Commissarium Generalem etiam egit. Visitatoris Generalis munere insignitus est in Provincijs Ultramontanis, & Valentina; quibus in muhijs eximiam prudentiam patefecit. Dum Hispaniam lustraret, & omnium plausu, maximâq; æstimatione conciones haberet, ejus eloquentiæ, doctrinæq; fama ad augustissimas Caroli V. Imp: aures delata pervenit, qui Octavianum à suis Concionibus, Consilijs, ac Confessionibus voluit. Ipsi perjucundus profectò fuit, eumque nonnullis sacris lipsanis muneravit, præsertim ligno crucis Christi Domini, & aliquibus sociarũm D. Ursulæ capitibus: ideoque S. Cordulæ caput nunc in oppido patrio Castriregalis veneratur, in Conventu S. Mariæ Annunciationis Minorum Conventualium, cui dono dedit: eumque Cœnobium Octavianus postmodum ditavit. In eodem oppido nunc etiam ejus effigies, ad vivum expressa, conspicitur in Ecclesia Monialium S. Claræ, ex Cagliola *cit. pag.* 85. Patrium etiam oppidum Castriregalis nonnullis Imaginibus affabrè depictis, alijsque donis illustravit: ibique Monasterium S. Mariæ Angelorum excitavit. Multis quoquè muneribus Cœnobium Messanense, ubi diu honorificè vixit, condecorare curavit, teste Cagliola *cit. pag.* 170. *&* 171. cum Samperio *cit. pag.* 179. At crescentibus in dies meritis Octaviani, nedum in Sicilia Dynastarum, ac Proregum venerationem promeruit, verùm etiam à Paulo III. (non IV. ut habent Wadingus, & Pirrus, qui in notis m. s. apud me, se ipsum correxit) Episcopus Monopolitanus consecratur 11. Martij 1546. mox ad Arianensem cathedram translatus est, anno 1561. & à Philippo II. Catholico Rege ducentis annuis aureis, ex Abbatia SS. Petri, & Pauli de Itala in Sicilia solvendis, donatus, ex Pirro *lib.* 4. *Sic. Sac. pag.* 107. non Abbas electus est ut perperàm Cagliola *cit. pag.* 189. qui sibi contrarius *pag.* 170. solummodo pensionem super Abbatiam prædictam accepisse tradit. Nec Abbatiã S. Michaelis de Troyna donatus est, ut habet Bartholomæus Carandinus *in descrip. Eccles. Cephalud. pag.* 127. ubi nostrum Octavianum cum Octaviano Præconio, Episcopo Cephalædensi nepote confundit: hic enim, ut infra ostẽdam, hac Abbatia auctus est. Noster Octavianus ab eodem Philippo Rege ad Cephalædensem insulam evectus; inde Panormitanæ Siculi Regni Metropoli anno 1562. præficitur, ex Pirro, alijsque: sed 14. Martij anno 1560. ex Justiniano *in indice PP. Concilij Trident. pag.* 398. & à Pio IV. Pontifice inauguratus est. Ad Tridentinum Concilium cum Episcopis Pactensi, & Mazarensi ab eodem Rege missus, in illa sapientissimorum Patrum Synodo eximiæ doctrinæ specimen præbuit non vulgare: ibique doctissimas conciones ad Patres Concilij habuit 11. Januarij, 25. ejusdem, 11. Martij, & 4. Octobris anno 1561. ex Angelo Roccha *in Catalogo orationum, & Concionum ad Patres Concilij Tridentini in calce suæ Bibliothecæ*. Panormum regressus, Regni Comitijs Messanæ coactis anno 1564. tanquam Panormitanus Archiepiscopus præfuit: & anno 1565. Diœcesanam Synodum celebravit. Panormitanam Ecclesiam eâ moderatus est prudentiâ, ut Regi, ac præcipuis Regni Proceribus, ob ejus prudentiæ, virtutumque laude gratissimus fuerit. Societatem SS. Eucharistiæ Ecclesiæ Catedralis Panormi excitavit; cùm enim ultimo sui Præsulatus anno, Panormi 1568. in quadragesimali curriculo conciones ad populum haberet in Cathedrali Ecclesia, è suggestu viros nobiles ad Societatis fun-

Digitized by Google

fundationem accendit ex Petro Cannizzaro *de Relig. Panormi.* Demum meritis, honoribusq; plenus, postquam Panormitanam Ecclesiam laudabiliter rexisset. vivere desijt Panormi 18. Julij 1568. & in æde majori marmoreo sepulchro tumulatur, cui appositum legitur hoc Epitaphium.

Fr. Octavianus Præconius Ord. Min. Con. Siculus à Castro Regali Archiepiscopus Panormitanus, pietate insignis, eruditione clarus, post multos curæ pastoralis quatuor Ecclesiarum Monopolitanen. Arian. Cephaluden. & Panormitanen. exantlatos labores, quieturus tandem obijt XVIII. Julij suæ dignitatis anno VI. ætatis LXVI. Christi verò natl M.D.LXVIII.

Octavianus Præconius Prior Prioratus S. Andreæ Civitatis Platiæ defloreſcentis Patriæ jacturâ mœstus, floreſcentis nominis gloriâ lætus, tantum virum tantillo marmoris & honestavit, & tumulavit.

De laudibus Octaviani vide Auctores supracitatos. Cagliolam etiam *pag.* 59.32. & 183. Ludovicum Morerium *in diction. tom.* 2. *pag.* 910. Hieronymum Camerotam *quæst. Quis majori dignus honore Jurisperitus, an medicus pag.* 69. qui Octavianum tanquam perfectum Philosophum proponit. Quæ edidit sunt:

Præconium Sacramenti: hoc est: dispositio, & Præparatio ad altissimum Eucharistiæ Sacramentum. Panormi apud Jo. Matthæum Maydam 1566. in 8. Neapoli etiam latinè, & Italicè in 8.

Historia Sacræ Imaginis Dei Genitricis à Scalis Messanam insigni miraculo advectæ, cum officio de eadem. Panormi apud eumdem 1565. Officium recusum Messanæ 1700. in 8.

Officium Septem Angelorum. Ex Octavio Caetano *tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 268.

Summa de Sacramentis. Ex Tossignano *lib.* 3. *pag.* 330. & Ghilino.

Decreta habita, & acceptata in Congregatione Diœcesana in Cathedrali Ecclesia Fel. Urbis Panormi. Panormi apud Jo. Matthæum Maydam 1565. in 8.

De SS. Eucharistiæ Sacramento. Ex Cagliola *cit. pag.* 171.

Conciones plures. ex eodem Cagliola.

Expositio Lucida in orationem illam, quæ ab Ecclesia in Missa Defunctorum pio quodam ritu canitur: Domine Jesu Christe Rex Gloriæ, ex Ghilino *cit.* Italicè

Espositione, o diremo breve Trattatello del Responsorio Maggiore delli Defonti: cioè Libera me Domine de morte æterna. Panormi apud Jo: Matthæum Maydam 1566. in 8.

Della Passione di Christo, ex Tossignano cit. & Ghilino.

Discorso del Santo Sacramento dell'Estrema Untione. Neapoli apud Joannē de Boy 1567. in 8.

OCTAVIANUS PRÆCONIUS alter, Octaviani Præconij præcedētis ex fratre nepos, Castroregalensis, natus anno 1544. literisq; addictus, fuit primùm Philippi II. Catholici Regis Capellanus, à quo Prior S. Andreæ de Platia, inde Abbas S. Michaelis de Troyna ann. 1570. electus est: & ejusdem Regis præsentatione, à Gregorio XIII. Pont. Max. ann. 1578. Episcopus Cephalæditanus renunciatus fuit. Anno 1584. Synodum Diœcesanam coegit: multaq; ad Ecclesiæ Cephalæditanæ splendorem, tanquam amoris sui, erga sponsam argumenta, patravit. Scholarium ædes extruxit: Templi vestibulum, sive Cœmeterium, exornavit, & auxit: Episcopale Palatium aquarum fluentis condecoravit. Demum dum Româ ad Ecclesiam suam remearet, Mylis obijt 11. Aprilis 1587. & Cephalædium delatus, in Cathedrali Ecclesia, hoc inscripto epitaphio, jacet.

D. Octavianus Præconius Episc. Cephalud. integerrimus, F. Octaviani Præconij Archiepiscopi Panormitani nepos, qui Româ revertens Milatij obijt die Aprilis 11. *anno* 1587. *ætatis suæ* 44. *regij erarij impensa, ac Abbatis Octaviani Pyrelli operâ hùc translatus, suæ Ecclesiæ restituitur.*

De Octaviano vide Pirrum *in not. Eccl. Cephal. pag.* 465. *& lib.* 4. *de Abbatis pag.* 78. Bartholomæum Carandinum *in descript. Eccl. Cephalæd. pag.* 128. Vinc. Auriam *in hist. Cephal. pag.* 79. & Benedictum de Passaflumine *de orig. Eccl. Cephal. pag.* 17. & 73. Edidit

Sanctiones Synodales editas in Diœcesana Congregatione habita in Cephaludensi Ecclesia. Panormi apud Jo: Franciscum Carraram 1584. in 4.

OCTAVIUS ABRUZZUS Castribonensis, Balthasaris (de quo tom. 1. pag. 92.) pater. Claruit anno 1630. scripsitque Italicè

Castribonum, sive historiam Castriboni. Extat m. s. apud Marchiones Hjeracenses, eamque citat Rogerius Vigintimillius *in Genealog. Comitum Hjeracensium pag.* 48. 49. 51. & 52. cui additiones accessere Balthasaris Abruzzi filij, quas etiam idem Rogerius citat *pag.* 52. & 53.

OCTAVIUS ARCHANGELUS nobilis Catanensis, Historicus, ac Poeta insignis: à morum integritate, animi candore, vitæq; probitate veneratus. Vixit circa annum 1602. ipsumque laudant Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 95. Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 1. *pag.* 260. Petrus Carrera *in hist. Catan. vol.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 263. Jo: Bapt. de Grossis *in Decaord. Catanensi tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 152. Scripsit vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Extant in Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portam novam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Lettere di Diodoro tradotte dal latino in Italiano. Apud Petrum Carreram *in hist. Catanæ vol.* 1. *à pag.* 457. quas apocriphas nasutiores putant, & non sine rationum pondere.

Cronica della Città di Catania tomi due. Inter rariora Urbis illius authographa servabat Senatus Catanensis m. ss. ut testatur Carrera *cit pag.* 12. qui sæpiùs Octavium in suis historijs Catanæ citat, multaq; ejusdem Fragmenta exscribit. Scripsit etiam ex Pirro, & Grosso:

Chronicon Universale.

Digitized by Google

Poema Heroicum, ex Pirro. *Poemata Heroica*, ex Grosso.

OCTAVIUS DE AUGUSTINO Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Utriusq; Juris Doctor, Abbas, & Prothonotarius Apostolicus. Natus anno 1615. literisq; addictus graviores disciplinas amplexus est: & florente adhuc ætate ob egregiam doctrinam, morumq; suavitatem Julij Romæ S.R.E. Cardinalis benevolentiam promeruit, qui Octavium in suum Auditorem delegit, ac intimum familiarem. Eam sui opinionem Romæ excitavit, ut Innocentius X. Pont. Max. Episcopum Liparensem designaverit; etsi ob ætatis defectum, quæ non dum trigesimum attigerat annum, oblatam Insulam non acceperit. Ecclesiæ Miletensis in Regno Neapolitano Vicarius Apostolicus delectus, munus accipere recusavit. Panormi à doctrinæ, ac virtutum laude æstimationem consecutus, ad nonnullos honorum gradus sibi aperuit viam; ad quos tum Panormi, ac Siciliæ Præsules, tum Regni Proreges evexere. In Panormitana Diœcesi fuit Visitationis Judex; Panormitanarum Ecclesiarum Visitator: Synodalis Examinator, & Judex: nonnullorum Monasteriorum, Ecclesiarumq; Deputati munere curam gessit. In Regiæ Monarchiæ Siculæ Tribunali Examinator: & in multis appellationum causis, alijsque difficillimis quæstionibus Judex Ecclesiasticus à Proregibus constitutus. Nonnullorum Cœnobiorum Ordinum Regularium Judicem Conservatorem egit. In Monteregalensi Diœcesi Examinator, ac Synodalis Judex inclaruit: & in Diœcesi Mazarensi Synodalis Examinator. Ab anno 1665. usque ad supremam vitæ lineam pro Regia Jurisdictione tuenda librorum edendorum Censor. In Sacro S. Officij Tribunali primùm Advocatus, inde Consultor. Anno 1672. F. D. Joannis Lozani Archiepiscopi Panormitani nomine, sacra limina visitavit, ubi ejusdem promeritis maturè perpensis, Clemens X. Pontifex Max. Sacræ Congregationis Indicis Consultorem delegit: at Episcopales Insulas Massæ, & Ischiæ ab eodem sibi oblatas recusavit. His in muneribus doctrinam, prudentiam, morumq; suavitatem detexit. Amœnioribus etiam literis ingenij dotes devovit; ideoque in Reaccensorum Academia Panormitana, alijsque Romanis literatorum lycæis recensitus, non sine laude auditus est. Demum Panormi decessit 23. Maij anno 1682. Ejus laudes vide apud Josephum Riccium in libro: *La Fede coronata*, quem Octavio nuncupavit, Josephum Bonafidem in libro: *Palermo Patria di S. Agata par. 2. c. 9. pag. 65. & 68.* & in libro: *Prosapia di S. Agata §. 5. pag. 17.* Josephum Galeanum in libro: *Diporti Giovanili pag. 292.* & Vincentium Auriam *in Rosa Cœlesti p. 28.* Edidit

Orationem S. Octavij. Romæ 1644. Italicè

Compendio della Vita di S. Ottavio Martire. Extat in libro inscripto: *La Fede Coronata nel Martirio de' Santi Ottavio, e Compagni del Sig. D. Giuseppe Riccio.* Venetijs apud Nicolaum Pezzanam 1659. in 8. In libro etiam inscripto: *Note d'alcuni servitij fatti dall'Abb. D. Ottavio d'Agostino &c.* Panormi in fol. extant *Nonnulla* ejus *Epigrammata.* Scripsit etiam ac m. s. reliquit

De legatis Pijs Tractatum.

De Judicibus Conservatoribus librum Panegirici.

OCTAVIUS BALSAMUS, & JUSTINIANUS nobilis Messanensis, Sacræ Theologiæ, & Juris utriusque Doctor, primùm Canonicus, inde Cantor Cathedralis Ecclesiæ Messanensis, & Tribunalis Inquisitionis S. Officij Siciliæ Commissarius. Literis satis instructus in Messanensi Ecclesia non sine laude enituit. Obijt circa annum 1670. Ipsum celebrat Placidus Reina *in bibl. Messan. par. 2. pag. 531.* Edidit Italicè

Discorso Sacro sopra la favorita Lettera della Vergine Nostra Signora vivente in terra, scritta alla Città di Messina. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1646. in 4.

OCTAVIUS BELLIA, & STATELLA Panormitanus, Baro Camemi, claro genere exortus, in lucem editus est 20. Martij 1661. Ab amœnioribus literis meritò celebratus; vividissimas enim ingenij dotes Poesi Etruscâ, & Siculâ magno cum plausu retexit. Omnigenâ eruditionis copiâ ditatus effloruit; & eloquentiâ valuit: ideoque sæpiùs in Reaccensorum Academia Panormitana emeritis laudibus auditus est. Morum comitate, ac literarum ornamento omnium amorem tum Panormi, tum in Sicilia, & alibi, in sui venerationem excitavit. Etruscam, Latinam, Gallicam, Græcamque linguam mirificè calluit. At vir sanè insignis, studijs impensè addictus, dum in literarijs spatijs ad præstantiores progressus properare videbatur, magno omnium dolore in oppido Castrinovi decessit 27. Septembris anno 1693. Octavium laudant Balthassar Pisanus *in carminib. par. 2. pag. 74. & in Armonijs Ferialibus pag. 66.* & Ignatius de Mazara in libro: *Euterpe Officiosa pag. 95. & 99.* Edidit Italicè

La Lidaura Melodrama. Panormi apud Jacobum Epirum 1685. in 12,

L'Andromeda Drama per Musica. Ibidem apud Anglesium, & Leonem 1691. in 12.

Poesie. Ibidem apud eosdem 1691. in 12.

Osservazioni alla Primavera, Egloga Prima del Battillo di D. Gio. Battista del Giudice. Prodijt cum eodem Poematio, Panormi typis Petri Coppolæ 1686. in 12.

Il Capriccio Cantata per Musica. Ibidem.

Nonnullos etiam edidit Dialogos musicis modis decantatos.

Poesie liriche. m. s. extant Panormi apud Josephum Fernandez, virum egregium, Tribunalis Conciliorij Præsidem.

Octavio non immeritò addendus

CÆSAR BELLIA frater, Camemi, & Capitis Passari Baro, qui natus Panormi anno 1670. & Octavij vestigia subsecutus, poeticis studijs egregium excoluit ingenium. Literarum aman-

Digitized by Google

amantiſſimus, inter Panormitanos, eruditione claros, non ultimum obtinet locum. Vivit vir inclytus, ac laudes promeretur ſummas. Ipſum commendat Balthaſſar Piſanus *in Armonijs Fe-rialibus pag.* 87. ob bellicam virtutem, quam Panormi detexit in haſtiludijs anno 1690. habitis pro nuptijs Catholici Regis Caroli II. Edidit Italicè Dialogos nonnullos armonicis notis modulatos, typis Panormi traditos, qui omnes in volumen coaleſcerent ſi colligerentur horum nomina hæc ſunt:

Sette Angeli umiliati alla SS. Euchariſtia.
Il S. Criſtoforo.
La Salute del Mondo per il SS. Natale.
Daniele nel lago de' Leoni figura dell' Anime del Purgatorio.
La Spoſa della Divina Sapienza.
Il Trionfo della Cattolica Fede.
Il Sagrificio d'Abramo.
Il Trionfo della Virtù.
L'Eſquilino per S. Maria della Neve.
Giacobbe tra le pelli figura di Giesù Criſto N.S. nel Pane Euchariſtico.
La Superbia Depreſſa dall'Umiltà.
Averno Abbatuto nella Naſcita di Maria Vergine.
L'Annunciazione della Vergine.
La Concezione della Vergine.

Scripſit etiam, Italico carmine, hæc alia in lucem editurus, nempè

Il Cleomene.
Il Tolomeo.
Il Seſto Pompeo.
L'Elvira.
Il Servo Traveſtito.
Il Gio. Guarino.
La S. Tecla.
} *Opere ſceniche recitate in Teatri.*

Drammata etiam armonicis numeris decantata, quæ ſunt:

L'Aleſſandro.
Il Tarquinio Superbo.
L'Alcide.
Il Belloforonte.
La Salute del Mondo per la Natività di Noſtro Signore.
La Madre Vergine per la Natività del Signore.
Il Ballo degli Elementi.
Il Tripudio de' Numi.
Il Ballo delle Muſe.
} *Per il complimento degli anni di Filippo V. Re delle Spagne.*

His addidit

Prologhi, e Intermedij diverſi in opere di molti Autori.
Poeſie liriche contenenti, Sonetti Amoroſi, Sagri, e Lugubri. Idillj, Epiſtole, Cantate a voce ſola, Stanze Sacre.

Tandem maternâ linguâ

Due Poemi Eroici Burleſchi.
Capitoli.
Canzoni amoroſe, e morali.

OCTAVIUS DE BONONIA Nobilis Panormitanus, Juris utriuſque Doctor, literis, ac doctrinâ inſtructiſſimus, anno 1578. in Regia Curia Primarum Appellationum Urbis Panormi Judicem egit: & dum ad alios honorum gradus properabat, in ipſo ætatis flore deceſſit, ex Balthaſſare de Bononia *in deſcrip. familiæ Bononiæ pag.* 57. Inter Poetas Siculos relatus eſt à Joanne Vigintimillio *in Tabula Poetarum Siculorum*: at hujus non vidi niſi *Carmina Italica* in libro inſcripto: *Rime di diverſi Belli Spiriti della Città di Palermo in morte della Signora Laura Serra; & Frias.* Panormi 1572. in 8.

OCTAVIUS BRANCIFORTIUS Panormitanus, ex præclariſſimo genere exortus anno 1599. Herculis Brancifortis S. Joannis Ducis, & Comitis Camaratæ, ac Agathæ Lanceæ, ex Principibus Trabiæ filius. A teneris adhuc annis literis admotus præſtantiſſimam ingenij indolem mirè detexit; in Philoſophicis enim, ac Theologicis ſpatijs nulli ſecundus, egregiâ doctrinâ cumulatus effulſit. Eo animi ardore literarum ſtudia amplexus eſt, ut, etſi parentibus defunctis, in rerum familiarum adminiſtratione deſudare coactus fuerit, nunquam aggreſſum ſcientiarum ſtudium dereliquerit. Compoſitis eximiâ induſtriâ domeſticis rebus, Hiſpaniam petijt ad Philippum IV. Catholicum Regem, cui anno 1627. Divæ Roſaliæ Lipſanothecam, Panormitanæ Urbis nomine, detulit, ut ex Regis literis *in privilegijs Urbis p.* 471. liquidò patet. Ab eodem Rege honorificè exceptus, ut eidem à Cortina adminiſtraret, præficitur; fuitque primus, qui è Siculis hoc munere fungeretur. Ob eximias animi dotes, Regi gratiſſimus, magnâque æſtimatione proſequutus, ab eodem Epiſcopus Cephalæditanus deſignatur anno 1632. ætatis ſuæ 33. & ab Urbano VIII. Pont. Max. conſecratus eſt. At Pontifex cùm eximiam Octavij doctrinam percepiſſet, eumdem Aſſiſtentium Præſulum Collegio adſcripſit. Cephalædenſem Eccleſiam prudentiâ, pietate, ac ſapientiâ rexit: Diœceſanam Synodum celebravit; & Cathedralem Eccleſiam nonnullis ornamentis illuſtravit. In Regni Comitijs Panormi coactis præfuit anno 1636. & 1637. Inde creſcentibus Octavij promeritis anno 1638. ad Epiſcopalem Catanenſis Eccleſiæ Cathedram evectus eſt. In hac moderanda Eccleſia paſtoralem curam inſignitèr detexit: Epiſcopale palatium amplificavit; pomarium, in regione quadam, cui nomen *Cifali*, non longè ab Urbe excitavit, ibique Eccleſiam, Divo Michaeli dicatam, conſtruxit. Ad Cathedralem Eccleſiam condecorandam Archidiaconi dignitatem reſtituit, & Præbendam, ut ajunt, Theologalem inſtituit. Anno 1643. ab Epiſcopi noſtri adminiſtris Senatorio ſtragulo proſciſſo, in Octavium exarſit Catanenſium omnium indignatio: ideoq; ut furentium Civium impetus declinaret, prudentèr ab Urbe receſſit: ac primùm Scordiæ, inde Panormi, tandem Romæ diu moras protraxit. At eo æſtuavit odio Catanenſium pervicacia, ut nec Proregum auctoritas, nec annorum lapſus, indomitam animorum aſperitatem lenire potuerit: adeo ut cùm Octavius Proregis auctoritate

Digitized by Google

fultus die 17. Augusti ejusdem anni 1643. ex oppido Acis Catanam accessisset, Divæ Agathæ festum celebraturus, Senatores Patronæ suæ solemnia peragere recusaverint, ne cum Octavio convenirent. Hinc Acim regressus, mox iterum Panormum, inde Romam anno 1644. petijt initio Pontificatus Innocentij X. cui intimus fuit familiaris: sub cujus augurijs fama purpurei pilei spem Octavio præcinebat: ibique biênium traduxit, S.R.E. Cardinalibus summè charus. At Acim Aquilejam reversus septimo reditus die apoplexiâ consternatus ibidem decessit 14. Junij 1646. & in majori ejusdem oppidi Ecclesia sepelitur. Vir fuit doctrinâ, & eruditione excultissimus, & in studijs percolendis assiduus: ideoque Bibliothecam librorum copiâ refertissimam sibi, literatisq; viris instruxerat. Octavij laudes invenies apud Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Catan. pag.* 73. *& in not. Eccl. Cephal. pag.* 469. Jo: Bap: de Grossis *in Decacord. Catan. tom.* 1. *pag.* 65. *& 67. & tom.* 2. *pag.* 67. *& in Catana Sacra* §. 78. *pag.* 286. Vincentium Auriam *in hist. Cephal. pag.* 81. Benedictum de Passaflumine *in Orig. Ecclesiæ Cephalæd. pag.* 79. Ludovicum Morerium *in dict. tom.* 1. *pag.* 785. & Jacobum Basilicò in discursu, cui titulus: *le Dame Guerriere pag.* 13. alioqui; Edidit

De Animorum Perturbationibus subcesivarum cogitationum Partem primam, & secundam. Catanæ per Josephum Bisagnium 1642. in fol.

Constitutiones Synodales editas anno Domini M.DC.XXXV. Panormi apud Decium Cyrillum 1636. in 4.

Prælò peraverat opus eruditissimum, cui titulus *Mercatus Eloquentiæ, idest de arte Rhetorica, & linguę latinæ ornatu*: quod m.s. in oppido Scordiæ, apud familiæ suæ Principes, servari intelligo.

OCTAVIUS BUGLIUS Catanensis, vir à Philosophicis, ac Theologicis studijs laudatus, quibus ætate jam gravi sese dicavit; at magnâ præclarissimi ingenij laude. Amœniores etiam literas coluit, ac cum Musis Siculis, Etruscis, Latinisque egregiè lusit. Obijt Messanæ anno 1648. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 183. ubi extant Octavij vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi typis Decij Cyrilli 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

OCTAVIUS CAETANUS Syracusanus, Societatis Jesu, vir generis splendore, doctrinâ, & vitæ sanctimoniâ illustris. Præclarissimâ familiâ Marchionum Sortini, & Principum Cassari exortus, parentibus Barnabâ Caetano, & Hieronymâ Perno, in lucem editus est 22. Aprilis 1566. non 1556. ut ex typographi forsan errore, tradit Ricciolius *in Chronol. Reform. tom.* 4. *pag.* 266. Fratres habuit Constantinum Caetanum Abbatem Casinensem, & Alphonsum Soc. Jesu, de quibus *tom.* 1. *pag.* 21. *&* 143. egimus. Octavius dum adolescens in Syracusano templo Societatis Jesus orabat, Christum Dominum è cruce pendentem aspexit, qui quò propiùs accedebat, eò grandior fieri videbatur; ac supra ipsius Crucifixi caput admirandum intuitus splendorem, eo commotus viso, Societatem amplexus est 20. Maij 1582. in qua editâ quatuor votorum professione an. 1602. vitam sanctitate præstantem egregiè traduxit. Sui hostis acerrimus in festorum præcipuorum pervigilijs, alijsq; anni diebus, usque ad sãguinis effusionem corpus diverberabat. Super nudos asseres somno indulgebat. A corporis cultu abhorruit: obedientiâ, modestiâ, humilitate, cæterisque virtutibus clarus, eximiam morum innocentiam coluit. Quanta fuerit Deo gratissima Octavij sanctitas, multimodis ipse Dominus demonstravit: anno enim 1600. cùm vaferrima mulier permaximo odio in Octavium æstuasset, inito etiam cum Dæmone turpissimo fœdere, ejusdem ope eximio viro pluries necem inferre, ac ejusdem famam deturpare tentavit: at ipse divinam opem, ac S. Ignatij patrocinium semper in sui tuitionem expertus est. Collegia Panormitanum, & Messanense summâ prudentiæ notâ gubernavit, in quibus sodalium studia plurimùm excitavit: Panormitanæ etiam Professorum Domui præfuit magnâ cum laude; semper etenim alios ad ferventioris vitæ profectum exstimulavit: & observantiæ, & pietati addictos tenerrimo amoris sensu prosecutus est. disciplinæ severitatem effugientes acriter concitavit. In pertractandis ad Dei gloriam negotijs, mirabilem animi fortitudinem patefecit, ac nunquam adversam auctoritatem reformidavit. Magno pietatis ardore in eruendis ab antiquitatis latebris Sanctorum Siculorum gestis, indefesso labore desudavit; eamque animi religionem adhibuit, ut Cœlitibus gratissimum opus nonnullis demonstraverit Deus. Quadriennio enim ante mortem, opere tunc imperfecto, cùm gravi morbo laboraret, contra omnium opinionem, non sine miraculo convaluit; ac curis omnibus solutus, viribusq; ita auctus, ut opus numeris omnibus absolvere exinde potuerit. Anno 1611. magnæ virtutis mulier inspexit, quòd dum votivum Octavius offerebat de Sanctis Angelis Sacrificium, ut ijsdem laudatum opus sub incude commendaret, Beatorum Spirituum agmina ad confessionis generalis formam Octavium circumvallabant; quibus alij additi Angeli quò magis in sacro procedebat: at instante consecratione adstitit Deipara alijs Spiritibus comitata: in Virginis pectore Eucharistici tabernaculi species videbatur, è quo, ad consecrationis verba, Jesus egressus pulcherrimi pueri formâ, facem præ manibus gestans, qui ad communionem Octavium arctissimè complexus est. Pijssimi viri cubiculum ingredi conspectus Sanctarum Siciliæ Virginum Chorus. Vidit, & magnæ virtutis Matrona, quod Sanctorum multi ab ore Octavij turmatim prodientes, magno gaudio perfusi, omnem Siciliam circumibant: & in extremo vitæ spatio ipsum invisere, & Octavio gratias agere haud dubitarunt, ob maximum honorem

Digitized by Google

ob viri labores accepturi. Ad extrema vitæ redactus, multi de ejusdem vita solliciti Sanctorum lipsanis, votis, precibusq; ipsum ad sanitatem revocare curabant. At ipsemet Octavius superiori manifestavit, se moriturum, ac primùm vidisse dixit per somnium, inde evigilantem Divum Ignatium Deiparæ fusas preces, & vota obtulisse; at SS. Virginem innuisse haud ampliùs necessariam ejus vitæ protractionem; eò quod de SS. Siculis opus jam ad umbilicum perduxerat. Hinc Octavius inter colloquia de rebus divinis, & ferventissimi amoris in Deiparam, & Christi Domini cruciatus argumenta, sanctè decessit Panormi 8. Martij an. 1620. Ejus effigies in ære incisa Romæ excusa est, hac addita inscriptione. *Religiosus Dei servus Octavius Caetanus Soc. Jesu, genere, doctrinâ, ac sanctis moribus conspicuus, obijt Panormi die 8. Martij an. 1620. æt. 54. relig. 36.* Hujusce viri sanè egregij laudes vide apud *Bibliothecam Soc. Jesu pag.* 639. Joannem Nadasum *in anno dierum memorab. tom.* 1. 8. *Martij pag.* 129. Sylvium Tornamiram *in Prodigijs Eucharistiæ pag.* 338. *in Centum vocationib. pag.* 369. *de SS. Angelis pag.* 235. & 317. *& de Passione Domini pag.* 197. Hippolytum Marraccium *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 185. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Syrac. pag.* 213. Franc. Mariam Maggium *in Societ. Jesu Mariana pag.* 111. & 158. Placidum Reinam *in not. hist. Messanæ par.* 2. *pag.* 99. Franc. Scorsum *in proœm.* 2. §. 4. *ad homelias Theophanis Cerameï: & proœm.* 3. §. 2. Philippum Parutam *in sua Sicilia in fine pag.* 5. Joannem Bap. Ricciolium *in Chronol. Refor. tom.* 4. *ind.* 2. *pag.* 266. Felicem Gerardum *in Diario* 8. *Martij pag.* 211. & 31. *Octob. pag.* 89. Petrum Salernum *in epist. ad Lectorem SS. Siculorum*, & Josephum Perdicarum *in epist. etiam ad let. par.* 1. *SS. Siculorum*. Philippum Labbeũ *in Chronolog. Pinacotheca Scrip. Soc. Jesu an.* 1620. *pag.* 336. Ant. Natalem *de Cœlesti converſ. par.* 2. *cap.* 15. *n.* 395. *pag.* 275. Jo: And. Massam *de fluminib. Siculis pag.* 328. Michaelem de Judice *in obser. ad Inveges p.* 97. & Antonium Ignatium Mancusum *in Vita S. Rosaliæ pag.* 17. Scripsit Octavius

De die natali S. Nymphæ V. & M. Panormitanæ. Panormi apud Jo: Ant. de Franciscis 1610. in 4.

Ideam operis Siculorum Sanctorum, famave sanctitatis Illustrium. Ibidem apud Erasmum Simeonem, & Socios 1617. in 4.

Vitas SS. Siculorum ex antiquis, græcis, latinisque monumentis, & ut plurimum ex m. ss. codicibus non dum editis collectas, aut scriptas, digestas juxta seriem annorum Christianæ Epochæ, & animadversionibus illustratas. Opus Posthumum. Tomum Primum. Panormi apud Cyrillos 1657. in fol.

Vitas SS. Siculorum &c. Tomum secundum. Accessit opusculum, ubi origines illustrium ædium SS. Deiparæ Mariæ in Sicilia, ad promovendum illius cultum, & pietatem explicantur. Ibidem apud eosdem 1657. in fol. Opusculum de Deiparæ ædibus recusum est seorsim, Panormi apud Petrum de Isola 1663. in 4. & Italicè traductum à Thoma Tamburino Siculo Calataniſſectensi, additis nonnullis, & imaginibus in ære expressis, Panormi apud Andream Colicchiam 1664. in 4.

Prodijt etiam operâ Joannis Andreæ Massæ Soc. Jesu

Isagoge ad Historiam Sacram Siculam. Opus Posthumum, & diu expetitum. Panormi apud Vincentium Toscanum 1707. in 4.

Italicè etiam

Orazione Funerale nell'esequie del Cattolico Re di Spagna Filippo II. celebrate nella Cattedrale Chiesa per lo Illustriss. Senato Palermitano. Panormi apud Jo. Bap. Maringum 1601. in 4. apud Jo. Ant. de Franciscis 1601. in 4. & tertio apud eumdem 1619. in 4.

OCTAVIUS CARACCIOLUS in oppido, Montismellis, vulgò *Mussomeli*, natus est 14. Septembris 1600. ex Josepho Caracciolo, & Porsia Lancea generis nobilitate præclaris, ut habeo ex fide baptismatis apud me: non Thermitanus, ut perperàm Vincentius Solitus *in hist. Thermarum tom.* 2. *par.* 3. *cap.* 3. *pag.* 134. Adolescens Thermas incoluit; inde Panormi Jurisprudentiæ addictus, egregiam studijs navavit operam. Doctorali laureâ insignitus, magnaque doctrinâ cumulatus, inter primarios causarum patronos adnumeratus est. Ter Judicem in Panormitano Prætorio egit: & in Supremis Concistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ, & Magnæ Regiæ Curiæ Tribunalibus etiam Judex, Justitiæ jura integerrimè administravit. Tandem à Francisco Fernandez de la Cueva Duce Alburqueque Siciliæ Prorege Acim missus, ut damna in eodem oppido ab Ætneis ignibus anno 1669. patrata instauraret, ibidem decessit anno 1670. De eo Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneol. par.* 1. *pag.* 224. & Franc. Ambrosius Maja *in Glorioso, ac triumph. reditu Joannis Austriaci pag.* 72. & 77. Edidit

Decisiones Regiæ Curiæ Prat. Felicis Urbis Panormi. Panormi apud Petrum Coppolam 1641. in fol.

De Fori Privilegiatorum Remissione. Ibid. apud eumdem 1641. in fol.

OCTAVIUS CATALANUS Ennensis, Abbas, & Canonicus Ecclesiæ Catanensis. Musices peritissimus, Romæ magnam sui opinionem excitavit; ac Paulo V. Sum. Pontif. in Pontificio Sacello musicis modulationibus præfuit. Messanæ dum Musicorum cœtum Ecclesiæ Cathedralis moderabatur, ibidem decessit. Claruit anno 1620. Edidit

Ad SS. D. N. Paulum V. Pont. Opt. Max. Sacrarum Cantionum, quæ binis, ternis, quaternis, quinis, septenis, octonis vocibus concinuntur cum Basso ad Organum Librum Primum. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1616. in 4.

OCTAVIUS CORSETTUS Panormitanus, Jacobi Corsetti filius, vir generis claritate, doctrinâ, ac morum sanctimoniâ insignis. Natus an. 1538. à teneris annis literis addictus, futuræ pie-

pietatis, ac doctrinæ prusagium non obscurum edidit, tum ob ingenium præstantissimum, tum ob morum innocentiam. A bonarum disciplinarum cura nunquam virtutum studium sejungere visus. Emensis humaniorum literarum, ac Philosophiæ spatijs, Bononiam petijt, in cujus percelebri Academia magnâ animi contentione Jurisprudentiæ operam dedit ideoque ita breviter profecit, ut Juris Cæsarei, ac Pontificij Professorum admirationem excitaverit; qui ut Bononiæ sese firmaret, nonnullos Octavio obtulere honores; at ipse doctorali laureâ contentus Panormum remeavit, ubi eximiæ integritatis, ac cumulatissimæ doctrinæ laude causarum patrocinium suscepit. Vir patriæ amantissimus, ac Senatus Panormitani Consultor, pluries Panormitanæ Urbis privilegia admirabili eloquentiâ, ac doctrinâ propugnavit. Effulgentibus Octavij promeritis, Filippus II. Catholicus Rex primùm Prætorij Panormitani Iudicem constituit, mox an. 1579. Magnæ Regiæ Curiæ, exinde Conciliorij Sacræ Regiæ Conscientiæ successivè Iudicem delegit, quibus in muneribus mirificè effulsit cum vitæ probitate, integerrima justitiæ custodia. Forenses inter clamores vitijs obsurdescere imò, & egregias virtutes excolere studuit. A litigantium calumnijs, & forentium cavillationibus abborrens, è Tribunalium subsellijs corruptelas, ac fraudes eliminare curavit. Hinc maximâ veneratione apud Marcum Ant. Columnam alioſq; Siciliæ Moderatores enituit. At secundò ad Judicis dignitatem in Magna Regia Curia evectus anno 1583. multò antequam sui judicatus biennium absolvisset, honorem sponte deposuit; vel divino afflante spiritu exstimulatus, vel honorum tædio affectus: at ipse ut virtutis splendorem obtegeret, gravi morbo, quo laborabat, id effectum dicebat. Hinc à fori tumultu secedens, ad tranquillum vitæ genus sese vertit. At ne patrocinio destituerentur pauperes, quos vel eleemosynis, vel tutelâ protexerat, Jurisconsultorum, ac Procuratorum veluti Collegium instituit, qui statutis diebus simul convenientes, pauperum curæ invigilarent, eorumque subsidium eleemosynis, vel industriâ excogitarēt. Ceterùm ipse rectæ liberorū educationi addictus (inter quos Jacobus, & Petrus Corsettus Jurisperiti celebres) severiorem vitæ rationem agressus est: cilicijs, flagellis, & jejunijs corpus edomuit: lachrimarum copiâ, orationis frequentiâ, alijsque pijs operibus vitam sanctimoniâ clarissimâ traducere studuit. Tandem repentina morte sublatus vivere desijt Panormi primo Januarij anno 1587. at mortis hujus genus paulo ante sibi prædixerat, cui sese paravit; nam mane Eucharistico cibo refectus, omnes illius diei horas obsecrationibus, pijsque exercitijs impendit in Ecclesia S. Citæ PP. Prædicatorum. In eadem Ecclesia jacet, in cujus sepulchro hoc legitur epitaphium.

D. O. M.

Octavius Corsettus illustris ille Juris, & Justitiæ consultus, cùm supremi æquè Patroni, atq; Judicis fastidiens dignitatem, ad sanēti se tranquillitatem otij retulisset, repentinâ morte, ut animus rectè constitutus nullam sentiret ex divulsione molestiam, ad Cœli sublatus est requiem Kal. Januar.

CIↃ. IↃ. LXXXVII. Vixit annos XLIX.

Emeritis laudibus Octavium extollunt Philippus Paruta in oratione cui titulus: *Oratio de laudibus Octavij Corsetti*, edita Panormi 1595. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 226. Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 120, *& cap.* 9. *pag.* 141. Franciscus Strada *in quietationib. pag.* 16. Petrus Ansalonius *de sua familia pag.* 211. Antonius Ballus *tractat. var. lib.* 5. *de pragm. Regni prag.* 4. *tit.* 2. *n.* 1. Inveges *in appar. Panor. nobilis pag.* 65. Joannes Castagna *in tract. deducto ne egeat quæst.* 1. *num.* 155. alijque. Scripsit

Consiliorum fundalium Volumen I. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1616. in fol. & iterum apud Decium Cyrillum 1646. in fol.

Quæstiones forenses super Ritu M. R. C. Panormi typis Jo: Antonij de Franciscis 1615. in 4. iterùm sumptibus Francisci Ciotti apud Angelum Orlandum 1621. in 4. & tertiò cum supradictis Consilijs, & Annotationibus Petri Corsetti filij, Panormi apud Decium Cyrillum 1646. in fol.

Consilia quatuor, in Selectis Consilijs à Petro Luna editis Panormi apud Erasmum de Simeone 1627. in fol.

Justificationes subscriptas à nonnullis Doctoribus tam regnicolis, quam exteris, in quibus plenissimè discutitur, an Syndacus Urbis Panormi possit pro Defensione privilegij comparere, & pro Cive bannito ut in justitiam remittatur, pro terminanda articulo contra Fiscum, quod non audiatur? & Judices possint causam terminare non obstante banno, & pragmatica, quod Judices non auxilientur bannitis sub pœna in dicta pragmatica contenta. Extant apud Franciscum Boronium in Consilijs diversorum Siculorum super privilegium Fel. Urbis Panormi, quod Fiscus non possit principaliter agere contra cives. Panormi apud Maringum 1656. in 4.

Consilium non antea editum, apud Jo: Franciscum de Castillo in decisionibus *lib.* 1. *decis.* 51. *pag.* 288. Panormi apud Angelum Orlandum 1626. in fol.

Pro debitoribus privati delinquentis contra Fiscum, Tractatum ex Baronio cit.

OCTAVIUS CORSETTUS nobilis Panormitanus, filius Primogenitus Petri Corsetti (de quo suo loco) à prudentia, & honoribus clarus. Ab anno 1622. Panormitanæ Urbis, ut vocant, Secretus renunciatus est; anno 1624. inter Equites militaris ordinis S. Jacobi de Spata relatus, exinde Comitis Villaltæ titulo insignitus est, dato diplomate Matriti 13. Maij 1628. Generalis armatorū Capitaneus in Valle Mazariæ, & Castrorū Visitator constitutus, Militaribus etiam copijs tum peditum, tum equitum

Digitized by Google

tum in maritimis locis præfuit. Anno 1640. & 1644. secundò, & tertiò Vicarius Generalis in universa Mazaræ Valle: & 1645. Regni Siciliæ Deputatus electus fuit. Panormi Capitanei munere effulsit annis 1663. & 1676. & eamdem Urbē amplissimâ Prætoris dignitate illustravit anno 1666. His in muneribus præclarè obitis prudentiam, integritatem, aliasque animi dotes egregiè detexit. Panormi dierum plenus obijt circa annum 1682. Ipsum laudant Augustinus Inveges *in appar. Panormi Nobilis pag.* 65. Mugnòs *in Theatro Geneolog. par.* 1. *pag.* 303. & Petrus Ansalonius *de familia Ansalonia pag.* 211. Edidit Italicè

Instruttioni per li Deputati, e Ministri dell' Hospitaletto, eretto l'anno 1646. *nella contrada chiamata delli Divisi in Palermo.* Panormi apud Buā, & Portamnovam 1648. in 4. Hujus pijssimi operis unus ex tribus Rectoribus, & ut ajunt, Deputatis perpetuis, electus est Octavius à D. Petro Faxardo Marchione de los Veles Siciliæ Prorege.

OCTAVIUS GRAVINA DE CRUYLLAS Panormitanus, ex antiqua, nobilissimaque familia, longo Procerum præclarissimorum ordine sat celebri progenitus, Patre Sancio Gravina primo Ramacchæ Principe in lucem editus est Panormi anno 1652. Hæreditario jure Principis Ramacchæ titulum adeptus, inter Siciliæ Dynastas longè, latèque effulget. Vir politioribus literis, eruditione tum sacrâ, tum profanâ ornatissimus, æstimationem promeruit singularem. Florente adhuc ætate Poesi addictus, eximijs ingenij dotibus se locupletatum detexit. In Panormitana Reaccensorum Academia (in qua Princeps constitutus enituit) eloquentiâ, ac poeticâ laude valuit: nec sine plausu Literati omnes egregia ejus ingenij monumenta excepere, quibus sui venerationem excitavit. Pietate insignis in Albatorum Societatem relatus (hæc Panormi cùm laudabilitèr efflореat, ipsius Sodales nobilissimi capite damnatos ad piè supplicium obeundum mirum in modum disponunt, & adhortantur) pluriès eximij sodalis munus in animarum beneficium exercuit. Cùm autem anno 1707. eidem Societati Gubernatoris titulo præesset, omnium primus ab Isidoro de la Cueva Bedmaris Marchione, Siciliæ Prorege, obtinuit, ut Societas die Parasceves singulo anno Sontem, etiam mortis damnatum, pœnâ absolvere posset. Ut animi ardorem in animarum salute retexit, ita & singulare studium in Philippi V. Catholici Regis obsequium summè commonstravit: quòd anno 1708. liquidò patefecit Panormi; cùm enim hanc Urbem Prætoris munere gubernaret Ferdinandus Franciscus Gravina de Cruyllas Palagoniæ Princeps, aurei velleris Eques, inter Urbis pericula eidem Prætori ejus consobrino, ac Carolo Philippo Antonio Spinolæ Marchioni de los Valvases Siciliæ Proregi, adfuit indefessè, neglecto vitæ periculo; eâque sedulitate Urbis beneficium, ac Regis gloriam procuravit, ut ejusdem Proregis benevolentiam, ac bonorum omnium laudem, & plausum sibi comparaverit. Nec egregio viro promeriti defuissent honores, ad quos extollere meditabantur tum Regis beneficentia, tum Proregis officia: at ipse ab omni ambitionis umbra alienus, dignitatum fastigia studiosè declinans, rectæ liberorum institutioni addictus (quos ex Anna Antonina la Farina, Vincentij la Farina Madoniæ Marchionis filia, habuit) ac rei familiaris administrationi adhærens, familiæ splendorem adaugere procurat: ideoque edito novi oppidi fundandi consilio, in antiquissimo familiæ Gravinæ feudo Ramacchæ, in ipsius amplificationem invigilat. Vivit vir sanè præstantissimus, eximiâ comitate inclytus, ac morum elegantiâ clarus; cujus vividissimæ ingenij dotes abundè testantur sales, ac non illepidæ sententiæ sua sponte mirabiliter ex ejus ore effluentes, sed ab omni dicacitate penitùs alienæ. Edidit Italicè

Il Conforto degli Afflitti, Esercizj Spirituali divisi in sette Missioni, che si fanno nella Real Capella della Compagnia del SS. Crocifisso, detta de' Bianchi, della Città di Palermo da' Fratelli Nobili, e Confessori, che ricordano i Condennati dalla Giustizia. Panormi typis Joannis Baptistæ Aiccardi, & Francisci Cichè 1706. in 4.

Prælo paravit

Poesie Liriche.

L'Argenide opera Drammatica.

Discorsi Accademici.

OCTAVIUS POTENSANUS Panormitanus, Poeta egregius; Etruscis, Siculisque numeris multa cum nominis laude protulit, ac eximiam celebritatem sibi comparavit. Dum plurima de se promittebat, in ipso ætatis flore decessit Panormi. Claruit circa annum 1598. Ipsum laudant Franciscus Baronius *de majest. Panor. lib.* 3. *pag.* 116. Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 1. *pag.* 230. & Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. lib.* 12. *pag.* 125. Scripsit Italicè

Poema Sacro della Passione, e Morte de' SS. Dieecimila Martiri. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1600. in 8. Opus posthumum.

Vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Extant in Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portānovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12. & in libro: *Raccolta di Canzoni Siciliane di diversi buoni Autori.* Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1638. in 12.

Scripsit, sed non edidit, ex Leone Allatio *in Drammaturgia indic.* 6. *pag.* 623.

L'Inganni d'Amore Comedia Pastorale.

Il San Giorgio Tragedia Sacra.

Has annis elapsis Panormi servabat m. ss. Vincentius Corsettus Panormitanus.

OCTAVIUS RIZZARUS Catanensis, Patritio, nobilique genere exortus, ingenij excellentiam Siculæ Poesi addictam cum nominis laude ma-

manifestavit. Claruit circa annum 1600. Laudatur à Josepho Galeano *in Musis Siculis par.* 1. *pag.* 256. & Joanne Baptista de Grossis *in decacordo Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 152. Hujus patriâ linguâ habemus

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis par. 1. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

OCTAVIUS SAPIENTIA Catanensis Sacerdos, Pontificij Juris Doctor, dum Româ in Siciliam remeabat anno 1604. à Thurcarum pyratis captus, & in vincula conjectus, primùm Hipponam, vulgò *Biserta*, inde Constantinopolim deductus, quinquennio barbaræ servitutis jugum inter innumeras ærumnas, ac vitæ pericula, expertus est. Inde Galliæ Oratoris operâ libertatem adeptus; eo defuncto per alios septem annos Constantinopoli liber vixit apud laudati Oratoris successorem, qui Octavium à sacris, & confessionibus voluit: ac per idem tempus impigrè studuit, ut Christicolæ multi, durâ servitute pressi, vel soluto pretio, vel fugâ, libertati restituerentur. Sacramentorum administratione, & Verbi Dei dissemination multos, qui Catholicam fidem renunciaverant, ad ejusdem sinum revocavit, aliosque multos animo nutantes confirmavit. At cognitis à Mahometicæ sectæ cultoribus Octavij studijs, in necem conquisitus, ac fugâ elapsus, Hispaniâ petijt. Cùm autem Philippo IV. Catholico Regi perpessas exposuisset ærumnas, in laborum levamen Abbatiâ S. Nicolai de Ficò in Sicilia donatus est anno 1627. In Siciliam regressus, Panormum appulit, ubi adolescentem servum secum detulit, ætatis annorum 18. quem ab infantia tanquam filium secum educaverat. Sed qui inter innumera pericula incolumis vixerat, ab eodem servo, furti causâ in secunda noctis hora inter domesticos parietes interfectus est 22. Decembris 1628. & in eadem domo sepellitur. At post tres dies tanto detecto facinore, servus palam confessus sceleris impietatem, flagitij pœnas solvit; nam obtruncatâ ejus dexterâ, furcis suspensus interijt; & in tanti sceleris memoriam nefarij caput clavo furcis confixum tradit Rocchus Pirrus *de Abbatis lib.* 4. *pag.* 135. De eo etiam idem Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 95. Joannes Baptista de Grossis *in decacordo Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 144. *&* 152. & Nicolaus Antonius *in Biblioth. Hispana par.* 2. *pag.* 355. Edidit Hispanè

Nuovo Tratado de Turquia, con una descripcion del Sitio y Ciudad de Constantinopla, costumbres del Gran Turco, de su modo de govierno, de su Palacio, Consejo, martyrios de algunos Martyres, y de otras cosas notables. Matriti apud Viduam Alphonsi Martini 1622. in 4. Philippo IV. Catholico Regi dicavit opus, pro cujus editione duo centum aurea accepit.

OCTAVIUS SPINOLA Panormitanus claro genere exortus, Regni Siciliæ, ut vocant, Portulanus. Patriam Urbem Prætoris munere rexit anno 1576. Ingenij dotes poeticâ facultate excoluit. Obijt Panormi 15. Decembris anno 1590. in memoranda lignei pontis ruina, & in Ecclesia S. Francisci de Paula sepultus est. De eo Matthæus Donia *in Gephyraptoyca descriptione casus Pontis pag.* 30. Vincentius de Joanne in libro: *Il miserabile successo della rovina del Ponte pag.* 24. Inter Poetas relatum invenies à Joanne Vigintimillio *in tabula Poetarum Siculorum.* Quæ scripserit incompertum est. Solummodò pauca vidi ejus carmina Italicè scripta in libro: *Rime di diversi belli Spiriti della Città di Palermo in morte della Signora Laura Serra, & Frias.* Panormi 1572. in 8.

OCTAVIUS TEDESCHIUS nobilis Catanensis, Societatis Jesu, in lucem editus anno 1600. ad Societatem accessit anno 1614. in qua solemnia emisit vota. Gravioribus disciplinis egregiè excultus, præter humaniores literas, Rhetoricam docuit Messanæ; ibidem etiam & Catanæ Philosophiam, Neti Scholasticam Theologiam; Moralem verò Syracusis non sine magnâ laude tradidit. Sacræ etiam eloquentiæ addictus, per annos quindecim Ecclesiastem egit magno cum plausu, ab eruditione, & dicendi copiâ celebratus. Græcas etiam literas mirificè calluit. Religiosè vitam absolvit Catanæ 17. Junij anno 1672. Ejus laudes lege apud Josephum Munebriam in libro: *Musa Risvegliata par.* 1. *pag.* 222. Thomam Tamburinum *in decalogum lib.* 2. *cap.* 5. §. 2. *n.* 15. & Bibliothecam Soc. Jesu *pag.* 641. Edidit Italicè

Prediche Panegiriche Sacre, e Morali. Catanæ apud Josephum Bisagnium 1666. in 4.

Prediche Quaresimali. Neapoli apud Novellum de Bonis 1672. in 4.

ODO DE COLUMNIS Messanensis, Poeta ex primis Etruscæ Poesis cultoribus, ut ex rudiori carminum stylo patet. Doctrinâ claruit circa an. 1240. unà cum Guidone de Columnis ex eadem familia, & patria. De eo clariss. Joânes Marius de Crescimbenis *in hist. Poesis Vulgaris lib.* 4. *pag.* 284. *& in Commentarijs ejusdem vol.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 9. *p.* 53. *& vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 18. Hujus extant Italicè

Poesie. In libro: *Poeti Antichi raccolti da' Codici m. ss. della Biblioteca Vaticana, e Barberina da Monsi. Leone Alacci.* Neapoli typis Sebastiani de Alecci 1661. in 8. & de Crescimbenis *in comm. cit. vol.* 3. *pag.* 21.

OFFICINÆ ACADEMIA Messanensis, vulgò *della Fucina*, ortum habuit anno 1639. die 23. Octobris in ædibus Caroli de Gregorio Equitis Messanensis, hujus Literariæ Palæstræ fundatoris. Fundationis occasio hæc fuit. Musices, & politioribus literis oblectabatur vir amplissimus, & ad ipsum, tùm amicitiæ jure, tùm morum suavitate illecti viri nobiles, literis, doctrinâque exculti, confluebant. Horum aliquis modò etrusca, modò latina carmina proferebat: problemata disquirenda, ac solvenda proponebat. Nonnullus obscura veterum Scriptorum loca illustrabat: & certatim omnes eruditis hisce studijs ingenium expoliebant.

Hinc

Digitized by Google

Hinc adaucto literatorum numero, Cœtum Academiæ nomine cohonestare placuit, cui ipsemet Carolus Officinæ nomen indidit. Ipsius Phœnoschema Fornacula fuit fusoria, quæ flāmarum repercussione succensa, durissima quævis metalla facili negotio emollita, & pœnitus eliquata, in alias utiliores, nobilesque formas flectebat: addito lemmate ex Virgilij *Georg.* 4. *Formas vertit in omnes.* Palladia in hac Officina strenuè desudabant ingenia, politiores literas amplissima cum laude excolebant; Musarum delicias, Poeseos venustatem, & eloquentiæ ornamenta singulis Dominicis diebus exponebant Academici, & ad nova semper opera edēda mirificè æstuabant. In ejus albo nedum Siculi effulgebant adscripti, verùm etiam exteri nonnulli literatum gloriâ celeberrimi. Diu enituit, gloriæque suæ splendorem ubique propagavit: at anno 1678. flante bellorum Aquilone, & rerum ordine perturbato, hujus Officinæ ignis extinctus est. Anno verò 1701. sub Cliziæ nomine antiquos resumpfit splendores, ut loco suo proditum est. Ipsam laudat P. Placidus Samperius *in Iconologia M.V. lib.* 1 *digress.* 2. *pag.* 38. *& lib.* 5. *cap. ult. pag.* 644. *& in Messana Illustrata m.s.* Joannes Franciscus Lauredanus *in epist. par.* 2. *pag.* 120. *&* 122. Leo Allatius *in epist. nuncup. Poetarum Antiquorum*, Antonius Ansaldus in libro: *Sogni d'Euterpe p.* 234. Fulgentius Arminius, & Augustinus Zerbonus *in libro Prose della Fucina lib.* 1. *pag.* 59. *&* 76. Dominicus Arganantius *in Pōpis festivis p.* 138. eruditiss. Blasius de Avitabile in libro *Componimenti diversi de' Pastori-Arcadi della Colonia-Sebezia pag.* 16. alijque. Edidit Italicè

Le Muse Festeggianti nell'aprirsi l'Accademia della Fucina nella Città di Messina. Bononiæ apud Jo: Baptistam Ferronum 1642. in 4.

Le Stravaganze Liriche degli Accademici della Fucina. Parte Prima. Ibidem apud eumdem 1642. in 4.

Parte Seconda. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1655. in 12.

Parte Terza. Neapoli typis Sebastiani de Alecce 1661. in 12.

Le Poesie Volgari degli Accademici della Fucina Parte Prima. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1656. in 12.

Parte Seconda. Ibidem apud eosdem 1658. in 12.

Parte Terza. Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12.

Parte Quarta. Ibidem apud Sebastianum de Alecce 1660. in 12.

Prose degli Accademici della Fucina. Libro Primo, nel quale si contengono varij discorsi. Monteleoni typis Dominici Antonij Ferri 1667. in 4.

Libro Secondo. Neapoli apud Andream Colicchiam 1669. in 4.

Il Duello delle Muse, o vero Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento I. dell' anno 1667. *e Trattenimento II. del* 1668. Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1668. in 4.

Trattenimento III., dell'Anno 1669. Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

Trattenimento IV. dell'anno 1670. *e Trattenimento V. del* 1671. Ibidem apud eumdem 1671. in 4.

OLYMPIUS JULIANENSIS Ordinis S. Mariæ Montis Oliveti, ejusdem Ordinis Abbas, & Visitator. Doctrinâ, & eruditione ornatus claruit anno 1590. Poeticam etiam facultatem coluit, ex libro: *Rime di diversi Ecc. Autori all'Illust. Pittore, e Poeta Francesco Potenzano.* Scripsit ex Secundo Lancellotto *in histor. Olivetana lib.* 2. *cap.* 43. *pag.* 268. & Rocchо Pirro *in not. Eccl. Agrig. pag.* 382.

Historiam Monasterij S. Mariæ de Nemore, sive de Bosco Ordinis Olivetanensis. Servatur m. s. in eodem Monasterio, & in Bibliotheca Monasterij S. Martini Ordinis Casinensis Panormi, teste Abbate Michaele de Judice *in observat. ad Appar. annal. Siculor. Augustini Inveges pag.* 103. qui addit; Olympium: *Plurima de Fraticellis Hæreticis è Sicilia, ubi confugerant, abactis, & alia ad Siculas res pertinentia scripsisse.*

ORPHEUS Siculus Camarinensis (Camerina olim Siciliæ Urbs magnificentissima, nunc ruinis obruta jacet) Poeta eximius heroici carminis, sed incerti ævi, cujus meminere Suidas *dict. tom.* 2. *pag.* 339. Gyraldus *de Poet. hist. dial.* 2. *pag.* 57. Constantinus Lascaris apud Maurolycum *in hist. Sicil. pag.* 21. & Bonfilium *hist. Sicil. par.* 1. *lib.* 1. *p.* 29. Laurentius Crassus *de Poetis Græcis pag.* 389. Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 118. Vincentius Littara *in Corradi de lib.* 3. *pag.* 154. Goltzius *in hist. Post. Siciliæ pag.* 89. Joannes Mollerus *de Scriptoribus Homonymis cap.* 3. *n.* 47. *pag.* 325. aliique. Ex ipsis scripsit Græco carmine

Descensum ad Inferos.

Addit Lascaris: *& alia multa.*

ORTHON Siculus Medicus. Quo vixerit ævo incompertum est. Scripsit

De rebus Medicis. Hujus testimonium adducit Galenus *lib.* 1. *de compositione medicamentorum localium cap.* 2. *pag.* 123. quod Andreas Tiraquellus *de Nobilitate cap.* 31. *pag.* 294. observavit. Eugenius Raymundus in libro: *Sferza delle Scienze disc.* 4. *pag.* 109. ait: *I remedij di Othone Siculo per il pelatojo sono poco giovevoli, havendoli molte volte isperimentati, e sempre sono riusciti vani.*

Digitized by Google

P

PANPHILUS Poeta Siculus ex Athenæo *Dipnosoph. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 4. Facili venâ locupletatus, in convivijs semper metricè loquebatur, teste Svida *in dict.* De eo etiam Laurentius Crassus *de Poetis Græcis pag.* 399. Tempus quo vixerit, & quæ scripserit latent: solummodò duo ejus carmina extant apud Athenæum citatum.

S. PANTÆNUS Apostolicus sanè vir, ac Sanctissimus, in Siculorum Scriptorum albo non immeritò reponendus. At plura de S. Pantæno essent examinanda, quæ longam dissertationem expeterent; sed duo hìc brevitèr ad nostrum institutum, studio veritatis inquirenda, plusquam necessariùm: primò quænam ejus Natio? secundò quænam Patria? Clemens Alexandrinus *Stromatum lib.* 1. ubi de sanctis suis præceptoribus, à quibus eruditus est, ait, ex editione Gentiani Herveti, Florentiæ 1551. pag. 3. & 4. *Eorum unus quidem in Græcia Jonicus, alij verò in Magna Græcia, alter ex Ægypto, alij autem ex Oriente; & ejus alter quidem Assyrius, alter verò in Palæstina Hebræus ex alto ducens originem. Cùm autem in eum ultimum incidissem, erat autem primus potestate, conquievi in Ægypto venans ea quæ latuerant. Sicula re vera Apis, Prophetici, & Apostolici prati flores decerpens, sinceram quandam, & incorruptam cognitionem ingeneravit eorum, qui audiebant animis.* In illo Hebræo in Palestina Pantænum signari putat Eusebius Cæsariensis *hist. Eccl. lib.* 5. *cap.* 11. Addit, & Gentianus Heruetus *in comment. ad lib.* 1. *stromat.* ex editione Parisiensi ann. 1590. *pag.* 303. Apem Siculam Pantænum Siculum designari; scribit enim: *Ex ijs postremum audivit Pantænum, quem dicit venatum esse latentem, ut qui fortè delectaretur solitudine, quâ frui tamen non licuit, cùm præesset Catechesi. Eum autem vocavit Apem Siculam. Et cur Apem quidem vocarit non satis ostendit, cùm dicit eum legisse flores ex scriptis Prophetarum, & Apostolorum, quæ vocat Pratum. Cur autem Sicula vocat, non possum aliud conijcere, quàm habitasse quidem Alexandriæ in Ægypto, fuisse autem Siculum natione. Sed videtur obstare, quòd dicit eum in Palæstina Hebræum ex alto ducta origine. Fieri autem potuit ut esset quidem ex Palæstina oriundus, & Hebræus, natus tamen in Sicilia.* At Baronius *tom.* 2. *annal. Eccl. an.* 185. per Hebræum in Palæstina a Clemente Alexandrino indicatũ Theophilum Cæsariẽsem; & per eum, qui in Ægypto demùm convenit, Pantænum Philosophum indigitari putat: (etsi Guilelmus Cave in *script. Eccl. historia literaria pag.* 40. Theodotum rectiùs designari censet) Hinc vides quod sicut Clemens alios à patria indicavit, ita & Pantænum, qui supra alios doctrinâ, & vitæ sanctimoniâ eminebat, speciali encomio laudavit, & à regionis nomine Apem Siculam dixit. Ex his patet Octavium Caetanum *in Idea SS. Siculor. pag.* 22. nimis durè scripsisse, & à Siculis Sanctorum fastis Pantænum expunxisse; dum ait Pantænum solùm Siculum ex Gentiani Herveti conjecturâ, verbis Clementis Alexandrini perperàm versis innixâ, & *in Animad. ad tom.* 2. *SS. Sicilor pag.* 34. fusiùs rem ad lancem perpendens; Heruetum ab ambiguo verborum sensu deceptum ait; & Pantænum Apem Siculam dictum, non quia in Sicilia natum, sed *ob præstans viri ingenium, doctrinamq; & tale ste studium depascendi sacra scripta*; quòd & exemplis probare conatur. Huic opinioni adhæsit A. Junius *cent.* 4. *prover.* 19. Sed in Clementis Alexandrini verbis nullam inveniri ambiguitatem satis liquet, nullumq; in versione mendum, ex hoc patet, quòd omnes in eadem verba consentiunt. Relata Clementis verba sine immutatione leguntur in editione Parisiensi Gr-lat. anno 1629. ex recensione Danielis Heinsij, viri græcis literis excultissimi *pag.* 274. in alia etiam Parisiensi an. 1590. cum observationibus, & castigationibus variorum, operâ Friderici Sylburgij. Prodiere etiam Clementis lucubrationes cum constanti eorumdem verborum lectione Basileæ 1556. Parisijs 1592. 1612. & 1641. Lugduni Batav. 1616. ac tandem Coloniæ 1688. Nec Pantænum Apem Siculam dixit Clemens Alexandrinus, ut ejus ingenij excellentiam solummodò extolleret, sed ut ipsum laudando, in Sicilia simul natum demonstraret; nam si Pantæni excellentiam eidem explicare tantùm placuisset, nonne fas erat Apis nomine Pantænum vocare, sine illa Siculi dictione? Cur Siculum addidit, nisi ut in Sicilia natum indigitaret? Adde quòd scriptores, cùm Apis nomine auctores egregios designarent, epithetum ex propriæ regionis nomine, ubi in lucem editos, addidere. Ita Xenophon Athenensis ab eloquentiæ dulcedine Apis Attica dictus, ex Apibus Atticis regionis suæ, ut ipsemet Caetanus *loc. cit.* observat. Ita etiam Platonem Athenensem Apis Atticæ nomine celebratum, scimus ex Genebrardo *in Chronograph. an. mundi* 3730. Sophocles etiam Poeta Tragicus Athenensis Apis Attica dictus, teste Volaterrano *in Anthropol. lib.* 19. ex Svida. Nec res magis apud Rhetores pervia, quàm in translatis virorum illustrium, addi regionis nomen: ideoque Italus strenuus Achillem Italum vocant: Heroem Gallum, Herculem Gallicanum.

Vi-

Digitized by Google

Vide præter alios Aloysium Juglares *in Ariad. Rhet. obser.* 5. Et profectò omnes nimis durè loquutum crederent Clementem, ob translationem ab Alexandria in Sicilia, si per Siculum Pantæni nationem non designasset. Gulielmus Cave *in scriptorum Eccles. hist. literaria pag.* 37. *an.* 181. incertum ait, an Siculus, an Palæstinus, & ab ultima origine Hebræus. Valesius *l.* 5. *adnot. ad hist. Eccl. c.* 11. Siciliæ oriundum, tradit; quòd non improbat Cave *loc. citat.* etsi idem Cave *par.* 2. *an.* 181. *pag.* 23. auctoritate cujusdam fragmenti Philippi Sidetæ (quæ dubiæ fidei ex nonnullis tradit) Athenienſem fuiſſe ſcribit. At præter Hetuetum, Siculum voluere Pantænum L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Auct. Eccl. tom.* 1. *pag.* 78. *&* 79. Morerius *in dict. tom.* 3. *pag.* 946. Clariſs. Benedictus Bacchinus *in Diar. liter.* edito Parmæ ann. 1688. *pag.* 139. Ex his reijcienda illorum opinio, quæ Pantænum Alexandrinum voluit. Hanc amplectuntur Leonardus Cozzandus *de magiſterio antiq. Philoſ. lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 247. & Joannes Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom.* 2. *indic.* 2. *pag.* 268. fuit etenim Alexandriæ ſacrarum literarum Profeſſor, non Civis Alexandrinus. At ſi Pantænus Siculus, ubi nam in Sicilia natus? Petrus Anſalonius in libro *de ſua familia Anſalonia pag.* 341. Meſſanenſem fuiſſe opinatur, cujus opinionem ſequuntur Carolus Morabitus *tom.* 1. *annal. Eccl. Meſſan. pag.* 232. Stephanus Maurus *in Meſſana cap.* 25. *pag.* 253. Joſephus Ambroſius *in Relat. ſolemnitatis epiſtolæ Marianæ p.* 471. & tandem Hieronymus Ragusa *in elogijs Siculorum pag.* 200. *& in Biblioth. Sicil. Veter. pag.* 204. At videamus an rectè Meſſanenſem velint. Anſalonius Petri Carreræ opinonem protulit, qui in ſuo libro m. ſ. inſcripto *Il Sicilianiſmo*, dum ſub dubio inter Siculos illuſtres Pantænum recenſet, hanc conjectationem pro Sicilia deprompſit: nempè territorium Palæſtinum in Sicilia extitiſſe, ex Appiano *lib.* 5. *bellor. civil.* non multùm à Meſſana diſſitum: en ejus verba: *Ritrovo il territorio Paleſtino in Sicilia non aſſai diſcoſto da Meſſina, chi sà se Panteno habbia dependenza da queſto?* Ex futili conjectura, veram conſequentiam deducere putat Anſalonius, nempè Pelæſtinorum Agrorum Dominos haud inveriſimile *Meſſanæ Domicilium habuiſſe, maximè, quia qui exteri ibi, ubi negotia gerunt, ſemper ſoliti demorari: Unde negotiorum causâ melius, quàm alibi, Meſſanæ in urbe, quæ Emporium Univerſi, eoſdem dicerem demoratos: Rarò enim agros, prædia, quæ propè, homines, qui à longè, cernimus poſſidere. Patres ergo Pantæni, Pantænum hac in Urbe generarunt: dum agros, qui propè ipſam, illos habuiſſe comperimus, quo verè Siculus Meſſanenſis, Hebræus licèt, & Palæſtinus.* Nec præteream quæ paulò antè prodidit de Pantæno; ait enim: *fuit namq: Apoſtolorum Chriſti Domini educator, & profeſſione diſcipulus: forſan, qui cum Paulo Apoſtolo, tum quando Meſſanam acceſſit, inde ad Virginem Deiparam deſtinatus, vel cum legatis ejuſdem ad ipſam puer melius ſcitatus, &c.* At primò decendum per Clementis præceptorem in verbis, Hebræus in Palæſtina, ex Baronio non deſignari Pantænum, ſed Theophilum Cæſarienſem, & ex Cave Theodotum, ut dixi, ideòque tota Anſalonij ratiocinatio corruit, & Carreræ conjectatio evaneſcit. At deſignetur Pantænus, quis unquam dicere audeat verba Clementis *in Palæſtina Hebræus*, ad Siculos Campos, Palæſtinorum nomine inſignitos, trahi poſſe? Addam agros Palæſtinos non Meſſanæ propinquos fuiſſe; Appiani verba *lib.* 5. propè finem accipe: *Poſt hæc Palæſtinorum agros depopulatus eſt, & Lepidus frumentatum profectus illi obviat, amboque circa Meſſanam locavere caſtra.* Ex his patet non Campi Palæſtini, propè Meſſanam, ſed Octaviani, & Lepidi caſtra. Immò ex eodem Appiano deducitur, agros Palæſtinorum propè Ætnam accedere, ait enim paulò antè, quòd dum his in locis erat Octavianus, ejus exercitus Ætnæ fetorem ſentiebat, additque: *facti etiam ſunt Ætnæ horrendi fremitus, & longi mugitus, excandeſcentibus quoq; ignibus, exercitumq: fulgore terrentibus, adeò ut Germani è cubiculis præ timore proſilirent, nec amplius ipſis incredibilia viderentur Ætnæ memorata miracula, & inter cætera illud de igneo torrente.* Sequitur Appianus, Octavianum, non obſiſtentibus Ætnæ incendijs, ſequenti die Palæſtinorum villas devaſtaſſe. Hinc vides Palæſtinorum agros propè Ætnam, non propè Meſſanam. At ſint propè Meſſanam, haud deduci poſſe puto, Pantænum Meſſanenſem. Si enim Palæſtini Domini agrorum, quis divinaverit Meſſanam incoluiſſe, ibiq; Pantænum genuiſſe, ibiq; Pantænum exortum? Adde ex Appiano agri denominabantur à Palæſtinis anno, quo in Siciliam fuit Octavianus, nempè an. 29. ante Chriſtum natum, vel paulò antè, ex Genebrardo *in Chronograph*, Saliano *in annal.* alijſque. At quis dicet Pantæni tempore, nempè poſt duorum ſæculorum, & ultra, lapſum, Palæſtinos adhuc in his agris dominium ſervaſſe. Demum à verbis Clementis non immediatè Apoſtolorum diſcipulum fuiſſe deducitur, ſed illorum doctrinam per traditionem accepiſſe; longum enim temporis intervallum intercurrit inter Pantænum, qui floruit circa an. 185. & Apoſtolos: quod advertit Cave contra Photium, qui dum nonnullorum Apoſtolorum auditorem fuiſſe ait, apud Cave parùm fidem invenit. At id quod dubitando inſinuare putat Anſalonius, nempè: cum Paulo Apoſtolo forſan, vel cum Meſſanenſium Legatis, ad Deiparam deſtinatum; pœnitùs à vero alienum; Epiſtolam enim Virgineam datam ſcribunt anno Dñi 42. Pantænus verò deceſſit an. 213. ut infra, & Morabitus fatetur: hinc vides annos 171. effluere inter Epiſtolam, & Pantæni obitum. Similè difficultatem ſibi objicire videtur Morabitus *an.* 213. *pag.* 297. ipſamque ſolvere conatur, petitâ à Baronio auctoritate, qui *tom.* 1. *an.* 76. *n.* 2. ait Apoſtolorum diſcipulos longævos fuiſſe ex divina diſpoſitione; at nec à Baronio, nec ab alio tam longa annorum epoca cuique con-

concedi, quisq; facilè dignoscet. Hæc amore veritatis dixisse satis: hinc Pantænum Siculum solummodò statuo, dum nullæ occurrunt solidæ rationes pro aliqua Siciliæ Urbe. Fuit Pantænus è Stoica secta Philosophus Christianusi, immò & Theologus doctissimus, ijsque usus est Magistris, ex Photio *in Biblioth. cod.* 118. *pag.* 298. qui Apostolos vidissent. Sacris studijs addictissimum, tamquam Siculam Apem à prophetici, & Apostolici prati floribus cœlestem sapientiam excerpsisse; ac studio solitudinis adhæsisse tradunt. Sed cùm doctrinâ, & sanctimoniâ omnes ævi sui viros præclarissimos præcelleret, è solitudine extractus, Ecclesiasticæ scholæ Alexandrinæ (in qua ex institutione D. Marci Evangelistæ catechetica floruit Lyceum, cui semper sapientissimi præfuere Doctores) præficitur, circa annum 181. quam doctrinâ, & eruditione moderatus est. Vir profectò egregius, divinis scripturis, ac sæculari literaturâ refertissimus effulsit. Scripto, & voce Ecclesijs profuit; nam ex ejus schola multarum Ecclesiarum Doctores inclytos prodiere, inter quos Clemens Alexandrinus. Pantænus fusiùs de Theologia disputare cœpit contra Hæreticos sub Juliano Alexandriæ Episcopo. Doctrinâ celeberrimus claruit, & Christianæ Fidei zelo succensus, Orientalibus Populis Christiana dogmata prædicavit; ac ad Indos usque pervenit; nam illius gentis Legatis rogãtibus à Demetrio Episcopo Alexãdrino quẽdã Evangelicæ Veritatis Doctorem, illùc missus est circa annum 191. ibique Matthæi Evangeliũ hæbraicè scriptum reperit, à Bartholomæo Apostolo prædicatum, ibiq; relictum; quod Alexandriam reversus secum detulit. Iterum Alexandriæ (non Antiochiæ, ut perperàm Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 94.) per plures annos scholæ Ecclesiasticæ præfuit, & sacras docuit literas, tum sermone, tum etiam scripto, usque ad annum 213. ibique sanctè vitam absolvit 7. Julij, cui successit Clemens Alexandrinus doctissimus ejus discipulus, mox Origines. Pantænus in Sãctorum Catalogum relatus legitur in Martyrologio Romano 7. Julij, & in Martyrologijs Bedæ, Usuardi, Maurolyci, & Adonis. De eo etiam, præter Auctores citatos, Baronius *tom.* 2. *annal. an.* 185. *& seq; & in notis ad Martyr. Rom.* 7. *Julij*, Nicephorus *hist. Eccl. lib.* 5. *cap.* 10. 13. *& lib.* 4. *cap.* 32. *&* 33. S. Hieronymus *de Script. Eccles. & in epist.* 84. *ad Magnum Orat.* Eusebius *hist. lib.* 2. *cap.* 32. *&* 36. *& lib.* 5. *cap.* 9. 10. *&* 11. *& in Chron. an.* 196. Tertullianus *lib.* 4. *contra Marcionem*, Genebrardus *in Chron. an.* 181. Abrahamus Buccolerus *in Indic. Chronolog. an.* 183. Sistus Senensis *Biblioth. Sanctæ lib.* 4. *pag.* 285. Vossius *de Philosophor. Sectis cap.* 19. §. 15. *pag.* 104. qui Alexandrinum Antistitem vocat, Aloysius Novarinus *in Martyrol. pag.* 191. Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 768. *& tom.* 3. *pag.* 946. Petrus Angelus Spera *de nobil. Professor. Grammaticæ lib.* 2. *pag.* 57. Brietius *in annal. mundi tom.* 2. *cap* 8. *an.* 180. *& cap.* 9. *ann.* 193. Philippus Labbeus *de script. Eccles. tom.* 1. *pag.* 228. *& in Sanctor. Patrum Biblioth. Chronol. pag.* 23. alijque multi. Scripsit Pantænus, teste Hieronymo, Nicephoro, Gesnero *in Biblioth. pag* 650. Cave, alijsque.

Commentaria Multa in Sacram Scripturam. Hujus arcana eruditè, & allegoricè penetravit, summâ ingenij, & eloquẽtiæ vi: ac ex ea morum institutiones protulit, teste Du-Pin *in Biblioth. cit.* cum alijs. Ex his pauca quædam in Theodotis Eologis Græcis citantur, ex Cave *cit. par.* 1. *pag.* 37.

Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Biblioth. Veter. pag.* 204. transtulisse tradit *Matthæi Evangelium* ex Hebræa in Græcam linguam; quod apud neminem legi.

PARTHENIUS ZANCLAJUS Siculus. Sub hujus nominis larva Messanensem, nescio quẽ, latere puto, Poetam sanè lepidissimum, amœnissimo ingenio instructum. Claruit circa annum 1647. quo edidit, librum inscriptum:

Cittadinus Maccaronicè metrificatus, overum de piacevoli conversantis consumantia. Sermones brevisculi Trentaquinque. Messanæ ex typographiâ Jacobi Matthæi 1647. in 8.

PASCHASINUS Civis, & Episcopus Lylibætanus, vir doctrinâ, & eruditione ornatissimus fuit; in divinis, humanisq; literis versatissimus, & tum scientiâ, tum morum sanctimoniâ venerabilis: ideoque Leoni I. Pontif. Max. gratissimus, à quo maximâ æstimatione prosequutus est. Romam ab eodem Pontifice accersitus è Sicilia, indicto Calcedonensi Concilio, ad illud Legati Apostolici munere fuit missus, ann. 451. ut ibidem nomine suo præesset, quod ex *epistolis* ipsius Leonis 43. *&* 49. ad Marcianum Augustum & 47. ad Synodum Calcedonensem, clarè liquet. Hinc dictæ Synodo præfuit unà cùm Lucentio Episcopo Asculano, & Bonifatio Cardinali, Sanctæ Sedis Legatis: at primas sustinuit vices Paschasinus, & primus omnium Episcoporum Leonis Pontificis nomine Synodi Decretis subscripsit, ut ex actis ejusdem Concilij, & Baronio *annal. tom.* 6. *an.* 451. *n.* 62. patet. In eo unà cùm Archiepiscopis, & Episcopis supra sexcentis Eutychetem, & Dioscorum hæretica labe fœdatos damnavit. Quãtâ verò animi integritate, ac fidei constantiâ in Catholicæ Religionis amplificationem omnia perfecerit, tum ex ejusdem Concilij actis colligitur, tum ex eo quod absoluto Concilio, ac dimissis Episcopis, cũ Orientales Præsules Canones de privilegijs Ecclesiæ Constantinopolitanæ, supra Alexandrinam, & Antiochenam Ecclesias furtivè edidissent; Paschasinus collectâ rursus Synodo, quæ dolo firmaverant, cum alijs Sanctæ Sedis Legatis rejecit: quod Legatorum Decretum Leo ipse approbavit *epist.* 54. *&* 55. Idem Pontifex nostri Paschasini opere usus est, ut Apostolicæ Sedis Sanctiones alijs Siciliæ Episcopis communicaret, ut ex *epistola* ejusdem Leonis 4. *& tom.* 2. *Concilior.* Recurrente anno 454. cum Siciliam occupassent Wãdali Duce Genserico, omnia depopulati, inter

cap-

Digitized by Google

captivos duro carceri Paschasinum mancipaverunt: quod cùm Leoni Pontifici innotuisset, ad ipsum Silenum, Diaconum Ecclesiæ Panormitanę, missit, literisq; amore refertis ipsius ærumnas lenire curavit, quæ maximum Paschasino solatium attulere, ut ex epistola ipsius Paschasini, & ex Baronio *cit. an.* 454. *n.* 22. colligimus. Idem Leo consultationem Paschasini expetijt de solemnitatis Paschalis die, de quo in varias distractę opiniones Asię Ecclesias exturbabant: cui Paschasinus doctè, & eruditè sententiam suam, miraculo confirmatam, eâdem epistolâ exposuit. Ex his apertè liquet, quâ valeret opinione Paschasinus apud Sanctissimum, & æquè sapientissimum Pontificem Leonem, quo Ecclesiasticę disciplinę zelo flagraret, ac solertiâ, doctrinâque polleret. At nedum Leoni verùm etiam S. Cyrillo, alijsq; magni nominis viris familiarem fuisse ait Guglielmus Cave in *script. Eccles. historia literaria pag.* 246. qui addit, multa ob Fidei Catholicę Confessionem, exiliumq; in Vandalica persequutione perpessum. Dubitat verò an idem fuerit, ac Paschasius ille, quem Genssericus anno 437. aulâ deturbavit, cruciatibus affecit, ac tandem martyrio illustravit; ex Prospero *in Chronicis*: At nominis similitudo, & annorum propinquitas, etsi id suadere poterit, attamen numquam ego Paschasinum martyrem legi. Sed an libertati restitutus vitam virtutibus, ac sanctimoniâ refulgentem ulteriùs protraxerit; an verò inter persecutionis calamitates vitam absolverit, incertum. Gesnerus *in Biblioth. pag.* 652. an. 650. floruisse ait. Philippus Labbeus *in SS. Patrum Biblioth. Chronolog. pag.* 53. ad annum 443. retulit. Præter citatos Auctores de Paschasino scripsere Trithemius *de scrip. Eccles. pag.* 230. Possevinus *in appar. sacro tom.* 3. *pag.* 8. Humbertus Miræus *in Biblioth. Ecclesiast. pag.* 83. & 134. Honorius Augustodunensis *de scrip. Eccl. apud Miræum citatum pag.* 122. Sigibertus Gemblacensis *de scrip. Eccles. cap.* 25. *apud eumdem Miræum pag.* 134. S. Isidorus *de script. Eccles. cap.* 11. inter ejus opera edita *Parisijs an.* 1601. *pag.* 527. & *in lib. de Viris Illustr. cap.* 24. *pag.* 783. qui Paschasium vocat, Ado *in Chron. an.* 454. Gerardus Jo. Vossius *de quatuor Errorib. popularib. cap.* 67. §. 5. *pag.* 393. & *de Histor. latin. lib.* 2. *cap.* 17. *pag.* 229. Hermannus Contractus *in Chron. an.* 444. Octavius Caetanus *tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 271. & *in Isag. ad hist. Sicul. cap.* 36. *n.* 7. 17. 23. 27. *pag.* 258. 264. 267. 270. & *cap.* 27. *n.* 7. *pag.* 280. Rocchus Pirrus *in Sicil. Sacræ lib.* 2. *pag.* 447. & *lib.* 3. *in not. Eccl. Mazar. pag.* 562. Bellarminus *in Controversijs tom.* 2. *contr.* 4. *lib.* 3. *cap.* 12. *pag.* 818. & *tom.* 3. *contr.* 2. *lib.* 1. *cap.* 26. *pag.* 297. Gesnerus *in Biblioth. pag.* 652. Hofmannus *in lexic. tom.* 2. *pag.* 106. Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 781. Augustinus Oldoinus *in addict. ad Ciacconium tom.* 1. *pag.* 310. L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Auct. Eccl. tom.* 4. *pag.* 205. alijque. Scripsit

De Quæstione Paschali epistolas duas ad Leonem Papam ex Trithemio, & Gesnero: at verius unam, quę extat in operibus D. Leonis. Lugduni ex Officina Landriana 1633. in fol. curâ Theophili Raynaudi post epistolam 63. *p.* 138. & in Tomo II. Concilior. Generalium pag. 74. & apud Ægidium Bucherium Belgam Soc. Jesu *in Commentario in Victorij Aquitani Canonem Paschalem cap.* 1. Antuerpię in Officina Plantiniana 1633. in fol. ex Oudin *in supplim. Bellarmini de script. Eccl. pag.* 98. & 99.

De Damnatione Dioscori Alexandrini quondam Episcopi Epistolam. Extat *in tom.* 2. *Conciliorum Gener. ex editione Binij pag.* 141.

Acta Concilij Calcedonensis, ex Trithemio Gesnero, & Vossio cit. Extant in Concilijs Generalibus editis à Severino Binio. Colonię Agrippinę apud Joannem Gymnicum, & Antonium Hierat 1606. in fol. *Tom. II. à p.* 1. *usq. ad* 179.

Ad Leonem Papam de Fontis miraculo epistolam, ex Trithemio, Gesnero, & Vossio: sed hęc eadem est ac illa de quęstione Paschali.

De Captivitate Vandalica epistolam, ex Morerio. Sed hęc eadem est ac supra citata.

PAULUS ABBATISSA Messanensis, Poeta pręclarus, magnâ cum laude floruit anno 1570. Hujusce meminit Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.* 1. *pag.* 37. Scripsit Italicè

L'Iliade di Homero tradotta in lingua Italiana. Patavij apud Gratiosum Perchacinum 1564. in 4. carmine soluto.

L'Odissea d'Homero tradotta in lingua Italiana.

Metamorfosi d Ovidio tradotti in verso sciolto. At potiorem Metamorphoseon partem vertit.

PAULUS AIDONIUS Thermitanus Ordinis Strictioris Observantię S. Francisci, vir doctrinâ, & eruditione clarus; in sacris historijs, ac Pontificijs juribus versatissimus. Decessit Panormi in Cœnobio S. Antonij Patavini 24. Junij 1682. Ipsum laudat Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 578. Edidit Italicè

La Chiarezza Rischiarata. S. Chiara d'Assisi dall'altrui usurpatione vendicata, Minorica difesa. Panormi apud Dominicum Anselmum 1678. in 4.

Scripsit, etiam Italicè, sed non edidit:

Historia del B. Agostino Novello dell' Ordine Eremitano del Gran Patriarca S. Agostino. m. s. in 4.

Vita del B. Agostino Novello dell' Ordine Eremitano del Gran Patriarca S. Agostino estratta da varij approbati Autori, Croniche, Registri, e Scritture. m. s. in 4.

PAULUS ALPHERIUS Panormitanus Ordinis Prędicatorum, doctissimus Philosophię Professor, at Concionator dissertissimus, ab ingenio, ac morum integritate laudatus. Obijt Panormi in Cœnobio S. Dominici 27. Maij 1692. Evulgavit Italicè

Panegirico Sacro del Patriarca San Domenico. Panormi apud Dominicum Anselmum 1679. in 4.

PAULUS ANCA Castriveteranensis, Ordinis

Digitized by Google

nis S. Augustini, in exorcistandis Energumenis versatus. Vivit Panormi anno 1712. quo hęc typis consignantur. Edidit

Præservativum à Dæmonum vexationibus, & Maleficorum artibus. Neapoli apud Gramignanum 1690. in 24.

PAULUS DE ANGELIS Syracusanus Sacerdos, ex Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 201. & Philippo Labbeo *in Mantissa antiquariæ supellectilis pag.* 382. in calce Bibliothecæ Bibliothecarum; sed Narensis, ex Rocco Pirro *lib.* 4. *Siciliæ Sacræ pag.* 147. Egregio munitus ingenio ad disciplinas omnes adipiscendas apto, in Romanum Clericorum Seminarium exceptus est, in quo à Societatis Jesu Præceptoribus nedum mitioribus literis, verùm etiam gravioribus scientijs eruditus, summâ animi contentione doctrinam simul, ac virtutum ornamenta assequutus est. Sedulâ exercitatione, quæ semel acceperat, summè perfecit: ideoque doctrinâ, ecclesiastica eruditione, ac pietate insignis, in omnium oculis claruit. Clemens VIII. Pont. Max. ejus integritatis, ac doctrinæ famâ permotus, Silvestro Aldobrandino Cardinali S. Cæsarei, adhuc ephebo, magistrum constituit: propterea eâ industriâ ad munus sibi demandatum operam contulit, ut eumdem moribus primùm excoluerit egregijs, humanioribus exinde literis, Philosophiâ, omnique eruditione insignitèr informaverit. Pontificis expectationi ità feliciter respondit eventus, ut ipsius æstimationem sibi comparaverit, & Basilicæ Romanæ S. Mariæ Majoris Canonicum delegerit. Nil jucundiùs viro pijssimo accidere poterat; erat etenim Beatæ Virginis summè studiosus, quam ab ineunte ætate sibi patronam adoptaverat: ideoque magnâ animi pietate Deiparæ Virgini, & ipsius Ecclesiæ cultui omnem suam operam addixit: quod verò temporis à Chori, & Templi frequentia supererat, literarum studijs dicabat. Paulo V. Pontif. Max. gratissimus etiam fuit, qui in diplomate, quod leges in libro *de eleemosyna*, infra notando, Paulum, Syracusanæ Diœcesis virum, familiarem, & continuum commensalem suum vocat. Urbano etiam VIII. acceptissimus, ac familiaris fuit, à quo anno 1625. Abbatiâ S. Marinæ in oppido Castaniæ in Sicilia, alijsque Abbatijs, donatus est. Fuit florum studiosissimus, in quorum cultura, ad honestam animi remissionem, hortum domui suæ adjunctum condidit, in eoque omni anni tempore lectissima demirabatur florum copia. Pietate insignis, & pauperum amantissimus, usque ad senectutem laudabilitèr vixit. Romæ extrema clausit anno 1647. De eo, præter allatos Auctores, Leo Allatius in libro: *Apes Urbanæ pag.* 209. Janus Nicius Erythræus *in Pinacotheca par.* 3. *n.* 24. *pag.* 104. qui Pompeum de Angelis vocat, ut etiam Morerius *in dict. to.* 1. *pag.* 263. Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom.* 3. *n.* 2955. *p.* 770. & eruditissimus Prosper Mandosius *in Biblioth. Romana vol.* 2. *cent.* 8. *n.* 62. *pag.* 191 In lucem emisit

Basilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe à Liberio Papa I. usque ad Paulum V. Descriptionem, & Delineationem. Romæ ex typographia Bartholomæi Zannetti 1621. in fol.

Basilicæ Veteris Vaticanæ Descriptionem, Authore Romano ejusdem Basilicæ Canonico, cum notis Abbatis Pauli de Angelis, quibus accessit Descriptio Brevis Novi Templi Vaticani, nec non utriusque Ichnographia. Ibidem typis Bernardini Tani 1646. in fol.

Italicè

Della Limosina, o vero opere, che c'assicurano nel giorno del final Giuditio. Romæ apud Julium Mascardum 1615. in 4.

Brieve Compendio delle cose, che si trattano nella Sacra Historia de' Titoli dell' Emin. Collegio Apostolico. Ibidem apud Ludovicum Grignanum 1640. in 4.

PAULUS BELLUS nobilis Messanensis, Societatis Jesu, in lucem editus anno 1588. Societatis institutum amplexus est anno 1603. in quo prudentiâ inclytus, magna cum laude Collegia Platiense, Syracusanum, Catanense, ac Drepanitanum rexit. Præfuit etiam Seminario Romano, & Domui Probationis Messanæ. A Sicula Provincia missus ad Congregationem Generalem Decimam Societatis, Romę gratissimus fuit Innocentio X. Pont. Max. ob sanguinis propinquitatem inter familiam Pāphiliam, ac Justinianæam, cui nostri Pauli familia conjuncta erat. Eruditione, ac doctrinâ claruit; meritisque plenus decessit Messanæ 15. Januarij 1658. Hunc laudant Bibliotheca Soc. Jesu *pag.* 646. Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 206. Placidus Reina *in not. histor. Messanæ par.* 2. *pag.* 312. & 531. Stephanus Maurus *in Messana pag.* 195. Antonius Messina in libro: *Stravaghanze liriche degli Accademici della Fucina par.* 3. *pag.* 281. & Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom.* 5. *n.* 2685. *pag.* 870. Edidit

Gloriam Messanensium, sive de Epistola Deiparæ Virginis scripta ad Messanenses Dissertationem. Messanæ typis Hæredum Petri Breæ 1647. in fol.

Capellanum, sive Eleemosynarium Christi, pro SS. Animabus Purgatorij, sive brevem notitiam de immensis lucris, quæ proveniunt ex applicatione omnium nostrarum satisfactionum, de quibus disponere possumus pro Fidelibus Defunctis. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1654. in 4. sub nomine Lelij Palumbi: inde appositio vero nomine, Messanæ typis Matthæi la Rocca 1677. in 8.

Historiam Dominicæ Passionis, ex SS. Quatuor Evangelistis contestam. Horologium Animæ contemplantis, & Memoriale Christi patientis. Venetijs apud Petrum Turrinum 1643. in 12. sub nomine Lelij Palumbi.

Coronam SS. Trinitatis in honorem B. Virginis Dominæ Nostræ; cum modo eam recitandi, & cum commemoratione Sacræ Epistolæ ejusdem B. Virginis ad Messanenses. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1645. in 12. suppresso nomine.

Theatri Mamertini Descriptionem Poeticam. Sub laudato nomine Lelij Palumbi. Extat apud Placi-

ci-

Digitized by Google

cidum Reinam *in Netitijs Hiſtoricis Meſſanæ, par. 2. à pag.* 313.

Italicè

Il Sacrificio d'Abramo Rapreſentatione Tragicomica. Romæ 1648. in 4. Sub eodem nomine Lelij Palumbi. Conſule Leonem Allatium *in Drammaturgia pag.* 281. relatum ab Aproſio Vigintimillio in libro: *La Viſiera Alzata pag.* 72. qui mendosè ait, opus eſſe Pauli Ombellis.

Scripſit etiam opus egregium, cui nomen:

Millelogium Encomiaſticon Marianum, mille titulis, totidemque elogijs in laudem B. Mariæ Virginis, ex varijs Scriptoribus concinnatum, & per centurias diſtributum. To. I. & II. in fol. extat m. s. in Bibliotheca Domus Profeſſorum Soc. Jeſu Meſſanæ.

PAULUS BISCONTIS. v. Paulus Vicecomes.

PAULUS BOCCONUS. v. Sylvius Bocconus.

PAULUS CAJUS, ſive CHAGGIUS, nobilis Panormitanus, Juris utriuſque Doctor, Doctrinâ, & eruditione ornatiſſimus claruit. Gravioribus diſciplinis inſigniter inſtructus, his amœniores literas, ac poetica præſertim ſtudia addidit, quibus longè, latèque inclaruit. Tum verſu, tum prosâ ſtyli nitorem, & elegantiæ candorem manifeſtavit. Inter Academicos Solitarios Panormi egregiè effulſit: & nedum in Patria, verùm etiam per Italiam apud Literatos mirificè enituit. Venetias digreſſus, cùm à doctrinâ innotuiſſet, Hieronymum Ruſcellum, Hieronymum Fenarolum, alioſque illius Urbis viros, eruditione præclaros, in ſui benevolentiam, ac arctiſſimæ amicitiæ vinculis traxit. Panormi fuit à ſecretis Senatus Panormitani, & apud eumdem Cancellarij munus exercuit. Omnium æſtimationem aſſequutus Panormi deceſſit 25. Decembris anno 1562. & in antiqua S. Petri Martyris Eccleſia (nunc aliò tranſlata) ſepultus eſt. Ipſum laudat Bernardinus Masbèl *in diſcurſ. fontis Panorm. pag.* 5. & Secundus Lancellottus in libro inſcripto: *l'Hoggidì par.* 2. *diſ.* 19. *pag.* 396. à quo inter præſtantiores œconomiæ Scriptores recenſetur. Evulgavit Italicè

Raggionamenti, ne' quali introduce tre ſuoi amici, che naturalmente diſcorrono intorno à una vaga fontana, in veder ſe la vita cittadineſca ſia più felice del viver ſolitario fuor la Città, e nelle Ville. Venetijs ad ſignum Putei 1551. in 8.

Economia nella quale s' inſegna brevemente per modo di Dialogo il Governo Famigliare, come di ſe ſteſſo, della moglie, de' Figliuoli, de' Servidori, e ſchiavi, delle caſe, delle robbe, & d'ogn'altra coſa a quella appartenente. Ibidem ad ſignum Putei 1553. in 8.

Flaminia Prudente. Novelletta compoſta per capriccio, & à commun diletto degli Amici. Ibidem ad ſignum Putei 1551. in 8.

Rime. in libro: *Rime di Diverſi Eccellenti Autori raccolti da Girolamo Ruſcelli. Libro Seſto.* Ibidem apud Joannem Mariam Bonellum 1553. in 8. In libro etiam inſcripto. *Scelta di Rime di diverſi eccellenti Autori raccolti da Gabriele Giolito.* Ibidem 1563. in 12. Et tandem in libro: *Tempio alla Sig. D. Giovanna d'Aragona fabricato da tutti i più gentili Spiriti, e in tutte le lingue principali del Mondo.* Ibidem apud Hieronymum Ruſcellium 1565. in 8.

Lettere. In varijs Epiſtolarum collectionibus, nempè in libro: *Scelta di lettere di Huomini Illuſtri.* Venetijs 1584. in 8. In libro: *Raccolta di lettere facete di diverſi Huomini Grandi publicate da Franceſco Turchi.* Venetijs 1601. in 4. In libro: *Idea del Segretario di Bartolomeo Zucchi, Parte Terza.* Venetijs apud Societatē Minimam 1606. in 4. Extat apud me Epiſtola m. s. ſatis longa, data Calatabilloctæ 13. Septembris 1554. quâ eruditè, doctèque hortatur D. Vincentium Boſcum Panormitanum, Vicaris Comitem, & Panormi Prætorem, ut Academiam Panormitanam Solitariorum, jam intermiſsàm, inſtauret. Expolivit, in ordinem redegit, typiſque tradidit.

Jura Municipalia, ſeu Conſuetudines Felicis Urbis Panormi. Panormi apud Joannem Matthæum Maidam 1547. in 4. & Venetijs ſumptibus Laurentij Peguli 1575. in 4.

PAULUS CATANIA Monregalenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, Religionis habitum accepit in Monaſterio Mōtisregalis anno 1651. Gravioribus diſciplinis, & amœnioribus literis inſignitèr excultus floruit. Muſis præſertim Siculis gratiſſimus, multa cum nominis laude concinnavit. Sacram etiam eloquentiam è ſuggeſtu pluries patefecit, ac Literatorum amorem promeruit. Prioris munere nonnulla Ordinis Cœnobia rexit: Decani munere fuit inſignitus in Monaſterio Montisregalis, & Abbatis, S. Petri de Maſsa titulo decoratus. Deceſſit Panormi in Monaſterio S. Joannis de Eremitis anno 1670. Ipſum laudat Jo: Evangeliſta à Panormo *in anagrammat. pag.* 158. Edidit vernaculâ linguâ.

Canzoni Morali ſopra i Motti Siciliani. Tomo Primo. Panormi apud Andreā Colicchiā 1662. in 16.

Tomo Secondo. Panormi apud Joſephum Biſagnium 1656. in 16.

Tomo Terzo. Ibid. apud Andream Colicchiā 1660. in 16.

Tomo Quarto. Ibid. apud eumdem 1661. in 16.

Tomo Quinto. Ibidem apud eumdem 1662. in 16.

Tomo Seſto. Ibid. apud eumdem 1662. in 16.

Tomo Settimo. Ibidem apud eumdem 1663. in 16.

Tavola Alfabetica di Tutti li Motti cavati dalli libri di canzoni, con l' aggiunta di altre Trecento poſte appreſſo. Ibidem apud eumdem 1663. in 8.

Teatro ove ſi rappreſentano le miſerie humane, e le mentite apparenze di queſto fallace mondo in Canzoni Siciliane in ſeſta rima. Ibidem apud Andream Colicchiam 1665. in 8.

Jo: Evangeliſta cit. ſcribit, quod jam Italicè edebat

Digitized by Google

Prediche. Sed non prodiere.

Scripsit etiam

Chronica della Chiesa di Monreale, e suo Real Monastero. m. s. ut testatur Petrus Antonius Tornamira *in historia Monastica lib. 3. pag.* 474. & alibi; ubi nonnulla ejusdem fragmenta exscribit.

PAULUS CRINOUS Castroregalensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor egregius. Claruit anno 1589. Cùm Franciscus Bissus Panormitanus, Siciliæ Archiater, Responsionem scripsisset de Erysipelate per Siciliam vagante, Paulo Restifæ Medico, qui ejusdem judicium hac de re expetierat; hoc ejus judicium impugnare attentavit noster Paulus, edito libro inscripto:

Censura in Responsionem Francisci Bissi Regni Siciliæ Prothomedici de Erysipelate vigente. Messanæ apud Faustum Batalinum 1589. in 4.

At cùm contra censuram Pauli, in Bissi defensionem scripsisset Gerardus Columba Messanensis, iterum noster Paulus scripsit, ediditque

Responsiones Apologeticas in Apologiam Excel. Domini Gerardi Columba Messinensis Philosophi, & Medici celeberrimi pro illustri Domino Francisco Bisso Regni Siciliæ, & Insularum coadiacentium Prothomedico. Messanæ apud Faustum Bufalinum 1589. in 4.

PAULUS FERRUS Mazarensis, Ecclesiæ Mazarensis Canonicus, Orator, ac Poeta doctissimus: Joannem Jacobum Adriam virum egregium, (de quo tom. 1. pag. 346.) humanioribus literis erudivit. Claruit anno 1470. Hujus meminere Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 543. & Jo. Jacobus Adria *in Topograph. Mazaræ.* Scripsit

De octo partibus orationis secundùm Grammaticos.

De laudibus Apostolorum Sphico metro.

Orationes varias ad Episcopos Selinuntinos.

Scripsit etiam

Variarum Epigrammatum librum. Orationes tres de Transfiguratione ad populum, & Præcepta Grammaticæ, ut mihi testatus est vir pluries laudatus Vincentius Auria, qui librum manu ipsius Auctoris exaratum vidit.

PAULUS FRANCISCUS PERRAMUTUS Calatajeronensis, Buschitelli, S. Federici, & Prioris Baro. Nobili, ac Patritio genere ortus 21. Septembris anno 1620. familiam novis splendoribus amplificavit: cùm enim ingenij præstantiam literis devovisset, mirificè profecit, & Juris utriusque lauream accepit. Doctrinâ cumulatissimus, nedum in Patria Syndici, & Patritij munus cum laude exercuit, verùm etiâ, in publica illius Urbis Academia (eo tempore quo Universitatis privilegio gaudebat) Cæsarea, ac Pontificia jura docuit, non sine nominis ac doctrinæ laude. Inde Panormum trãslatus, per annos propè 50. causarum Patronum egit, à doctrinâ, & eruditione laudatus; & inter primarios Regni Advocatos recensitus eminuit. Hinc meritò dignitatum honoribus pluries auctus refulsit; bis enim in Panormitano Prætorio annis 1662. & 1686. Judex præfuit; quinquies in supremo Magnæ Regiæ Curiæ Tribunali etiam Judex constitutus est annis 1666. 1676. 1679. 1683. & 1687. Nec egregio viro defuit Judicis honor in Conciliorij Sacræ Regiæ Conscientiæ Tribunali. Pluries, meritis expoſcentibus, à Siciliæ Moderatoribus Catholico Regi propositus est, ut ad sublimiora honorum fastigia extolleretur. Innumera magni momenti negotia eximiæ ejus prudentiæ, ac doctrinæ pertractandâ remisere Siciliæ Proreges; & Cõmissarij Generalis totius Siciliæ titulo cohonestarunt. Anno 1676. æstuante in Sicilia bello, Jurisconsultorum, Panormi degentium, Dux electus est, tamquam eorumdem doctrinâ, & ætate Decanus. Panormi tandem meritis plenus decessit 8. Januarij 1690. Ipsius doctrinam laudant Petrus Paulus Morretta *de Caltagirono cap.* 13. *pag.* 51. Franc. Strada *in quietationibus pag.* 19. Turanus *de præcedentia Doctorum*, Nicolaus Riccius *de dote paragij*, Santorus Oliva *in annot. ad Grossum*, Jacobus Longus *in linea triumph. pag.* 37. alijque. Quæ indefesso labore, & studio edidit, sunt:

Conflictus Jureconsultorum inter sese discrepantium. Pars Prima. Panormi apud Petrum de Isola 1662. in fol.

Partis Secundæ Tomus Primus. Ibid. apud eumdem 1662. in fol.

Partis Secundæ Tomus Secundus. Ibid. apud eumdem 1662. in fol.

Partis Tertiæ Tomus Primus. Ibid. apud Augustinum Bossium 167.. in fol.

Partis Tertiæ Tomus Secundus. Ibid. apud eũdem 1671. in fol.

Italicè

Declamationi Sacre dell'Innocenza di Giesù Cristo nel Tribunale di Pilato. Ibid. apud eumdem 1670. in 4.

La Magnificat Cantico della Beatiss. Vergine adattato al Mistero purissimo della sua Immaculata Concettione. Ibidem apud eumdem 1670. in 4.

L' Inno Alma Redemptoris Mater adattato al Mistero dell' Immaculata Concettione. Ibid. apud eumdem 1670. in 4.

La Salutatione Angelica adattata al Mistero dell'Immaculata Concettione. Ibidem apud eumdem 1670. in 4.

La Salve Regina adattata al Mistero dell'Immaculata Concettione. Ibidem apud eumdem 1670. in 4.

L'Ave Maris Stella adattata al Mistero dell'Immaculata Concettione. Ibid. apud eumdem 1670. in 4.

Reliquit etiam prælo parata hæc alia, nempè:

Conflictus Jureconsultorum, quo totius Conflicti opus absolvit. Reprobationes Decisionum omnium Regnorum, Doctorum, qui Tractatus edidere, Consultationum, Resolutionum, Disceptationum, Votorum decisivorum, Conclusionum, Feudalistarum, & aliorum qui de rebus in Jure Civili, & Canonico scripsere. Tomi X. in fol.

Ita-

Digitized by Google

Italicè

Le Litanie della SS. Vergine adattate al Miſtero dell'Immaculata Concettione Tomo I. & II.

Declamationi dodeci dell'Innocenza di Criſto.

Hæc omnia m.ſs. ſervantur Panormi in Bibliotheca Michaelis Perramuti Juriſconſulti præſtantiſſimi, ejus filij.

Scripſit etiam

Quodlibetum, ſive Compendium Privilegiorum, Legum, Conſuetudinum, aliorumque rerum notabilium, quæ in primo, & ſecundo Privilegiorum Volumine Civitatis Gratiſſimæ Calatajeronis continentur. Hujus exemplar m. s. aſſervatur in Regia Secretia ejuſdem Urbis.

PAULUS FRISCIA Saccenſis Soc. Jeſu, natus 2. Novembris 1614. ad Societatem acceſſit 19. Aprilis 1629. in qua ſolemnia emiſit vota primo Ianuarij 1646. Humaniores docuit literas quatriennio, & abſolutis cum egregij ingenij, ac virtutis laude ſtudiorum curriculis, ad ſacram expeditionem, in Corſicæ Inſula peragendam, miſſus eſt à Vincentio Carafa Societatis Generale: ibique novennio ferventiſſimè in ſacris miſſionibus deſudavit, ex quibus uberem animarum fructum retulit: ſæcularibus æquè, & Eccleſiaſticis viris à virtutum ſplendore gratiſſimus. Ibi Gubernatori, & Epiſcopo à confeſſionibus fuit: hujus etiam & Theologus, cum quo Diœceſim omnem luſtravit, & doctrinâ, & pietate mirificè illuſtravit. Collegium Baſtienſe Vice-Rectoris munere gubernavit. In Italiam, ac Siciliam revocatus Provincialibus Mediolani, & Siciliæ ſocius conſtitutus, ubique ſui æſtimationem, excitavit. Eccleſiaſtem egit in præcipuis Siciliæ Civitatibus, magnâ confluentium frequentiâ, & doctiſſimorum hominum approbatione, & laude; inter præſtantiores Evangelij Præcones nō immeritò recenſitus. In Sicilia etiam ſacris miſſionibus admotus, conceptum animi ardorem in promovenda animarum ſalute detexit. Sacram Scripturam Panormi è ſuggeſtu doctiſſimè expenſus eſt. Collegia Netinum, Saccenſe, Catanenſe, Panormitanum, & Meſſanenſe ſanctè rexit, aç ſeſe egregium optimi Superioris exemplum exhibuit. Tyronibus inſtituendis Meſſanæ admotus, cùm afflictiſſimis temporibus gubernacula tractaret, à ſodalibus ſuis omnē mœrorē expellèbat, & eos mirificè uſque ad delicias conſolabatur. In levandis a mœrore afflictis egregius; in ſedādis conſcientiarum fluctibus eximius fuit. Conſilio mirificè valuit; nemo enim ad ipſum conſilij cauſa acceſſit, quin novi gaudij lucro, & novâ animi tranquillitate perfuſus non diſceſſerit. Divi Ignatij exercitia mirabili dexteritate pertractabat, ac in fidelium animis altè figebat. Inſignē conſcientiæ teneritudinem ſervavit; ideoque vitio ſibi vertebat, quæ in aliorum oculis virtutes effulgebant. Charitate ſummoperè cumulatus, ipſam nec leviſsimè unquam læſit; omniumq; neceſsitatibus opportunè accurrere ſtuduit. Tum in adverſis, tum in proſperis inperturbatam animi pacem retinuit: sēper enim divinæ voluntati firmitèr adhæſit. Tandem virtutibus, & ſanctimoniâ clarus, dum Saccæ Tertiæ Probationis Patres inſtruebat, ſanctè deceſſit 28. Januarij an. 1689. De eo *Biblioth. Soc. Jeſu pag.* 647. Edidit Italicè

Vacanze dell'Anima duranti per otto giorni, in ciaſcun de' quali ſi propongono alcune devote meditationi, e fruttuoſi eſercitij cavati dal libro degli eſercitij ſpirituali di S. Ignatio. Panormi apud Carolum Adamum 1675. in 8. novis acceſsionibus locupletatum hoc opus ſervat P. Michael Friſcia Soc. Jeſu ejus frater.

PAULUS JORDANUS Drepanitanus Ordinis S. Mariæ de Mōte Carmelo. Claruit an. 1690. Edidit Italicè

Modo di recitare il Roſario per l'anime del Purgatorio. Meſſanæ apud Coſtam 1691. in 12.

PAULUS JUNTA ex oppido Roccæ, Diœceſis Meſſanenſis Soc. Ieſu, natus 26. Novembris 1631. Societatem inijt 27. Ianuarij 1652. in qua ſolemnia edidit vota 2. Februarij 1669. Concionatorem egit in præcipuis Siciliæ civitatibus cum laude, ac fructu, ab eloquentia, & eruditione commendatus. In audiendis confeſſionibus infracti animi conſtantiâ deſudare videtur. Vivit, ediditque anagrammatico nomine Agatini Lupi, Italicè

Vita del P. Placido Giunta della Compagnia di Gieſù. Meſſanæ ex typogr. Vincentij Amici per Matthæum Roccam 1682. in 8.

PAULUS MAZONIUS Netinus, Juris utriuſque Doctor, doctrinâ excultiſsimus. Floruit circa annum 1530. ipſumque laudat Guilelmus de Pernis *de Feudis ad primum dubium*, Vincentius Littara *de rebus Netinis pag.* 122. & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syracuſ. p.* 226. Scripſit

De Feudis, teſte Jo: Antonio Cannetio, *in Friderici Regis extravag. quæ incipit volentes.*

PAULUS MEL Leontinus, claro genere exortus, floruit anno 1570. Muſas præſertim Siculas coluit, ideoque ex Octavio Caetano *in animad. ad tom. 1. SS. Siculor. pag.* 56. & Converſano *in Ætherea Leontinorum Gloria pag.* 133. edidit vernaculâ linguâ, ac carmine Siculo

Vita Martirio, e Miracoli delli Tre Santi Fratelli Alfio Filadelfio, e Cirino. Panormi in 4.

PAULUS ORTALIS ex oppido Brontis, Iuris utriuſque Doctor, cauſarum Patronum diu egit Panormi in ſupremis Siciliæ ſubſellijs. Amœniores etiam literas coluit: & in Panormitana Reaccenſorum Academia, & Radicatorum, vulgò *Abbarbicati*, Meſſanæ adſcriptus, claruit. Vivit Panormi anno decurrente 1712. Ipſum laudat Ioannes Maria Amatus *in notis ad orat. 1. n. 73. pag.* 56. Edidit ſub nomine Olai Palteri Italicè

Relazione Cenologica della famiglia de' Signori Denti di Sicilia. Panormi apud Iolephum Gramignanum 1703. in fol.

PAULUS PIZZUTUS Panormitanus, Carrubæ, & Turris Rotundæ Baro, Siciliæ, & adiacentium Inſularum Archiater celebris, ab anno 1641. Regius Conſiliarius in rebus ad ſanita-

Digitized by Google

tem ſpectantibus. Doctrinâ cumulatiſſimâ egregiè inſtructus, apud ævi ſui Medicinæ candidatos, immò apud omnes, nedum ob dignitatem, verùm etiam ob inſignem eruditionis copiam veneratus, eminuit. Medicorum Academiâ Panormi fundavit unà cum alijs Medicæ facultatis Doctoribus anno 1645. in eaque Princeps pluries electus, longè, latèque effulſit. Obijt Panormi 16. Julij anno 1684. & in Eccleſia S. Citæ Sepultus eſt. Ipſum laudant Joſephus Galeanus *de Smilace aſpera*, Joſephus Phauliſius *de Viribus Salapæ*, Ioſephus Mançuſus, & Nicolaus Gervaſius in operibus, ſuis alijque. Edidit

Notulas pro officio Protomedicatus. Panormi typis Decij Cyrilli 1647. in 8.

Conſtitutiones, & Capitula, nec non Juriſdictiones Regij Protomedicatus Officij, cum Pandectis ejuſdem reformatis, ac in pluribus renovatis, atque elucidatis. Has primùm ediderat Joannes Philippus Ingarſia; at Paulus noſter in ampliorem formam redegit, ac in lucem emiſit Panormi apud Nicolaum Buam 1657. in 4.

PAULUS PRINCIPATUS nobilis Meſſanenſis, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, vir poeticis ſtudijs dicatus, & Mathematicis diſciplinis exculti ſſimus. Poetam Laureatum fuiſſe tradunt; ac Meſſanæ, & Panormi maximâ æſtimatione vixiſſe, teſte Franciſco Lanovio *in Chronic. Minimorum pag.* 598. De eo etiam Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.* 2. *pag.* 154. Scripſit Italicè

Vita di S. Franceſco di Paola in verſo Eroico.

PAULUS RESTIFA Siculus, Medicæ facultatis Doctor. In oppido S. Petri, vulgò *Samperi*, vivebat anno 1583. ſtudijs impensè addictus; ex eo enim Oppido ſcripſit

Epiſtolas Medicas ad Franciſcum Biſſum Regni Siciliæ Protomedicum, & ad Paulum Crinoum de Eryſipelate in Sicilia vigente. Meſſanæ apud Fauſtum Bufalinum 1589. in 4. cum Reſponſione Franciſi Biſſi, Cenſura Pauli Crinoi, & Defenſione Gerardi Columbæ de eodem morbo.

PAULUS SALERNUS ex oppido S. Marci, Juris utriuſque Doctor, & amœniorum literarum ſtudioſus. Claruit anno 1620. Publicæ luci conſignavit Italicè

Diſturbi Amoroſi Comedia. Meſſanæ apud Petrum Bream 1623. in 12.

PAULUS SAPONIUS Meſſanenſis, Juriſprudentiæ Doctor; vir politioribus literis, ac præſertim Poeſi clarus. Meſſanæ inter Academicos Radicatos, vulgò *Abbarbicati*, & Officinæ floruit, uſque ad annum 1670. Hujus extant Italicè

Rime. In libro: *Faſtoſi Preſagi dell' Accademia degli Abbarbicati per la naſcita felice del Prencipe delle Spagne.* Venetijs apud Bodium 1659. in 4. & in libro: *Duello delle Muſe overo Trattenimenti Carnevaleſchi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo dell' anno* 1669. Neapoli typis Andreæ Colicchiæ 1670. in 4.

PAULUS SARMIENTUS nobilis Panormitanus Sacræ Theologiæ Doctor, Philoſophus, ac Poeta nulli ſecundus. Franciſci Sarmienti à Regij Conſervatoris rationibus in Sicilia filius; præſtantiſſimo ingenio dotatus ita in gravioribus Philoſophiæ, & Theologiæ facultatibus verſatiſſimus eminuit, ut cum doctioribus jurè meritò ſit comparandus. Amœnioribus literis, ſed in primis poeticâ gloriâ clarus, inter Academicos Reaccenſos Panormi excelluit; ac à viris doctiſſimis laudem promeruit non vulgarem. Primùm ex Philippi IV. Catholici Regis munificentia annuam 300. aureorum penſionem obtinuit: exinde 16. Auguſti 1629. Abbas S. Nicolai de Ficò electus eſt. Singularem doctrinam morum gravitate, ac inſigni morum ornamento illuſtravit: ideoque in omnium oculis, ſummis æſtimationis argumentis enituit. Tandem in dementiam lapſus, rationis expers Panormi deceſſit 10. Februarij anno 1642. ex Rocco Pirro *lib.* 4. *de Abbatijs pag.* 136. at ex libris defunctorum Cathedralis Eccleſiæ Panormi 22. ejuſdem menſis defunctum comperi, & in Eccleſia S. Mariæ Angelorum ſepulturæ traditum. Præter Pirrum citatum, Paulum laudat Franciſcus Baronius *de majeſt. Panor. lib.* 1. *cap.* 7. *pag.* 60. & *in Siculæ nobilitatis Amphiteatro.* Innumera latino carmine elegantiſſimè ſcripſit, quæ multorum manibus teruntur: ex his habes:

De vitæ ruſticanæ laudibus Ode ad Ill. D. Petrum Corſettum. Apud Baronium *de majeſt. loc. cit.*

In obitu D. Ferdinandi de Alſan Henriquez de Ribera Marchionis Tariffæ Ode. Excuſa eſt cum alijs ejuſdem argumenti monumentis, in vita ejuſdem, edita Panormi typis Decij Cyrilli 1633. in 4.

Carminum Divæ Roſaliæ Panormitanæ libros Tres. Extant m. ſ. in 4. apud me.

PAULUS THERMITANUS. v. Paulus Aidonus pag. 119.

PAULUS TINTUS Panormitanus, Poeta ingenij acutiſſimi ſimul, & amœniſſimi, cujus extant vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane Burleſche. In Muſis Siculis par. 3. Panormi apud Biſagnium 1651. in 12.

PAULUS VARVESIUS Meſſanenſis, Medicæ artis Doctor egregius: Aſtronomicas facultates inſigniter calluit; græciſque literis inſtructiſſimus floruit. In Medicorum, ac Philoſophorum Collegio Meſſanenſi Prioris gradum obtinuit. Morum probitate conſpicuus Meſſanæ deceſſit 9. Februarij 1682. Edidit Italicè

Vita, e Miracoli del Glorioſo Taumaturgo S. Spiridione Veſcovo di Tremeſunda. Meſſanæ ex typographia Jacobi Matthæi 1662. in 4.

PAULUS VICECOMES, ſeu VISCONTIS Panormitanus, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo; adoleſcens Religionis inſignia in Panormitano Cœnobio accepit. Gravioribus diſciplinis præſtantiſſimi ingenij aciem admovit; & exactis ſumma cum laude ſtudiorum ſpatijs, Sacræ Theologiæ Magiſter renunciatus eſt. Vir oppidò clariſſimus, doctrinâ mirabiliter effulſit. Subtiliſſimo ingenio munitus ſingularis Philoſophi, ac Theologi nomen ſibi comparavit.

In

Digitized by Google

In sacrarum literarum studijs versatissimus, eruditione, & eloquentiâ inter omnes coævos Doctores mirum in modum excelluit. Ob egregiæ doctrinæ profunditatem Nicolaus V. & Paulus II. Pontif. Max. in suum Confessarium delegere. Apud Sodales suos ad nonnullos honorum gradus evectus est; Panormitanum enim Cœnobium rexit anno 1445. & Romanum S. Martini in Montibus anno 1451. Siculam Provinciam anno 1444. & 1461. gubernavit: Provinciæ quoque Romanæ præfuit anno 1451. in qua Definitorem etiam egit. Vicarius Generalis per omnem Italiam constitutus anno 1467. & totius Ordinis Procurator Generalis an. 1454. magnum sibi nomen conciliavit. A Joanne Siciliæ Rege ad Paulum II. Pontificem Orator missus est; & cumulatis undique meritis ab eodem Rege ad Episcopalem Mazarensis Ecclesiæ infulam promotus, à laudato Pontifice anno 1467. 16. Decembris inauguratus est: cùm Regium Prioratum S. Annæ de Scalis antea accepisset. Pastoralem nostri Pauli vigilantiam, & promerita in Ecclesia regenda abundè testantur, quæ à Ferdinando, Rege Neapolitano, & Mazaræ Domino obtinuit; hic etenim in Pauli gratiam, omnia Mazarensis Urbis privilegia anno 1468. confirmavit: alioque diplomate anno 1469. nonnullas immunitates, & exemptiones in ejusdem Urbis beneficium assequutus est. Inde crescentibus in dies Pauli promeritis, eodem anno 1469. ad Metropolitanam Panormitanæ Ecclesiæ Cathedram translatus est: & ad tolerandos bullarum sumptus, Joannes Rex nonnullorum feudorum fructus Paulo donavit. In Regni Siciliæ comitijs à Siculis Proceribus anno 1471. Orator ad Paulum II. Pontif. & ad laudatum Joannem Regem destinatus est, ut gravissima Regni negotia pertractaret. Demùm moderatâ summa cum laude Ecclesiâ, anno 1473. Panormi decessit, & in ejus Cathedrali honorificè sepultus est; in cujus è marmore sepulchro hæc legitur inscriptio.

Hæc est requies Pauli Civis nostri, & Præsulis de Visconti.

Paulum laudibus exornant Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Panor. pag.* 169. *& in not. Eccl. Mazar. pag.* 515. Antonius Possevinus *in appar. sacro tom.* 3. *pag.* 23. Petrus Lucius Belga *in Biblioth. Carmel. pag.* 69. Conradus Gesnerus *in Biblioth. pag.* 654: qui falsè anno 1476. decessisse tradit. Joannes Trithemius *de script. Eccles. & viris illustr. Ordinis Carmel.* apud Danielem à Virgine Maria *in Speculo Carmelitarum tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 5. *n.* 3127. *p.* 903. & idē Daniel *in eodem speculo par.* 5. *lib.* 3. *n.* 3327. *p.* 946. *n.* 3397. *p.* 967. *n.* 3401. *pag.* 968. *& lib.* 5. *n.* 3717. *pag.* 1069. Franciscus Baronius *de majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 121. *& cap.* 8. *pag.* 136. Josephus Maria Foruarius *in anno memorabili Carmel. tom.* 2. *pag.* 613. Joannes Bap. Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1444. *n.* 4. *pag.* 863. *an.* 1448. *n.* 3. *pag.* 869 *an.* 1451. *n.* 5. *pag.* 878. *an.* 1454. *n.* 5. *pag.* 885. *an.* 1456. *n.* 6. *pag.* 891. *an.* 1462. *n.* 4. *pag.* 902. *an.* 1464. *n.* 3. *pag.* 905. *an.* 1467. *n.* 5. *pag.* 915. *an.* 1469. *n.* 2. *pag.* 920. *an.* 1471. *n.* 2. *pag.* 924. *an.* 1473. *n.* 4. *pag.* 933. Jacobus Hofman *in lex. tom.* 2. *pag.* 112. Ludovicus Morerius *in dict. tom.* 1. *pag.* 547. Vincentius Auria *in Chronol. Archiep. Panor. pag.* 208. alijque. Etsi celeberrimi hujus viri nullum adhuc opus editum viderim; attamen trecenta volumina scripsisse testatur Gesnerus *loc. cit.* è quibus multa in lucem prodiere. *Trecenta Volumina*, ait, *Cœnobio sui Ordinis Panormitano contulit, ex quibus plurima edidit.* Eadem scripsit Possevinus *loc. cit.* Trithemius verò *de laud. Carmelitarum* tradit: *fertur de varijs rebus multa scripsisse opuscula, quibus nomen suum posteris notificavit. ego tamen usque ad hunc diem nihil eorum potui invenire.* Hofman, & Morerius *Varia Theologica* scripsisse tradunt. Joannes Petrus Crescentius *in Præsidio Romano pag.* 108. *Cōtra Hæreticos* lucubrationes nonnullas condidisse putat. Ex Lezana denique *multa scripsit.* Cur autem ex tantis Pauli voluminibus, quorum pars publici juris fecit, nulla apud posteros distincta effluxerit notitia, causam prodit Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 515. scribit enim, se diligenti studio hos libros exquisiviſse in Cœnobio Panormitano, & ex fama apud antiquos Cœnobij Fratres accepisse, celeberrimam Pauli Bibliothecam incendio absumptam.

PAULUS VIPERANUS Panormitanus, Juris utriusque Doctor, eruditione, & doctrinâ clarissimus; anno 1503. in Panormitano Prætorio Judex sedit. Anno 1535. jam defunctum observo, ex contractu sponsalium inter Nuntiellam Subtilem, Vincentij, & Lauriæ Subtilis filiam, & Josephum Viperanum, nostri Pauli filium, in tabulis Notarij Antonini de Ajuto Panormitani 3. Aprilis 1535. Ipsum non sine laude citat Josephus Cumia *in comment. super Ritu Siciliæ cap.* 40. *n.* 270. *& alibi.* Edidit

Solemnem Repetitionem §. *& parvi l.* 1. *ff. qui vi, aut clam. editam ad intelligentiam instrumenti guarentigiati, cum pacto de non opponendo.* Panormi per Livinum de Bruges 1503. in fol.

Adnotationes ad Consuetudines Urbis Panormi. Ibidem apud eumdem 1503. in fol.

PAUSANIAS Gelous: ex Gela vetusta Siciliæ Urbe, nunc diruta, Filius Anchiti, ac Phœbi nepos. Philosophus fuit, & Medicus præstantissimus, à doctrina, & experimentis laudatus. Amplissimis affluit opibus, ac nobilitate claruit. Empedoclem Philosophum Agrigentinum audivit, cui arctissimæ amicitiæ vinculis conjūctus vixit, qui Pausaniam mutuo amore prosequutus, hoc epigrammate laudat apud Laertium *in Vita Empedoclis lib.* 8.

Pausaniam Anchiti natum, Phœbique nepotem,
Clarum aluit medicum patria clara Gela.
Qui multos diris homines langoribus ægros
Eripuit, furvis Persephones thalamis.

Extat etiam *in lib.* 3. *Epigram. Græcor.* paucis immutatis, & veluti ab incerto auctore editum. Addit Laertius ex Heraclide, quòd Empedocles cùm mulierem defunctam ad vitam revocas-

ſaſſet, Apni medicaminis virtute (quod vel fabulam credes, vel magicâ arte contigiſſe putandum, ut innui *tom. 1. pag. 177.* & poſt hæc ſcripta obſervaſſe comperi Octavium Caetanum *in Iſagog. ad hiſt. Siculam cap. 6. n. 5. pag. 52.*) & ingentem ſibi gloriam comparaſſet; ſolemne ſacrificium offerre decrevit: ideoque convocatis amicis, inter quos Pauſanias affuit, abſoluto ſacrificio, omnes ad quietem receſſere. Cùm autem mane facto Empedocles non videretur, quidam retulit, ſe nocte mediâ validâ audiviſſe vocem, Empedoclem vocantem; & cùm ſurrexiſſet nil aliud vidiſſe contigit, niſi Cœleſtem ſplendorem, ac tædarum lumen. Hinc Pauſanias nonnullos, qui Empedoclem quærerent miſit: mox prohibuit curioſiùs perquirere; aitque Empedocli rem precibus, & divino cultu dignam accidiſſe: ibique tanquam Deo ſagrificia offeri opus eſſe. Inde diffuſo rumore, quod in Ætneum ignem Empedocles ſe injeciſſet, ut immortalis Deus haberetur, hanc famam diluere ſtuduit Pauſanias; & in Empedoclis honorem brevem ſtatuam, ſive aram, tamquam Deo, excitavit. Ex his, Pauſaniæ tempus liquet coævus enim Empedoclis fuit, claruitq; olymp. 84. eo enim tempore, ex Laertio *citato*, floruit Empedocles, nempè an. 440. ante Chriſti Domini adventum. De Pauſania etiam Tiraquellus *de nobilit. cap. 31. pag. 295.* Scripſit ex Laertio *citato.*

De Apno. at quæ hoc in libro ſcripſit, Empedoclē dictaſſe ait Laertius. Erat Apnus ex eodē Laertio medicamentum, quoddam, quod per triginta dies corpus integrum, incorruptumque ſervaret; nempè ſine cibo, potuque, ut expendit Svidas apud Jacobum Mazzonum *in defenſione Dantis cap. 78. pag. 234.* Idem Laertius *lib. 9. in vita Heraclidis* ſcripſiſſe teſtatur

Commentum in librum Heraclidis de Natura.

Tandem addit Petrus Caſtellanus *in Vitis Illuſt. Medicor. pag. 43.* quòd cùm Coa, & Cnidia ſchola inter ſe honeſtâ æmulatione decertarent; Italiam incolebant Philiſtion, Pauſanias, & Empedocles; qui teſte Galeno *lib. 1. methodi* in diverſas curandi vias abiere: & Pauſanias non aliter nobis cognitus, quàm quod à Galeno ſæpè nominatur, & Empedoclis carmine celebretur.

S. PEREGRINUS, Syracuſanus, ex conjecturis P. Octavij Caetani *tom. 1. SS. Siculor. pag. 21.* à S. Marciano primo Syracuſarum Epiſcopo edoctus, ab ipſo animarum zelum, doctrinam, animique conſtantiam didicit. Hinc Catholicam fidem propagare curavit, multoſque ad Chriſtianam religionem perduxit. Per multos annos ſanctè vixit ſolitudine addictus, ac monaſticam traduxit vitam in Cœnobio quodam, non longè ab Urbe Agrigentina, cui Triginta nomen. Cùm autem in Chriſti Fideles perſecutio ſæviret, comprehenus Peregrinus apud Præfectum Agrigenti degentem delatus eſt; & ante Præfectum conſtitutus, ſe Chriſtianam fidem profiteri conſtanti pectore faſſus eſt. Hinc ejus conſtantiâ variè tentatâ, cùm Præfectus Peregrini animum ad inanium Deorum cultum flectere deſperaſſet, ipſius juſſu in monte Cratæleo concrematus eſt, & ad Cœlum evolavit 3. Novembris anno Chriſti 40. Corpus haud igne conſumptum à pijſſima fœmina Domnina honorificè ſepultum eſt in eodem loco: mox ejuſdem divitijs Eccleſiâ in Peregrini honorem extructâ, ibiē per multa ſæcula Martyris cultus effloruit, miraculis comprobatus. Peregrini ſanctimoniam celebrat Caetanus *cit. pag. 20. 22. & ſeq*; Franciſcus Carrera *in Panth. Siculo pag. 287.* Michael Angelus Mancharuſus *in Kalendario Syrac.* Hìc advertas velim Hieronymum Raguſam tum *in elogijs Siculorum pag. 209.* tum *in Siciliæ Biblioth. veter. pag. 211.* hunc noſtrum Peregrinum, cum Peregrino Epiſcopo Tricolitano confudiſſe; ait enim *in elogijs*, quòd Peregrinus Martyr Syracuſanus, fuit Epiſcopus Tricolitanus, ſcripſit Vitam S. Marciani, floruit anno 40. die verò 3. Novembris ejus memoria celebratur: mox Peregrini Epiſcopi Tricolitani geſta recenſet, qui obijt 30. Januarij an. 90. *In Bibliotheca* verò Peregrinum Martyrem Syracuſanum, & Epiſcopum Tricolitanum fuiſſe tradit; ac 30. Ianuarij an. 90. ad Cœlum evolaſſe ſcribit. Hinc viri eruditiſſimi errorem animadvertes; noſter enim Peregrinus, qui ſcripſit Marciani vitam, non fuit Epiſcopus Tricolitanus, ſed Syracuſis ortus, & Marciani doctrinâ eruditus, martyrij palmam aſſequutus eſt 3. Novembris anno 40. Alter verò natione Græcus Triocolæ (urbs vetuſta, ubi nunc oppidum Calatabilloctæ) incola, & Epiſcopus fuit, à Divo Petro Apoſtolo in Siciliam miſſus, 30. Ianuarij anno 90. Confeſſor deceſſit; nec Marciani vitam ſcripſiſſe ſcimus. De primo Caetanus *in tom. 1. SS. Sicul. pag. 4. 20. & 22.* & Carrera *in Panth. Sicul. pag. 287.* De ſecundo idem Caetanus *loc. cit. pag. 35.* & Carrera *cit. pag. 26.* Hujus ſecundi vitam edidit etiam Antoninus Saponius Sacerdos Panormitanus, nunc Parochus emeritus Eccleſiæ S. Iacobi, ſuppreſſo nomine, Panormi anno 1699. Scripſit noſter Peregrinus ex Caetano *cit. pag. 4. & 20.*

Vitam S. Marciani Syracuſarum Epiſcopi.

PEREGRINUS ADERNIONENSIS Ordinis S. Auguſtini, Sacræ Theologiæ Magiſter, vir pietate, & doctrinâ clarus. Floruit anno 1640. ediditque. Italicè

Della Vera devotione della Gran Madre di Dio, e del titolo del Soccorſo revelato in Palermo. Panormi apud Petrum Coppolam 1644. in 12.

PEROTTVS DE OFFIDA Siculus incertæ patriæ, Academicus Excitatus enciclopedicus; vir ab ingenio, & eruditione laudatus. Claruit anno 1611, ex Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 220.* Edidit Italicè

La celeſte Berecinthia, o vero l' eccellenza della Madonna del Soccorſo. Poema Sacro. Panormi apud Io: Ant. de Franciſcis 1611. in 12.

PETRO Himerenſis, Philoſophus antiquus, cujus memoria extat apud Plutarchum *in opuſc.*

de

Digitized by Google

de oraculorum defectu, qui scripsisse ait librum, quo docuit Mundos esse 183. En verba Plutarchi: *Arguit hoc numerus Mundorum non Ægyptius, aut Indus, sed Dorienſis, è Sicilia propagatus, cujus Author Petro fuit Himeræus. Hujus quidem libellum ipſe non legi, neque ſcio an extet etiam nunc. Sed Hypis Rheginus, cujus meminit Phanias Ereſtinus, hanc, ait, opinionem, & ſententiam eſſe Petronis, Mundos eſſe CLXXXIII. qui ſeſe invicem elemento attingant.* Claruit ante Hypim, nempè ante Olymp. 59. eâ enim olympiade floruit Hypis, ex Auguſtino Inveges *in appar. ad Annales Siculos cap. 2. n. 11. pag. 28. & 29.*

PETRUS ABBUS Panormitanus Sacerdos, vir profectò pietate, ac virtutibus memorabilis: Natus anno 1599. perfectionis ſtudio addictus, ad abſolutiſſimam ſanctimoniæ rationem vitam compoſuit. Etſi omnibus inclytam morum ſuavitatem detexit, ſibi duriſſimum vitæ genus reſervavit. Jejunia frequentabat: ſuper nudos arborum ſurculos brevi ſomno indulgebat; tegulam pro pulvinari adhibere ſolitus. Humilitatem mirificè coluit, ideoque munus Confeſſarij Monialium in Urbe Panormi, pluries à Joannettino Doria Archiepiſcopo Panormitano, & S.R.E. Cardinale, ultrò ſibi oblatum recuſavit. Charitate in proximos æſtuavit: infirmos præſertim, ac animam agentes magnâ ſedulitate, ac fervore adjuvare ſtuduit, ut mortem ſanctè obirent: alijſque virtutibus ornatus effulſit. In B. Virginem ardentiſſimo flagravit affectu, cujus Imaginem, quæ ſimulachrum Drepanitanum, toto Orbe celeberrimum, exprimebat, ſemper in manibus deferebat. Nec prætermittēdum puto illū, in modò laudatum ſimulachrū, amorem; per multos enim annos ad Deiparæ feſtum, quod Drepani magno pietatis ſenſu peragitur 15. Auguſti, ferventiſſimè acceſſit: & Panormo diſcedens pedeſtri itinere, ſecum aſellum deducebat, aquâ, alijſque eſculentis onuſtum, & defaticatam virorum, ac mulierum multitudinem, per æſtuoſam viam ad feſtum proficiſcentem reficiebat; lapſorum vires inſtaurabat, omnes verbo, & exemplo ad illud pietatis officium erga Deiparam incendebat. Poſtremo vitæ ſuæ anno cùm ab itineris labore Petrum ob ſenilem ætatem avertere ſui conarentur; requieſcite filioli, dixit, eſt ultima hæc ad Virginem itineratio: pergam ut extremum Vale à Domina mea accipiam. Hinc Panormum regreſſus, ſtatim ægrotavit, & editis egregijs virtutum exemplis, magnâ ſanctimoniæ opinione obijt 23. Auguſti 1663. & in Eccleſia S. Joſephi Clericorum Regularium ſepultus eſt. Petrum laudat Petrus Tognolettus *in Paradiſo Seraphico par. 2. lib. 7. cap. 18. pag. 253.* In lucem emiſit Italicè

Il Conforto dell'afflitto Agonizzante. Panormi apud Hieronymum Roſſellum 1645. in 12.

PETRUS ALAGONA Syracuſanus, Societatis Jeſu, in lucem editus anno 1549. Societatem ingreſſus eſt anno 1564. in qua ſolemnia emiſit vota. Vir doctrinâ exculti ſimus Philoſophiam, ac Theologiam magna cum laude docuit. Vice-Rectoris munere Drepanitano Collegio præfuit. Romæ diu Pœnitentiariæ Rectorem egit; & per annos triginta fuit Epiſcoporum, & Ordinandorum Examinator: à doctrinæ præſtantia celebratus, magnâ æſtimatione proſequutus fuit. Romæ deceſſit 19. Octobris 1624. De eo *Bibliotheca Soc. Jeſu pag. 656.* Philippus Labbeus *in Chronolog. Pinacothecæ Scrip. Soc. Jeſu pag. 349.* Felix Gerardus *in Diario 19. Octob. pag. 59.* Haubertus Miræus *in Biblioth. tom. 2. cap. 188. pag. 208.* Joannes Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom. 4. indic. 2. pag. 270.* Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom. 2. n. 2565. pag. 459.* & Dominicus Stanislaus Albertus *in hiſtor. Sicula Soc. Jeſu par. 1. lib. 5. cap. 9. pag. 499.* Evulgavit

Compendium Manualis Martini Aſpilcuetæ Navarri de Quæſtionibus morum, & conſcientiæ. Prodijt primùm ſub materno cognomine, nempè Petri Guevaræ, ut ex *Biblioth. Soc. Jeſu pag. 674.* mox ſub proprio cognomine recuſum, & recognitum; cui addidit

Compendium Commentarij ejuſdem Navarri de Uſuris. Lugduni 1592. in 24. *ex Bibliotheca Claſſica Draudij pag. 397.* Venetijs apud Marcum Antonium Zalterium 1601. in 24. & Coloniæ typis Hermanni Milij 1608. in 16.

S. *Thomæ Aquinatis Theologicæ Summæ Compendium.* Romæ 1620. in 16. ex Indice Bibliothecæ Barberinæ tom. 1. pag. 17. Herbipoli typis Joannis Tolmari 1620. in 12. & Venetijs apud Juntas 1624. in 16.

Totius Juris Canonici Compendium. Tomū Priorem continentem Decretalium, Sexti, Clementinarum, Extravagantium, tum Joannis XXII. tum communium Epitomen, præciquamque Gloſſæ doctrinam. Romæ ſumptibus Hæredis Bartholomæi Zannetti 1622. in 4.

Totius Juris Canonici Compendium. Tomum Poſteriorem continentem Epitomen Decreti Gratiani. Romæ apud eoſdem 1623. in 4. Uterque tomus prodijt Lugduni 1623. in 4.

In Bibliotheca Collegij Panormitani Soc. Jeſu ſervantur m. ſs.

Logica, & Phyſica.

PETRUS ALCAMENSIS, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, Monachus Cœnobij Panormitani S. Martini de Scalis. Linguas Hæbraicam, Græcam, & Latinam mirificè calluit. Poeta fuit præſtantiſſimus; ac magnâ doctrinæ opinione floruit anno 1550. Ipſum laudant Arnaldus Wion *in ligno Vitæ lib. 2. cap. 75. pag. 443.* Antonius Poſſevinus *in appar. Sacro tom. 3. pag. 31.* & Rocchus Pirrus *Sic. Sacræ lib. 4 de Abbatijs pag. 199.* Scripſit ex Wion: *nonnulla maximè verſu, quæ excuſa ſunt anno 1560.* Pirrus *cit.* Petri opera vel edita, vel m. ſs. in Bibliotheca Cœnobij S. Martini aſſervari teſtatur: at uterque Auctor operum nomina præterijt.

PETRUS ALLIATA Panormitanus, Juriſconſultus, clariſſimus cauſarum Patronus. In

Ma-

Digitized by Google

Magnæ Regiæ Curiæ subsellijs anno 1567. præfuit Judex. Doctrinâ insigniter excultus floruit. Obijt Panormi 6. Junij 1570. sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Jesu Fratrum Strictioris Observantiæ S. Francisci. Scripsit

Votum in causa Baronis Buceptæ. Extat apud Franciscum Magretum *in pragm. Ducis Sermonetæ obser.* 9. §. 12. *à pag.* 222. ibique laudatur.

Quæstiones familiares. Ex Joanne Baptista de Ballis *in suis allegationibus*, editis Panormi, qui quæstionem 88. citat.

PETRUS AMICUS Catanensis, Patritio genere ortus anno 1566. Jurisprudentiæ ingenij præstantiam devovit: hinc Doctoris laureâ insignitus, ac cumulatissimâ exornatus doctrinâ, ultra triginta annos in Catanensi Academia Cæsarea Jura explanavit magno cum plausu. Catanæ etiam pluries Iudicem egit. Inde promeritis exigentibus, quater, ex epitaphio infra exscripto, vel sexies ex Grosso, & Auria mox citandis, ad Judicis dignitatem in Magna Curia evectus est. Inde Regij Patrimonij Fisci Patronus, & Rationum Magister successivè renunciatus; tandem anno 1644. Tribunalis Concistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ Præses constitutus est. Iustitiæ Administrator numeris omnibus absolutus, in omnium oculis semper effulsit; ideoq; ab integritate laudatus, passim ab omnibus *Judex Justus* vocabatur. Regni etiam Deputatus designatus, & ad ardua pertractanda negotia à Siciliæ Proregibus pluries in Sicilia Vicarius Generelis, cum omnimoda potestate, electus est. Dierum, et honorum plenus Panormi tandem decessit 29. Novembris 1645. & Catanam translatus, in Ecclesia Carmelitarum, ante Urbis excidium ex terræmotu anni 1693. jacebat, marmoreo sepulchro conditus, cui hæc erat inscriptio apposita.

D. O. M.

Illustriss. Petro Amico in hoc Patrio Gymnasio pluries Jurisprudentiæ Antesignano, quater M. R. C. Judicis togâ insignito, Regio Fisci Patrono, Regni Deputato, à cordatissimis Proregibus (alter Ego) in maximis constituto. Austriacæ Majestatis Patrimonij Rationum Magistro, S. R. Concistorij candidissimo Præsidi; æquè Regibus, æquè popularibus charo, pro scientijs ingenio, pro judicijs Justitia, pro regimine dexteritate spectatissimo, pro vitæ pietate, morumque suavitate ornatissimo. D. Potentissima uxor pro meritis mœrens posuit. Obijt III. Kal. Decembris anno Salutis M. DC. XLV. ætatis suæ LXXIX.

De hoc Iurisconsulto scribūt Io: Bap. de Grossis *in decac. Catan. tom. 2. cord. 9. pag.* 149. Ferrarottus *de officio Straticoti pag.* 27. Petrus Ansalonius *de sua familia Ansalonia pag.* 148. Ignatius Ingastonus *in discep. pro studijs Catanæ pag.* 10. Mugnòs *in Theatro tom.* 1. *pag.* 59. Vinc. Auria *in Chronolog. Proregum Siciliæ pag.* 301. & Philippus Amatus *in epist. nuncup. libri inscripti: Riflessi istorici pag.* 15. Unà cum Roccho Potenzano Panormitano, & Cataldo Fimia Catanense, eximijs Jurisperitis, Proregis jussu *Regni Siciliæ Pragmaticas recognovit, & in luculentam redegit consonantiam*, ediditque Panormi anno 1635. & 1637.

Scripsit etiam

Allegationum legalium volumina nonnulla, & Juris interpretationes, ac Repetitiones: at hæc publicam lucem non vident.

PETRUS ANELLUS Alicatensis Poeta, floruit anno 1533. quo anno scripsit Italico carmine

Vita, e Morte di lo Glorioſissimo B. Sant' Angelo Hierosolimitano. Panormi 1577. in 4. & iterum ibidem suppresso nomine apud Io: Baptistam Maringum 1606. in 8.

PETRUS ANSALONIUS Messanensis, Ordinis Clericorum Minorum, natus anno 1605. & Ordinem amplexus, gravioribus disciplinis fuit excultus. Apud Sodales suos magnâ autoritate valuit; bis enim Messanensem domum rexit, semel Panormitanam. In Provincia Sicula, & Neapolitana Visitatorem Generalem egit, ac ibidem præfuit Provincialis. Ad ardua pertractanda bis, Messanæ Urbis nomine, ad regiam aulam missus, ibi difficillima patriæ suæ negotia pertractavit: bis etiam ad Siciliæ Moderatores, Panormi degentes, amandatus est: hinc à Messanense Senatu, & Simeone Carafa Archiepiscopo Messanense haud exiguâ æstimatione fuit prosecutus. Obijt Messanæ anno 1672. Ipsum laudat Placidus Reina *in not. Messanæ par.* 2. *pag.* 531. Stephanus Maurus *in Messana cap.* 21. *pag.* 204. & Ioannes Vigintimillius *in Poetis Siculis cap.* 7. *pag.* 46. Edidit librum inscriptum:

P. Petri Ansalonij Cl. Reg. Min. Messanensis suæ de Familia opportuna Relatio. Sparsim cui adiectæ digressiones ad eas primùm, quæ ipsam immediato sanguine contingant, dein alphabeticè ad omnes propinquæ quæque fuerint, vel amicæ. Venetijs apud Bertanos 1662. in fol.

Italicè

Messina, che risponde all'emula nelle sue mal pensate richieste. Florentiæ apud Franciscum Honuphrium 1671. in 4. sub nomine Francisci Politij: at ob enormem dicacitatem libellus hic, ab ipsis Messanensibus ægrè videtur, & vix apparet.

PETRUS ANTONIUS CASACCIUS. v. Sigismundus Russus.

PETRUS ANTONIUS TEDESCHIUS Siculus, claruit circa annum 1600. ac edidit

Meditationes de Vita Christi ad Simonem Tagliaviam S. R. E. Cardinalem. Ex Augustino Oldoino *in Vitis Pontificum tom.* 2. *pag.* 102.

PETRUS ANTONIUS TORNAMIRA nobilis Alcamensis, ex diuturna habitatione, & monastica professione, ut ipse in editis operibus se vocat, Panormitanus. Parentibus Joanne Vincentio Tornamira, Jaconiæ Barone, & Portia Sarzana, in lucem editus Alcami 7. Februarij 1618. à teneris annis Panormum delatus est. Graviora studia amplexus, Juris utriusque lauream adeptus est: at dum anno ætatis suæ 21. in Regia Curia Primarum Appellatio-

num

Digitized by Google

num Urbis Panormi Judicem agebat; & ad elatiores Jurisprudentiæ gradus tendere videbatur, ut se totum Deo dicaret Casinensem Congregationem ingressus est; cujus insignia obtinuit in Monasterio S. Martini juxta Panormum 27. Decembris anno 1640. ideoque Petrus Antonius à Panormo vocabatur. In eo virtutibus, literisque excultus effulsit; morum candore, ac regulari observantiâ clarus. Ad illustrandam Benedictini Ordinis majestatem toto pectore incubuit; nihil enim pijssimo viro antiquiùs, quàm ipsius instituti, ac Cœnobij sui gloriam amplificare. Hinc omnem navavit operam in perscrutandis reconditis Ordinis sui monumentis, ejusque historijs. Bibliothecam Monasticam, Benedictinorum præsertim Scriptorum refertissimam, magno labore, ac sumptu sibi comparavit, supra tria librorum millia complectentem; eamque Gregorianam vocavit; ac moriens Cœnobio S. Martini reliquit. Studijs ideoque impensè addictus, & eruditione locupletatus, in Benedictinis Annalibus, ritibus, ac cæremonijs versatissimus fuit. Multa scripsit, at plurima edidisset ni Congregationis suæ Moderatores ejus operam ad alia divertissent: primùm enim in pertractādis Monasterij sui negotijs occuparunt apud Siciliæ Tribunalia. Inde œconomicæ bonorum omnium administrationi; mox tyronibus instituendis admotus, egregiam sui præstantiam manifestavit. Archivio, & Bibliothecæ diu præfuit, ac mirabili solertiâ, magnoque labore in rectum ordinem composuit. In eodem Cœnobio Decani, & Prioris munere claruit. Honoribus etiam extra Monasterij limites ornatus, Examinator Synodalis ab Archiepiscopo Panormitano Jacobo de Palafox electus est: in S. Officij Siciliæ Cōsultores relatus; & à Panormitano Senatu novorum vectigalium, ut vocant, Deputatus constitutus fuit; hisque muneribus laudabiliter perfunctis eximio viro non vulgaris accessit æstimationis ornamentum. In memorati Monasterij Ecclesia sacellum Divo Gregorio Magno Fundatori, ac S. Sylviæ ejus matri Panormitanæ dicatum, quasi à fundamentis excitavit, locupletavit, dotavitque. Pietatis suæ monumētum ibidem viget, annuum etenim censum constituit, ut opus ab eodem ferventissimè incœptum prosequeretur; nempè ut singulo anno, recurrente die festo S. Gregorij, hospitalitatis officia duodecim pauperibus præstentur, ipsorum pedes abluerent Cœnobij Monaci, prandio opiparè reficerent, & erogatâ singulis aurei unius eleemosynâ, cibis onustos dimitterent. Tandem oculorum vitio laborans ob diuturnam librorum lectionem, paulatim cœcitatē contraxit. Ideoque postremis vitæ annis veluti patientiæ exemplum, omnibus se spectandum exhibuit: ac modestiâ, regulari observantiâ, morumque suavitate insignis Panormi decessit 8. Augusti anno 1681. in Hospitio Spiritus Sancti, & ad Cœnobium S. Martini delatus, in Sacello S. Gregorij sepultus est. Hunc laudant Rocchus Pirrus *Sicil. Sacræ lib. 4. de Abbatijs pag.* 196. Alphonsus Salvus *in Prosis pag.* 148. Franciscus Maria Maggius *de sacris Cæremonis par.* 1. *opusc.* 2. *disq.* 15. *pag.* 163. *& par.* 2. *opusc.* 3. *disq.* 23. *pag.* 458. *& in libro: luogo di Ritiramento cap.* 10. *pag.* 175. Joannes Evangelista à Panormo *in anagramm. editis Mutinæ pag.* 150. *& in alijs editis Panormi* 1677. *pag.* 107. & Joannes Bapt. de Judice *in carmin. par.* 2. *pag.* 388. In lucem emisit Italicè

L'Albero della Reale, e Imperiale Prosapia di S. Rosalia. Panormi 1652. in folio expanso.

Historia dell'Origine, e Progressi delle Monache Oblate del P. S. Benedetto. Ibidem apud Bisagnium 1664. in 4.

Idea Congieturale della Vita di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Buam, & Camagnam 1668. in 4.

Risposte ad Otto Domande fatte sopra l'Idea Congietturale della Vita di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Didacum Buam, & Petrum Camagnam 1670. in 4.

La Giuditta Palermitana, o vero la Vergine S. Rosalia Trionfatrice d'Oloferne, cioè della Peste, con una Historia Monastica, nella quale si dimostra, che il dono concesso da Dio al P. S. Benedetto di guarire le Città dalla Peste, e d'ogn'altra infermità, s'habbia fatto ereditario in moltissimi de' suoi figli. Ibidem apud eosdem 1671. in 4.

Il Cerimoniale Benedettino, nel quale si contengono le sagre Cerimonie nel dar dell'habito, e nel ricevere alla professione ogni sorte di Monaci, e Monache, Oblate, i Confrati, e Consuore; li Bambini, e Fanciulli offerti alla Religione per voto, e li Cavalieri delle sagre Militie dell' Ordine Benedettino: con l'aggiunta della corona in honore di esso S. Patriarca, e di nuove discorsi spirituali nel dare, e ricevere l'habito. Ibid. apud Camagnam 1671. in 4.

San Benedetto Abbate Patriarca, e Legislatore de' Monaci, Riedificatore della Chiesa Romana. Historia Monastica. Ibid. apud Carolum Adamum 1673. in fol.

Vita, e Beata Morte del V. P. D. Girolamo Arminio di Napoli Monaco del Gregoriano Monastero di S. Martino delle Scale di Palermo. Ibid. apud eumdem 1674. in 4.

Relatione della presa da Corsali di due Galere della squadra di Sicilia, con la cattività tra gli altri Cristiani di quattro Monaci Casinensi, e di quanto l'occorse fra' Barbari, sino che furono liberati. Ibid. apud eumdem 1674. in 4.

Discorsi Historici della Prosapia Paterna, Materna, e di Palermo patria della Gloriosa V. S. Rosalia. Ibid. apud eumdem 1674. in 4.

Gli esercitij Spirituali, e le Constitutioni, e Regole delle Monache Oblate. Ibid. apud eumdem 1675. in 12.

Vita, e Felice Morte di Suor Elisabetta Tripedi della Terra di Ciminna Monaca Oblata dell'Ordine del P. S. Benedetto. Ibid. apud Carolum Adamum 1674. in 4. & 1675. in 12.

Origine, e progressi della Congregatione Casinense detta dell'Osservanza, e dell'Unità di S. Giustina

Digitized by Google

di Padova, o vero de' Monaci Neri dell' Italia del Patriarca S. Benedetto. Tomo primo, e secondo. Ibid. apud Petrum de Isola 1675. in 4.

Il Cerimoviale Benedettino, nel quale si contengono le sacre Cerimonie nel dar dell'habito, e nel ricevere alla professione solenne le Monache, e Sorelle Converse Claustrate dell' Ordine del P. S. Benedetto, con l'aggiunta degli obblighi, che le corrono intorno alla loro Monastica Professione, e li loro esercitij spirituali. Ibidem apud eumdem 1676. in 4.

Le Constitutioni Benedettine per le RR. Monache del V. Monastero di S. Rosalia di Palermo dell'Ordine del P. S. Benedetto, ordinato, ed eretto per Bolla di N. S. Urbano VIII. nell'anno 1634. Ibid. apud Petrum de Isola 1676. in 4.

Le Conditioni del Prelato Regolare, o vero le Massime della Politica Christiana, che si richiedono in un buon Prelato Regolare per sapere ben governare i suoi sudditi. Ibid. apud eumdem 1677. in 4.

Risposta alla domanda fatta dal Sig. Giuseppe Gentile sopra la Chiarezza Rischiarata del P. F. Paulo di Termine Minore Osservante Riformato. Genuæ apud Jo: Baptistam Triboldum, & Josephum Bottarum 1679. in 4.

Gli scrittori Mariani dell' Ordine Benedettino, o vero de' Benedettini Dottori, e Cancellieri di Maria Vergine. Panormi apud Petrum de Isola 1679. in 4.

Vita di S. Eligio volgarmente detto Aloi Vescovo dell' Ordine di S. Benedetto. Ibid. apud eumdem 1682. in 12. opus posthumum.

Typis parata hæc alia mss. reliquit, nempè:

Vita del Patriarca S. Benedetto.

Historia dell'Origine, e Progressi de' Sette Monasterj Benedittini, che all'età di S. Rosalia fiorivano nella Città di Palermo.

Historia della Vita, e Beata Morte di S. Rosalia Vergine Palermitana. in fol.

Gli Annali del SS. Rosario, o vero l'Origine, e Progressi del SS. Rosario nell' Ordine Benedettino. Hoc libro, & alio proximè indicato titulum præfixit: *la Cocolla difesa.*

L'Historia, Origine, e Progressi dell'Ordine Benedittino nella Sicilia. Tomo I. e II. in fol.

Cronica del Sacro Gregoriano Monastero di S. Martino delle Scale della Città di Palermo. in fol.

Il Galateo Monastico, o vero le massime delle buone creanze, cavate dalla Regola del P. S. Benedetto.

Aliaque Ascetica, ac Monastica.

PETRUS ARGIRUS ex oppido Ucriæ. A Nicolao Villano, sub Academici Aldeani nomine, *in discur. de Poesi Ludrica pag.* 74. inter celebres Siculos, qui vernaculâ linguâ ludrica edidere carmina recensetur: at quæ cripserit, quove floruerit ævo, incompertum est.

PETRUS ATTARDUS Agrigentinus, Congregationis Oratorij Agrigentini Sacerdos, in lucem prodijt anno 1645. Pueritiam ingressus, ut humanioribus literis operam daret, Narum missus, in his addiscendis mirabiliter profecit: ideoque Antonius Rossus Soc. Jesu præceptor, cùm ejus ingenij præstantissimi vastitatem plenè dignosceret, sine hæsitatione dicere solitus erat, Petrum in omni scientiarum genere magistrum evasurum. In patriam regressus inter Seminarij alumnos adscriptus est à Francisco Traina Episcopo Agrigentino, qui de ejus ingenio certior factus, summam egregij viri spem rectè conceperat. In Seminario Philosophiæ, ac Theologiæ feliciter incubuit, sub doctissimis, ac celeberrimis Professoribus Thoma Caballo, & Marcello Corbo Ordinis Prædicatorum. Alias etiam facultates, non alio quàm se ipso Duce, complexus est; ideoque insigni locupletatus doctrinâ, in eodem Seminario pluries Philosophiam docuit; ac per multa annorum spatia Scholasticam Theologiam. In opinionum delectu acutissimus, non adeo præmere visus præceptorum vestigia, quin extra orbitam sese extenderet, sua proferret, ac doctissimè propugnaret. Cæsarea, ac Pontificia Jura etiam explanavit; multisque Medicinæ præcepta tradidit. In his omnibus memoriâ, non scripto usus; eâ felicitate, acumine, ac doctrinæ profunditate inclaruit, ut egregiam nominis famam undique sit assequutus: ac viri alioquin doctissimi à discipulis suis ejus lectiones avidissimè expetierint, easque, veluti doctrinæ thesaurum, servaverint. Rhetoricam etiam, ac Moralem Theologiam eruditissimè docuit. In studijs verò suis modum numquam imposuit: in Bibliotheca Seminarij defixus, libros nunquam è manibus deponebat, nisi ut lectiones dictaret, vel cibum sumeret: noctis, ac diei reliquum indefesso labore studijs addictus conterebat: somno nonnisi capite voluminibus innixo parcè indulgebat. Magnâ memoriæ vi munitus, quæ semel legerat semper retinuit, eaque penè omnia legit, quæ in codicibus refertissimæ Seminarij Bibliothecæ asservantur. Francisco Mariæ Rini Panormitano, Episcopo Agrigentino fuit gratissimus, qui in gravioribus pastoralis muneris negotijs, ac quæstionibus, Petrum adhibuit. Pinguiores gradus Canonici, pluries ab eodem Præsule sibi oblatos, constantissimè recusavit: immò ut liberiùs Deo famularetur, Congregationem Oratorij Agrigentini ingressus est. At virum eximium consequuti sunt in Oratorij septis honores: per plures etenim annos Studiorum Præfectum, ac Rectorem in laudato Seminario peregit: Synodalem etiam Examinatorem, SS. Cruciatæ Commissarium, & Congregationis suæ Præpositum. Eadem æstimationis argumenta expertus est apud Franciscum Ramirez ejusdem Ecclesiæ Episcopum, qui sæpissimè in omnibus Diœcesis negotijs Petri consiliũ exquirere solemne habuit. Romæ etiam ejus doctrinæ opinio singulariter invaluit: ideoque ipsum consulebat Leander Colloredus S. R. E. Cardinalis, in difficillimis rebus ad Sacram Pœnitentiariam pertinentibus. Tandem curis omnibus solutus, ut impensiùs Deo vacaret, cunctis muneribus se abdicare studuit: so-

Digitized by Google

ſolùm onus Præbendæ Theologalis, ut vocant, ſibi retinuit, ut bis per hebdomadam Moralem Theologiam expenderet in Eccleſia Cathedrali, ad quem undique docentem magnâ frequentiâ conveniũt non modò Presbyteri Sæculares, verùm etiam & Regulares. At anno 1710. Defuncto Hieronymo Turano Agrigentinæ Diœceſis Vicario (de quo tom. 1. pag. 287.) in ejus locum ſufficere curavit Petrum Epiſcopus Ramirez: quam dignitatem, etſi præ modeſtia validiſſimè reluctans, multarum precum vi devictus tandem accepit, eâ conditione, ut nullo modo à Congregationis ſuæ cella extraheretur, nevè ullum ſibi commodum, ac honoris veſtigium, eo ex gradu ſibi accederet. Vivit vir ſanè egregius, & hanc provinciam, omnibus plaudentibus, laudabiliter moderatur, ad quem ex tota Agrigentina Diœceſi, tanquam ad doctrinæ, & prudentiæ oraculum, confluunt omnes. Niſi modeſtia, quâ de ſe demiſſe ſentit, obſiſteret, doctiſſimis lucubrationibus literatum Orbem illuſtraret: nam, ut in ejus laudem perorando dicebat Franciſcus Maria Rinis Epiſcopus, etſi Romæ viri efflorent, ſinguli in unaquaque ſcientia egregij; attamen Petrus in omnibus diſciplinis omnigenâ doctrinâ, & eruditione inſtructiſſimus, mirabiliter eminere videtur. Edidit tantùm

Conſtituciones Diœceſanas Synodi Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domini Fr. Franciſci Ramirez Archiepiſcopi Epiſcopi Agrigentini. Agrigenti typis Felicis Marini 1704. in 4.

Lectiones, & Antiphonas officiorum S. Gregorij, & S. Gerlandi Epiſcoporum Agrigentinorum à Sacra Congregatione Rituum approbatas, atque laudatas. Romæ.

Italicè

Argomenti delle Lettere Spirituali della Ven. Serva di Dio Suor Maria Crocifiſſa della Concezzione, dell'Ordine di S. Benedetto nel Monaſtero di Palma. Prodiere cum ejuſdem epiſtolis Agrigenti apud Felicem Marinum 1704. in 4. Hujus Sanctimonialis, famâ ſanctitatis celeberrimæ, diu confeſſiones excepit, ac ad excelſum perfectionis faſtigium ejus ſpiritum direxit.

PETRUS DE BLASIO Salemitanus, Juris utriuſque Doctor, parentibus Raphaele de Blaſio, & Diana Scannariato anno 1568. natus, Juriſprudentiæ operam dedit; & doctrinâ cumulatiſſimus, ætate adhuc florente, Judicem, ut vocant, Civilem egit in patria: anno verò 1600. apud Capitanei forum in eadem Urbe Judex ſedit. Panormum delatus inter præcipuos cauſarum Patronos effulſit; & meritis exigentibus anno 1608. Judicis munere in Panormitano Prætorio auctus eſt. Ter, nempè anno 1617. 1623. & 1626. in Magnæ Regiæ Curiæ ſubſellijs Judex conſtitutus; & eodem munere etiam in Conciſtorij Sacræ Regiæ Conſcientiæ Tribunali inſignitus, eximiæ doctrinæ edidit documenta. Siciliæ Moderatoribus acceptiſſimus, ad nonnullos etiam honorum gradus evectus eſt; & pertractandis gravioribus Regni negotijs adhibitus. Baroniam Dieſi ſibi acquiſivit; ac tandem Panormi fato ceſſit 23. Martij 1634. & in Eccleſia S. Joſephi Cler. Regul. depoſitus eſt. Evulgavit

Allegationes pro Illuſtre Domino D. Aleramo del Carretto Comite Gilerani, contra Carolum Imperatore, D. Franciſcum Pizzinga, & OEconimum Conventus S. Zitæ. Panormi apud Decium Cyrillum 1632. in 4.

PETRUS BLONDOLILLUS v. Petrus Braccerus.

PETRUS BLONDUS Meſſanenſis, Medicus Doctor, & Hiſtoricus: librum ſcripſit

De Mirabilibus Siciliæ.

De eo Petrus Carrera *in memor. hiſtor. Catanæ vol. 1. lib. 1. cap. 1. pag.* 12. ubi ait: opus Petri Blondi jam editum citari ab Octavio Archangelo *in chron. Catanæ m. s.* additque, anno 1636. Romæ ab eo diligentiſſimè perquiſitum hunc librum, at nunquam adinventum: Carolum verò Giangolinum ipſum certiorem feciſſe de libri editione, qui eumdem ſe legiſſe fatebatur. Id ipſum Carreræ confirmavit Joannes Baptiſta Giattinus Panormitanus Soc. Jeſu, addiditque, Blondum Meſſanenſem fuiſſe. Idem Carrera opus Blondi interum ex Archangelo citat *pag. 16. & 17.* ubi ante duo ſæcula floruiſſe tradit, nempè anno 1439. Citatur etiam à Carrera *pag. 45. & lib. 3. pag. 276.* ibique ex eodem Archangelo opus Blondi editum, & Alphonſo Regi dicatum ſcribit; citatque caput vigeſimum libri tertij, & ultimi. Demùm Carrera in Dialogo, cui titulus: *Il Bonanno pag. 54. & 55.* operis hujus meminit. Joannes Bap. de Groſſis *in Decacord. Catanen. tom. 1. cord. 2. mod. 1. pag. 29.* ex Archangelo teſtatur, Blondi opus inſcriptum eſſe: *De Admirandis Auditionibus Siciliæ ex Ageſianacis, & Adalphij voluminibus:* additque à Conſtantino Laſcare latinitate donatum. At quomodo vir Siculus Græcè ſcripſit an. 1439. cùm Græcæ literæ in Sicilia defecerant? Sed hac de re fides ſit apud relatos Auctores. Hujus operis etiam meminit Joannes Andreas Maſſa *in Sicilia, de Port. Siculis pag.* 252. *& de fluminibus pag.* 322. & Auguſtinus Inveges *in Appar. ad Annal. Siculos cap.* 2. *pag.* 53.

PETRUS BRACCERUS, agnomine BLONDOLILLUS, Panormitanus, Poeſi addictus vernaculâ linguâ carmina condidit laude digna. Ex Vincentio de Joanne *in Panormo Reſtaurata m. s. lib.* 2. litium fluctibus exagitatus, cùm ut ſua repeteret bona ſæpius Montemregalem juxta Panormum adiret, in itinere ab adverſarijs aggreſſus, ac verberibus contuſus, breviter vitam abſolvit Panormi, circa annum 1600. De eo Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis pag.* 265. ibique extant Siculo verſu

Canzoni Siciliane. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

PETRUS BRECHIXIUS Rachalbutenſis, Grammatices Profeſſor. Claruit anno 1616. De eo Petrus Angelus Spera *de nobilit. Profeſſo-*

rum Gramm. lib. 4. pag. 243. qui Petrum Brexi vocat. Edidit

Catalogum Verborum latinorum. Item Italicè *Indice Volgare di tutti li Verbi Italiani posti nel significato de' Verbi Latini, co'suoi Preteriti, e Supini, e Regole nel principio.* Utrumque opus prodijt Panormi per Joannem Baptistam Maringum 1616. in 8. Addit Spera, quòd Catalogum hunc *juxta Sompani Sidicini regulas primò instruxit, & anno 1621. Emmanelitica Syntaxi accommodavit, & nominum constructionem, atque inclinatum adjecit.*

PETRUS CAETANUS Panormitanus, Sortini Marchio, nobilissimo genere exortus, familiæ splendorem literarum lumine adauxit: Poesim præsertim coluit. Panormi decessit 2. Decembris 1675. & in Ecclesia S. Mariæ de Monte Carmelo sepultus est. Laudatur à Iosepho Galeano *in Musis Siculis par. 2. tom. 2. pag. 193.* ubi vernaculâ linguâ leges nostri Petri

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Iosephum Bisagnium 1662. in 12.

PETRUS CAETANUS Pactensis Sacerdos, & exinde Pactensis Ecclesiæ Canonicus. Vir literis ornatus in patria haud exigua æstimatione valuit: ibique è vivis excessit anno 1710. Edidit ex Stephano Mauro *in Messana cap. 9. pag. 69.*

Lucubrationes quamplurimas in honorem S. Febroniæ. Messanæ.

PETRUS CALANNA Thermitanus, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, S. Theologiæ Magister. Natus anno 1531. S. Francisci institutum amplexus est. Vir profectò eminentissimi ingenij, qui in Philosophicis, ac Theologicis studijs eximiam subtilitatem manifestavit. In nonnullis Academijs graviores disciplinas magno cum plausu docuit; magnam nominis famam assequutus. Eloquentiâ etiam insignitèr valuit. Obijt Thermis anno ætatis suæ 75. 19. Ianuarij 1606. & in Ecclesia proprij Cœnobij seorsim ab alijs sepultus est. Hujusce laudes recensent Philippus Cagliola *in manif. prov. Siciliæ Ord. Min. Conv. explor. 3. manif. 2. pag. 101.* Rocchus Gambacurta *in Foro Christiano p. 361. & 424.* Vincentius Solitus *in hist. Therm. tom. 2. par. 6. cap. 4. pag. 136.* & Jo: Franchinus *in Bibliosophia de Script. Min. Conv. n. 287. pag. 519.* Edidit librum inscriptum:

Philosophia Seniorum Sacerdotia, & Platonica, à Junioribus, & Laicis neglecta Philosophis, de Mundo Animarum, & Corporum. Panormi apud Jo. Antonium de Franciscis 1599. in 4. Italicè

Orationi ambi funebri nella morte del potentissimo Re Filippo II. Nostro Signore, composte, e recitate nella Città di Termine nella Chiesa Maggiore. Ibid. apud eumdem 1599. in 4.

PETRUS CALDARINUS, sive ut alijs placet CALDERONUS, Messanensis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, vir à doctrinæ profunditate celebris, in Philosophico, ac Theologico pulvere eximium ingenij acumen detexit: à virtutum ornamento increbuit etiam ejus nominis fama. Sacræ Theologiæ laureâ fuit insignitus, & tandem Antiochensis Episcopus (forlan Patriarcha) electus, decessit Messanæ 24. Novembris 1440. Jacet in Ecclesia S. Francisci, ubi in ejus laudem hoc legitur epitaphium, à Georgio Gualterio *in Tabul. Siciliæ pag. 83.* relatum.

Hìc jacet Reverendus Pater, & Dominus Frater Petrus Calderonus Episcopus Antiochensis electus, qui obijt anno Domini M.CCCC.XL.XXIIII. mensis Novembris, cujus anima requiescat in pace. Amen.

Laudibus exornatur à Petro Rodulpho *in hist. Seraph. lib. 2. pag. 280.* (qui anno 1444. summum diem clausisse tradit) Placido Samperio *in Iconolog. M. V. lib. 2. pag. 179.* Philippo Cagliola *cit. expl. 3. manif. 1. pag. 58. expl. 6. manif. 2. pag. 168. & manif. 12. pag. 185.* Stephano Mauro *in Mess. cap. 28. pag. 262.* & Luca Wadingo *in annal. Minor. tom. 1. an. 1222. n. 42. & tom. 5. an. 1444. n. 62. pag. 466.* qui citans Rodulphum, Antistetem vocat Messanensem, electum Antiochesem: at civem potius Messanensem dicendum. Scripsit

Commentaria in Oseam Prophetam.

PETRUS CANNIZZARIUS Panormitanus, patre Erycino ortus: ita ipsemet Petrus in libro *de Religione Panormi m. s. pag. 41. 145. & 779.* non patriâ Erycinus, ut ait Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag. 569.* Erycinum etiam putabat quondam amicus meus Vitus Carvinus Archipresbyter Erycinus, ut mihi datâ epistolâ scripserat; hoc autem firmabat auctoritate Pirri citati, Antonij Cordicis *in hist. m. s. Erycis pag. 110.* & Bonaventuræ Provensani *in hist. etium m. s. Erycis cap. 5. pag. 36.* addebat autem anno 1550. floruisse: ex hoc verò anno clarè deducimus, hunc Petrum Erycinum alium fuisse à nostro Panormitano, hic enim teste Pirro cit. obijt Panormi anno 1640. & ut multi Panormi superstites, quibus innotuit, testantur. Fuit Petrus Sacerdotio insignitus, Philosophiam, ac Theologiam à Fratribus Prædicatoribus in Cœnobio Panormitano S. Dominici accepit: Jurisprudentiæ etiam operam dedit, cujus laureâ ornatus est. Antiquitatum sedulus perscrutator multa moliebatur, at mors conatus dissolvit anno 1640. eodem enim anno Panormi decessit. Scripsit opus, cui nomen:

Religionis Christianæ Panormi libri sex, scilicet omnium Ecclesiarum fundationes, & earum origines, Sanctorum, Beatorum, ac Virorum famâ sanctitatis Illustrium Panormitanorum, ac qui laudis nomine ab hac vita discesserunt, & Urbis ejusdem Archiepiscoporum Vita &c. m. s. in fol. hujus authographum extat apud me. Citant autem opus sanè eruditum, sed adhuc rude, & non ad umbilicum perductum, Augustinus Inveges *in Annal. Panorm.* & Petrus Antonius Tornamira *in suis operibus*, ac nonnulla ejus fragmenta sæpius exscribere curarunt, Vincentius Auria *in*

Rosa

Digitized by Google

Rosa cœlesti p. 51. & in annot. ad Vitam B. Augusti. Novelli Bernardi Rieræ pag. 47. Petrus Tagnolettus *in Paradiso Seraphico par. 1. pag.* 508. Josephus Castelluccius *in Diario Panor.* passim, alijque.

Scripsit etiam

De Religione Dominicana.

De initio Quæsitorum, & eorum serie.

Hæc omnia, teste Pirro, Antonino Amico moriens reliquit.

PETRUS CAPACIUS Catanensis Sacerdos, amœnissimi ingenij vir, à politionibus literis commendatus. Obijt Catanæ in memoranda terræmotus clade 11. Januarij 1693. Edidit Italicè

La Forza della Gelosia, Comedia. Catanæ apud Joannem Rossum 1670. in 12.

La Giusta Incostanza Comedia. Ibidem apud Didacum Falsaperlam 1678. in 12.

L' Amorosa Gara Comedia. Ibid. apud Bisagnium 1680. in 12.

Scripsit etiam, sed non edidit

Il Prencipe Ermafrodito. m. s.

Canzoni Siciliane. m. s.

PETRUS CARRERA ex oppido Militelli in valle Neti, natus anno 1571. gravioribus disciplinis laudabiliter delibatis Panormi, Sacerdotali charactere insignitus est. Amœnioribus literis addictus Musas tum latinas, tum etiam Etruscas mirificè coluit. Vir Sicularum antiquitatum studiosissimus; & ex immensa voluminum, & manuscriptorum librorum lectione, amplissimam eruditionis gloriam adeptus, mirum in modum effluſit: adeo ut in Sicularum rerum cognitione vix parem habuit, dum vixit. Ideoque ab eruditione, animique virtute clarus, Dynastis, ac Nobilissimis Siculis gratissimus fuit: & præcipuos in re literaria viros in sui amorem traxit. Lucubrationum suarum Mœcenates habuit in clarissima Brancifortiorum familia apud Principes Buteræ, & Petræpertiæ. Præsertim apud Franciscum Brancifortium Petræpertiæ Principem, virum eruditione præclarum efflorui, qui liberalitate, ac patrocinio, benevolentiam sanè insignem Petro detexit. Joannæ Austriacæ ejus uxori etiam acceptissimus, ejus Capellanum egit. Nec minorem promeruit æstimationem apud Nicolaum Placidum Brancifortium Leonfortis Principem, & Racudiæ Comitem, cui à secretis fuit. Eodem etiam munere insignitum voluere Montisalbani Duces ex nobilissimo Bonannorum genere, quibus pergratus vixit. In latrunculorum ludo fuit apprimè eximius: nec sibi equalem adinvenit: novum verò ludi genus ea in re adinvenisse tradunt. Panormi, Romæ, ac Neapoli aliquando diversatus, his in Urbibus eruditionis lumina effudit. Demum anno ætatis suæ 76. Messanæ decessit 18. Septembris 1647. in magno Messanensi Nosocomio. Emeritis laudibus Petrum exornant Rocchus Pirrus *in lib. 2. Siciliæ Sacræ pag.* 460. *in not. Eccles. Syrac. pag.* 251. *& not. Eccl. Mazar. pag.* 544. Marius Tortellus in libro: *Madrigali*, Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis cap.* 10. *pag.* 83. & alibi sæpiùs, Joannes Baptista de Grossis *in Decac. Catan. tom.* 1. *pag.* 2. & passim. Hujus etiam meminit Philippus Labbeus *in Biblioth. Nummaria par.* 1. in calce Catologi librorum Antonij Teisserij *pag.* 456. Publicè luci consignavit

Variorum Epigrammatum libras Tres. Panormi typis Erasmi de Simeone 1610. in 8. Recognitos, & auctos; additis præterea Eclogis, Odis, & Elogijs, prodiere Venetijs apud Joannem Baptistam Ciottum 1612. in 12.

Italicè

Il Gioco de' Scacchi divisa in otto libri, ne' quali s' insegnano i precetti, le uscite, e i tratti posticci del Gioco, e si discorre della vera origine di esso. Militelli apud Joannem Rosum 1617. in 4. Contra hunc librum scripsit Alexander Salvius Apologiam editam Neapoli apud Joannem Dominicum Montanarum 1634. in 4. Cui Carrera sub nomine Valentini Vespai respondit, ediditque librum inscriptum:

Risposta in difesa di D. Pietro Carrera contro l' Apologia di Alessandro Salvio. Catanæ, apud Joannem Rosum 1635. in 4.

I Tre Libri dell' Epistole di Gio: Tomaso Moncada Conte d' Aternò, tradotti dalla lingua Latina nell' Italiana. Militelli apud Ioannem Rossum 1620. in 16.

Annotationi, e Dichiarationi sopra dette Epistole. Ibidem apud Joannem Rossum, & Franciscum Petronem 1622. in 16.

Il Mongibello Descritto in Tre Libri, nel quale, oltra diverse notitie, si spiega l' historia degl' Incendi, e le cagioni di quelli. Vi si narrano ancora i miracolosi effetti contra il fuoco seguiti per virtù del Sacro Velo della Gloriosa S. Agata. Catanæ apud Joannem Rossum 1636. in 4.

Poesie pertinenti alle materie di Mongibello, e del Sacro Velo della Gloriosa S. Agata. Ibidem apud eumdem 1636. in 4.

Delle Memorie Historiche della Città di Catania Volume Primo, nel quale in quattro libri si discorre dell' Antica Origine, e Sito di essa, degli Edifici, Pertinenze, Inscritioni, Medaglie, & Avvertimenti insino al tempo di Christo N. S. compresi. Vi s' aggiungono ancora l' Epistole di Diodoro con le Annotationi del medesimo D. Pietro Carrera. Ibidem apud eumdem 1639. in fol.

Delle Memorie Historiche della Città di Catania Volume Secondo, nel quale in quattro libri si discorre della Vita, Traslatione, Miracoli, e altre pertinenze della Gloriosa S. Agata; a cui per fine s' intesse una variata Ghirlanda di poetici fiori. Ibidem apud eumdem 1641. in fol.

Volumen Tertium jam prælo paraverat, sed non ediditsnam in eo de nobilibus familijs Catanensibus peragebat: at ne contentiones, & jurgia orirentur, priusquam in lucem emitteret; perpetuæ oblivioni tradidit est.

Della Famiglia Tedeschi libri Tre. Ibid. apud eumdem 1642. in 4.

Discorso sopra quella scrittura di quattro figli,

che

che in fronte hà tal titolo : L' Antichità di Scicli anticamente chiamata Caſmena , Seconda Colonia Siracuſana deſcritta da F.D. Mariano Perello. Ibid. apud eumdem 1641. in 4.

Riſpoſta, e Cenſura contro le oppoſitioni di F. D. Mariano Perello. Meſſanæ apud Jacobum Matthæi 1643. in 8.

Zizza Idillio Paſtorale. Ibidem apud Joannem Franciſcum Blancum 1623. in 12.

Il Bonanni Dialogo. Ibidem apud Petrum Breã 1625. in 12.

Eſercitio Quotidiano , col quale ciaſcheduna hora della vita ſi diſtribuiſce in ſervitio di Dio. Militelli apud Joannem Roſſum 1622. in 12.

L'Antica Siracuſa Illuſtrata . Meſſanæ apud Petrum Bream 1624. in 4. Hoc opus ſub nomine Jacobi Bonanni editum, à Carrera ſcriptum putant nonnulli; quòd ipſemet Carrera prodit *in hiſt. Catanæ Vol. 1. lib. 1. cap. 1. pag. 8. & lib. 4. pag.* 410. at conſule quæ de Bonanno ſcripſi *tom. 1. hujus Bibliothecæ pag.* 297. ubi ex Ioanne Vigintimillio *in Poetis Siculis cap. 5. pag.* 29. & 30. Carreræ jactantiam exprobavi: hanc meam ſententiam perhumaniter amplexus! eſt vir ſummus Michael de Judice Abbas Caſinenſis *in obſerv. ad apparatum annal. Siculor. Auguſtini Invegij pag.* 95. Multa Carreram, Bonanno ſubminiſtraſſe, ut opus conderet, credibile eſt: at omnia è Carreræ penu prodijſſe , fidem non mereri puto.

Nonnulla etiam ſcripſit, ac m. ſs. reliquit; hæc verò ſunt:

Paſſopedia latinis carminibus expreſſa, nempè de Ludo Latrunculorum. Ex Mario Tortella *in diſcurſu de Latrunculorum ludo* , edito in libro ejusdē Carreræ inſcripto: *Il Giuoco de' Scacchi.*

Vigintimilliades Poema in natalitijs Joannis III. Marchionis Hieracis . Servabatur authographum ab Auguſtino Donato Meſſanenſe ex Clericis Regularibus: exemplar verò m. s. apud Marchiones Hieracis; ipſum citat D. Rogerius Vigintimillius *in Geneologia Comitum Hieracenſiú pag.* 61.

Bucoliaſmus, ſive Ravanuſa, Poema. De eo idem Carrera *in hiſt. Catanæ vol. 1. pag.* 503. Extat m. s. Panormi in Bibliotheca Vincentij la Farina Marchionis Madoniæ.

Italicè

Hiſtoria di Militello nel Val di Noto di Sicilia. Hanc citat Ioānes Baptiſta de Groſſis *in decac. Cat. tom. 1. pag.* 136. cujus fragmentum ſervatur Meſſanæ in Bibliotheca Clericorum Minorum: ut etiam extabat Catanæ in Bibliotheca Monaſterij S. Nicolai de Arenis Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis.

Il Sicilianiſmo . Hoc in libro de Scriptoribus Siculis egit: opus à me diu perquiſitum, ſed irrito labore : exiguum ejus fragmentum ſervatur in memorata Bibliotheca Meſſanenſi Clericorum Minorum. Pluries citatur à Joanne Vigintimillio *de Poetis Siculis* , qui *pag.* 46. teſtatur, quod tunc ſervabatur apud Petrum Anſalonium Meſſanenſem ex Clericis Regularibus Minoribus: ipſeque Anſalonius idem opus citat *in ſua familia Anſalonia pag.* 264. ut etiam Placidus Reina *in not. hiſtor. Meſſanæ par. 2. pag.* 187. Opus in lucem edere promiſerat idem Carrera *in epiſtola nuncupatoria ad epiſtolas Joannis Thomæ Moncadæ*, ut etiam in *adnotationibus pag.* 163. & 167. De eo etiam celeberrima Acta Eruditorum Lipſiæ *an.* 1708. *pag.* 537. ex his quæ innui in præfatione ad hanc Bibliothecam *pag. VIII.*

Chiarezze Hiſtoriche di Sicilia Libri Tre . Horum authographum extabat Catanæ in Bibliotheca Seminarij Clericorum, cui dono dederat Sanctorus Oliva , Canonicus Catanenſis , unà cùm ejus Bibliotheca: at poſt terræmotum anni 1693. periere: eorumdem exemplum ſervatur apud Innocentium Roccafortem Panormitanum, Eccleſiæ Catanenſis Canonicum. De hoc opere intellige , quæ ſcripſit Michael de Judice ſupralaudatus *in obſerv. ad appar. annal. Siculorum Auguſtini Invegij pag.* 102.

Varij Componimenti Poetici. m. s. in 4. In Bibliotheca Patrum Caſinenſium Catanæ.

Vite di Quattro Religioſe di ſanti coſtumi , e frà eſſe di Suor Prudentiana Bellardita di Militello, ſorella dell'Illuſtr. D. Paulo Bellardita Veſcovo di Lipari. m. s. in 4. In Bibliotheca Capuccinorum Militelli.

La S. Agata Rapreſentatione. m. s. in 4. in eadem Bibliotheca.

Relatione d'un meravigliosó caſo d' un' Anima del Purgatorio, avvenuto in Militello l'anno 1621. Meſſanæ in Bibliotheca Clericorum Minorum.

Annali di Sicilia. Opus hoc pluribus voluminibus digeſtum aſſervabatur in eadem Bibliotheca; ſed furto ſublatum. Habes ibidem tantùm aliud *fragmentum hiſtoriæ Siculæ.*

PETRUS CICER ex oppido Caſtriregalis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor , humaniorum literarum Profeſſor, floruit anno 1605. quo edidit opus inſcriptum:

Pars Prima Campi Grammaticorum, in qua de univerſis Grammaticæ regulis agitur, de varijs loquendi formis, ac de Dialogo, in quo eſt Æmulus dubia poetica proponens, & Magiſter reſpondens. Meſſanæ apud Petrum Bream 1608. in 8.

Secunda Pars Campi Grammaticorum , in qua agitur de varia verborum ſignificatione . Meſſanæ ex officina Petri Breæ 1605. in 8.

Sententiæ, Proverbia , ſeu dicta ad omnium usú pertinentia. Ibid. apud eumdem 1605. in 8.

PETRUS CLEMENS Leontinus Poeta, Siculis numeris multa cum laude concinnavit. Floruit Panormi anno 1594. Scripſit vernaculâ linguâ

Hiſtoria dell'armata Turcheſca venuta nel Canale di Meſſina. Meſsanæ 1593. in 8. ſine typographi nomine.

Vita, Martirio, e Morte della Glorioſa S. Ninfa Panormitana, con la pompoſa entrata in queſta Feliciſſima Città di Palermo. Panormi 1594. in 8.

Hiſtoria di quando Lucifero fú diſcacciato dal Paradiſo, con la creatione di Adamo , & Eva, e il

Dil-

Digitized by Google

Dilluvio di Noè. Ibid. apud Alphonſum de Iſola 1628. in 8. & apud Coppolam 1670. in 12.

Il Maraviglioſo ſucceſſo, & horrenda caduta del Ponte della Felice Città di Palermo. Ibidem apud Joannem Ant. de Franciſcis 1591. in 8.

Canzoni Spirituali ſopra il SS. Sacramento dell' Eucariſtia, e della Paſſione di Chriſto N. S. in tre parti. Ibidem apud Roſſellum 1630. in 8.

La Vittoria attenuta da D. Gio. d' Auſtria contro li Turchi nel 1575. ut ipſemet innuit in caſu Pontis: at non vidi.

PETRUS COMES Meſſanenſis Soc. Ieſu, natus anno 1636. cùm ad Societatem acceſſiſſet, in ea ingenio, doctrinâ, & eruditione claruit. Magno cum plauſu Philoſophiam, ac Theologiam docuit; nunc autem in Collegio Meſſanenſi præeſt ſtudiorum Præfectus, ac ſui opinionem adauget. Eſt & in Diœceſi Meſſanenſi Examinator Synodalis, & librorum cenſor. Edidit

Tria omnibus ad unum Eccleſiaſticis benè utilia. Opuſcula, de Privilegiorum ad Hebdomaticum, Miniſtrumq; Officium, Miſſamque ſpectantium communicatione, & exemplo; ac de feſtorum ad libitum Translatione, deque eorumdem cum alijs vel ad libitum, vel translatis contentione, & occurſu, à Juris humani, & divini ſcientiaq; Theologicæ normam conſulto exacta. Lugduni apud Antonium Boudet 1705. in 4.

Cursū Philoſophicū, ac Theologicū typis parat.

PETRUS CORDICIUS Erycinus, medicus eximius. Diu in oppido Corilionis medicinam fecit. Panormi ſupremum clauſit diem. Floruit anno 1630. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 569. qui ſcripſiſſe teſtatur: *Plurima volumina de re medica*, quæ extabant apud P. Franciſcum à Corilione Capuccinum ejus filiū. Antonius Cordicius *in hiſtoria m. ſ. Erycis lib.* 4. *cap.* 27. hæc diſtinctè ſcripſiſſe fatetur, quæ m. ſſ. vagantur: horum tituli ſunt:

De Præparatione materiæ in toto, & in partibus ad concotionem, & expurgationem, & de præparatione viarum. Pars prima.

De ſenſibili evacuatione materiæ morbificæ diverſæ à ſanguine à toto corpore per medicamentum purgans per alvum, vomitum, lotium, & ſudores. Pars ſecunda.

De ſenſibili evacuatione materiæ morbificæ diverſæ à ſanguine à partibus omnibus noſtri corporis. Pars Tertia.

De ratione victus agrotantium, præſertim circa cibum, & potum, cum duplici indice altero capitum, altero rerum. Pars Quarta.

De rebus præter naturam, ideſt de morbis, cauſis, & ſymptomatibus. Pars Quinta.

De febribus in genere, & ſpecie, altero modo per compendium diſpoſitis, altero verò per extenſum enucleatis. Pars Sexta.

Methodus medendi. De arte colligendi. Pars Septima.

Compendium continens in verſu tractatum de conſervatione virtutis, de præparatione materiæ ad coctionem. De purgatione materiæ morbiferæ in genere, & ſingulis partibus corporis. De præparatione materiæ fluendæ ad partes, de reſolutione materiæ morbiferæ contenta in partibus.

PETRUS CORILANZA v. Ioannes Petrus Corilanza *tom.* 1. *pag.* 359.

PETRUS CORSETTUS nobilis Panormitanus, vir ſanè à doctrinâ, obitiſque muneribus celebris. Patre Octavio Corſetto (de quo ſupra *pag.* 111.) ortus, à teneris unguiculis literarum ſtudia amplexus, ſtatim in harum curriculo mirabiliter progredi viſus eſt: ingenio enim vividiſſimo, ac memoriæ fœcundiſſimæ, ſtudium nūquā intermiſſum annectens, mirum in modum profecit. Parentis exemplo Juriſprudentiæ addictus, ſupra alios Juris candidatos doctrinâ cumulatiſſimus refulſit: ac forenſibus cauſis patrocinium præſtitit. Hinc eximia cum prudentiæ, doctrinæ, ac integritatis laude ad omnes Juriſprudentiæ honores gradatim evectus eſt: pluries enim in Panormitano Prætorio ſedit Iudex; ut etiam in Conciſtorij Sacræ Regiæ Conſcientiæ Tribunali; ac ter in Magna Regia Curia. In ejuſdē Magnæ Regiæ Curiæ ſubſellijs; ut etiam in Regij Patrimonij foro, Fiſci Patronū egit. Exinde à Rationibus Regijs Magiſter electus: mox Tribunalis Conciſtorij Præſes conſtitutus eſt anno 1615. His autem in muneribus non ſine admiratione, ac plauſu animum ab omni aviditate liberum patefecit. In omnibus audiendis facilis: in veritate perſcrutanda oculatiſſimus: ac in decidendis jurgijs æquiſſima rectitudinis jura ſervavit. Ideoque Petri doctrinâ, vitæque probitate undique proclamatâ, Philippus IV. Catholicus Rex virum egregium ad Hiſpanam Aulam accerſivit anno 1620. ut in Supremo Italiæ Concilio Regentis munere præluceret: ibique ſingularem ejus doctrinæ præſtantiam Hiſpani omnes magna cum veneratione demirati ſunt. Hinc Regij Patrimonij Præſes electus eſt, permagnis æſtimationis argumentis proſequutus. Inter graviſſimas Fori curas amœnioribus literis animum refecit; ideoque Panormitanam Accenſorum Academiam, jam extinctam, ut inmi tom. 1. pag. 1. anno 1622. inſtaurare ſummoperè ſtuduit, cui Reaccenſorum nomen impoſuit: & ut honeſta æmulatione literarum exercitia foveret, in ejus albo eminentiora Siciliæ ingenia adſcribi curavit, ut infra ſuo loco. In ea Princeps electus, ſæpiùs Muſis indulgens, eximia ingenij monumenta cum laude protulit. In Octavij filij beneficium, ac familiæ ſplendorem Comitis Villaltæ titulum obtinuit, ex privilegio dato Matriti 13. Maij 1628. Defunctâ uxore Laurietta Tignoſo nobili fœmina anno 1636. ut Fori clamores declinaret, ac ſibi, Deoque viveret, ad clericalem militiam trāſijt. Sed ne Regia Philippi Monarchia, Petri doctrinâ deſtituta, tantam pateretur jacturam, laudatus Rex Magnæ Regiæ Curiæ Præſidem delegit: & ne Sacerdotij dignitas obſiſteret, Oratoris ſui operâ ab Urbano VIII. Pont. Max. obtinere curavit, ut ad illud dignitatis faſtigium, etſi Sacerdos, aſcen-

Digitized by Google

ascenderet, & Iustitiæ leges expleret. At dum hæc expediebantur, immutato Regis consilio, præter omnium opinionem, anno 1638. Episcopum Cephalædensem designavit. Statim ac Pastoralis muneris nuncium Petrus accepit, ut Ecclesiam sibi creditam sanctè regeret, antementis suæ oculos sanctissimi regiminis canones sibi præfixit; librumque scripsit, cui nomen: *Episcoporum Idea.* Romam delatus, ac ob doctrinæ, & integritatis celebritatem, honorificè exceptus, die Nativitatis S. Ioannis Baptistæ, quo die duos ante annos uxor decesserat, Ecclesiæ Cephalædensi desponsatur. Cephalædium Pontificali more ingressus 20. Augusti, statim in moderanda Ecclesia, præclarissimi, ac sanctissimi Præsulis partes detexit; adeò ut brevi temporis lapsu sui venerationem excitaverit. Omnium mores expolire, & Ecclesiasticam disciplinam instaurare curavit. Sacrarum rerum studia impensè coluit: Catholicæ Fidei rudimenta in Cathedrali templo pueros cum omnium admiratione publicè docuit. Chorum, ut sacris officijs adesset, frequentare, lites dirimere, ac pauperum inopiam sublevare curavit. Ut Dominicæ Passionis memoriam Fidelium cordibus jugitèr inscriberet, cruces nonnullis in locis extra Urbis mœnia erexit, quarum ultimam, indicta supplicatione, in pietatis argumentum ipse proprijs humeris delatam extulit, & è populorum oculis lachrymas eduxit. Dum verò ab omnibus sæculi curis alienus vivebat, ne in Sicula politia aliquid tanto viro deesset, ad Siciliam moderandam vocatus est; discidente etenim anno 1640. D. Francesco de Mello Comite Assumaris, Siciliæ Prorege, Regni guberniũ in rebus politicis (militania enim negotia Raymundo de Cardona, Castri ad mare Panormi, Moderatori Rex adscripsit) nostro Petro demãdavit; ideoque in Regni possessionem immissus Panormi 23. Augusti 1640. Siciliæ clavum rexit usque ad adventum novi Proregis 16. Iunij 1641. eaque prudentiæ laude rexit, ut Regis laudes pluries promeruerit, datis literis Matriti 21. Decembris 1641. & 18. Ianuarij 1642. Inde pietatis officia prosequutus, egregij Præsulis exempla reliquit. At senio gravatus, ut animum ab omnibus curis solutum ad feliciorem vitam componeret, liberè Episcopalem insulam Regi reddidit anno 1643. ac in patriam secessit; paviciſq; elapsis mensibus 23. Octobris 1643. absoluto incruento sacrificio, apoplexiâ confossus Panormi decessit, relictâ perenni nominis famâ. Funus magnâ pompâ celebratum, & in suæ familiæ sacello, quod ipse instauraverat, in Ecclesia S. Citæ Ord. Prædicatorum conditus, hoc Epitaphio ab Octavio Corsetto, Comitæ Villaltæ ejus filio, cohonestatus est

D. O. M.

Parenti optimo Incomparabili D. Petro Corsetto Episcopo Cephalud. in Reip. luce dignitate, ac magistratibus aucto. Totius Regni Proregi Gub. & Generali armorum Moderatori, sepulchralis honoris memoriam, quam idem paterni sacelli instaurator contempsit, septuagenario majori moriens anno M. DC. XLIII. Octavius Corsettus filius Comes Villaltæ, Pietatis, & officij memor, restituendam curavit. An. M. DC. XLVI.

Panormitana Reacceſorum Academia eximio Parenti justa persolvit, in ejusque laudem multa edidere in ejusdem aloo adscripti, & in Petri exaltationem Vincentius Tortoretus latinam dixit orationem. Ipsum etiam laudant Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Messan. pag. 259. in not. Eccl. Cephal. pag. 470. & de Abbatijs pag. 79.* Franc. Baronius *de majest. Panor. lib. 1. cap. 7. pag. 60. cap. 12. pag. 115. & lib. 3. cap. 5. pag. 120.* Vinc. Auria *in hist. Cephalud. pag. 82. & in hist. Chronolog. Proregum Siciliæ pag. 85. 105. 106. 301. & 303.* Iosephus Galeanus *in carmin. lyric. pag. 50. & seq.* Gil Gonzales de Avila *in Theatro Matritensi pag. 448.* Benedictus à Passaflumine *de orig. Eccl. Cephal. p. 79.* Bernardus Collis *in oratione funebri*, in ejus morte edita Romæ an. 1644. Vinc. de Ioanne *in Panor. triumph. pag. 126.* Petrus Ansalonius *de sua familia pag. 211.* Io. Bap. Vallegius *in carm. pag. 26. & 27.* Petrus de Grassis *in epist. nuncup. tractatus de effectibus amicitiæ Caroli de Grassis*, quem Petro inscripsit, Thomas Aversa *in Curia inter Sylvas pag. 164.* Marius Giurba *in consuetud. Messanæ cap. 2. Glos. 1. par. 1. n. 19.* Franc. Salernus *consil. 3. n. 199. pag. 112.* Franc. Ant. Costa *in epist. nuncup. consiliorum*, Ioannes Castagna *quæst. 1. n. 155.* alijque multi. Edidit

Propugnationem Vectigalis asportantibus sericum è Messanæ portu indicti. Panormi typis Angeli Orlandi, & Decij Cyrilli 1613. in 4.

Problema politicum, quod Octavius, sive de Magnanimitate inscribitur, Octavij Corsetti Junioris. Ibid. apud Io. Antonium de Franciscis 1612. in 4. Etsi sub nomine Octavij Corsetti, at nostri Petri fœtum esse scimus.

Ideam Episcopi graphicè adumbratam. Ibid. ex typographia Decij Cyrilli 1637. in 4.

Annotationes ad Consilia feudalia Octavij Corsetti, Patris. Ibid. apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1616. in fol. & iterum apud Cyrillum 1646. in fol.

Synopsim errorum præcavendorum ab Episcopo in functionibus tum Ordinis, tum Jurisdictionis. Ibid. apud Cyrillum 1646. in fol.

Allegationes pro Regio Fisco. Ibidem apud Io. Ant. de Franciscis 1628. in 4.

Sententias Breviores ex vitis parallelis Plutarchi. Ibidem apud Alphonsum de Isola 1636. in 24.

Consilia quatuor apud Baronium in Consilijs diversorum Siculorum super privilegium Fel. Urbis Panormi, quod Fiscus non possit principaliter agere contra Cives. Ibid. apud Maringum 1656. in 4.

Constitutiones Synodales editas in pervigilio Præsentationis B. Semper Virginis Mariæ anno Domini M. DC. XXXXI. Ibid. apud Petrum Coppolam 1642. in 4.

Italicè

Di-

Digitized by Google

Discorso de' Spogli delle Chiese vacanti in Sicilia. Panormi 1634. in fol.

Scripsit etiam

Politiam Sicilienſem. Hanc citat Auguſt. Inveges *in Panor. antiqua pag.* 494. *&* 500.

Compendium in Summam D. Thomæ. extat m.s. in Bibliotheca Collegij Panormitani Soc. Jeſu.

Penu Politicum opus magnum.

De re bellica.

De Machinis.

De Ludis.

Carmina etruſca, & latina.

De Sacramentis.

De Cenſuris.

De Chriſtiani Hominis Officijs.

Italicè

Orazioni, e diſcorſi Accademici. In his

Diſcorſo Accademico per la naſcita del Prencipe delle Spagne.

Orazione funebre per la morte di D. Ferdinando Alfan de Ribera Marcheſe di Tarifa detta nell' Accademia de' Raccesi di Palermo. Hujus meminit Joannes Baptiſta de Iudice Fieſcus *in vita ejuſdem Ferdinandi pag.* 22.

Hæc apud hæredes ſervantur.

PETRUS DISCORDANUS, ſive CALZOLARIUS, Catanenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, qui ex Roccho Pirro *in not. Eccl. Cat. pag.* 95. & Jo: Baptiſta de Groſſis *in Decacord. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 152. ſcripſit librum:

De Viris Illuſtribus Catanenſibus.

PETRUS DONZELLA Terranovanus, Juris utriuſque Doctor; vir ab amœnioribus literis ſpectatiſſimus: nonnullorum Siculorum Principum à ſecretis fuit. Muſas Siculas, Etruſcas, & Latinas egregiè coluit magna cum laude. Floruit anno 1640. Ipſum laudant Petrus Carrera *in epigram. lib.* 3. *pag.* 167. Jo. Bapt. Vallegius *in carm. pag.* 71. & Ioſephus Galeanus *in Muſis Siculis to.* 2. *par.* 2. *pag.* 212. ibique leges vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Ioſephum Biſagnium 1662. in 12. & in libro: *Raccolta di canzoni Siciliane.* Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ 1638. in 12. *à pag.* 25. *&* 33.

Canzoni Siciliane Burleſche. In Muſis Siculis par. 3. Ibid. apud Ioſephum Biſagnium 1651. in 12.

Il Crotolo Idillio. Hunc citat Vallegius cit. in Poemate inſcripto *Lelvaggio pag.* 54. ac m. s. ſervabat Ioſephus Galeanus.

PETRUS DONZELLA Panormitanus, natus 9. Aprilis anno 1650. Bibliopolæ munus laudabiliter agit. Anno 1676. 3. Maij, unà cum alijs viris pijſsimis, Sodalitium, ſub nomine Unionis SS. Nominis Mariæ Virginis, in Panormitano Cœnobio S. Dominici Ordinis Prædicatorum, fundavit, in quo ſummo ſtudio cultus, ac varia amoris officia erga Deiparam foventur. Vivit Panormi dum hæc typis traduntur anno 1712. pietate, ac morum integritate munitus. Ad excitandam pietatem collegit, ediditque Italicè:

Li Sacri Odori di varij eſercitij di divozione dirizzati alla Puriſſima Vergine Noſtra Signora Maria dalli Fratelli dell' Unione del Suo Santiſſimo Nome, eretta in S. Domenico di Palermo. Panormi apud Jacobum Epirum 1683. in 12.

Faſcetto di varie divozioni per innanzi, e dopo la Santa Confeſſione, e Communione, con altre divozioni. Ibidem apud Angleſem, & Vaieſem 1690. in 24.

Saggio degli Applauſi feſtivi per la Canonizzazione del Glorioſo S. Gio. di Dio della Nobile Profeſſione delli Librari, ſingolare ornamento, e loro Protettore dilettiſſimo. Ibidem apud Thomam Rumolum 1691. in 8.

Tributo di lodi da pagare alla Gran Vergine, e Madre di Dio Maria, acciò ci protegga nell'orribile punto della morte. Ibidem apud Rumolũ 1691. in 24. iterum ſub titulo: *Coronella per lodare il nome dolciſſimo di Maria Noſtra Signora.* Ibid. apud eumdem 1698. in 24.

Divoti Eſercitij, e Rigole in honore del SS. e dolciſſimo Nome di Maria Vergine, ad uſo de' Fratelli dell' Unione, ſotto titolo dell' iſteſſo nome, fondata in S. Domenico di queſta Felice Città di Palermo. Ibidem apud Dominicum Anſelmum 1678. in 12. & apud Adamum 1698. in 12.

Breve Modo di recitare il SS. Roſario di Maria Vergine Madre di Dio Noſtra Signora. Ibidem apud Joannem Bap. de Aiccardo 1703. in 12.

Sacro Incenſiero di varie orazioni per apparecchiarſi a far bene la Sacra Confeſſione, e Communione. Ibidem apud Stephanum Pitimum 1712. in 24.

Habet ſub prælo

La Sacra famiglia riverita, overo la Settimana ſantificata con divote orazioni ad honore di Gieſù, Maria, Giuſeppe, Gioachino, ed Anna: con un breve modo di fare la SS. Confeſſione, e Communione, e con la guida dell' Arcangelo S. Michele, ed Angelo Cuſtode. in 24.

Il Donzello Divoto operetta, che contiene vario orazioni innanzi, e dopo la Santa Confeſſione, e Communione, col Roſario di Maria Vergine, e la Corona delle SS. Piaghe di Gieſù, e del Nome di Maria Noſtra Signora. in 24.

PETRUS DRACO Panormitanus, Societatis Ieſu, cui quatuor votorum Sacramento ſe alligavit. Præter humaniores literas per annos duodecim Rhetoricam docuit eâ doctrinâ, eoque auditorum progreſsu, ut pœnè omnes hujus facultatis magiſtros efformaverit egregios. Diſcipulos verò nedum literis erudivit, verùm etiam morum elegantiâ exornare curavit: ideoque ejus Scholam tanquam virtutum tyrocinium proclamabant omnes; ejus enim diſcipuli, ad virtutum regulas inſigniter compoſiti, mirificè effulgebant. Sodalitium S. Mariæ de Fervore in Collegio Panormitano diu rexit, in eoque pietatis flammas verbo, & exẽplo mirificè accendit; adeo ut innumeri relictis ſæculi illecebris, ad varios Regularium Ordins

Digitized by Google

convolaverint, quos & postomodum sanctè moderati sunt. Omnibus profuisse compertum est; ejus enim modestia, sanctimoniæ tessera, omnes ad rectam vivendi regulam excitabat. Virtutibus effulsit egregijs, quorum ope ad eminentem probatissimæ vitæ fastigium elatus est. Obijt Panormi 8. Novembris 1647. Prodijt opus ejus posthumum Italicè inscriptum, nempè:

Brieve Compendio della Vita del B. Luigi Gonzaga. Panormi apud Petrũ de Isola 1675. in 24. Suppresso nomine, & iterum appositio nomine apud Jacobum Epirum 1685. in 24.

PETRUS DRACO Nesitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, concionator eruditione, & eloquentiâ clarus. Decessit Nesi circa annum 1710. Edidit Italicè

Della Vita, e Glorie di S. Cono Abbate Basiliano Cittadino, e Protettore di Naso operetta istorica. Messanæ apud Amicum 1698. in 12. Panormi apud Adamum 1699. in 12. & ibidem apud Josephum Gramignanum 1703. in 12.

PETRUS EMMANUEL Panormitanus Sacerdos, à Mathematicis disciplinis celeberrimus; in his enim versatissimus fuit; & tanquam ævi sui oraculum existimabant viri omnes doctrinâ ornatissimi. Tum Panormi, tum extra Siciliæ limites digressa nominis sui fama, ubiq; laudes promeruit summas: & in difficillimis quæstionibus ipsum datis literis consulebant eruditissimi Mathesis candidati. Etsi tanto viro non defuerint æmuli; at invidiæ æstus, ac convicia, quibus nonnulli ejus celebritatem inumbrare tentarunt, præclarissimo ejus nomini nec minimùm offecere. Chimicæ arti operam dedit, ac longo studio tandem ex infimæ conditionis metallis aurum, argentumque conflasse prædicat rumor non inglorius: at eo studio mortis causam sibi maturavit; nam ex sulphureo fumo læthali morbo contracto, defecit Panormi vir morum integritate, & doctrinâ præclarissimus, 9. Octobris anno 1669. Ipsum laudat Honuphrius Puglisius *in sua arithmetica pag.* 12. Edidit Italicè

Risposta alli Quesiti di Benedetto Maghetti. Panormi apud Antonium Martarellum 1641. in fol.

Lettera in difesa d' un Problema Geometrico risoluto da D. Pietro Emmanuele. Ibid. apud Decium Cyrillum 1645. in 4.

Hispano idiomate:

Discurso, en que propone, y resuolve algunos problemas Astronomicos, Hidographicos para conoçer la longitud en el Arco Equinoçial desde el meridiano, por facilitar los Vaxelles en la navigaçion. Ibid. apud Petrum de Isola 1661. in 4.

Nonnulla etiam mathematica opera scripsit, inter quæ opus egregium

De Triangulis, quod semper secum deducebat; verebatur enim Plagiorum manus: at cum ejus morti adesset N. N. hunc librum, cum alijs ejus lucubrationibus m.s. sibi accepit, quæ nunc apud inscium quemdam delitescunt.

PETRUS EMMANUEL Panormitanus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, & Concionator disertissimus, cujus eloquentiam eruditio non vulgaris, floribus consperſa, exornavit. In prædicto Ordinis sui Cœnobio per plures annos præter Theologicas, ac Philosophicas disciplinas, Rhetoricam Ecclesiasticam docuit. Obijt Panormi 5. Octobris 1671. in Cœnobio S. Citæ. Edidit Italicè

Orto di Maria, Sermoni del SS. Rosario fondato sopra le piante dell' Ecclesiastico. Parte Prima, che contiene li cinque Misterj Gaudiosi, con l'orazione per il giorno festivo di quella sollennità. Panormi apud Bosium 1669. in 12. Secundam, ac Tertiam partem promittebat.

La Rosa Trionfante, cioè Relazione della Solennitá fatta in Palermo nel Convento di S. Cita dell'Ordine de' Predicatori alli 16. di Settembre dell'anno 1668. per occasione della Beatificazione di Rosa di S. Maria del Terz'Ordine di S. Domenico. Ibidem apud Didacum Buam, & Petrum Camagnam 1669. in 4. suppresso nomine.

Tesoro de' Miracoli del SS. Rosario di M.V. con l'aggiunta dalla Quinta Parte. Panormi apud Augustinum Bosium 1661. in 4. recusum cum additionibus Hyacinthi Campoli Messanensis Ordinis Prædicatorum. Messanæ apud Vincentium Amicum 1698. in 4.

PETRUS FLACCOMIUS. v. Joannes Petrus Flaccomius tom. 1. pag. 359.

PETRUS FONTANETTA ex oppido Bisaquini, nobili genere ortus 5. Januarij 1661. ex Philippo Fontanetta, & Antonia del Bosco; Abbas S. Andreæ in oppido Bibonæ, Prothonotarius Apostolicus, ac Vice-Prior Prioratus, & Abbatiæ S. Mariæ de Burgitabus. Exactis cum laude studiorum spatijs, Sacræ Theologiæ, & Jurisprudentiæ lauream assequutus est. Ne otio torperent ejus ingenij vires, Rhetoricæ præcepta, Philosophiam, Theologiam, ac Pontificia, Cæsareaque Jura in patria docuit. Sacram etiam eloquentiam coluit, & non sine suorum laude sæpiùs conciones habuit: ac quadragesimale curriculum confecit in oppidis, urbibusque Bibonæ, Corilionis, Alcami, Marsalæ, Burgij, Clusæ, Bisaquini, & Partannæ. Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Monteregalensis SS. Salvatoris electus, sponte dignitatem renunciavit. Vivit in patrio oppido hoc anno 1712. doctrinâ, & æstimatione clarus. Ipsum laudat Salvator à Sambuca in libro cui titulus: *Sambuca Rationalis pag.* 90. *n.* 36. Edidit Italicè

Il disingombro della mestitia Omelia funebre per le solenni esequie a la Real Maestà di Carlo II. Rè delle Spagne, e Monarca di Sicilia. Panormi apud Felicem Marinum 1701. in 4.

Prælo paravit hæc alia inscripta:

Lux in tenebris. Explicatio Propositionum ab Alexandro VIII. damnatarum.

Theologiæ Moralis Scholasticæ Tomi Tres.

Canonicæ Illustrationes. Tomi Duo.

Italicè

Qua-

Digitized by Google

Quaresimali due.

Panegirici 60.

La Patritia dell'Agonie, opera per l'Agonizanti.

La Sigismonda Storia romanzata.

Vita di S. Castrense Vescovo di Capua.

Relatione Cronistorica della Città di Bisaquino, con una antecedente notitia della Sicilia.

Bisaquino Glorioso per le grazie singolari, e Miracoli operati dalla Miracolosa Imagine di S.Maria del Balso.

Enarchia dell'Anima, in cui si dà un modo brieve, sicuro, e facile a coloro, che anelano incaminarsi per la via della perfettione Cristiana.

PETRUS FORTIS Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ Panormitanæ Beneficiatus. Vir utiq; doctissimus, & nedum amœnioribus litteris, quàm Theologiæ arcanis floruit instructissimus. Eruditione, & latinâ poesi clarus, inter Panormitanæ Academiæ Reaccensos relatus emicuit. Imperterrito pectore Ecclesiæ Panormitanæ jura constantissimè propugnavit; etsi duriusculæ naturæ vi in alios aliquando invehebetur; attamen sui venerationem excitavit: tum Panormi apud ipsos Panormi Præsules æstimatione valuit, tùm Venetijs ubi aliquando moras protraxit. Nec elatiores dignitates egregio viro defuissent, si linguam ad maledicendum pronam temperasset; & Joannis Austriaci invitamenta, qui pluries datis ad ipsum literis invitaverat, humaniùs excepisset. Decessit Panormi 24. Julij 1679. & in Ecclesia Capuccinorum sepultus est, in cujus Cœmeterio non semel incorruptum ejus Cadaver vedi. Edidit

Allegationes pro suffragijs Animarum Regum Siciliæ. Romæ 1673. in fol.

Allegationes pro sepulturis impetrandis in Cathedrali Ecclesia Panormi. Panormi in fol.

Allegationes pro gabella Serici. Panormi in fol.

Strenuissimo Triremium Generali Duci Francisco Carafa ob insignem victoriam ab ipso comparatam anno 1671. Carmina. Panormi typis Petri de Isola 1671. in 4.

In Funere Em. Card. Vitaliani Vicecomitis Mediolanensis Archiepiscopi Montisregalis Elegia. Panormi apud eumdem 1672. in 4.

Italicè

Libro Primo delle Vite de' Santi Palermitani. Panormi apud Petrum de Isola 1666. in 4.

Breve Racconto della Vita, e Traslatione di S. Christina Vergine, e Martire. Ibidem apud eumdem 1671. in 8.

Vita di S.Christina chiamata la Mirabile. Ibid. apud eumdem 1670. in 8.

Compendio della Vita di S. Era. Ibid. apud eumdem 1663. in 16. & apud Thomam Pignatarum 1708. in 16.

Scripsit etiam.

De Patria D. Agathæ in Urbe Panormi opus apologeticum contra Jo.Bap. de Grossis. m.s. in fol. cujus authographum extat apud me.

PETRUS FULLONUS Panormitanus vir sanè admirabilis; humili enim loco natus literas nec humaniores didicit, & scientias nec à limine salutavit: immò ut vitæ præsidia sibi quæreret, in lapidicinis desudare ab egestate coactus est, ut saxa ad extrundas domos excideret, & necessaria sibi suppeditaret. Aliquando etiá grādæuus nauticæ arti in regijs Siciliæ triremibus operā dedit. At in his paupertatis angustijs à natura abundè dotatus, ingenio vividissimo, memoriâ fœcūdissimâ; & præcipuè perenni, facilique poeticâ venâ ditatus est. Hinc cûm vix ruditèr legeret, scriberetq; attamen Siculorum cantionum numerum propè infinitum concinnavit, eo cultu, venustate, lepore, ac dicendi elegantiâ, ut in admirationem traxerit doctiores, quorum multi, nonnullis instructi disciplinis, multeque labore, ipsum æquare haud potuerunt: ideoque literatorum omnium amorem, ac plausum promeruit, ac in Reaccensorum Academiam exceptus, sæpè cum laude ingenij monumenta prodidit. Immò quod & admirabiliùs non semel etruscis numeris aliqua diiucidè cōcinnavit. Tandem Panormi non sine Literatorum dolore, ac honore obijt 22. Martij 1670. & in Ecclesia S.Mariæ de Itria Fratrum Carmelitarum conditus est. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 4. *pag.* 315. Nonnulli etiam Poetę opellas, Siculo carmine scriptas, ediderę, quibus Petri mortem deflere curarunt: hos inter Antoninus Doctor, & Vitus la Rosa. Edidit vernaculâ linguâ

La Miseria della Vita humana, Poema in terza rima Siciliana. Panormi apud Rossellum 1629. & 1640. in 12. ac sępiùs.

La Rosalia Poema Epico in ottava rima Siciliana. Ibid. apud Josephum Bisagnium 1651. in 8.

La Partenza di S.Rosalia aggiunta prima al Poema Epico. Ibidem apud Nicolaum Buam 1655. in 8.

La Invenzione del corpo di S.Rosalia Aggiunta seconda. Ibid. apud eumdem 1655. in 8.

La Peste superata da S. Rosalia in Palermo nell' anno 1624. e 1625. Aggiunta Terza. Ibid. apud Petrum de Isola 1656. in 8.

La Musa lamentatrice del successo pestilentiale alla bella Partenope. Poema Siciliano. Idem apud eumdem 1657. in 8.

Poema Siciliano a S.Rosalia, S. Francesco Xaverio, e S.Gennaro per la calamità contagiosa di Napoli. Ibid. apud eumdem 1657. in 8.

Poema Secondo a S. Rosalia, S. Francesco Xaverio, e S.Gemaro per li buoni riporti di Napoli. Ibid. apud eumdem 1657. in 8.

Preghiera a S. Rosalia in terza rima Siciliana. Ibid. apud Buam 1656. in 8.

Ottava Siciliana a S.Rosalia V. Palermitana per la Città di Napoli. Ibid. apud Nicolaum Buam 1656. in 8.

Ottave Siciliane in lode della Passione di Christo Sig. Nostro, e del lamento della Madonna Santissima. Ibid. apud Rosellum 1633. in 8.

Lamento sopra la morte dell'Illustriss. e Rev. Fr. D. Martino di Leone, e Cardenas Arcivescovo di Pa-

Digitized by Google

lermo. Ibid. apud Petrum de Isola 1656. in 8.

La S. Oliva Vergine, e Martire Palermitana Poema Epico. Ibid. apud Nicolaũ Buam 1652. in 8.

Vita, e Martirio di S. Mamiliano Arcivescovo, e Cittadino di Palermo. Poema Primo. Ibidem Augustinum Boffium 1659. in 8.

Trionfo di S. Mamiliano Arcivescovo, nativo di Palermo per la S. Testa concessa dalla Santità d' Alessandro VII. all' Eccell. Sig. D. Petro Martinez Rubio Arcivescovo, e Cap. Generale di Sicilia Poema Secondo. Ibid. apud eumdem 1659. in 8.

Poema Epico della Vita, Morte, e Miracoli del Glor. S. Raimondo Nonnato. Ibid. apud Petrum de Isola 1669. in 8.

Poema Epico in ottava rima Siciliana della Vita, Martirio, e Gloria delli nuove Santi Coronati. Ibid. apud eumdem 1667. in 8.

Pazzia d'Amore in terza rima Siciliana. Ibid. apud Alphonsum de Isola 1629. in 12. apud Rosellum 1645. in 12. & Petrum Coppolam 1670. in 12.

Canzoni Siciliane Sacre. In Musis Siculis par. 4. Ibid. apud Josephum Bisagnium 1653. in 12.

Capitolo Primo, dell' Arte Nautica, o vero del Navigare in Terza rima Siciliana. Ibid. apud Petrum de Isola 1655. in 8.

Capitolo secondo dell' Arte Nautica. Ibid. apud Nicolaum Buam 1655. in 8.

La Piscaria, o vero l' Arte di Pescare Poema in terza rima. Ibid. apud Petrum de Isola 1669. in 8.

La Porta Nuova fulminata Canzoni Siciliane. Ib. apud eumdem 1668. in 8.

La Rinascente Venice, o vero la Porta Nuova rinovata. Ibid. apud eumdem 1669. in 8.

Funerale per la morte dell' Illustriss. e Rev. D. Pietro Martinez Rubio Arcivescovo della Felice Città di Palermo. Ibid. apud Bosium 1667. in 8.

Capitulo primo, e secondo in terza rima Siciliana per il Francese venuto in Sicilia. Ibid. apud Petrum de Isola 1655. in 8.

Canzoni Spirituali sopra l'Immaculata Concettione di Maria Vergine, e suoi privilegij santi. Ibid. apud Boffium 1666. in 8.

La Granci-Scravaglina in terza rima Siciliana. Ibid. apud Colichiam, & Terramnovam 1647. in 8.

Canzoni Siciliane sopra il SS. Crocefisso con alcune canzoni dell' Incarnazione, e del SS. Sacramento. Ibid. apud Franciscum Terrãnovam, & Andream Colicchiam 1647. in 12.

Invocazioni, e lodi alla Madre di Dio, e al suo SS. Capello per la calamità di Messina. Ibid. apud Antonium Martarellum 1636. in 8.

Ottave Siciliane per l'Incarnazione, e Passione di Nostro Signore Giesù Cristo. Ibid. apud Rossellum 1641. in 8.

Extant aliqua m. s. apud me, presertim

Canzoni Siciliane sopra la Pioggia, che avvenne a Monte Pellegrino a 16. di Aprile 1651. in 8.

PETRUS GAMBACURTA Panormitanus Societatis Jesu, natus primo Julij 1545. Societatem amplexus est anno 1559. in qua solemnia quatuor vota nuncupavit. Ob egregias ingenij dotes, ita in studiorum palestra profecit, ut magno cum plausu Philosophiam, Theologiam, aliasque scientias in Sicilia, Gallia, & Romæ docuerit. Insignis prudentiæ & consilij virum, sæpius ipsum consulebant Præsules, Dynastæ, Proreges, ac præcipuarum Urbium Magistratus in magni momenti negotijs. In regendis Collegio, ac Domo Professorum Panormi magnam promeruit laudem: Siculam etiam Provinciam eadem insignis prudentiæ approbatione gubernavit. Tandem lætali, ac molestissimo morbo affectus, eximiam animi constantiam amplificavit: ideoque totus ad Dei voluntatem accommodatus, pijssimè decessit Panormi primo Septembris 1605. ætatis 61. Petrum celebrant *Bibliotheca Soc. Jesu pag.* 673. Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 126. Franciscus Strata *in Quiet. pag.* 16. Ludovicus Morerius *in diction. tom.* 2. *pag.* 14. Philippus Labbeus *in Chronolog. Pinacoth. Scrip. Soc. Jesu an.* 1605. *pag.* 314. Aubertus Miræus *in Biblioth. tom.* 2. *cap.* 185. *pag.* 205. Joannes Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom.* 4. *ind.* 2. *pag.* 271. & Felix Girardus *in diario primo Sept. pag.* 224. Edidit

De Immunitate Ecclesiarum in Constitutionem Gregorij XIV. P. M. libros octo. Lugduni 1622. in 4.

Alia etiam doctè scripsit, quæ Panormi servantur.

PETRUS DE GRASSIS Panormitanus, Jurisconsultus doctissimus, causarum patronus insignis, frater Caroli de Grassis, de quo *tom.* 1. *pag.* 125. Eruditione, & doctrinâ instructissimus claruit anno 1610. De eo Franciscus Baronus *de majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 120. Edidit

Additiones ad tractatum de Exceptionibus ad materiam statuti excludentis omnes Exceptiones Caroli de Grassis fratris. Panormi apud Joannem Bapt. Maringum 1609. in fol.

PETRUS GRAVINA nobilis Panormitanus. Celeberrimi hujus poetæ ortum Neapolis, ac Catana Panormo invident. Neapolitanum putat Ranutius Gherus *in delicijs CC. Italorum Poetar. par.* 1. *pag.* 1223. quem sequitur Nicolaus Toppus *in Biblioth. Neapol. pag.* 247. à diuturna habitatione in Regno Neapolitano decepti, vel à Canonicatu in Ecclesia Neapolitana, quo insignitus enituit. At Lilius Gregorius Gyraldus *de Poetis sui temporis dial.* 1. *pag.* 385. Siculum fuisset tradit. Catanensem verò prædicant Paulus Jovius *in elogijs vir. illustr. lib.* 1. *pag.* 154. quem sequitur Jo: Matthæus Toscanus in libro: *Peplus Italiæ lib.* 2. *pag.* 43. Ludovicus Morerius *in dict. to.* 2. *pag.* 83. Joannes Baptista de Grossis *in decac. Catan. to.* 2. *cord.* 9. *pag.* 152. forsan quia nobilissima Gravinæ familia Catanæ tunc magis, quàm Panormi florebat: at idem Jovius sibi contrarius in vita Gravinæ, cui titulus: *Vita Petri Gravina à Paolo Jovio, ad Joannem Franciscum Campaneum Pelignonum Regulum* conscripta, quam

Digitized by Google

quam habes in fine ejus Poematum, Neapoli 1532. longè meliùs edoctus, Panormi natum fatetur; ibi enim ait: *natus eſt Petrus Gravina Panormi in Sicilia.* Panormi etiam natum volunt, præter Jovium citatum, Lucius Marineus Petri coævus *lib. 5. epiſtolarum, epiſt. ad Cataldum Pariſium*, Ludovicus Jacobus à S. Carolo *in Biblioth. Pontif. lib. 2. pag. 421.* Ambroſius Leo in libro *de Nola*, qui extat *in Italia Illuſtrata pag. 974.* Honorius Dominicus Caramella *in Muſeo Ill. Poet. pag. 238.* Leonardus Orlandinus *in diſcur. de Sicilia* poſt Topographiam Ætnæ *pag. 81.* Franc. Baronius *de Majeſt. Panorm. lib. 3. cap. 2. pag. 112.* Vinc. Auria in diſcurſu, cui titulus: *la Gioſtra pag. 19.* Philippus Paruta in elogijs m. s. apud me ita de Petro Gravina.

Petrus Gravina Panormitanus.

Aureus ille Senex hic eſt, cui ſemper Apollo,
Cui Muſæ Comites, cui genialis Amor.
Partenope, & Catane tãtum ſibi pignus honoris
Optavere: tamen ſola Panhormus habet.

At quid plura cùm ejuſdem Petri teſtimonium accedit, qui ſe Panormitanũ fatetur; hic enim in Epiſtolis, & Orationibus editis Neapoli 1589. in oratione prima habita 16. Maij 1493. ad Alexandrum VI. Pont. Max. *de Chriſti ad Cœlos aſcenſu pag. 187.* ait. *Neſcio quo Divino Conſilio actum ſit Pont. Max. Patreſq. ampliſſimi, ut mihi jam triennium in hac Urbe commoranti, cujus jam pridem poſthabita Panormo Patria incredibilis me ceperat amor.* Hinc Petri Orationes, & Poemata Neapoli edita 1589. & 1532. hunc habent titulum: *Petri Gravinæ Panormitani Epiſtolæ, & Orationes. Petri Gravinæ Panormitani Poematum libri.* Natus ergo Panormi Petrus, originem ex nobiliſsimis Gravinæ Comitibus in Regno Neapolitano, & Urbe Capuæ originem traxit. Nedum ingenium præſtantiſſimum, dilucidum ſimul, ac fœcundum à naturam accepit, verùm etiam corpus ad majeſtatem compoſitum, proceritate, & pulchritudine egregium; quod laboribus ſpontè aſſumpris mirificè firmavit, ac robore, & agilitate conſpicuum reddidit: ideoque non ſine admiratione in pilæ ludo, in gladiatoria arte, alijſq; equeſtribus, militaribuſq; exercitamentis agitavit. Hinc firmato corporis vigore, integrâ valetudine, & infractis viribus ſeipſum ad ſenectutem deduxit. Mensâ parcâ, ſed ſplendidâ uſus, veſtem elegantiſſimam, & ſumptuoſam ſemper adhibuit. Vitam tranquillam, & ab omni curarum, ac diſſentionum moleſtia ſolutam ſummoperè dilexit, ne animi ſerenitatem turbaret; & Surrentinas delicias ſummoperè adamavit *ex epiſt. p. 110. 116.* Hilarem ſtudioſorum juvenum conſuetudinem, cõplexus, libertatem, ſine maledicentia, immò melliſluam in colloquionibus ſuavitatem ſervavit. Nolæ, & Romæ per aliquot annos dulciſſimè vixit; & aliquandiu per Italiam divagatus eſt, ut Literatorum ingenia dignoſceret. Aurelium Bienatum doctiſſimum virum præceptorem habuit, ut ipſemet *in epiſtola prævia ad Compendium Bienati in elegantias Laurentij Vallæ* editum Venetijs an. 1531. ſcripſit. Ingenij præſtantium præcipuo quodam cultu Latijs Muſis addixit, quibus Neapoli in Regum Aragonum Aula eximiam ſui æſtimationem excitavit. Celeberrimus floruit, & Literatorum amorem, & venerationem promeruit; inter hos recenſendus Jovianus Pontanus, qui etſi in lucubrationibus aliorum examinandis cenſor duriſſimus; attamen noſtrum Gravinam haud exiguijs laudibus celebravit. Adde & Actium Sãnazzarium, qui vel in aliorum laudibus parcus, vel in libris dijudicandis amarulentus, eximijs Petrum laudibus exornavit: ejus epigrammata impensè extollebat, eique in hoc lucubrationum genere palmam tribuere non dubitavit. In ejus conſuetudinem acceſſere etiam Auguſtinus Niphus, Marcus Antonius Zimarra, Marcus Antonius Caſanova, Ludovicus Cœlius Rodiginus, Bernardinus Rota, alijque, à libris editis celebres. Italicæ etiã Poeſi operam dedit magna cum laude, teſte Laurentio Craſſo *in relatione exſcripta ex ejus hiſtoria m. s. Poetar. Latinorũ* apud me, & Clariſſimo Jo: Mario de Creſcimbenis *in cõment. ad hiſt. Poeſis Vulgaris vol. 4. p. 108.* ex Friderico Meminno in libro: *Ritratto del Sonetto pag. 122.* In oratoria etiam facultate ſummam promeruit laudem, inter præcipuos Oratores meritò recenſitus. Filium habuit Tranquillum Gravinam eximiæ doctrinæ virum, ab ingenij monumentis, verſu, proſaq; editis, laudatum, qui & Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus fuit, ut ex ejuſdem Petri *epiſtolis pag. 8. 67. 97. 110.* & alibi abundè patet. Cum autem Eccleſiaſticæ militiæ nomen dediſſet, virtutum, ac doctrinæ ſplendore in ſui Mœcenatem celeberrimum Ferdinandum Conſalvum de Corduba, quem ob bellicam virtutem celeberrimum, Magnum Capitaneum vocabant, traxit. Hujus præclara facinora, ac victorias heroico carmine celebravit: hinc Conſalvus, cùm nomen ſuum carminum beneficio immortalitate donatum vidiſſet; in gratitudinis argumentum, nonnullis muneribus Gravinam affecit: ſtipendio aſſignato, & exinde aucta mercede, ejus vitæ otio, non ſine dignitate, cõſulvit, ut idem Gravina *in epiſt. pag. 175.* ait. Eccleſiæ etiam Neapolitanæ Canonicum delegit circa annum 1500. At poſt ejuſdem diſceſſum (quo interruptus Petro honorum curſus) Proſpero Columnæ, ejuſq; filio Veſpeſiano adhæſit, qui Petrum ſingulari ſemper amore fovere curarunt. Jo: Franciſci de Capua Campani, Peligmorum Comitis, æſtimationem etiam ſingularem expertus eſt. At bellorum cladibus exturbatâ Italiâ, ut militarem licentiam declinaret, ac vitæ tranquillioris quietem ſervaret, Neapoli exceſſit. Sed paulò poſt dum Gallis fortuna favere videbatur, à Petro Navarro, qui Gallorum copijs præerat, accerſitus, Gallica luſtravit caſtra, ubi Dux Petrum, antiqua conſuetudine ſibi notum, perbenignè complexus eſt, eumq; muneribus cumulare exoptavit. At non multò poſt peſtilentiæ metu, quæ in caſtris graſ-

Digitized by Google

grassabatur, laudatum Joannem Franciscum de Capua sequutus, è militaribus copijs excessit: & cùm anno ætatis suæ 74. in oppido Conchæ agri Sidicini in Regno Neapolitano degeret, & ad castaneæ umbram meridianæ quieti indulgeret, castaneæ echinus tibiæ suram leviter pupugit, quam cùm sæpiùs incautè refricaret, tumor additus ulcus excitavit, indeque febriculam accivit; quâ paulatim crescente, tandē Petrus è vivis excessit an. 1527. Hæc de ejus morte Jovius, alijq; ex supra allatis auctoribus. In ejus laudem Latomus hoc edidit epitaphium.

Cujus hic tumulus vides, Viator,
Vatis eximij, Petri Gravinæ,
Tu fortasse putas obijsse totum,
Et vel esse nihil, vel isse ad umbras.
Erras: non obijt, sed usq; vivit;
Nam, quum quæ cecinit, vel est locutus,
Vel misit tenera preces puellæ,
Vel scripsit lepidos jocos amicis,
Quæq; illa ingenij fuere multa,
Hunc audis, legis, excipis, teneſque:
Illum vivere, quo negas colere?
Vivit: teq; magis, supine, candet,
Cujus post cineres nihil manebit.

At Janus Vitalis optimo Concivi hoc aliud concinnavit.

Hanc tibi pro tumuli Janus Vitalis honore
Ramosam laurum, Magnæ Gravina, dicat:
Hîc ubi odorata Manes requiescere in umbra,
Floribus in medijs, & juvet esse tuos;
Illa, Notis quoties rami quatientur, & Euris;
Perstrepet in laudes, sancte Poeta, tuas.

Præter supra relatos auctores Gravinam laudant Benedictus de Falco *in descrip. loch. antiq; Neapolis reg.* 3. Nicolaus Francus *in epistol. pag.* 95. & 96. Hieronymus Carbonus apud Carolū Borrellum in libro *Vindex Neapolitanæ Nobilitatis pag.* 55. & Leonardum Nicodemum *in addit. ad Biblioth. Neapolit. Topij pag.* 138. Jovianus Pontanus *lib.* 11. *Bajarum*, Cosmas Anisius *var. Poem. lib.* 1. Antonius Sebastianus Minturnus *de Poeta*, qui ipsum loquentem cum alijs doctissimis viris introducit: *& lib.* 6. *pag.* 434. de ejus morte scribit, Scipio Mazzella *in descr. Regni Neapolis pag.* 701. Pierius Valerianus *de literator. infelic. lib.* 1. *pag.* 19. Fabritius Luna *in epigram.* qui se Gravinæ discipulum fatetur, Paulus Jovius *in Vita Consalvi de Corduba pag.* 253. & in discursu *de imprestijs pag* 64. Augustinus Niphus *de regnandi peritia*, Jo: Jac. Hofmannus *tom.* 2. *Lex. pag.* 137. Petrus Angelus Spera *de nobil. Professorum Grammaticæ lib.* 4. *pag.* 292. Dominicus Gravina *Catholic. Præscrip. tom.* 3. *par.* 2. *l.* 4. *contr.* 4. alijque. Scripsit innumera noster Gravina, sed pauca supersunt; nam vel inter belli tumultus periere nonnulla, vel alia, non sive amicorum dolore, indignabundus discerpit; indignum ratus inter Martis clamores Musarum cantus audiri; & quòd minus liberaliter laudati Heroes votis suis arriserint: at facti pœnituit, quod multorum annorum studia uno temporis momento dissipasset. Quæ verò Scipionis Capicij curâ collecta habemus, hæc sunt:

Epigrammatum liber. Sylvarum liber. Carmen Epichum. Poematum libri. Neapoli ex officina Joannis Sulsbachij 1532. in 4.

Epistolæ, & Orationes. Ibid. apud Josephum Cæcchium 1589. in 4.

Epigrammatum aliqua recusa sunt in Delicijs CC. Italorum Poetarum Collectore Ranutio Ghero ex officina Jonæ Rosæ 1608. in 16. par. 1. pag. 1223. & 1224. *in elogijs bellica virtute illustrium* Pauli Jovij, ubi de Consalvo Ferdinando Magno Duce; & Prospero Columna, & in libro: Selecta Epigrammata. Panormi apud hæredes Jacobi Maringhi 1606. in 12. Scripsit luculentum *Poema de Consalvi Cordubæ rebus gestis*, cujus tantùm extat fragmentum, inter alia poetica monumenta.

Commentaria in Somnium Scipionis, ut ex eiusdem epistolis pag. 68.

Lucubratio Surrentina, ex epist. cit. pag. 116.

Consilia militaria Diomedis Carafæ Comitis Magdalonis latinitate donavit ex epistolis pag. 111.

Rime Italiane, ex ejusdem *epist. p.* 162. Laurentio Crasso, & Crescimbenio citatis.

PETRUS DE GREGORIO Messanensis, Joāne de Gregorio, & Tisa Saccano parentibus, generis nobilitate præclaris, natus, Jurisprudentiæ studia amplexus est. Doctrinâ cumulatissimus floruit; ideoq; ad nonnullos honorum gradus evexere promerita; annis enim 1504. 1505. 1513. 1517. 1519. & 1528. Judex in Stratacoti Messanensi Curia sedit. Magistri Notarij munus in eadem Curia an. 1507. exercuit; & anno 1512. Protonotarij Siciliæ gestit vices. Eodem currente anno à Ferdinando Rege, Siciliæ Vicarius Generalis electus est. In Magna Regia Curia Judicem egit anno 1516. alijsq; annis. Regiæ etiam, ut ajunt, Secretiæ in Urbe Messanæ perpetuus Judex constitutus est ab anno 1523. Patriæ nomine Orator ad Corolum Regem, inde Imperatorem missus, in ejusdem Consilio Bruxellis oravit die 15. Decembris 1516. Nec viro egregio Regij Consiliarij honor defuit sub Ferdinando Rege, ac Carlo V. Vivebat anno 1526. eo enim anno Baroniâ, feudisq; Petræ de Amico emptis, ejusdem venditionis confirmationem obtinuit: at usque ad annum 1534. haud perveniſse compertum est, nam eo decurrente anno Imperator ratam voluit pro Petri hæredibus venditionē, ut dicunt, Secretiarum in Urbe Pactarum, ac Castriregalis. De Petro vide Augustinum Inveges *in Appar. Panor. Nobilis pag.* 78. Vincentium Ferrarottum *de offic. Straticoti pag.* 131. & 132. Petrum Ansolonium *de sua familia pag.* 63. Josephum Bonfilium *in hist. Sicilia par.* 2. *lib.* 1. *pag.* 408. & Garsiam Mastrillum *decis. lib.* 1. *decis.* 56. *n.* 16. Scripsit

Ad Bullam Apostolicam Nicolai V. & Regiam Pragmaticam Alphonsi Regis de Censibus Commentaria, cum antiquis, & novissimis additionibus D. Garsiæ Mastrilli Regij Consiliarij Auctoris Pra-

ne-

Digitized by Google

neptis. Quibus accesserunt Scholia diversorum Doctorum nunquam antea edita. Panormi ex typog. Jo. Antonij de Franciscis 1609. in 4. & Ibid. ex offic. typographica Frãciſci Ciotti 1622. in fol.

De Concessione Feudi Tractatum. Cum additionibus Garsiæ Mastrilli. Ibid. apud Jo: Ant. de Franciscis 1598. in fol. Coloniæ 1608. in 8. ex Bibliotheca Classica pag. 726. Moguntiæ 1600. in 8. & Panormi 1578. in fol. ex Fontana *in Biblioth. Legali pag.* 447.

Tractatum de Vita Militia. De dote de Paragio. De Judicijs causarum feudalium, cum additionibus, summarijs, argumentis, ac indice tum quæstionum, tum etiam rerum omnium locupletissimo D. Garsiæ Mastrilli. Panormi apud Jo. Ant. de Franciscis 1596. in 4. Tractatus de Vita militia recusus est cum tractatu de vita, & militia Andreæ Capani. Neapoli typis Jacobi Gaffari 1642. in fol.

De Usuris, & Censibus. Panormi 1622. in fol. & cum Alphonso Villagut Neapolitano 1598. in 8. ex Fontana *cit. pag.* 412. & 447. Tractatus de usuris prodijt etiam Parisijs, & Francofurti apud Petrum Fischer. 1597. in 8.

Allegationes. Panormi 1600. in fol. ex eodem Fontana *cit. pag.* 447.

De Appellationibus. Francofurti apud Fischerum 1599. in 8. ex *Bibliotheca Classica Draudij pag.* 658.

Geneologiam familiæ Carbonæ. Hoc opus citat Ansalonius *cit. pag.* 254.

Orationem habitã per Petrum de Gregorio V. J. D. Oratorem Nob. Civitatis Messanæ coram Cath. Majestate D. N. Regis Caroli V. in pleno Consilio Bruxellis 15. Decembris 5. Ind. 1516. Teste Inveges citato: servabatur Messanæ in Urbis Archivio.

PETRUS DE GREGORIO alter Messanensis, Eques Hierosolymitanus, in Equitũ album relatus est ann. 1665. teste Andrea Minutolo *in notitijs Prioratus Messanensis pag.* 108. Claruit anno 1670. Musis addictus, & Academicus Officinæ Messanensis. Edidit Italicè

Rime. In libro: *Duello delle Muse, o vero Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo, e Quinto.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. & 1671. In 4.

PETRUS GULOTTA Catanensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, & Cathedralis Ecclesiæ Catanensis Canonicus. Vir ingenio, & doctrinâ clarus. Vivit hoc anno 1712. Edidit Italicè

Trionfo Cataneſe nell' Acclamatione di Filippo V. festeggiata dalla Chiarissima Città di Catania a 6. di Aprile 1701. Catanæ apud Bisagnium 1701. in 4. Memoratur in Monumentis Gallicis Trevolcianis an. 1702. *tom.* 5. *pag.* 173.

PETRVS HENRICUS Messanensis, vir poetica laude, & eruditione clarus, Messanensis Officinæ Academicus. Floruit anno 1670. Edidit Italicè

Rime. In libro: *Duello delle Muse, o vero Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

Prodiere etiam hæc alia, sub nomine Antonini Mirelli, & Mora Messanensis, quæ Petri Henrici lucubrationes esse nonnulli tradunt, ut innui *tom.* 1. *pag.* 50. quod præsertim habeo ex epistola m. s. Hieronymi Basilicò Messanensis ad Vincentium Auriam Panormitanum, data Messanæ 17. Junij 1666. Hæc autem sunt:

Risposta di Antonino Mirello, e Mora ad una lettera di Don Diego de Mora Regio Castellano nella Città di Milazzo. Cosentiæ apud Joannem Baptistam Mojum, & Joannem Baptistam Rossum 1663. in 4.

Risposta di Antonino Mirello, e Mora ad una seconda lettera di Don Diego de Mora già Regio Castellano nella Città di Milazzo. Neapoli apud Salvatorem Novellum 1664. in 4.

Il Rimanente della Risposta di Antonino Mirello, e Mora alla seconda lettera di Don Diego de Mora già Regio Castellano nella Città di Milazzo. Ibidẽ apud eumdem 1664. in 4.

B. PETRUS HIEREMIAS nobilis Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, natus Panormi primo Augusti 1381. parentibus Arduino Hieremia, & Constantiâ de Nigris, generis præstantiâ præclaris. Arduinus Jurisprudentiâ, obitisq. muneribus familiam illustravit: in Prætorio enim Panormitano, & Magnæ Regiæ Curiæ Foro Judicem egit: Regius etiam Consiliarius, & Fisci Patronus effulsit. Petrus sanctè educatus, à teneris unguiculis pietatis officia complexus est. In humanioribus literis, ac Logicæ præceptis addiscendis ingenij excellentiam mirabiliter detexit. Cùm 18. ætatis annum attigisset Bononiam missus, ut Jurisprudentiæ operam daret, ita in hac facultate profecit, ut Condiscipulos suos longè præcellerit: ideoq; præceptoribus aliqua ex causa distentis, ipsorum vices Petrus implebat, non sine Auditorum plausu, qui tum Petri doctrinam, tum ipsius ingenij acumen demirabantur. At his ex studijs animum avertit, cùm quidam ejus consanguineus se spectandum Petro obtulisset, æternis mancipatus supplicijs, quia causarum patrocinium non sine dolo exercuerat; ipsumq; Petrum, Deo jubente, monuit, ut ea studia relinqueret. Hinc eo visu perterritus, edito virginitatis voto, ac strictis ferrea catena lumbis, statim ad Prædicatorum castra confugit, & in Cœnobio Bononiẽsi S. Dominici, Ordinis habitum accepit: ac vitæ severioris austeritate, oratione, aliarũq; virtutũ studio, ad altissimum perfectionis fastigium facilè ascendit. Absoluto probationis anno, studiorum curricula feliciter confecit: inde apostolico zelo incensus concionatoris munus amplexus est, eâq; doctrinæ, & ardoris laude verbum Dei disseminavit, ut innumeros à via lucis aberrantes, ad Cœli semitas revocaverit; quo in munere Divus Vincentius Ferrerius, ipsum Bononiæ complectens, hortationibus suis mirificè confirmavit: ideòq; vehementiùs exardescente animarum zelo, per Italiam apo-

Digitized by Google

Italicam facem circumtulit, & populos ad pœnitentiam, Deiq; amorem accendit: hinc celebris fuit Petri nomen; & à virtutibus, doctrinâ, & prudentiâ clarus, in graviſſimis rerum negotijs adhibitus eſt. Anno 1427. Bartholomæus Theſſerius, Ordinis ſui Generalis Magiſter, Petrum in Siciliam allegavit, ut jacentem Religionis obſervantiam inſtauraret; ejuſq; operâ diſciplinæ vigor iterum aſſurgere viſus eſt. Anno 1439. Eugenius IV. ad Concilium Florentinum Petrum accerſivit, ubi inter doctiſſimos Patres Orthodoxam Fidem contra Græcos, admirandâ ſapiētiæ, & eloquētiæ vi, propugnavit: ideoq; cùm Pontifex Petri promerita dignitatibus cohoneſtare meditaretur, ipſius humilitas modeſtè obſtitit: attamen, urgente obedientiâ, Viſitatoris Generalis munus ex apoſtolica auctoritate ſuſcepit, in Ordinis ſui Fratres, alioſque Regulares, ac etiam Epiſcopos, in Siciliam obeundum; quod, & in proprij inſtituti beneficium, & cujuſdam Cœnobij Monachorum exercuit: eoq; Duce, ac exſtimulatore vitæ ſanctioris inſtitutum reviruit; & præſertim labefactatam diſciplinam in Cœnobijs Catanæ, Meſſanæ, Alcami, & Caccabi inſtauravit. Inde ad Panormitanum Cœnobium S. Citæ ſeceſſit, ubi mirificè tunc ſanctimoniâ efflorebat; ibique brevitèr ita ejus virtutum ſplendor innotuit, ut omnibus veneration eſſet. Panormi conciones reſumpſit tantâ auditorum frequentiâ, ut ſæpiùs in apertas Urbis areas conciones habere conaretur magno cum fructu: ipſeq; Deus admirandis nonnullis apoſtolicas Petri declamationes illuſtravit. Aliquando ſine voce, ſuggeſtum aſcendens, divinitùs obortâ voce, mirabilitèr in vitia detonavit: aliquando ad ſcelera paratos etiam à longinquo deterruit. Admirando zelo vitia eradicavit, animos diffidentes univit; lites eliminavit; & ſalutaria conſilia omnibus præbuit, quibus ſingularem ſui venerationem excitavit. Panormitanũ Cœnobium S. Citæ Prioris munere rexit, in cujus moderatione ejus prudentia, humilitas, charitas, benignitas, aliæq; virtutes oppidò effulſere. Hortationibus ſuis mirabilitèr in Dei amorem ſodales ſuos rapiebat, qui tamquam Patrem, Petrum venerabantur. Ordinis tyrones ad virtutum ſtudium verbo, & exemplo excitavit. Viſiones, ac Revelationes è cœlo excepit nonnullas. Miraculis etiam innumeris ejus ſanctimoniâ inclaruit: præſertim Puellam defunctam ad vitam revocavit. Mulierem, obtruncato capite, in puteum projectam, delato ab Angelis capite, vitæ reſtituit. Incendij Ætnei flumina, contra Catanam profluentia, objecto D. Agathæ Concivis ſuæ velo, aliò divertit. Panormitana urbe commeatus inopiâ laborante, ante ſolis occaſum civibus frumenti copiam promiſit, nec ſpem fefellit; navis enim à tempeſtate precibus liberata, extra omnium expectationem ſuppetias detulit. In oratione, cui integras noctes concedebat, exſtaticas delicias deguſtavit: & non ſemel ſplēdoribus circumfuſus apparuit. Pauperes profuſè ſublevare curavit; patientiam in diuturnis morbis adauxit. Eâ Panormi veneratione proſequebatur, ut anno 1439. Panormitanus Senatus ab Alphonſo Rege inter alia capitula cōcedenda, enixè petierit, ut Pontifici, ac Ordinis Prædicatorum Generali Magiſtro ſcriberet, ne Petrum ex Urbe Panormi recedere permitterent, ad ſpirituale Urbis utilitatem: innotuerat enim, Ordinis Procuratorem Generalem ſcripſiſſe, ut Petrus Florentiam, ea in Urbe concionaturus, accederet, ut ex libro Privilegiorũ Urbis *p.* 251. patet. Tandem Catanæ velut Angelus exceptus, ut conciones haberet, creſcentibus ægritudinum moleſtijs, è ſuggeſtu abſtinere compulſus eſt. Hinc, etſi Catanenſium lachrymæ, & cuſtodes, virum egregium retinere curarent, Panormum regreſſus, incrudeſcente morborum vi, per integrum menſem doloribus cruciatus, prædicto obitus die, in Domino ſanctè deceſſit 3. Martij 1452. ætatis 71. in Cœnobio Panormitano S. Citæ. Innumera miracula, quibus viri ſanctitas emicuit, & in dies effulget, ne præter inſtituti mei limites digrediar, alijs narranda relinquo. Corpus anno 1633. 29. Aprilis è veteri Eccleſia in novam translatum, in Sacello SS. Virginis de Roſario collocatum eſt: inde anno 1652. in maori Sacello recondi-tum, ubi nunc jacet, marmoreo clauſus tumulo, è terra ſublato, & novo hoc epitaphio inſignito.

B. Petrus de Hieremia Panormitanus Ordinis Prædicatorum hìc requieſcit, doctrinâ, & miraculorum gloriâ celebris, qui dum viveret Theologorum decus extitit, nulli ſecundus, prout ſua manuſcripta, & impreſſa demoſtrant opera, & quanti meriti ſit apud Deum illa aſſidua teſtantur miracula, quæ per eum Dominus operatur: in Domino feliciter obdormivit V Nonas Martij M. CCCC. LII.

Petri vitã nonnulli ſcripſere, inter quos omnium vetuſtior Thomas Schiphaldus Ordinis Præd. extat apud Octavium Caetanum *in tom. 2. SS. Siculor. pag.* 254. & Bollandum *in Actis SS. Martij tom. 1. pag.* 294. Franciſcus Baronius vitam edidit Panormi anno 1644. Joſeph Perdicarus *in Vitis SS. Sicul. pag.* 212. Joannes Baptiſta de Franchis Panormi 1657. Hieronymus Beſcapè *in Ephemerid. Sacris Martij pag.* 67. Dominicus Maria Marcheſius *in diario Dominic. tom. 2. pag.* 2. eamdem etiam edidi in Vitis SS. Panormitanorum anno 1708. De eo etiam Mauritius de Gregorio *in Vitis Beator. Sicul. Ord. Præd. pag.* 10. Abrahamus Bzovius *annal. Eccl. to.* 17 *an.* 1452, *num.* 19. *pag.* 80. Michael Pius *lib.* 3 *de Beatis Dominic. pag.* 414. in alio opere de *Beatis pag.* 212. *& de Viris Illuſtr. Ord. Præd. p.* 2. *lib.* 3. *pag.* 26. Leander Albertus *de vir. Illuſtr. Ord. Præd. lib.* 4. *pag.* 145. qui mendosè ait, ſepultum in Cœnobio Panormitano S. Dominici circa an. 1434. Antonius Senenſis *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 197. *& in Chron. Ord. pag.* 237. & 240. qui perperàm anno 1434. deceſſiſſe tradit, Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Marian. par.* 2. *pag.* 252. Antonius Poſſevinus *in Appar.*

Digitized by Google

Appar. Sacr. tom. 3. pag. 57. qui falsò obijsse ait anno 1444. Franc. Carrera *in Panth. Sicul.* 51. Altamuranus *in Biblioth. Dominicana pag.* 173. *&* 510. Seraphinus Razzus *De Beatis Ordin. Prædic. pag.* 275. *& de Virisillustr. Domin. pag.* 279. Lopes *in Chronic. Ord. Præd. p. 3. lib. 2. cap. 29. pag.* 295. *& par. 5. lib. 2. c. 60.* Jo: Halleruordius *in Biblioth. Curiosa p.* 320. Augustinus Oldoinus *in Athenæo ligustico pag.* 460. Andreas Rovetta *in Biblioth. Prov. Lombardiæ Ord. Præd. cent. 3. pag.* 73. Hujus etiam meminere Fontana *in monum. Dominic. par. 3. cap. 1. pag.* 338. 340. *&* *cap. 3. pag.* 347. Jo: Petrus Crescentius *in Præsid. Romano pag.* 75. Antonius Panormita *in epistola ad Pium II. Pont. Max.* in libro: *Regis Ferdinandi, & aliorum epistolæ, editæ Vici Æquensis anno* 1586. *pag.* 347. quâ amplissimis laudibus Petrũ extollit. Joannes Bap. de Grossis iu opere *de S. Agatha cap. 16. excurs. 1. pag.* 126. *cap.* 24. *excur. 1. pag.* 183. *& excur. 2. pag.* 192. *& in decac. Catan. tom. 1. pag.* 38. ubi ingenti lapsu scripsit, quòd Petri corpus jacet in Cœnobio S. Dominici Catanæ, cùm Panormi in Ecclesia S. Citæ omnium oculis pateat. Erravit & Henricus Wharton *in append. ad hist. literariam Guilelmi Cave pag.* 72. & L. Ellies Du-Pin *in Bibliot. Auct. Eccl. tom.* 12. *cap.* 4. *pag.* 91. ubi de Petro scribens ait, Bononiam obijsse. Vide etiam Pirrũ *in not. Eccl. Catan. pag.* 55. *& l.* 4. *pag.* 265. Petrũ Carreram *in Memor. Catan. vol. 2. lib. 2. pag.* 299. Fazellum *de reb. Sicul. dec.* 1. *lib. 2. pag.* 60. Baronium *de majest. Panor. lib. 3. cap. 9. pag.* 146. *& cap.* 10. *pag.* 147. Philippum Cagliolam *in manif. Prov. Siciliæ Minor. Conv. expl. 6. manif. 6. pag.* 177. Placidum Samperium *in Iconolog. M.V. pag.* 282. Philippum Ferrarium *in Catalog. gener. SS. pag.* 197. Felicem Geraldum *in diar. 3. Martij pag.* 199. Franciscum Priviteram *in ann. Catan. pag.* 185. Josephum Castellucium *in diar. Panor. pag.* 34. Jo: Michaelem Cavalerium in lib. *Galleria de Pontifici &c. Domenicani to. 2. Chron. 4. §. 4. n. 2. pag.* 77. Carolum Dufresne *in indice Auctorum ad Glossarium ins scriptores mediæ, & infimæ latinitatis pag.* 137. qui perperam Ordinis Minorum vocat, aliosq; qui ferè omnes Panormum nostri Petri patriam vocant; nec ullus quidem in dubium ejus patriam revocare audet: hinc; vinulentam Petri Ansaloni cavillationem animadvertes, qui antiquum Panormi jus extorquere ex vanissima conjectura contendit *in sua familia Ansaloni pag.* 186. ait enim, Antonium Senensem *in Chron. Ord. Prædi.* Petrum Siculum pronunciasse, non Panormitanum; cùm Petrum Ranzanum, Hieronymum, & Salvum Casettam Panormitanos enunciet. Præter Auctorum testimonia Panormitanum evincit Domus Panormi sita, in qua adhuc vivit inconcussa traditio, in ea Petrum exortum. Hæc verò hodie possidet Dominicus Avagnales Sacerdos Panormitanus, quam à B. Petri posteris emit. Extat & Baptismatis testimonium in Baptizatorum libris Ecclesiæ Parochialis S. Jacobi in Urbe Panormi. Fuit Petrus doctrinâ exactissimus, Philosophus, ac Theologus nulli secundus; aliisque gravioribus scientijs insigniter instructus. Cæsarea præsertim Jura Bononiæ, Pontificia verò à S. Antonino Archiepiscopo Florentino accepit, in quibus versatissimus fuit. Quæ ex ejus cœlesti sapientia prodiere, hæc sunt:

Doctissimi, ac verè divini Verbi Prædicatoris Fr. Petri Hieremiæ Ord. Præd. Sermones quàm maximè utiles. Brixiæ per Jacobum Brittanicum 1502. in 8. In hoc libro continentur: *Sermones de Adventu Domini. De Peccatis. Sermones Dominicales per totum annum. Sermones de decem Præceptis, & de quadruplici lege. Tractatus de legibus.*

Sermones de agenda pœnitentia prædicabiles per totam Quadragesimam consumatissimi viri, & Doctoris egregij F. Petri Heremiæ Ord. Prædicator. Brixiæ per Jacobum Britannicum 1502. in 8. In hoc libro etiam continetur *Sermo de laude Scientiarum.* & Hagenoæ per Henricum Gran. 1551. in 8.

Sermones XXV. de oratione, sive de expositione orationis Dominicæ. Brixiæ apud eumdem 1502. in 8.

Tractatus de Fide, sive de duodecim articulis Fidei Sermones XXVI. Ibidem apud eumdem 1502. 8. Prodiere etiam *Sermones de tempore per annum, de Pœnitentia, de Passione Domini, de expositione Orationis Dominicæ, de Decem Præceptis, & de fide,* ex Gesnero *in Biblioth. pag.* 674. Haganoæ per Henricum Gran 1551. in 8. & Ibidem 1514. ex Henrico Wharton *in append. ad hist. literar. Guilelmi Cavè pag.* 72.

Sanctuarium. Brixiæ apud Jacobum Britannicum 1502. in 8. & Haganoæ per Henricum Gran 1551. in 8. In eo habentur *Sermones de Sanctis, de VII. Doloribus B. Virginis, ejusque festivitatibus,* quos recenset Marraccius *in Bibliot. Mar. par. 2. pag.* 253.

Joannes Baptista de Franchis *in Vita pag.* 204. observat, quòd ipsemet B. Petrus in editis Sermonibus aliud opus ab ipso Scriptum citat; nempè:

Dictionarium Morale: & hujus, partem quartã Panormi in Cœnobio S. Citæ servantur etiam nostri Petri hæc alia m. ss. quorum tituli sunt:

Quarta Pars B. Petri Hieremiæ. Quinta Pars B. Petri Heremiæ. In his multa Theologica collegit, ac scripsit.

Volumen, quod multa de rebus moralibus complectitur.

Volumen Sermonum, quorum nonnulli jam editi sunt.

Sermones Quadragesimales à quarta Dominica Quadragesimæ usque ad feriam tertiam Paschæ: in hoc volumine extant etiam: *Sermones II. de Proditione Judæ. De Eucharistia Sermones II. In Evangelium: Videns Jesus Civitatú flevit super illã Ser. I.*

Silva rerum Legalium, Canonicarum, & Theologicarum. Hanc citari puto à Josepho Cumia *de feudis in capitulo si aliquem in præludijs n.* 231. his verbis: *F. Petrus de Hieremia Ord. Præd.*

quem in Sacra pagina, & in utraq; jure emicuisse fertur, in quadam apostilla ad dictum c. volentes, inventa in quodam libro in modum Repertorii confecto, in Bibliotheca S. Citæ Urbis Panormi in verbo Feudum.

Idem B. Petrus *in sermone* 13. *de peccatis* ita se ipsum citat: *Vide quæ scripsi super illo textu Exod.* 32. ex quo deducimus in Sacram Scripturam scripsisse.

PETRUS INTELISANUS Panormitanus Sacerdos, Philosophus, ac Theologus doctissimus, & in astronomicis rebus versatissimus. In gravioribus disciplinis ingenii vires, apprimè egregias, summa cum laude patefecit. Ad animi relaxationē mitioribus literis operam dedit; Musas etenim Latias, Etruscas, Siculasque mirificè coluit; quibus eloquentiæ studia, & eruditionis copiam addidit. In Panormitana Reaccensorum Academia cùm sæpiùs tum soluta, tum ligata oratione diceret, non sine plausu auditus. Claruit anno 1644. Ipsum laudant Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 196. *& par.* 4. *pag.* 323. & Franciscus Baronius *de Majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 3. *pag.* 113. Scripsit vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane, Extant in Musis Siculis *tom.* 2. *par.* 2. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Sacre Siciliane. In Musis laudatis *par.* 4. Ibidem apud Josephum Bisagnium 1653. in 12.

Scripsit etiam, sed non edidit

Carmina, Epigrammata, Elegias.

Italicè

Discorsi Accademici, Panegirici, e Sermoni vari.

Ex his extat apud me:

Orazione Sagra del Santissimo Natale di Giesù Cristo, recitata nell' Accademia de' Raccesi di Palermo. m. s. in 4.

PETRUS JOJUSENSIS, in oppido Jojusæ, vulgò *Giojusa*, Diœcesis Pactensis natus, Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci, vir doctrinâ clarus, qui ingenii præstantiam Lectoris, ac Concionatoris Generalis munere exercuit. Fuit & præclaris muneribus apud suos insignitus; etenim Provinciæ Vallis Neti Visitatorem, Provinciæ Vallis Nemorum Custodem vocalem, ac tandem Provincialem, anno 1647. electum, egit. In suorum regimine prudentiam, ac eximias detexit virtutes. Religionis tyrones, ac etiam Ordinis juniores instruxit, quos ad perfectionis fastigium verbo, & exemplo direxit. Floruit anno 1668. Hujus cum laude meminit Petrus Tognoletus *in Paradiso Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 577. *cap.* 5. *pag.* 587. *& cap.* 7. *pag.* 590. *& par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 13. *pag.* 536. *& cap.* 14. *pag.* 539. Edidit Italicè

Il Religioso ben educato, opera spirituale nella quale si dà il modo d'instruire, & educare bene i Novizij, e novamente Professi nelle Religioni, e specialmente in quella del Serafico P. S. Francesco della più stretta Osservanza, per riuscire il Religioso buon Religioso, e il Frate Minore, vero Frate Minore. Messanæ apud Josephum Bisagnium 1668. in 4.

Scripserat etiam ex Tognoletto citato:

Decisionem quorumdam dubiorum circa Regulam Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ. m. s. in 4.

Italicè

Prattica di Ceremonie, e forma dell'Huomo Esteriore ad uso particolare de' Frati Minori Osservanti Reformati del Regno di Sicilia, composta, ordinata, e compilata da molti Santi Padri, gravi Autori, e altri Ceremoniali. m. s. in 4.

PETRUS JOSEPHUS RODRIQUEZ, origine Hispanus, patriâ Panormitanus, Societatis Jesu, in lucem editus est 4. Octob. 1653. Literarum studiis dicatus Philosophiæ, ac Medicæ facultati operam dedit: ideoque haud vulgari doctrinâ ornatus, Doctoris insignia obtinuit in Salernitana Academia 13. Augusti 1671. Mox ut se totum Deo consecraret, Societatis Jesu institutum amplexus est, & Coadjutoris habitum accepit Panormi 16. Septembris 1671. Bothanicis, pharmaceutricis, ac medicis rebus addictus, in his pertractandis eò profecit, ut summam adeptus doctrinam, magnam æstimationem sibi conciliaverit; hinc 21. Maji 1697. à Siculo S. Officii Tribunali Censor librorum earumdem facultatum constitutus est. At paucis post annis à P. Carolo de Noyella Societatis Generale ad Americanam Missionem in Provincia Chili destinatus, cùm in Hispaniam perveniisset, Tyrsi Gonsalez novi Generalis jussu, Matriti pedem fixit, ut in ejusdem Urbis Collegio pharmacopolæ munus exerceret. Anno 1702. 9. Januarii iterum Philosophiæ, & Medicinæ laureâ insignitus est in Gandiæ Academia: & anno 1706. 9. Decembris Pharmacopola Tribunalis Regii Archiatri Matritensis electus fuit. Nunc Matriti ingenio, ac botanicâ, & pharmaceutricâ eruditione clarus, non sine summa æstimatione vivit. Edidit opus inscriptum:

Apis Hyblæa, sive Utilia Pharmaca elaborandi perbrevis Methodus, Neotericorum usui valdè accommodata. Matriti ex typographia Didaci Martinez Abad. 1705. in 4.

Vitam S. Hamoboni ex Italica in Hispanam linguam vertisse tradunt, ac Matriti edidisse in 4. at non vidi.

PETRUS JOSEPHUS SANCTUS CLEMENS. v. Josephus Galeanus *tom.* 1. *pag.* 384.

PETRUS LUNA ex Urbe Castriveterani, Juris utriusque Doctor, qui Panormi magna cum laude causarum Patronum egit, à doctrina impensè commendatus. Decessit Panormi anno 1631. Hujus meminit Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 575. collegit, edidit q.

Sele-

Digitized by Google

Selecta diversorum Illustrium Sapientissimorum Siculorum Consilia Decisiva, & Allegationes, cum allegationibus, & Consiliis ejusdem Petri Lunæ. Panormi apud Erasmum de Simeone 1627. in fol. in ipsis habes XVI. Consilia nostri Petri.

Ex Pirro reliquit m. ss. nonnulla, quæ apud Bartholomæum Ferreram nepotem servabantur.

PETRUS MACHERONUS Ragalbutensis, ex Privilegio Panormitanus, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor egregius: Doctrinæ præstantiam Panormi detexit anno 1575. grassante peste; & alibi sæpiùs in gravioribus morbis profligandis. Vivebat anno 1630. Ipsius meminit Jo. Philippus Ingarsia *in tract. de peste par. 3. cap. 14. pag. 56.*

Edidit

Responsa Medica, in quibus nonnulli morbi cum suis causis, & signis in examen adducuntur, multaque arduæ quæstiones medicæ pertractantur. Messanæ apud Jo. Franciscum Blancum 1630. in 4.

PETRUS MAGGIUS è Castroveterano, Congregationis Oratorii Panormitani Sacerdos. Vir doctissimus, nedum gravioribus disciplinis, verùm etiam mitioribus clarus: à cultissimâ eloquentiâ summè laudatus; in Sanctorum Patrum, Sacrarumq: literarum lectione versatissimus fuit; & omnigenâ eruditione refertus. Nonnulla promeruit honorum ornamenta; fuit etenim SS. Inquisitionis Siculæ Consultor, & Censor: in Panormitana Diœcesi Synodalis Examinator: & Congregationi Oratorii Panormitani præfuit Præpositus. Quadragesimales conciones habuit Panormi in Ecclesia Oratorii sui, magno cum literatorum plausu; ac sæpiùs auditus, ob eruditionē, & eloquētiam cōmendatus est. Amœniores etiam literas coluit; ideoq; inter Reaccensos Panormitanæ Academiæ adscriptus fuit. Tandem Panormi fato cessit 16. Decembris 1681. Ipsum laudat Jo. Bap. de Judice *in carmin. par. 1. pag. 94.* & Hyacinthus Maria Fortunius *in Plausibus Panormi ad Majestatē Catholicā pag. 33.*

Edidit Italicè.

Orazione Eucharistica per un famoso miracolo fatto da S. Rosalia V. Palermitana. Panormi apud Petrum de Isola 1664. in 4.

Orazione per la solenne Traslatione de' SS.MM. Antio, Macario, Teogene, Mediato, Teodora, & altre Reliquie di Santi nella Cappella del Santissimo Crocefisso della Chiesa di S. Ignatio M. della Congregatione dell'Oratorio di Palermo. ibid. apud Josephum Bisagnium 1664. in 4.

Le Guerre festive nelle Reali Nozze de' Serenissimi, e Cattolici Re di Spagna Carlo II. e Maria Luisa di Borbone celebrate nella felice, e fedelissima Città di Palermo dall'Illustrissimo Senato della medesima Città: Relatione Istorica. Ibidem apud Josephum Barberam, & Thomam Rummolū, & Orlandum 1680. in fol. opus æneis imaginibus illustratum.

La Giostra Panegirico di S. Ottavio Martire. Ibid. apud Josephum Bisagnium 1651. in 4.

PETRUS MAGRUS Panormitanus Sacerdos eximiæ literaturæ vir. Sacræ Theologiæ, & Juris Utriusque Doctor. Philosophiæ, ac Theologiæ scientiis apprimè cumulatus effulsit: quibus Jurisprudentiam addidit, in qua ita fuit versatus, ut Cæsarea, ac Pontificia Jura, non sine laude docuerit Panormi. Amœnioribus etiam literis ornatus, sui æstimationem excitavit: Musas etenim Etruscas, ac Latinas egregiè coluit, & inter Reaccensos Panormitanæ Academiæ non ultimum obtinuit locum. Omnigenâ Eruditione, præsertim latinâ, & Hispanâ locupletatus primas inter doctiores obtinuit. His præclaris fultus præsidiis in Hispaniam transiit unà cum Simone Rao, viro præstantissimo, de quo suo loco; ibiq; ita innotuit hujusce viri doctrina, ut ad institutionem filiorum Ducis Medinæ de las Torres, & Comitis de Oñatte inter præstantiores delectus sit; cujus patrocinio Altamuræ Archipresbyter electus est anno 1662. Nec egregio viro defuisset Episcopalis infula, si Sicula, vel alia tunc vacasset Ecclesia. Etsi Altamuræ Archipresbyter nullius Diœcesis, nonnisi Episcopalem exoptet characterem: mitrâ enim, ac baculo, aliisq; Pontificalibus utitur, benedictionem populis impartitur, minores ordines, & beneficia cum mensium alternativa conferat, aliisque Episcopalibus gaudeat. In ea regenda Ecclesia per annos 26. prudentiâ, & doctrinâ claruit, ac vigilantissimi Pastoris dotes latissimè patefecit. Palatium Archipresbyterorum amplificavit, ac pœnè totum refecit: ædes in villa quadam amœniori, ad sui, & successorum oblectamentum excitavit. Divæ Rosaliæ Concivi Sacellum in principe Templo dicavit, ejus statuam affabrè insculptam extulit. Obiit tandem anno 1688. Mense Augusti, ut ex novis itineribus Joannis Bap. Pacichelli habemus *par. 1. pag. 293.* qui Petrum etiam laudat *in Itinerib. suis par. 4. to. 1. epist. 85. pag. 517. & 521. & in novis itinerib. p. 1. pag. 192. 289. 424. & p. 2. pag. 103. & 108.* & in libro: *Napoli in Prospettiva par. 1. pag. 223.* Petri etiam meminit Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom. 2. n. 5604. pag. 1165.*

Edidit Italicè

Lo Stellario Canzone Sacra. Panormi apud Alphonsum de Isola 1644. in 4.

Le Vittorie Eucharistiche Oratione detta in Palermo nella Chiesa di N. Signora della Vittoria nel dì primo di Maggio 1650. nell'oratione delle Quarant'hore. Ibid. apud Cyrillos 1651. in 4.

L'Apostolo di Roma Oratione per S. Filippo Neri detta in Madrid nella Chiesa degl'Italiani nel giorno della sua festa l'anno 1653. innanzi al Real, e Supremo Consiglio d'Italia. Matriti apud Paulum de Val 1656. in 4.

Hispanâ linguâ

Las Bodas despreciadas. Oracion Evangelica por S. Rosalia Virgen Palermitana, de la Casa

Digitized by Google

Real de Sicilia. Dixola en Madrid al Real, y Supremo Consejo de Italia. Ibid. apud Didacum Diaz Carrera 1661. in 4.

Jesu Christo Exaltado. Oracion Evangelica por la Santa Cruz. Ibid. apud eumdem 1661. in 4.

Sub nomine Caij Petronij Macrini, sine typographi nomine, hæc alia in lucem emisit, inscripta:

Caij Patronij Macrini ex libro primo Animadversionum Aulicarum, dormientis ingenij medicamentum Cubile ægris sæculi moribus expositum. Matriti 1659. in 4.

Candidatus elusus, sive Equuleus Veritatis, declamatio in decem viros. Ibidem 1660. in 4.

Scripsit, sed non edidit:

De Viris Illustribus sui, & superioris sæculi. Italicè

Istoria di Spagna illustrata con Riflessi Politici.

Rime Italiane. Librum carminum etruscorum nostri Petri m.s. servabat, annis jam elapsis Josephus del Voglia Panormitanus.

Discorsi Accademici.

Et alia tum versu, tum solutâ oratione, latinè, ac Italicè.

PETRUS MAJORANA Panormitanus, claro genere exortus, ingenio, & doctrinâ mirificè enituit. Literarum studio admotus, in ipsis acerbioris ætatis primordijs mentis aciem manifestavit egregiam; non dum enim decimumtertium ætatis suæ annum attigerat, cùm in Panormitano Collegio Societatis Jesu, propugnatis magno cum plausu thesibus, Philosophiæ lauream accepit. Jurisprudentiæ addictus, non alio quàm se ipso præceptore, egregiam assequutus doctrinam, in Messanensi Academia Doctoris gradu cohonestatus est. Eò eruditionis, & doctrinæ præsidijs pervenit, ut inter primarios causarum patronos jure meritò sit relatus: ideòque gravioribus Procerum, ac Dynastarum consultationibus, ac rerum defensioni adhibitus est, magno cum clientum beneficio, à felici causarum exitu summè laudatus. Pluries in Supremo Hispaniæ Concilio Regentes, Regnique Præsules, ac Præsides in difficillimis magni momenti negotijs ipsius consilium avidissimè expetiere. A præstantioribus Jurisprudentiæ Doctoribus, ejus singularem doctrinam venerantibus, permagnam æstimationem adeptus est. Primarum Appellationum Urbis Panormi Judex electus, dum summo omnium plausu judicia exerceret, 35. ætatis anno vix expleto, oculorum ægritudine affectus, cæcitatem contraxit: at peculiari Proregis mandato Judicia non dereliquit. Inde etsi à lucubrationibus scribendis vacare coactus sit; attamen causarum patrocinium, instantibus clientum, & amicorum precibus, non deposuit: hinc oculorum lumine orbatus, cum omnium admiratione causas propugnabat, ac legum, & Doctorum testimonia feliciter allegabat, paginarum, ac linearum memor. Eâ in conditione non elanguit viri eximii nomen; nam eodem æstimationis gradu claruit apud Jacobum Palafox Archiepiscopum Panormitanum, qui in gravioribus negotiis ipsum consulebat. Petrus Guerrerius, & Antoninus Juratus in Supremo Hispaniæ Concilio Regentes, aliique, datis ad eumdem literis laudum onustis, viri præstantiam magni fecere. Hinc jure optimo Franciscus Benavides Comes S. Stephani, cùm Siciliæ gubernium absolvisset, Panormo discedens ipsius imaginem in tabula sibi describi curavit, hac inscriptione hispanâ linguâ ornatam: *D. Petrus Majorana Primus Advocatus Urbis Panormi.* Demum longâ luminum orbitate affectus, septuagenarius vivere desiit Panormi Januarii 1709. Ipsum laudant Paulus Franciscus Perramutus *in Conflictu Jureconsultorum*, & Franciscus Magrettus *in observat. ad Prag. Ducis Sermonetæ* §. 9. & 10. *obser.* 5. & 6. *in fine*. Sub prælo habetur opus ipsius inscriptum:

Selecta Hypothecaria, & Feudalis: sive Repertorium doctrinale de pertinentibus ad materiam de Hypothecis, & Feudis. Opus Posthumum. Panormi ex typographia Antonini Epiri 1710. in fol.

Scripsit etiam

De Jure Tareni Possessionis Tractatum. m. s. in fol.

Hujus filius nunc vivit

PETRUS ANTONIUS MAJORANA Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, qui à tanti patris vestigiis non deflectit: exactis enim cum ingenii præstantissimi laude studiorum spatiis; graviores Philosophiæ, ac Theologiæ scientias per plures annos docuit, variis studiorum muneribus insignitus. Nunc in Cænobio Panormitano S. Dominici Regentis munere Scholasticam Theologiam iterum doctissimè tradit. Eloquentiâ clarus pluriès cum plausu auditus est. Ejus nominis fama in dies assurgit, ingenio etenim, doctrinâ, & eruditione ornatissimus, multa promittere planè videtur. Edidit tantùm Italicè

Il Sagro Invito al Cantico di Moisè per le Vittorie dell' Augustissimo Monarca Filippo V. Re delle Spagne, due Sicilie, &c. Discorso recitato nella Chiesa del suo Real Convento di S. Domenico dell' Invittissima, e fedelissima Cittá di Trapani. Drepani apud Francum 1711. in 4.

La Scuola de' Principi aperta nelle solenni Esequie delli Serenissimi Sposi Ludovico, e Adelaide Delfini di Francia Fratelli Augusti dell' Invittissimo Monarca Filippo V. Orazione Funebre recitata nella Cattedrale di Palermo a 23. Agosto 1712. Panormi apud Antoninum Epirum, & Franciscum Cichè 1712. in 4.

PETRUS MANCUSUS Leonfortensis, natus anno 1636. & humanioribus literis institutus, mox in Collegio Calataniseetensi Societatis Jesu Philosophiæ operam dedit, non sine ingenii laude. Agrigentum profectus in ejus Urbis Seminario, sub doctissimi Thomæ Caballi Ordinis Prædicatorum disciplina, Sacræ Theologiæ incubuit. Doctrinâ satis instructus

Digitized by Google

ctus Jurisprudentiæ adhæsit, eâ sedulitate, ut anno ætatis suæ 21. hujus facultatis lauream acceperit. At impellente naturæ vi, ad poetica studia suavitèr tractus, Musas vehementiùs, quàm Justiniani vestigia sequutus, ad carmina scribenda se contulit; eâque felicitate, ac plausu, ut magnum sibi nomen comparaverit. Ideoque virum poeticâ gloriâ celebrem, ac humanioribus literis clarissimum, Stephanus Regius Jacis Princeps delegit, ut Panormum se trasferret; sive potiùs contra propriæ voluntatis votum, in libertatem propendentis, benevolentiæ impetu secum traxit, ut à secretis esset in universa administratione omnium bonorum, ac amplissima dictione Ducis Montisalti; quo in munere egregiam contulit operam per annos duodecim. At postquam biennio impensè insticiisset, ut in pristinam libertatem restitueretur; tandem non sine permaximis ostaculis, abeundi potestatem obtinuit: ideoque eâ curâ solutus Catataniseæ domicilium fixit suum, ubi uxorem duxerat Susannam de Ajala, ut ea in Urbe corporis sarcinam deponeret. Ibidem decies præfuit Judex Civilis, & Criminalis; & quatuordecim Syndicatoris munere perfunctus est in omnibus locis, in quibus Ducis Montisalti dominium protenditur. At nunquam Poesis studium deposuit, quod supra omnes facultates summè dilexit. Vivit hoc anno 1712. vir eximius, morum integritate conspicuus; solitudinis, ac pietatis studiosus. Divitem ejus venam hæc testâtur monumenta:

De Immaculatæ Virginis Illibata Conceptione Anagrammata. Panormi apud Josephum Bisagnium 1664. in 8.

Italicè

Il Trionfo della Penitenza nel Figliuol Prodigo Ravveduto. Rapresentazione Sacra. Ibidem apud Augustinum Epirum 1698. in 8.

L'Arcier Ferito per la Conversione di S. Eustachio. Opera Tragica. Ibidem apud eumdem 1699. in 8.

La Virtù Insuperabile in Ulisse, e Partenope perseguitati. Opera Scenica. Ibidem apud eumdem 1699. in 8.

Il Mondo in Scena Azione Tragica. Ibidem apud eumdem 1700. in 8.

Il Disinganno de' Principi in Demetrio Moscovita. Azione Tragica. Ibidem apud Dominicum Cortesium 1703. in 8.

L'Orondate, overo il Premio della Costanza. Azione Tragi-comica. Ibidem apud eumdem 1703. in 8.

L'Amicizia in tormento. Opera Scenica. Ibidem apud eumdem 1703. & 1705. in 8. & apud Felicem Marinum 1712. in 12.

La Forza della Divozione. Azione Scenica. Ibidem apud Dominicum Cortesium 1704. in 8.

Fingere per vincere. Azione Scenica. Ibidem apud eumdem 1705. in 8.

L'Amore Decida. Funerale di Cristo Redentore. Azione Sacra. Ibidem apud eumdem 1709. in 8.

La Vittoria di se stesso espressata in Maometto Secondo Imperator de' Turchi. Azione Tragica. Ibidem apud Felicem Marinum 1712. in 8.

L'Ercole Gallico. Vaticinio Armonico a tre voci, Serenata da rappresentarsi alla riva dell' Anfiteatro di S. Ninfa in Palermo Lunedì del corrente Luglio a sera 1704. in applauso a i gloriosi Natali del Sereniſſimo Signor Duca di Bertagna Figlio Primogenito dell' Altezza Reale del Signor Duca di Borgogna. Ibidem apud Augustinum Epirum 1704. in 4.

Prælo paravit etiam:

La Verginità feconda nel Natale di Giesù Salvatore.

La Cleopatra.

Il Destino Inevitabile.

La Santa Genevieffa.

Il Codro.

Poesie Liriche.

PETRUS MARCHESIUS nobilis Messanensis, Ordinis Clericorum Regularium, natus anno 1606. Religionis institutum amplexus est, & solemnia edidit vota primo Septembris 1624. In studiorum curriculo ita ob ingenii præstantiam profecit, ut vix emensis studiorum spatiis, scholasticas disciplinas sodales suos egregiè, ac doctissimè docuerit. Philosophiam Mediolani, Theologiam verò Genuæ, & Messanæ tradidit magna cum laude. Messanæ etiam in publica illius Urbis Academia per annos propè viginti primariam Cathedrâ moderatus, Sacram Theologiam, Sacramque Scripturam non sine omnium plausu professus est. Sacram quoque eloquentiam suam, eruditione, ac rerum copiâ exornatam, è suggestu patefecit, tum in cinerali jejunio pluries concionando, tum etiam per anni ambitum festis diebus, ac non exiguum sibi nomen comparavit. Supremum verò concionatorum fastigium occupasset nisi ejus eloquentiæ fluenta scholæ, aliaq; præclara viri munia divertissent. In S. Inquisitionis Siculæ Tribunali Censorem egit: Messanensem domum pluries rexit Præpositus: & Siculam Provinciam Visitatoris munere perlustravit. Obiit tandem Messanæ 5. Februarii 1669. ipsumque laudant Josephus Silos *in hist. Cler. Regul. par. 3. lib. 12. pag. 633.* & Placidus Reina *in hist. Messan. par. 2. pag. 532.* Edidit Italicè

Panegirici Sacri del Signore, e de' Santi Parte Prima. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1650. in 4.

Parte Seconda. Ibid. apud eosdem 1653. in 4. Utraque pars recusa est Venetiis, cúm aliorum Panegyricorum accessione, apud Hæredes Leni 1663. in 4.

Partem Tertiam m. s. reliquit.

PETRUS MARIA CICALA Panormitanus, Societatis Jesu, natus anno 1616. ad Societatem accessit 12. Novembris 1633. in qua solemnia emisit vota 8. Septembris 1652. In studio-

Digitized by Google

ſtudiorum paleſtra egregiam ingenii vim patefecit: humaniores præſertim literas magnâ felicitate coluit, quas docuit, ut etiam Rhetoricam: & in concinnandis Siculis cantionibus, veluti à natura formatus, uberrima venæ fluenta copiosè emittebat. Fuit & indefeſſus operarius, ob animarum zelum, ac profectum utiliſſimus. Virtutibus haud exiguis, morumque ſuavitate, ad ſui venerationem animos attrahebat. Deceſſit Panormi in Domo Profeſſorum, in qua Præpoſitum egerat, 30. Maji 1680. Edidit ſuppreſſo nomine

Vitæ Compendium Ven. Fr. Bernardi à Corleone Siculi Laici Capuccini à P. Michaele Frazzetta Soc. Jeſu Italicè datum, à Sacerdote ejusdem Societatis latinè redditum. Panormi typis Petri de Iſola 1679. in 4.

Italicè

Caccia del Divino Amore. Dialogo. Ibid. apud eumdem 1674. in 4.

Apud U. J. D. Vincentium Auriam m. ss. vidi

Orationem ad Illuſtriſſimum Senatum Feliciſſimæ, ac Fideliſſimæ Urbis Panormi anno 1647. in aula Collegii Soc. Jeſu in anniverſaria ſtudiorum luſtratione. in 4.

Congeminatum felicitatis Panormitanæ miraculum. Orationem alteram ad Illuſtr. Senatum Panormitanum anno litterario recurrente 1648. in 4.

PETRUS MARIA MUTOLUS Meſſanenſis, Officinæ Meſſanenſis Academicus, Aſtronomiæ peritiſſimus. Floruit anno 1665. quo edidit Italicè

Del Movimento della Cometa del 1664. Piſæ apud Jo. Ferrettum 1665. in 4.

PETRUS MARTYR EMMANUEL. v. Petrus Emmanuel pag. 138.

PETRUS MARTYR SCANDARIATUS Caſtroveteranenſis, Ordinis Prædicatorum, apud ſuos Baccalaurei munere claruit. Vir morum integritate inſignis, doctrinâ tum Scholaſticâ, tum Morali abundè inſtructus, & in Pontificiis juribus verſatiſsimus ſui nomen excitavit. Humanioribus literis non vulgariter eruditus, latinâ eloquentiâ valuit. Pluries Patrium Cœnobium Prioris nomine rexit: & in eo deceſsit circa annum 1702. Edidit varias orationes in Comitiis Provincialibus, quas alii Ordinis ſui juniores in iisdem dixere: & ſuppreſſo auctoris nomine prodiere; aliqua earumdem nomina hæc ſunt;

Hercules Atlanticus, Oratio pro Comitiis Provincialibus celebrandis in Regio Conventu S. Dominici de Panormo die 30. Aprilis 1667. habita à Fr. Thoma Maria Vaginelli. Panormi typis Buæ, & Camagnæ 1667. in 4.

Felix Vitis, Oratio habita pro Comitiis Provincialibus celebratis in Regio Conventu S. Dominici de Panormo die 18. Aprilis 1682. à Fr. Petro Vincentio Platamone. Ibidem apud Petrum de Iſola 1682. in 4.

Aquila Grandis Magnarum Alarum, Oratio pro Comitiis Provincialibus celebrandis in Regio Conventu S. Dominici de Panormo die 16. Aprilis 1695. habita à Fr. Henrico Teſtava. Ibidem apud Petrum Coppolam 1695. in 4.

PETRUS MATAPLANA Panormitanus, origine Hiſpanus, patrem etenim Barchinonenſem habuit Joſephum Mataplanes, qui belli artibus inſignis, diu univerſæ rei tormentariæ in Sicilia Præfectus inclaruit, aliiſq; militaribus muniis inſignitus eminuit. Natus Panormi 8. Junii anno 1661. literis egregiè eruditus, ac gravioribus diſciplinis abundè inſtitutus, Sacræ Theologiæ laureâ inſignitus eſt. Amœniores etiam literas non neglexit: ideoque Muſas impensè excoluit, ac rhythmicè multa tum Latinè, tum Italicè ſcripſit, ac ſparſim edidit, quibus poeticam ſui indolem mirificè oſtendit. Pluries etiam è ſuggeſtu auditus ab eloquentiâ, ſtyli nitore, & eruditione meritò celebratus. Cùm Hiſpaniam adiiſſet, ibique epithalamicam lucubrationem, in nuptiis Caroli II. Catholici Regis, & Mariæ Annæ Sophiæ Bavariæ, & Neoburg Italico carmine edidiſset, ac eidem Reginæ obtuliſſet, ejusdem æſtimationem expertus eſt, & Canonicatum in Metropolitana Eccleſia Panormi obtinuit anno 1691. quo auctus onore patrios lares reſalutavit. In Hiſpaniam iterum ſe contulit, ut Capituli ejusdem Eccleſiæ negotia in regia aula procuraret, eaque impigrè pertractavit. Vivit eximius vir nunc Panormi, Decani munere in laudata Cathedrali ornatus, ingenio, doctrinâ, morumque gravitate inſignis, anno quo hæc typis traduntur 1613.

In lucem emiſit

Mariæ Annæ de Bavaria, & Neoburg, Hiſpaniarum Reginæ, ſemper Auguſtæ, de ſua, & Catholici Regis amantiſsimi Recuperata Valetudine Carmen Extemporaneum. Matriti 1691. in fol.

Italicè

Applauſi Feſtivi del Regno di Sicilia per le Nozze tra Carlo Secondo, e Maria Anna Sofia di Baviera, e Neoburg. Matriti 1690. in 4.

Vita, e Miracoli di S. Roſalia Vergine Palermitana del P. M. Fr. Giovanni da S. Bernardo, Lettor Giubilato, Qualificatore del S. Vfficio, Eſaminatore Sinodale dell'Arciveſcovado di Siviglia &c. del Terz'Ordine di S. Franceſco. Portata dal Caſtigliano all'Italiano: con aggiuntavi al fine una Sommaria Relazione de' danni cagionati da' Terremoti in Sicilia. Panormi typis Auguſtini Epiri 1693. in 8.

Novena in onore della Glorioſa S. Roſalia Vergine, Romita Palermitana, Protettrice contro la Peſte, e Terremoti. Ibidem typis Dominici Corteſii 1708. in 8. ſuppreſso nomine.

Hiſpanâ linguâ

Vida de Fray Benito de S. Fradelo Religioſo Recolcto de la Orden de S. Franciſco, comunemente nombrado el Santo Negro de Palermo. Matriti 1702. in 4.

Novena en honra de la Glorioſa Virgen, y Anacoreta S. Roſalia de Palermo Abogada contra la Peſte

Digitized by Google

Peste, y Terremotos. Panormi typis Dominici Cortesii 1708. in 8.

Prælo parat opus in varios tomos distributum, cui titulus:

Il Troppo Condennato, cioè: li due Estremi condennati per viziosi in ogni azione umana, così Fisica, come Morale, e Politica.

PETRUS MENNITUS Messanensis Ordinis S. Basilii Magni, Sacræ Theologiæ Magister, Abbas perpetuus S. Nicandri, Regiusque Cõsiliarius in Sicilia; vir à doctrinà, eruditione, morum comitate, ac monasticæ disciplinæ zelo apprimè commendatus. Ordinis tyrones sanctè instituit: Vicarius Generalis Archimandritatus Messanensis, Sede vacante, præfuit. Per plures annos in Romana Curia Procuratorem Generalem totius Ordinis egit summa cum laude; ac tandem ex Pontificio Decreto Innocentii XII. 24. Februarii 1696. ad supremum Ordinis sui fastigium erectus est. Cœnobium Romanum Codicum Græcorum copiâ, è Monasteriis Calabriæ, ubi obsoleto pænè Græcæ linguæ usu, neglecta jacebat, in ejusdem Romani Monasterii Bibliothecam deductâ, mirificè exornavit. A Clemente XI. Pontif. Max. Episcopus Ostunensis electus, dignitatem ultrò oblatam recusavit. Nunc Romæ haud exigua æstimatione prosequutus, Abbatis Generalis munere, in Religionis propagationem, splendoremque instaurandum toto pectore incumbit, & egregias promeretur laudes. Ipsum celebrant Ab. Antoninus Magrì *in notitia novi Monasterii Panormitani Ord. S. Basilii pag.* 40. Josephus Cozzus in Oratione, cui titulus: *La Galassia scolpita*, per totum, & Bernardus de Montfaucon *in Diario Italico cap.* 1^. *pag.* 210. Edidit

Kalendarium præcipuorum Sanctorum Ordinis S. Basilii Magni. Velitriis apud Paulum Piccinum 1695. in fol. expanso, & alibi. Italicè

Breve raccolta de' Precetti, e Consegli, che si contengono nella Regola del Proto-Patriarca S. Basilio Magno nella seconda parte delle Constituzioni della Religione di detto Santo. Messanæ apud Vincentium de Amicò 1691. in 8. suppresso nomine.

Didatterio Basiliano, overo Istruzzioni per la buona educazione de' Novizij, e Professi della Religione di S. Basilio Magno. Romæ ex typographia Josephi Nicolai de Martiis 1710. in 4. Prælo parat

Bullarium Basilianum à Leone I. usque ad SS. D. N. Clementem XI.

Notitias Monasteriorum Italiæ Ordinis S. Basilii Magni.

Catalogum Virorum Illustrium Ordinis S. Basilii. Italicè

Cronica del Monastero Carbonense nella Basilicata.

Cronica del Monastero di Grotta Ferrata nel Tusculo.

Cronica del Monastero del Patirio in Rossano.

Vita di S. Basilio Magno; con l'Historia dell' Propagazione della sua Regola in Oriente, ed Occidente.

Historia della Fondazione de' Monasterij dell' Ordine di S. Basilio in Italia.

PETRUS DE MINIO Poeta Siculus incertæ patriæ. Hunc Nicolaus Villanus *in discur. de Poesi ludrica pag.* 74. edito sub nomine Academici Aldeani, inter celebres Siculos recenset, qui Siculâ linguâ ludrica edidere carmina: at quæ in lucem protulerit nec ipse innuit, nec mihi adhuc innotuere.

PETRUS OLIVERIUS Randatiensis, ex privilegio Panormitanus, Juris utriusque Doctor. Doctrinâ excultissimus inter primarios causarum Patronos inclaruit: virumque egregium nonnullæ exornarunt Jurisprudentiæ dignitates. In Panormitano Prætorio, in Magnæ Regiæ Curiæ, & Concistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ subselliis pluries sedit Judex. Inde Regii Patrimonii Præses electus est anno 1675. Demum in Hispaniam accersitus anno 1678. ut Regentis munere in supremo Italiæ Senatu præesset, illòque cùm se contulisset; post aliquot menses Matriti decessit 15. Julii 1680. Hujusce meminere Balthassar Falsaperla *in carm. pag.* 13. *&* 104. & Vincentius Auria *in hist. Chronol. Proreg. Siciliæ pag.* 303. Edidit

Allegationes pro D. Laurentio de Undo contra Universitatem Civitatis Minei. Panormi ex typographia Nicolai Buæ 1651. in fol.

Allegationes, apud Paulum Franciscum Perramutum *in Conflictu Jureconsul. par.* 3. *tom.* 1. *à pag.* 92. *ad* 109.

PETRUS OPEZINGA nobilis Panormitanus, Quintus Baro Palatii Adriani, Parentibus Francisco Opezinga, & Catharina Tagliavia, ex Terrænovæ Ducibus, natus. Ab anno 1616. variis in patria perfunctus muneribus, Senatoris honore 1618. eamdẽ patriam rexit. Anno 1647. in popularibus Panormi tumultuationibus multa egregiè patravit in Regis Catholici obsequium, ac Urbis beneficium: & ut turbas componeret nimium desudavit; ut ex earumdem tumultuationum Historia Antonini Collurafi, aliorumque patet. Ideoque in grati animi significationem literas à Catholico Rege scriptas accepit, quibus Petri obsequium sibi gratum fuisse [illegible]. Ordinis Alcantaræ insignia obtinuit, & centuriæ militum Hispanorum Dux electus est; etsi ipse vir non Hispanus, sed Siculus esset: eamque Centuriam proprio sumptu Petrus conflavit. Uxorem duxit Orietiam Siracusam, & Corsettam, Petri Corsetti (de quo in hoc tomo *pag.* 135.) neptis. In quibusdam rerum fluctuationibus, ob calumnias ab æmulis, sibi invidentibus forsan excitatis, Siciliam reliquit, ac primùm Venetias trajecit, mox in Galliam se contulit, ibique à Magno Ludovico XIV. Rege Castrorum Mareschallus constitutus est, ut bellicam virtutem, quâ munitus apprimè erat, detegeret. Adversâ valetudi-

ne

ne pressus, in Italiam remeavit, ac Venetias repetiit. Exinde cùm rebus suis medelam afferre desperasset, in Peruanam regionem navigaturus, Portugalliæ regnum perlustravit, ibique pedem fixit; ac cognitâ ejus animi fortitudine, Castrorum Præfectus, Major pugnæ Instructor, & summus armamentariæ rei Administer delectus est. Resalutatâ iterum Italiâ, in bello inter Galliæ Regem, & Genuenses exorto, Catholici Regis permissu, à Genuensibus summâ auctoritate Castris præficitur. Demum Romam devenit, ibique magnam sui æstimationem expertus est; præsertim apud Catholici Regis Oratores, ac apud Alexandrum VII. & Clementem IX. Sum. Pont. Cùm Messanensis defectio bellum in Sicilia excitasset anno 1674. à Ferdinando Joachim Faxardo de Requesens Marchione de los Velez, Neapolitani Regni Moderatore, accersitus est, ut cum eo consultationem instituteret de defendendi Siciliæ Regnum ratione, cujus ideam sibi transmiserat Petrus: at mors omnia dissolvit; vir etenim bellicâ gloriâ clarus obiit Romæ anno 1677. Edidit Hispanâ linguâ

Los Exercitios Militares. Romæ typis Bernabò 1670. in 8.

Hoc opus Eques Manescalcus in Italicam linguam vertit, hoc titulo inscriptum: *Pensieri Militari*: aliusque Gallicum fecit.

Para el Rey Nuestro Señor Memorial de D. Pedro Opezinga y Tagliavia. Ibidem apud eumdem 1670. in 8.

PETRUS PARISIUS Drepanitanus, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor celebris, ab egregia doctrina laudatus. Pestem in arce Gulectæ in Africa anno 1570. curavit, sub ejusdem arcis Præfecto Alphonso Piementellio. Sæviente etiam peste anno 1575. Panormo nimiùm profuit; nam contra morbi grassantis vires Urbem eximiâ propugnavit doctrinâ. Ideoque præter amplissima dona à Panormitano Senatu, in grati animi argumentum sibi collata, nobilis Civis Panormitanus constitutus est, ex privilegio dato Panormi 19. Novembris 1575. Melitam ab Henrico Gusmano Comite Olivarensi Siciliæ Prorege missus anno 1593. eamdem etiam Insulam à contagiosa lue liberavit: indeque multis affectus est muneribus ab Hugone Laubeinz Verdala, Magno Hierosolymitani Ordinis Magistro; qui duos etiam Petri filios, ejusdem equestris Ordinis insignibus cohonestavit. In Siciliam revocatus ab eodem Prorege, à Martino Garzes Verdala in eodem Magisterii munere suffecto, iterum Melitam accersitus, eamdem insulam pestis ad annum 1603. inhabitavit; cùm [illegible] annis medicam facultatem magnâ nominis famâ exercuisset, ut ipse fatetur in addictionibus ad librum *de Peste* cap. [illegible] pag. 100. at paulò post Panormi decessisse suspicor. Petrum laudant Jo. Philippus [illegible] *de Peste par.* 2. *cap.* 11. *pag.* 245. Leonardus Orlandinus *in descrip. Drepani pag.* 51. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 556. Franciscus Valcassar *in orat. funebri pro Antonio Crispo pag.* 5. Vincentius Nobilis *in Thesauro de Virgine Drepanitana cap.* 23. *pag.* 784. & Fabius Paulinus *in Tucid. de peste Atheniensium*. Edidit Italicè

Avvertimenti sopra la Peste, e Febre pestifera, con la somma delle loro principali cagioni. Panormi apud Joannem Ant. de Franciscis 1593. in 4.

Aggiunta agli Avvertimenti sopra la Peste. Ibidem apud eumdem 1603. in 4.

Brieve Discorso sopra il medicamento di Vino, & Oglio per guarire ogni sorte di ferita. Ibidem apud eumdem 1603. in 4.

Scripsit alia *de Rebus Medicis*. Franciscus Valcassar *loc. cit.* ait, quòd Petri lucubrationes à Doctoribus Ultramontanis in aphorismos digestæ, in magno pretio habentur, ac laudantur.

PETRUS PATAVINUS Augustanus, Ordinis Prædicatorum, natus anno 1603. patre Sebastiano Patavino Medico Doctore, anno ætatis suæ 15. in Prædicatorum Ordine Deo se dicavit, in Cœnobio Catanensi S. Mariæ de Grandis, ubi solemnia emisit vota. Emensis studiorum spatiis Lectoris munere insignitus est. Cùm verò verbi Divini prædicationem suscepisset, per annos 33. eo munere functus, tum in Quadragesimali curriculo, tum Adventus tempore conciones habuit, non sine bonorum approbatione, animarumque fructu: ideoque Concionatoris Generalis titulo insignitus est. Patrium Augustæ, & Neri Cœnobium rexit Prioris munere. A morum innocentia, regularis disciplinæ observantia, ac zelo summè laudatus, venerationem sibi conciliavit. Tandem à Gallis occupata Augusta anno 1675. ad Leontinum Cœnobium secessit, ubi annum agens 73. in Domino sanctè quievit anno 1676. Ipsum laudat Franciscus Vita *in hist. Augustæ pag.* 35. Hispanos hos libros in Italicam linguam vertit, nempè:

Quinta Parte dell'Historia di S. Domenico, e del suo Ordine de' Predicatori di D. Fr. Gio. Lopez Vescovo di Monopoli, tradotta dallo Spagnuolo in Italiano. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1652. in fol.

La Dottrina Cristiana, composta dal P. M. Fr. Gio: di San Tomaso dell'Ordine de' Frati Predicatori, tradotta dallo Spagnuolo nell'Italiano. Velitriis per Carolum Bilancionem 1653. in 12.

Avvertimenti per aggiutare à ben morire dello stesso P. Gio. di S. Tomaso, tradotti dallo Spagnuolo nell'Italiano. Ibidem apud eumdem 1653. in 12.

PETRUS PATERNIONIUS Panormitanus, origine Catanensis, Ordinis Clericorum Regularium, Panormi natus 22. Septembris 1638. Ordinis sui institutum amplexus est, ac solemnia emisit vota Panormi 14. Septembris 1659. Vir sanè severioribus disciplinis exculti[illegible]simus: emensis etenim studiorum spatiis per annos

Digitized by Google

annos multos ſumma cum laude Rhetoricam, Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam ſodales ſuos docuit: Theologiam etiam in publica Meſſanenſium Academia tradidit. Apud ſuos honoribus inſignitus effulſit; Præpoſiti enim munere domum Panormitanam rexit; ac Siciliæ Viſitatorem egit. D. Ferdinandus Bazan Archiepiſcopus Panormitanus inter Examinatores, ac Theologos ſuos adſcripſit. Per aliquot annos in Eccleſia S. Joſephi Panormi per anni ambitum ſingulis feſtis diebus ſermones doctrinâ, & eruditione refertiſſimos habuit, non ſine ſapientum plauſu. Cùm vir doctiſſimus morum gravitate, prudentiâ, aliisque animi dotibus ſui venerationem excitaſſet, in moleſtiſſimum incidit morbum, & adauctâ inter dolores mirificè patientiâ, diem clauſit extremum Panormi 23. Novembris 1706. Edidit Italicè

La Dea Feſta Panegirico detto nelle pompe funebri del R. Monſignor D. Giuſeppe Boccadifuoco Clerico Regolare, Abbate di S. Pietro, e Paulo d'Itala, e Veſcovo eletto di Mazzara. Panormi apud Petrum Coppolam 1685. in 4.

Divæ Roſaliæ Feſtum Panormi celebratum anno 1691. inventione, ac inſcriptionibus ornavit, quas habes in opuſculo, cui titulus:

I Trionfi del Tebro ſuperati da quelli dell'Oreto nella Solennità dell'anno 1691. conſagrata alle Glorie di S. Roſalia V. Palermitana. Ibid. apud Carolum Adamum 1691. in 4.

Prælo paraverat nonnulla opera Theologica, aliaque cultiori literaturâ expolita.

PETRUS PAULUS CORSUS Meſſanenſis Sacerdos, ſcientiarum ſtudia amplexus, graviores Philoſophiæ, & Theologiæ facultates didicit in Cœnobio Meſſanenſi S. Dominici Ordinis Prædicatorum, ac doctrinâ ornatiſſimus pietatem ſemper coluit, quam virtutum exemplo maximè illuſtravit: ideoque in omnium oculis veneratione dignus vivit. Ut aliorum profectum promoveret omne adhibuit ſtudium, ut Virgines nonnullæ periclitantes, in Conſervatorio Meſſanæ novitèr excitato, ſub titulo S. Mariæ de Literis, ad rectam vivendi rationem dirigerentur; in quarum cura diu occupatus, animi ſui fervorem ampliſſimè detexit: magnos etenim labores, in earumdem tuitione pertulit; ac ſumptus haud exiguos profudit; adeout ſuam familiam penè depauperaverit, ut in calamitoſiſſimis hiſce temporis anguſtiis operis hujus ſanctimoniam ſuſtentaret, ſolidaretque. Vivit Meſſanæ vir eximius, & ad pietatem fovendam has edidit opellas, vel ſuppreſſo nomine, vel ſub nomine Mariani Geſuardi:

Jacula Mariani Amoris Pſalterii Virginalis in honorem Immaculatæ Deiparæ. Meſſanæ typis Vincentii Amici 1698. in 12.

Fragmenta Virgini affectus in SS. Nomina Mariæ Virginis honorem. Ibidem apud eumdem 1698. in 12.

Laudes Marianæ, quæ à Meſſanenſibus in hono-

norem Sacræ Epiſtolæ B. Virginis Genitricis Dei Mariæ eorum Perpetuæ Protectricis recitantur. Ibidem apud eumdem 1702. in 12.

Italicè

Sfuogo d'Amoroſe Salutazioni, con le quali un cuore veramente innamorato della Gran Signora Vergine, e Madre Maria, li ſuoi puriſſimi, e ſantiſſimi membri ſaluta, adora, e venera; e con ſette divotiſſime Petizioni, in memoria delle ſue ſette principali Feſtività, implora il ſuo ſpeciale aggiuto, e aſſiſtenza. Ibidem apud Coſtam. 1705. in 24.

Scuola di S. Amore aperta dalla Gran Vergine Madre dell'Humanato Verbo Maria nella Grotta di Betlemme. Ibidem apud eumdem 1701. in 12.

Norma di Perfezione data dalla Gran Signora Vergine, e Madre di Dio Maria nella ſua ammirabile Preſentazione. Ibidem 1700. in 12.

Ricordi amorevoli laſciati dalla Gran Signora Maria alli ſuoi veri Servi nell'ultimo della ſua SS. Vita. Ibidem 1699. in 16.

Alla Bella Betlemme, invito alli veri Servi di Maria deſideroſi ſervirla nell'ultimo meſe della ſua ſacrata Gravidanza. Ibidem apud Coſtam, 1705. in 16.

Horologio d'Amore, dalli tocchi del quale in ogn'hora ne viene ferito il cuore del vero Innamorato di Maria Noſtra Signora. Ibidem apud eumdem 1706. in 16.

PETRUS PAULUS MORRETTA Calathajeronenſis, patritio genere ortus, Mautanæ Baro, & Juris utriuſque Doctor. Senatoris, ac Ducis munere patriam gubernavit; ibique pluries Judicem egit. A Philippo IV. Catholico Rege literas obtinuit 27. Septembris 1648. ad Theodorum Trivultium S.R.E. Cardinalem, & Siciliæ Moderatorem, ut Magnæ Regiæ Curiæ Judex deligeretur, ſi aliqua illius Tribunalis Sedes vacare contigerit: quod ex ejusdem Petri opere *de Calatagirono pag.* 27. 30. & 58. patet. Ad nonnulla pertractanda negotia à Siciliæ Proregibus pluries delegatus eſt; & in Principatu Buteræ Judex conſtitutus. Publicum Patriæ bonum promovere ſtuduit, & doctrinâ, & eruditione clarus in Patria deceſſit anno 1663. Edidit

Reſponſum pro Urbe Calatagironis, ejuſque Civibus contra D. Vincentium Calaſcibetta, & Carolum Inguardiola Dominos Regiarum Secretiarum Civitatis Platiæ. Neapoli apud Ægidium Longum 1646. in fol.

De Calatagirono Urbe Gratiſſima Brevem Notitiam. Venetiis ex typographia Jacobi Hertz 1663. in 4.

Hæc alia ſcripſit, ac m. ſs. reliquit, quæ apud hæredes ſervantur; nempè:

Ad Conſuetudines Calatajeronenſes Tom. I. & II.

Reſponſa Legalia Tom. I. & II.

De Poteſtate eorum, quibus demandata eſt adminiſtratio rerum Univerſitatis Tom. I.

Ad defenſionem Syndicandorum Tom. I.

Digitized by Google

Additiones ad Consilia diversorum Siculorum Tom. I. & II.

Compendium Privilegiorum, & Consuetudinum Urbis Calatajeronis.

PETRUS PAULUS PISANUS Messanensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor eximius, Comes Palatinus, magnâ doctrinæ opinione vixit. Claruit magni Messanensis Nosocomii Medicus: pluries fuit Patriæ suæ Archiater: in Messanensi Lycæo primarius Practicæ Medicinæ Professor: & in Medicorum Messanensiũ Collegio pluries etiam Prioris munere præfuit. A Roderico de Mendoza Infantatus Duce, Siciliæ Prorege, Panormum accersitus est, ut ipsius ægritudinem curaret. Non inglorius effulsit circa annum 1654. Edidit suppresso nomine:

Antidotarium Speciale Sacræ Domus Magni Hospitalis Nobilis Urbis Messanæ sub titulo S. Mariæ Pietatis. Venetiis ex Officina Juntarum 1646. in 4.

PETRUS PAULUS PLATANIA Acensis, patritio genere ortus: politioribus literis excultus, poetica studia summè dilexit, ediditque Italicè

Il Trionfo di S. Pietro Apostolo nella Cattedra d' Antiochia, Opera Eroica. Neàpoli apud Michaelem Monachum 1680. in 12.

PETRUS PAULUS SCICOLONUS Alicatensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, natus 12. Januarii 1656. eruditione, ac doctrinâ excultus vivit. Edidit Italicè sub anagrammatico nomine:

L' Ibide d'Ovidio espoſto con ordine in lingua Italiana dall' anagrammatico Licatese Polidoro Spinola, e Coctone, con tutte quelle Istorie, e Favole, che in quello si contengono. Panormi typis Josephi Gramignani 1699. in 8.

PETRUS PAVONUS Catanensis Poeta, vernaculâ linguâ non sine laude carmina concinnavit: haud exiguam promeruit laudem in argutiis, ac facetiis lepidissimè exponendis, & in carminibus inopinatè, promptèq; mirâ facilitate emittendis; ut ait Nicolaus Villanus *in discursu de ludrica Poesi*, quam sub Academici Aldeani nomine edidit, *pag.* 74. Floruit anno 1570. Ipsum laudant Cosmas Nepita *in præm. ad 1. lib. Consuetud. Catanæ* Joann. Bap. de Grossis *in Decac. Catan. to. 2. cord. 30. pag.* 152. & Josephus Galeanus *in Musis Siculis par. 1. pag.* 270. Edidit Siculâ linguâ

Vita di S. Agata V. e M. in rima Siciliana. Messanæ apud Franciscum, & Jo: Philippum Spiram 1570. in 8.

Canzoni Siciliane. In libro: *Muse Siciliane par. 1.* Panormi apud Buam, & Portamnovã 1645. in 12. & apud Josephũ Bisagnum 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. Extant in par. 3. earumdem Musarum. Panormi apud Bisagnum 1651. in 12.

PETRUS PETROLUS Siculus incertæ patriæ; Jurisconsultus celebris, & æquè doctissimus: Regius fuit Consiliarius, ac Magnæ Regiæ Curiæ Judex. De eo Lucius Marineus *in epist. lib. 5. ad Cataldum Parisium*, ex quo circa annum 1490. claruisse colligimus, ac Catanæ jura civilia docuisse non sine laude. Scripsit:

Ad Bullam Apostolicam Nicolai V. & Reg. Pragmaticam Alphonsi de Censibus Annotationes. Apud Petrum de Gregorio de Censibus. Panormi apud Jo. Ant. de Franciscis 1609. in 4. & iterum apud Franciscum Ciottum 1622. in fol.

Additiones super Ritu Regni Siciliæ. Extant in Commentariis super Ritu collectis à Marcello Conversano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

PETRUS PIPIS Netinus Bonfalæ Baro, natus 28. Martii 1477. Jurisprudentiæ operam dedit, & Doctoris laureâ donatus est Ferrariæ anno 1510. Musarum etiam studia cum laude coluit, quo præclarum sui nomen excitavit. Obiit Neti 1542. Hujusce meminere Vincentius Littara *de reb. Netinis p.* 166. & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. p.* 227. Edidit

De Peste opus carmine elegiaco.

Bellum Divinum, sive de Ætnæ incendio anni 1537. editum ann. 1577. ex Carrera *in hist. Catan. p. 1. pag.* 502. *Aliaq;* ex cit. Auctoribus.

PETRUS DE PLATEA Erycinus, natus 26. Aprilis 1606. Philosophiæ, & Medicinæ addictus, doctoris laureâ donatus est: etsi exigua doctrinâ imbutus; attamen empiricis experimentis celeberrimus fuit. Panormi aliquando vixit, & cùm parùm proficeret, Romam se contulit, ubi majorem ætatis suæ partem, usque ad extremam vitæ lineam, vixit: ibi in Columnensium Procerum Domo honorificè exceptus, ab hujus familiæ Dynastis singularem benevolentiæ vim expertus est. A chimica, spargirica, & chirurgicis experimentis clarissimus, egregiam promeruit laudem; chimicis etenim medicamentis, ac reconditis magnæ virtutis pharmacis, innumeros ægrotos ab incurabilibus morbis vexatos, ad sanitatem mirabilitèr revocavit, & summum sibi nomen comparavit. Ac licèt ingentes divitias cumulare facili negotio potuisset, attamen à pecuniarum siti alienus, medicamina sua omnibus liberalitèr concedebat: pauperes verò singularibus charitatis officiis prosequebatur. Hinc à Principibus viris pauca solummodò accipiebat; è quibus erogatis in proprios usus parcissimè, necessariis, reliqua consanguineis pauperibus in patria degentibus mittebat. Ex aliquorum opinione Philosophicum lapidem adinvenisse prædicant. Aliquando in nonnullis Italiæ Civitatibus, & in Gallia vixit magno honore complexus; sed Romam rediit, ubi cùm usque ad senectutem cælibem vitam traduxisset, tandem in eorumdem Columnensium Domo decessit an. 1678. mense Sept. & tum Romæ, tum in Sicilia ejus fama adhuc floret. Ipsum laudat Silvius Boc-

Digitized by Google

conus *in Muſeo Plantar. pag.* 11. *& in Muſeo Phyſic. pag.* 64. 69. 126. *&* 197. qui aliqua ipſius arcana medica protulit. Edidit Italicè *Breve, & utile diſcorſo di Chirurgia diviſo in ſei trattati*. Romæ apud Dominicum Manelfum 1650. in 4. excuſus eſt in fine libri, cui titulus: *Il Chirurgo trattato di Tarduccio Salvi da Macerata*.

Petri recondita pharmaca per multorum manus vagantur, non ſine magnâ languentium utilitate.

PETRUS RANZANUS nobilis Panormitanus Ordinis Prædicatorum, vir tum humanis, diviniſque literis, tum honoribus clariſſimus. Henrico patre natus, adoleſcens Neapolim miſſus eſt, ut optimis diſciplinis operam daret; ibique in arte Rhetorica magiſtrum habuit Thomam Pontanum, ut ipſemet Ranzanus prodit *in ſuorum annal. tom.* 8. *lib.* 41. *Thomas Pontanus*, ait, *per idem tempus in eadem Urbe publico conductus ſalario, in magna frequentia magnoperè omnium favore Rhetoricam docuit: à quo biennio ipſe inſtitutus ſum*. In Prædicatorum familiam aggregatus Panormi, ac gravioribus ſtudiis admotus in omnium ſcientiarum genere doctiſſimi viri laudes obtinuit. Sacram Theologiam accepit à Baptiſta Fabriacenſe viro doctiſſimo, de quo Altamuranus *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 211. & Andreas Rovetta *in Biblioth. Prov. Lombardiæ Ord. Præd. pag.* 86. aliique apud ipſum. Eo duce ſummam aſsequutus doctrinam, Magiſtri laureâ inſignitus, inter præſtantiſsimos Theologos longè, latèque refulſit. Mathematicas etiam diſciplinas excoluit. Elegantiſsimo ingenio exornatus amœniores literas eâ amplexus eſt felicitate, ut Orator diſſertiſſimus, Poeta egregius, & Hiſtoricus nulli ſecundus emicuerit. Ideoque celeberrimi ejuſdem nominis famâ compulſus Ferdinandus I. Aragonius, Siciliæ Rex, Petrum Neapolim accerſivit; à quo Alphonſus ipſius primogenitus filius optimis literis, moribuſque Petro traditur imbuendus. At nedum Alphonſum, qui in regiam dignitatem patri ſucceſsit, verùm etiam & Joannem, alium Ferdinandi filium, mox S. R. E. Cardinalem, Petrus ingenuis diſciplinis inſtruere ſummoperè ſtuduit. Cùm autem undique innotuiſset ejus doctrinæ gloria, virtutum, ac morum ſanctimoniâ illuſtrata, nonnullis fuit honoribus cumulatus. Panormitanum Cœnobium S. Dominici rexit Prioris munere. Siculæ Provinciæ præfuit anno 1457. A Pio II. Pont. Max. anno 1462. Apoſtolicæ Sedis Nuntius ad bellum contra Turcas excitandum electus eſt. Tribunalis S. Officii Siciliæ Inquiſitor renunciatus, catholicæ fidei zelum non impigrè patefecit. Inſtante Ferdinando Rege à Siſto IV. Pontifice ad Epiſcopalem Luceriæ Sedem in Apulia evectus eſt 27. Octobris 1478. Ipſe verò Ferdinandus, cui Petri doctrina, ac prudentia ſemper gratiſſima fuit, Ranzanum Oratorem ſum in Galliam primùm, inde in Pannoniam ad Mathiam Corvinum Hungariæ Regem miſit, apud quem triennio commoratus, ſapienti ſimi, & æquè vigilantiſsimi Oratoris partes inſignitèr explevit: eoque tempore librum de Rebus Hungaricis ſcripſit, quem eidem Matthiæ obtulit. Defuncto Matthia anno 1490. Petrus egregia Regis facinora, præſertim bellicam ejus virtutem, in ejus funeribus, apud Albam-Regalem perſolutis, luculenta oratione laudavit. In Italiam regreſſus ad Eccleſiam ſuam regendam rediit; quam eximii paſtoris vigilantiâ gubernavit. Epiſcopalem etenim dignitatem vitæ integritate, virtutum exemplis, multiſque in Eccleſiæ ſuæ beneficium patratis, mirificè illuſtravit. Clericorum mores ad religioſiſsimæ diſciplinæ leges compoſuit. Sacrâ ſupellectili Cathedralem Eccleſiam ditavit; additis etiam organis, & nonnullis ædificiis regiâ munificentiâ extructis. Ob amorem, quem ſemper erga Ordinis ſui inſtitutum fovit, ex Sedis Apoſtolicæ facultate, apud Clerum divini Officii recitationem, miſsarumque celebrationem juxta ritum Ordinis Prædicatorum introduxit. Demum Eccleſiâ, magnâ cum laude prudenter, ſanctèque moderatâ, anno 1492. ſenio confectus in Domino quievit: ejuſque mortem nedum Lucerini Cives, verùm etiam & Neapolitani, Siculique Regni indigenæ ingemuere. Sepultus jacet in Eccleſia Cathedrali Luceriæ ante ſacelli majoris gradus. De Ranzano ampliſsima habes elogia apud Thomam Fazellum *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 8. *pag.* 191. Leandrum Albertum *in deſcrip. Italiæ*, ubi de Luceria *pag. mihi* 248. *&* *de Inſulis*, ubi de Panormo, *pag.* 46. *& de viris Illuſtr. Ord. Prædic. lib.* 3. *pag.* 125. Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Dominic. par.* 1. *cap.* 5. *tit.* 348. *pag.* 220. *& par.* 2. *cap.* 6. *tit.* 4. *pag.* 495. *& in Monument. Dominic. par.* 3. *cap.* 7. *pag.* 372. *& cap.* 10. *pag.* 383. Ambroſium Altamuranum *in Biblioth. Domin. pag.* 214. *&* 525. Poſſevinum *in appar. ſacro tom.* 3. *pag.* 64. à quo *in Biblioth. lib.* 16. *ſect.* 5. *cap.* 30. *pag.* 436. ex typographi errore, Petrus Randanus vocatur: Ughellum *in Italia ſacra tom.* 8. *pag.* 462. Lopes *in hiſt. Dominic. par.* 5. *lib.* 2. *cap.* 60. Petrum Ricordatum *in hiſt. monaſt. pag.* 447. Haubertum Miræum *in Auctario ad Biblioth. Eccleſ. cap.* 513. *pag.* 278. Michaelem Pium *de Viris Illuſtr. Ord. S. Domin. par.* 2. *lib.* 3. *pag.* 80. *& in Progenie S. Domin. lib.* 1. *pag.* 114. Antonium Senenſem *in Biblioth. Ord. Præd. & in chron. pag.* 239. Seraphinum Razzum *de Viris Illuſtr. Domin. pag.* 87. *&* 325. Lucium Marineum *in epiſt. lib.* 5. Petrum Angelum Speram *de nobil. Profeſs. Grammaticæ lib.* 3. *pag.* 171. Gerardum Joannem Voſſium *de hiſtor. latinis lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 567. Thomam Coſtum *in hiſt. Neapol. pag.* 248. Octavium Beltranum *in deſcrip. Regni Neap. pag.* 311. Joannem Bap. Pacichellum *in Regno Neapol. par.* 3. *pag.* 106.

Digitized by Google

Nicolaum Toppium *in Biblioth. Neapolit. pag.* 249. qui perperam, contra omnium Scriptorum mentem, Neapolitanis adscribit: Hofmannum *in lexic. tom. 2. p.* 138. Morerium *in diction. tom. 2. pag.* 950. Robertum Gerium *in append. ad par. 2. histor. liter. Gulielmi Cave pag.* 315. Franc. Baronium *de majest. Panor. lib. 3. cap. 6. pag.* 123. Marianum Valguarneram *in antiq. Panor. pag.* 447. Petrum Carreram *in hist. Catanæ vol. 2. pag.* 298. & 370. qui ex errore Sacri Palatii Magistrum vocat: Joannem Mariã Bertinum *in Rosa Virginea SS. Inquisit. contempl. 2. quæst. 10. pag.* 384. Joannem Michaelem Cavalerium *in Pinacotheca Pontificum &c. Ord. Prædic. tom. 1. Chronol. 1. cent. 3. n.* 309. *pag.* 303. Augustinum Inveges *in Panor. antiq. pag.* 9. Vincentium Auriam *in hist. chronol. Proregum Siciliæ pag.* 228. aliosque. Scripsit Ranzanus

Epitome Rerum Hungaricarum, cum Appendice edita á Joanne Sambuco. Viennæ Austriæ 1558. in fol. Extat & in opere, cui titulus: *Rerum Hungaricarum Scriptores varii Tom. 1.*, Francofurti apud Hæredes Andreæ Wecheli 1600. in fol.

Vitam S. Vincentii Valentini cognomento Ferrerii, professione Dominicani, sanctitate, doctrinâ, miraculisque clarissimi. Extat apud Laurentium Surium in Vitis SS. Aprilis. Coloniæ Agrippinæ sumptibus Joannis Kreps, & Hermanni Mylii 1618. in fol. apud Aloysium Lipponanum tom. 2. Sanctorum *pag.* 60. & in Actis SS. Aprilis editis à Daniele Papebrochio, & Godefrido Henschenio. Antuerpiæ typis Michaelis Cnobii 1675. in fol. *à pag.* 482. & ab hac vita multi, qui S. Vincentii gesta edidere, penè omnia hausêrunt. Hanc etiam Vitam carminibus scripsit Ranzanus, ut Lucius Marineus tradit *lib. 5. de Rebus Hispaniæ*, apud Hispaniam Illustratam *tom. 1. pag.* 332.

Officium S. Vincentii Ferrerii: teste Alberto *in descrip. Siciliæ pag.* 46. quod Martiali Auribello Ordinis Prædicatorum Generali inscripsit: ideoque primæ literæ hymni primi ad Vesperas cujuslibet strophæ acrosticè Martialis nomen reddunt. A Ranzano hoc officium conditum etiam tradit Razzus *in hist. Vir. Illustr. pag.* 88. ex nonnullorum sententia. At Lopes *in hist. Ord. S. Dominici par. 5. lib. 1. cap.* 22. *pag.* 112. & Altamuranus *in Biblioth. Domin. pag.* 196. ab eodem Martiali confectum putant. Sed Martialis nomen hos in errorem traxisse facilè potuit.

De Origine, Antiquitate, Primordiis, & Progressu felicis Urbis Panormi. m. s. Auctoris authographum servatur Panormi in Bibliotheca Vincentii la Farina Marchionis Madoniæ, olim Aloysii patris, ut testatur Augustinus Inveges *in Panor. antiq. pag.* 82. *& in apparatu ad Annales Siculos cap. 3. n. 7. pag.* 63. Aliud opusculi hujus exemplar extat in Bibliotheca Monasterii S. Martini de Scalis Congregationis Casinensis juxta Panormum, ut habemus ex P. D. Petro Antonio Tornamira *in respons. ad petitiones circa Vitam S. Rosaliæ pag.* 19. Aliud asservabat etiam Vincentius Auria Panormitanus m. s. in 4. tum latinè, tum etiam Italicè ab eodem Ranzano scriptum. Citatur verò à Mariano Valguarnera *in antiq. Panor. pag.* 447. *&* 489. Fazello *de reb. Sicul. dec. 1. lib. 8. pag.* 164. Inveges *in Panor. antiq.* sæpissimè, Roccho Pirro *in not. Eccl. Panor. pag.* 55. Vincentio Auria *in Chronol. Proregum Sicil. pag.* 228. *&* 229. aliisque, qui nonnulla hujusce operis fragmenta edidere.

Annales omnium temporum. Opus sanè egregium, & eruditissimum. m.s. in octo permagna volumina distributum in fol. Continet LXI. libros, non VI. ut ait Gerius cit. qui omnium Nationum, ac temporum Historias complectuntur. Ex his nonnulli multa excerpsere, quibus suas locupletarunt historias, teste Bertino citato, post Leandrum Albertum *in Italia pag.* 248. qui multum ex horum lectione se protecisse fatetur. Horum Annalium tomi servantur in Bibliotheca Cœnobii Panormitani S. Dominici, quos pluriès vidi, & evolvi. Ipsos ex nostris citant Inveges *in Panor. Sacr. pag.* 613. Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico par. 1. lib. 1. cap. 14. pag.* 53. & alii. Ex exteris Joannes Antonius Summontius *in hist. Neapolis par. 1. lib. 1. pag.* 292. & alibi, Leander Albertus *in Italia* pluries, & Octavius Beltranus *in descrip. Regni Neapol. pag.* 35. Hic animadvertendum, longè à vero aberrasse Fazellum; is enim tradit *loc. cit. pag.* 191. quòd Ranzanus opus hoc Annalium morte præventus non complevit; nam ex ipsius operis perlustratione apertissimè patet, Ranzanum historiam suam ad umbilicum perduxisse; tomus etenim primus ab origine mundi exorsus est, & per alios subsequentes tomos historiam, continuatâ annorum serie, deducit usque ad annum 1448. quo octavum tomum concludit. Scripsit etiam Ranzanus

Orationes. Ex Gesnero *in Biblioth. pag.* 682. Possevino *tom. 3. appar. pag.* 64. & Gerio *cit.* quas m. ss. in sua Bibliotheca asservabat Joannes Sambucus.

Scientias speculativas, & Practicas, Geographiam, atque Historiam in quatuor volumina collectas. Ex Alberto *cit. in Insulis pag.* 46. Razzo, & Altamurano cit. Hos libros doctè, ac graphicè scriptos Panormi se vidisse testatur Albertus. Ejus Geographiam citat Cæsar Ripa *in Iconologia pag. mihi* 284. ubi de Imagine Calabriæ.

De laudibus Lucerinæ Civitatis. Ex Alberto, Altamurano, & Pacichello.

Vitam S. Barbaræ V. & M. teste Hyacintho Montalto in historia Sicula Ordinis Prædicatorum m. s.

Triumphum carmine elegiaco ad Antonium

Panor-

Digitized by Google

Panormitam. Ex eo lem Panormita *in ſuis epiſtolis*, editis cum epiſtolis Ferdinandi Regis, & aliorum apud Vicum Æquenſem *pag.* 354. ubi eumdem Petrum laudat: & ex *tom.* 8. *Annal*: ipſius Ranzani *lib.* 41. ibique Poematis hujus carmina exhibet nonnulla: poeticâ enim gloriâ claruit Ranzanus: ideoq; inter ipſius Annales aliquot invenies Elegias, multaque ejus carmina, ut etiam in libro de origine Panormi: horum pauca habemus apud Pirrum *in not. Eccl. Panor. pag.* 55. & Vincentium Littaram *de rebus Netinis pag.* 34.

PETRUS RIACA Meſsanenſis, non infimæ notæ Poeta, & Meſsanenſis Officinæ Academicus. Claruit anno 1670. Edidit Italicè

Rime, In libro: *Duello delle Muſe degli Accademici della Fucina. Trattenimento* III. e IV. Neapoli apud Andream Colichiam 1670. & 1671. in 4.

PETRUS RIZZARUS Catanenſis, Patritio genere exortus, Jurisconſultus doctrinâ celebris, Regiuſque Conſiliarius. Obiit Panormi 11. Auguſti 1580. & in Eccleſia S. Mariæ Angelorum Minorum Obſervantium ſepultus eſt. Hujus meminere Rocchus Pirrus *in notit. Eccleſ. Catan. pag.* 94. & Joannes Bapt. de Groſsis *in Decac. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 149. Scripſit

Ad Bullam Nicolai V. & Reg. Pragmaticam Alphonſi de Cenſibus Annotationes. Extant in libro Petri de Gregorio *de Cenſibus*. Panormi typis Joannis Antonii de Franciſcis 1609. in 4. & iterum ibidem apud Franciſcum Ciottum 1622. in fol.

Additiones ſuper Ritu Regni Siciliæ. Habentur *in Commentariis ſuper Ritu* collectis à Marcello Converſano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

Juris Reſponſa. m. ſs. ex de Groſsis *cit.*

PETRUS ROSA Thermitanus Sacerdos, natus 28. Septembris 1648. adoleſcens in Panormitano Clericorum Seminario exceptus eſt, ubi nedum humanas, verùm etiam graviores diſciplinas accepit, ac Sacræ Theologiæ laureâ donatus eſt. Inde Medicæ facultati operam dedit, & Doctoris inſigniis cohoneſtatus, doctrinâ egregiè inſtructus effulſit. Thermis SS. Inquiſitionis Siculæ Commiſsarium egit. Deceſsit in patria circa annum 1702. Edidit librum inſcriptum:

Stibium propugnatum. Schedæ apologetica. Panormi typis Petri de Iſola 1679. in 12.

Prælo paraverat

Medicinam aphoriſticam.

Italicè

La Baſilla Opera Tragica.

PETRUS SALERNUS Panormitanus Societatis Jeſu, natus ex Philippo Salerno, anno 1598. ſpretis mundi blandimentis, ad quæ paternæ divitiæ, nimiùm affluentes, Petrum advocabant, Societatem amplexus an. 1613. tribus fratribus, ac duabus ſororibus exemplum præbuit, ut declinatis ſæculi lenociniis, regularibus ordinibus nomen darent. Nec ab incæpto vitæ genere revocare valuerunt patris ſuaſiones, nec vitæ periculum: cùm enim in ipſo tyrocinio ex quodam lapſu in vitæ diſcrimen incidiſſet, Genitori impensè roganti, ut ad paternam domum rediret, ut ex matris, famulorumque diligentia commodiùs fractam valetudinem inſtauraret: reſpondit, malle ſe in Societate ſtatim excedere, quàm in paternis ædibus vitam producere. Matris etiam blanditias rejecit, & preces, cùm defuncto patre ejus conſtantiam tentavit, ut paternam domum repeteret, omnium divitiarum futurus hæres: reſpondit enim, hæc omnia altiùs perpendiſſe antequam Religionis inſtitutum amplecteretur. Decurſis ſumma cum laude ſtudiorum ſpatiis, ob egregiam ingenii indolem, gravioribus ſcientiis cumulatiſsimus effulſit; quibus eruditionem, ac linguæ Græcè, & Arabicæ peritiam adjunxit. Scholaſticam Philoſophiam quinquennio, totidem Ethicam, quinquennio etiam Theologiam Scholaſticam, ac novennio Moralem cum plauſu docuit. Honoribus cohoneſtatus, in Panormitano Collegio Studiis præfuit. Bis eumdem Collegium Rectoris munere gubernavit; ac Undecimæ Congregationi Generali Romæ interfuit, à Siculæ Provinciæ comitiis electus. In Sanctæ Inquiſitionis Siculæ Conciliio Cenſorem, & Conſultorem egit; & Examinator Synodalis in Panormitana Diœceſi fuit. Panormi ob ſingularem doctrinæ ſplendorem, & egregiæ prudentiæ dotes, magnæ fuit auctoritatis, ac omnium æſtimationem ſibi conciliavit; ideoque celeberrimum nomen adeptus eſt. Ad ipſum veluti ad delphicum tripodem conſilii causâ confugiebant nedum primariæ nobilitatis Proceres, verùm etiam & Siciliæ Præſules, ac Proreges. Divitiis, hæreditario jure acceptis, Collegium Panormitanum ædificiorum magnificentiâ illuſtravit, cui annua nonnulla aureorum millia addixit. In pauperes præſertim nobiles profuſus, paupertatis religioſæ leges, non ſine omnium admiratione, adamuſsim obſervare ſtuduit; tota enim cubiculi ſuppellex, demptis libris ad ſtudia neceſsariis, papyracea fuit Imago: ex divitiis verò Collegio donatis, nec taruncium in ſui commodum expendit. Per annos duodecim unum ad ſcribendum adhibuit calamum; at quia pluries temperatum ita decurtaverat, ut vix poſset inter indicem, & pollicem coaptari, ne novum adhiberet, virgulam arundineam quoquo modo eidem inſeruit, & ad ſcribendum reddidit aptum. Ab itinere feſſus numquam curru vehi paſſus eſt, etſi precibus urgeretur. Et ut omnia paucis concludam, regularis obſervantiæ exemplum in omnium oculis claruit. Tandem ob diuturnos labores enervatus, imminentis mortis nuncium à medicis accepit, quibus ex corde gratias egit; SS. Euchariſtiam, ac extremam unctionem petiit: quibus exceptis, pie-

Digitized by Google

piissimè decessit in Panormitano Collegio 22. Maji 1666. Post mortem sese spectabilem bis fecit Francisco la Rosa Societatis Jesu, per quem P. Vincentium Florentiam Provinciæ Procuratorem monuit, ut casulam P. Aloysii la Nusæ decentiorem in locum poneret. Hujusce laudes habes apud Sotuellũ *in Biblioth. Soc. Jesu p. 697.* Augustinum Invegium *in Panor. Sacr. pag.* 208. Rocchum Pirrum *in Sicil. Sacr. l. 4. de Abbatiis p.* 204. Joannem de Cardenas *in Crisi Theolog. ad prop. damn. disp.* 25. *cap.* 7. *n.* 66. & Antonium Ignatium Mancusum *in vita S. Rosaliæ p.* 18. 97. 179. Edidit suppresso nomine,

Digressioni tre Istoriche aggiunte alla Vita di S. Rosalia scritta dal P. Giordano Caseini della Cõp. di Giesù. Quod opus ipse edidit Panormi apud Cyrillos 1651. in fol.

Vitas SS. Siculorum ex antiquis Græcis, latinisque monumentis collectas à P. Octavio Caetano Soc. Jesu perfecit, multisque additis notis illustravit, & evulgavit in duobus Tomis. Panormi apud eosdem 1657. in fol. huic operi Vitam S. Rosaliæ, ab ipso scriptam inseruit.

Extat in Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jesu,

Compendium operis P. Petri Possini de Controversiis super auxiliis Divinæ Gratiæ m. s.

PETRUS SANMARTINUS Motycensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, ob egregiam doctrinam, quâ cumulatus effulsit, nedum in patria sui venerationem excitavit, verùm etiam & per Italiam celebris fuit. Doctrinæ suæ vires anno 1626. in Motycensi Comitatu patefecit, ubi pestifera lues adhuc grassabatur; ad ipsam enim profligandam, coram magistratu Theriacam condidit, cujus vires Italia experta est saluberrimas. Hunc laudat Placidus Carafa *in Motuca Illustr. pag.* 100. qui edidisse testatur

Opuscula.

PETRUS SANTERAMUS Messanensis, vir humanioribus literis exultus, quas Panormi docuit circa annum 1480. unà cum Lucio Marineo Siculo celeberrimo, qui amicitiæ vinculis adstrictus fuit. In Hispaniam progressus, easdem literas docuit cum laudato Marineo, præsertim in Salmaticensi Academia. Morum integritate ornatus clatuit anno 1490. Ipsius meminit Nicolaus Antonius *in Biblioth. Hispana par. 2. pag.* 370. Marineus *in epist. lib.* 5. ad Cataldum Parisium, *& lib.* 20. *de Reg. Hispan. pag.* 489. ubi scripsisse ait:

De Granatensi Bello à Regibus Catholicis gesto, opus Historicum elegans, & facundum.

PETRUS SARNUS Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, vir tum à literis, tum à vitæ inculpatæ exemplis clarus. Romanum Cœnobium SS. Cosmæ, & Damiani Prioris munere rexit, & Definitorem Generalem Ordinis sui egit. Nonnullas verò dignitates ultrò oblatas rejecit; humilitate enim eminuit. In Deiparam singulare studium fovit, cujus officium de Immaculata ejusdem Conceptione singulis hebdomadæ Sabbatis recitabat. Dies, noctesque integras in choro vivebat, orationi, divinisque laudibus persolvendis addictus; Ecclesiam S. Mariæ de Misericordia Panormi sacrâ supellectili locupletavit; ubi tandem, prædicto mortis die, sanctè decessit 26. Martii anno 1624. Hujus meminit Franc. Bordonus *in Chronol. Tertii Ord. S. Franc. cap.* 38. *p.* 565. *& Chronicon m. s. Provinciæ Siculæ Tertii Ordinis S. Francisci p.* 15. *n.* 157. Edidit Italicè

Giardino spirituale per conforto degli Agonizzanti, Panormi apud Jo. Ant. de Franciscis 1619. in 12. apud Decium Cyrillum 1623. in 12. & iterum apud Franciscum Trullum 1643. in 12.

Brieve Trattato per conforto degli Afflitti condennati al morire. Ibid. apud Decium Cyrillum 1623. in 12.

PETRUS SCOTUS Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, & Sacræ Inquisitionis Siculæ Consultor: vir prudentiâ clarus, & in rebus agendis eximius. Cùm meritò in Ordinis Comitiis Tauromenii coactis, Siciliæ Provincialis electus esset; antequam gubernii exordium poneret, à calculi doloribus consternatus, decessit Panormi in Cœnobio S. Citæ circa annum 1680. Typis tradidit Italicè

Compendiosa Relazione della Vita ammirabile della B. Sposa di Cristo Rosa di S. Maria Domenicana. Panormi apud Bossium 1668. in 12.

PETRUS SICULUS, ita dictus quia in Sicilia ortus; vir genere clarus, doctissimus, ac celeberrimus. Ut Saracenorum tyrannidem in Sicilia incrudescentem declinaret, in Orientem fugit anno 830. ex Octavio Caetano *in animad. ad tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 18. ibi diuturnam protraxit moram; & ob eximiam doctrinam Basilio Imper. ejusq; filiis Constantino, & Leoni gratissimus fuit. Apud ipsos permagna valuit auctoritate, qui & nonnullis beneficiis Petrum exornarunt. Ab ipsis Legatus missus Timbricam Armeniæ Urbem anno 870. ut captivos Christi fideles permutaret; ibiq; novimestre spatium exegit, ac demandatam sibi provinciam feliciter absoluit. Cùm autem plenam hæresis Manichæorum cognitionem accepisset, hujus historiam scripsit; erroresq; doctè impugnavit. De eo Baronius *tom.* 10. *annal. an.* 870. *n.* 66. hujus etiam meminit *to.* 8. *an.* 653. *n.* 14. At *tom.* 9. *ann.* 722. *n.* 1. *anno* 810. *n.* 4. *& an.* 685. *n.* 2. Lucam Siculum vocat. De eo etiam Caetanus cit. *pag.* 18. *et* 27. Possevinus *in appar. Sacr. tom.* 3. *pag.* 69. at *tom.* 2. *p.* 354. sub Lucæ Siculi nomine; diversum enim Lucam Siculum à Petro Siculo ex Baronii errore putavit sed ut oculatissimus Gerardus Jo. Vossius *de hist. Græcis lib.* 4. *cap.* 19. *p.* 490. Casimirus Oudin *in supplemento ad Bellarminum de Script. Ecclesiasticis p.* 261. & Nicolaus Antonius *in Biblioth.*

Digitized by Google

blioth. Hiſpanâ vet. to. 1. lib. 5. c. 7. n. 395. animadvertunt, idem eſt. Vide etiam Joannem Bollandum *in Actis SS. Januarii tom. 2. die 25. Jan. p. 1125.* Haubertum Miræũ *in auctar. Biblioth. Eccl. cap. 256. p. 230.* Matthæum Raderum *in obſervat. ad hiſt. Petri Siculi*, qui in dubium revocat ſitne ille, quem Joannes Carapolates in ſuæ hiſtoriæ exordio, Siculum Magiſtrum vocet: & Petrum Siculum intelligendum ſuſpicatur. At Caetanus cit. *p.* 18. putat de Michaele Glyca hiſtorico Siculo accipi debere, quòd ex utriuſque hiſtoriæ fine planè colligitur. Voſsius verò cit. *in addict. pag.* 542. dubitans an hic Magiſter Siculus Carapolati, & Cedreno *in exordiis hiſt.* memoratus, ſit Michael Glycas, Petrus Siculus, an Joannes Siculus, veriſimiliùs putat, de Joanne Siculo intelligi: at *lib. 4. cap. 21. p.* 499. de Joanne Siculo hiſtorico ſcribens, ait: Philippum Labbæum *in delineatione apparatus ad hiſt. Bizantinam p.* 44. alibi nodum hunc diſſoluturum promiſiſſe. Vide etiam Franciſcum Scorſum *in epiſt. ad Lectorem homil. Theoph. Ceramæi*, Philippum Labbæum *in SS. Patrum &c. Bibliotheca Chronol. p.* 106. Guilelmum Cave *in Script. Eccleſ. hiſt. liter. an.* 870. *p.* 392. Lud. Morerium *in dict. tom. 2. p.* 857. & L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Auct. Eccleſ. tom. 7. cap. 17. pag.* 194. Scripſit Petrus Siculus *Hiſtoriam de Vana, & Stolida Manichæorum hæreſi*, quam m. s. Græcè aſſervabat Vaticana Bibliotheca (Bavarica ait Voſsius cit.) hujus fragmenta quædam latinitate donata à Jacobo Sirmundo Soc. Jeſu edidit Baronius *tom.* 8. 9. & 10. locis cit. & alibi: inde à Sirmundo Roma hæc hiſtoria ad Marcum Velſerũ miſsa tunc Auguſtæ Vindelicorũ, & ab iſto ad Matthæum Raderum tranſmiſſa eſt, ut latinam faceret, ac typis daret; quod effecit, prodiitque Græcè, & Latinè notiſque illuſtrata, hoc titulo inſignita:

Petri Siculi Hiſtoria ex M. S. Codice Bibliothecæ Vaticanæ Græcè, cum latina verſione edita per Matthæum Raderum è Soc. Jeſu. Ingolſtadii ex typographia Adami Sartorii 1604. in 4. inde Latinè tantùm *in tom. 2. Supplementi ad Bibliothecam Patrum.* Pariſiis apud Ægidium Morellum 1639. in fol. cum hac inſcriptione: *Petri Siculi Hiſtoria de Vana & ſtolida Manichæorum Hæreſi Archiepiſcopo Bulgarorum nuncupata.* Et tandem in nova Bibliothecæ Patrum editione, Lugduni apud Aniſſonios 1677. in fol. extat *in tom. 16. p.* 753.

Poſſevinus *in Appar. tom. 3. pag.* 69. alterius operis Petri Siculi meminit; ait enim: *Petrus Siculus de Manichæis pulchrum, & elegantem librum Græcè conſcripsit, quem aliquoties Baron. Card. 8. & 9. tomo ann. citat, quem item ad ſe ab eodem Cardinali miſſum vertit noſter Matthæus Raderus, & Auguſtæ utrâque linguâ evulgavit. Idem quoque Græcè hiſtoriam ſcripſit, quam Græcè & latinè à ſe verſam Matthæus ipſe Raderus Soc. Jeſu protulit in lucem ann.* 1604. *Ingolſtadii.* Ideoque præter hiſtoriam ſupra relatam aliud Petri Siculi opus de Manichæis vertiſſe, ac edidiſſe Raderum Auguſtæ opinatur Poſſevinus: at in errorem lapſum puto Poſsevinum; numquam enim editum exiſtimant viri eruditi: nec Auctores allati de ipſius editione aliquid innuunt. Solummòdo hoc opus à Radero memoratur in epiſtola ad Lectorem, Hiſtoriæ præfixa; ubi ait, quòd Petrus Siculus in eadem hiſtoria aliam lucubrationem promittit, in qua ad ſex capita omnes Manichæorum errores reducit, eoſque impugnat: additque Jacobum Sirmundum ipſi dixiſſe, in Vaticana Bibliotheca duo eorumdem errorum capita ſervari, à Petro doctiſsimè expugnata. Id ipſum tradit Du-Pin citatus.

PETRUS alter & ipſe SICULUS, ut ex oratione edita in S. Athanaſium patet, fuit Argivorum Epiſcopus in Peloponneſo. Octavius Caetanus *in animad. ad tom. 2. SS. Sicul. p.* 18. incertum eſſe, ait, an idem ſit iſte, & ſupra relatus Petrus Siculus, qui de Manichæorum hiſtoria ſcripſit; ſed leviter indicia, ut addit, hoc ſuadent; nempè idem nomen, eadem natio, idem tempus in quo floruere. At *p.* 27. in ſententiam, quòd diverſi fuerint, propendit. In ſupradictam ſuſpicionem incidit Franciſcus Blanditius Catanenſis Soc. Jeſu, apud Jo. Bollandum *in Actis SS. to. 2. Janu. die 25. p.* 1125. Sed eumdem eſſe abſolutè affirmant Petrus Carrera *in mem. Catanen. vol. 2. lib. 1. p.* 37. & *lib. 2. pag.* 351. & Jo. Bap. de Groſſis *in ſua Agatha cap. 30. p.* 238. 242. & *ſeq.* At ego cum Auguſtino Inveges *in Panor. Sacr. p.* 207. & 208. & Joſepho Bonafide Lucenſi in libro: *Palermo Patria di S. Agata par. 1. cap. 17. p.* 129. & *in ſupplem. p.* 74. puto alium omnino eſſe: quòd hæ rationes ſuadent; primo, quia Petri Siculi liber, de erroribus Manichæorum, tum in editione Raderi, tum in Bibliotheca PP. titulum habet: *Petri Siculi Hiſtoria &c.* Oratio verò: *Petri Humillimi Argivorum Epiſcopi Epitaphium*, unde vides in hoc deficere verbum; *Siculi*: etſi extet apud Carreram, & Bollandum à Blanditio additũ, ut idem Bollandus fatetur *in actis SS. Febr. to. 1. p.* 611. *n.* 105. At nationis nomen ex ipſius orationis narratione deducitur, ut Caetanus cit. obſervat *pag.* 18. Secundò colligitur, quia, qui de Petro Siculo ſupra relato ſcripſere, ut Baronius, Poſſevinus, Raderus, Miræus, Voſſius, Oudin, Cave, Labbæus, aliique nunquam affirmarunt, Petrum Argivorum Epiſcopum fuiſſe. Tertiò, quia utriuſque operis ſtylus longè diverſus. Quamvis autem Groſſus, ut allatis rationibus reſpondeat vanè deſudet, attamen Groſſo abundè reſpondit Bonafides *loc. cit.* Petrus igitur in Oriente vixit, literis, ac virtutibus clarus, & Argivorum Epiſcopus fuit. Tempus quo vixit incertum; etſi Caetanus cit. *p.* 18. primi Petri ſynchronum putet ſecundum. Hoc ſolummodo certum, quòd cùm in S. Athanaſium Methones Epiſcopum peroraſset, qui anno 885. deceſſit,

fit, ex Caetano *cit. to: 2. SS. Sicul. p. 52.* post annum 885. claruit, vel orationem in Athanasii morte, vel in anniversaria celebritate dixerit; quod incertum est. Scripsit Petrus orationem inscriptam:

Petri Humillimi Argivorum Episcopi Epitaphium in B. Athanasium Methones Episcopum. Extat *in tom: 2. SS. Siculorum.* Octavii Caetani *p. 52. & seq.* ex codice m. s. Cœnobii S. Salvatoris apud Messanam. Quamvis autem Bollandus *in Actis SS. Febr. to. 1. p. 611. n. 107.* suspicetur, Opus hoc forsan S. Petri Taumaturghi: at nostro Petro adscribit Caetanus *p. 52. & in animad. p. 18. & 19.* aliique ex noitris supra citatis, & ex eadem Petri oratione non obscurè eruit Caetanus. Allatam verò à Bollando conjectationem futilem esse ostendit Bonasides *cit. p. 130.* Extat etiam apud Petrũ Carreram *vol. 2. Hist. Catanæ lib. 1. p. 38. & seq.* & apud Bollandum 31. *Januarii p. 1125.* hoc apposito titulo. *De S. Athanasio Episcopo Methenensi in Peloponneso Vita auctore Petro Siculo Argivor. Episc. interprete Franc. Blanditio Soc. Jesu.* Quamvis autem hanc vitam versam putet Bollandus à Blanditio, à quo accepit; attamen eadem est versio ab Augustino Florito Soc. Jesu edita, & à Caetano, & Carrera delata; à Blanditio expolita, & in aliquibus corrupta, ut advertit Petrus Salernus *in addit. ad animad. cit. Caetani p. 19.* quod consideranti patet. Addo versionem à Carrera allatam non esse Leonardi Patè, ut putat Grossus *cit. p. 239.* Patè enim orationis fragmentum solummodo vertit, ubi de D. Agatha, ita enim intelligendus Carrera *p. 355.*

PETRUS SPETIALIS Panormitanus, equestri ordine natus, armis, literisque clarus effulsit. In hastiludiis Panormi habitis anno 1629. inter alios equites lanceas studiosè peractavit, ut patet ex Relatione festi editi Panormi an. 1630. *p. 47.* & Vincentio Auria in libro, cui titulus: *la Giostra p. 95.* Anno 1630. Patriam Senatoris munere rexit. Literas egregiè coluit: Poesim præsertim tum Etruscam, tum Hispanam sectatus, non sine laude cecinit. Decessit Panormi 25. Martii 1648. Ipsum laudat Franciscus Baronius *de Majest. Panor. lib. 3.* ubi de familia Speciali. Edidit Hispanâ linguâ

Relacion de la Octava, que à honra del Bienaventurado Pedro de Alcantara se celebrò de orden del Excellentissimo Duque de Alcala, en la Ciudad de Palermo, y en la nueva Yglesia de S. Antonio de Padua, el año de 1633. Panormi apud Erasmum de Simeone 1633. in 4.

La Salmace Idillio de Girolimo Preti, Mediolani.

Extabant apud Christophorum Brignonem Panormitanum, hæc alia Petri m. s. quæ ex Italica in Hispanam linguam traduxerat, nempè:

Seis Canciones del Petrarcha.

La Francia consolada Epitalamio del Marin.

El Baylete de las Musas Epitalamio del dicho.

Ymio a las estrellas del dicho. Traducidos de Toscano en Castellano lenguage.

Alia scripsit latinè, ac Italicè, quæ periere.

PETRUS SQUILLACIUS Catanensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor. Claruit anno 1669. ediditque Italicè

Progressi Portentosi dell'Incendio di Mongibello. Catanæ apud Bonaventuram la Rocca 1669. in 8. & Messanæ typis Josephi Bisagni 1669. in 8.

PETRUS TOGNOLETTUS Panormitanus, Strictioris Observantiæ S. Francisci, vir doctrinâ conspicuus, & à virtutibus, religioso viro dignis, clarus, Philosophiam, ac Theologiam sodales suos docuit non sine laude in Cœnobiis Panormi, Agrigenti, Thermarum, & Calatanissettæ, aliisque præcipuis Siciliæ locis; & Lectoris Generalis munere insignitus est. Nedum scholasticis, verùm etiam moralibus studiis egregiè excultus, sui veneratione excitavit. Animarum zelo succensus concionatorem egit, ac Sacris Missionibus fuit insignitèr addictus. Magno animarum fructu divinum verbum disseminavit in præcipuis Siciliæ verbibus tum in quadragesimali curriculo, tum extra; permaximam sui æstimationem assequutus: inerat enim eximio viro ad revocandos perditos viros ad pœnitentiam magna eloquentiæ apostolicæ vis. A Francisco Gisulfo Episcopo Agrigentino, & Petro Martinez Rubio Archiepiscopo Panormitano sæpius cum amplissima facultate ad eorumdè Diœceses Missionarius destinatus est. Hinc evulgato ejus zeli fervore, à Sacra Congregatione de Propaganda Fide Leptim Magnam vulgò, *Tripoli di Barbaria*, Missionum Apostolicarum Præfectus missus est: ibique animarum lucro mirificè addictus, doctrinâ, prudentiâ, ac pietate Christianorum labores lenivit, Sacramentorum adjumenta ad animarum solatium administravit, fideles à barbarico jugo duritèr oppressos levavit, ad patientiam confirmavit, lapsos ad pœnitentiam revocare studuit, morumque suavitate indomitam barbarorum feritatem emollivit; & namquam labore fractus uberrimum fructum undique retulit. Ordinis Chronologus electus, ad ejusdem splendorem propagandum, tum Observantium, tum Reformatorum historias condidit; & ut veritatis candorem eruere t, magno labore Siciliam omnem sedulò peragravit. Vernaculâ linguâ etiam carmina concinnavit. Cœnobia rexit nonnulla, ut Thermitanum, Panormitanum, Castriveteranum. In Panormitana Provincia Definitorem egit, Barensem Provinciam Visitatoris Generalis munere lustravit; mox ad Cœnobium Thermitanum, cui præerat, regressus, ibi vivere desiit anno 1680. Ipsum laudat Vincentius Auria *in histor. Christi Domini in Cruce affixi Panormi p. 42.* Petrus Antonius Tornamira *in Respons. ad petitiones pro vita D. Rosalia p. 55.* Seraphinus Panormitanus *in epist.*

Digitized by Google

epist. ad lect. par. 2. Paradisi Seraphici. Typis tradidit:

Catalogum Beatorum, nec non Venerabilium Fratrum, ac Tertiariorum utriusque sexus famâ sanctitatis illustrium, qui in Reformatione Sicula tamquam arbores fructiferæ cruore Seraphici P.N. S. Francisci floruerunt. Panormi apud Petrum de Isola 1660. in fol. expanso.

Italicè

Vita, e Miracoli del Ven. Servo di Dio B. F. Benedetto da S. Fradello dell'Ordine de' Minori Osservanti Riformati della Provincia di Sicilia, detto communemente il Nero. Panormi apud Petrum de Isola 1652. in 4. ex hac vita suam cõcinnavit Hispano idiomate Petrus Mataplana Canonicus Panormitanus.

Vita del Gran Servo di Dio Fr. Innocenzo da Chiusa, detto communemente lo Scalzo di S. Anna, de' Minori Osservanti Riformati della Provincia di Sicilia del Val di Mazzara. Ibid. apud eumdem 1655. in 4. inde aucta prodiit Panormi apud Dominicum Anselmum 1677. in 4. quam & in Hispanam linguam vertit Didacus Sotus Theologus Hispanus, ediditque Matriti apud Andream Garciam ab Ecclesia 1673. in 4.

Vita della Ven. Serva di Dio Suor Innocenza Rizzo, e Grimaldi da Trapani Vergine Tertiaria de' Minori Osser. Rifor. Ibid. apud Petrum de Isola 1659. in 4.

Brieve Compendio della Vita di Suor Anna Maria Rizzo, e Grimaldi Vergine Tertiaria de' Min. Osser. Rif. Ibid. apud eumdem 1659. in 4.

Vita, e santi costumi dell'humil Servo di Dio F. Serafino da Palermo dell'Illustre Famiglia Fardella Chierico Professo de' Min. Oss. Rif. della Provincia di Sicilia del Val di Mazzara. Ibid. apud Josephum Bisagnium 1659. in 4.

Compendio, o Elogio della Vita, e Morte, ed alcuni Miracoli del B. F. Simone di Napoli da Calascibetta Fondatore de' Minori Oss. Rif. di Sicilia. Ibid. apud Petrũ de Isola 1665. in fol. expanso.

Elogio della Vita, Morte, e alcuni Miracoli del B. P. F. Cherubino Mostaccio da S. Lucia Sacerdote de' Minori Oss. Rif. di Sicilia. Ibid. apud Dominicum Anselmum 1655. in fol. expanso.

Paradiso Serafico del fertilissimo Regno di Sicilia, o vero Chronica, nella quale si tratta dell' Origine della Riforma de' Minori Osservanti in questo Regno, della Fondazione, e Riformazione de' Conventi, de' casi notabili successi, con la Vita, e Miracoli di tutti Beati, e Servi di Dio così Frati, come Terziarj dell'uno, e l'altro sesso. Parte Prima. Panormi apud Dominicum Anselmum 1667. in fol.

Paradiso Serafico &c. Parte Seconda. Ibidem apud Thomam Romulum 1687. in fol. prodiit post Auctoris mortem.

Specchio tersissimo di Giovanetti studenti: o vero vita del Ven. Servo di Dio Alessandro Berti, e Medici nobile Fiorentino. Ibidem apud Dominicum Anselmum 1671. in 12. recusa suppresso Auctoris nomine, in libro, cui titulus:

Mazzetto di Fiori, o vero Vita d'alcuni Congregati della B. Vergine in varj Collegj della Compagnia di Giesù. Ibid. apud Romulum 1688. in 12.

L'Unica Fenice del nostro secolo, o vero Idea d'un perfetto Giurista, nella quale si scorge la Vita ammirabile del Ven. Servo di Dio, e Dottore D. Girolamo Iveglia dell'Ingegnosissima Città di Noto, Avvocato Fiscale, e Giudice più volte della R. G. C. di questo Fedelissimo Regno di Sicilia, Fratello de' Cordigeri de' Min. Oss. Rif. Ibid. apud Dominicum Anselmum 1671. in 12.

Prælo paraverat:

Sanctorum Episcoporum Ecclesiæ Agrigentinæ Vitarum perbreve Compendium m. s. in 4.

Italicè

Antica Miniera de' Santi nel Regno di Sicilia novamente scoverta, o vero Cronica dove si tratta dell'Origine della Regolare osservãza de' Frati Minori, con le Vite di tutti Beati, e Servi di Dio, che in quella fiorirono: divisa in quattro libri. m. s. in fol. extat Panormi apud P. Seraphinum Manzellam Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci.

Vita, e Miracoli del Gran Predicatore Apostolico il B. F. Bartolomeo da Salustio Minore Oss. Rif. m. s.

PETRUS TRIMARCHIUS Messanensis, typis dedit Italicè

Vita di S. Eustachio in ottava rima. Messanæ apud Vidoam Blanci 1639. in 12.

PETRUS VELASCUS Cephalæditanus, Poeta Comicus. Floruit anno 1626. cujus meminit Vincentius Auria *in hist. Cephal. cap. 9. pag. 70.*

Edidit Italicè

La Lidia travestita Comedia. Messanæ apud Petrum Bream 1626. in 12. non 1640. ut tradit Leo Allatius *in Drammaturgia p. 706.* ubi ex typographi errore Petrus Valerius vocatur.

PETRUS VENEROSUS Panormitanus, ut ex ejus parentum fide accepi; sed Pisis ex Comitibus Stridi oriundus. Dixi ex ejus Parentum fide Petrum Panormi exortum, qui hoc sanctè testantur: inter hos præcipuè Honuphrius Mazzonus Panormitanus, ingenuus æquè, & eruditus, Sororis Petri vir, qui apud se cantionis Italicæ autographum servabat; editæ à F. Angelo Maurolico Messanensi Ordinis Observantium S. Francisci, cujus exordium est:

Pietro Cigno gentile
Nel gran Palermo nato.

Ideoque inter Panormitanos relatus est à Vincentio Auria Panormitano *in Theat. Literatorũ Panor.* m. s. apud me. Perpàram Neapolitanis accensitus à Nicolao Toppio *in Biblioth. Neapol. pag. 250.* A politioribus literis, eruditione, linguæ Hispanæ peritia, ac ingenii monumentis, versu, prosâque concinnatis; tum in Sicilia, tum in Italia celebris vixit: Panormi, & Neapoli nonnullorum Procerum à secretis fuit, ac ingenii præstantiani felici-

Digitized by Google

ter detexit. Cùm autem Ducis Salsæ, & Calabriæ Præsidis à secretis esset in Civitate Ariani anno 1648. exorto populari illius regionis tumultu, & intromissâ ex proditione in Urbe militum copiâ, hi Civium cladem perpetrarunt, ac Præsidem, nostrumq; Petrum interfecere: teste Dominico Antonio Parrino *in tom. 2. Theatri Proregum Neapol. p. 416.* De eo etiam clariss. Joannes Marius de Crescimbenis *in Comment. hist. Poes. Vulgaris vol. 4. lib. 3. pag. 195.* Edidit Italicâ, & Hispanâ linguâ:

Lettere Italiane, e Spagnole. Neapoli apud Dominicum Maccaranum 1635. in 4. & iterum Neapoli apud Ægidium Longum 1652. in 4.

Sacra Ghirlanda di celesti fiori. Venetiis apud Bertanos 1642. in 8.

In Epistolis Selectis editis Venetiis apud Joannem Mariam Turrinum 1644. extant nonnullæ nostri Petri Epistolæ.

PETRUS VINCENTIUS PLATAMONIUS. v. Petrus Martyr Scandariatus *pag.* 150.

PETRUS VINCENTIUS TEDESCHIUS Troynensis, Sacræ Theologiæ Doctor, vir Græcis, latinisque literis egregiè excultus, Romæ non sine æstimatione vixit; & Troynæ Archipresbyter præerat anno 1617. Edidit ex Octavio Caetano *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag. 59.*

Vitam S. Silvestri Troynensis è Græco in latinum translatam.

PETRUS VINCIUS Nicosiensis, Musices peritissimus, Europam omnem, modulationibus suis undique resonantibus, mirâ suavitate implevit: ideoque celeberrimum sibi nomen comparavit. Præfuit Musices Moderator Romæ, Bergami in Ecclesia S. Mariæ Majoris, & alibi. Decessit tandem in patria anno 1584. in cujus sepulchro hæc insculpsere carmina ejus Cives, ut ex fide dignis accepi.

Temporis Amphyon nostri hac modo conditur urna:
Hæc Petrum Vinci barbara saxa tenent.
Ille tamen lapides sonitus dulcedine traxit:
Hunc trahit in cineres efferus iste lapis.

At Benedictus à Passaflumine *de origine Eccles. Cephalæd. pag. 81.* Petrum in Ecclesia S. Nicolai sepultum tradit, ejusque sepulchro hæc adjecta carmina:

Non opus est metro, cùm toto notus in Orbe,
Inclyta jam Vinci Musica morte caret.

Innumera scripsit, ac edidit musicis notis alligata; at solùm hæc vidi:

Motectorum, quæ quatuor vocibus decantantur librum Primum. Venetiis apud Hæredes Hieronymi Scotti 1578. in 4.

Italicè

Quattordeci Sonetti spirituali dell'Illustrissima, & Eccel. D. Vittoria Colonna d'Avalos d'Aquino Marchesa di Pescara messi in canto da Pietro Vinci. Ibidem apud eosdem 1580. in 4.

Primo libro de' Madrigali a 5. voci. Ibidem apud eosdem 1589. in 4.

Secondo libro de' Madrigali a 5. voci. Ibidem apud Franciscum Rapazzettum 1567. in 4. & apud Hæredes Hieronymi Scotti 1579. in 4.

Terzo libro de' Madrigali a 5. voci. Ibidem apud eosdem Hæredes 1579. in 4.

Quarto libro de' Madrigali a 5. voci. Ibidem apud eosdem 1583. in 4.

Quinto, Sesto, e Settimo libro de' Madrigali a 5. voci. Ibidem apud eosdem 1584. in 4.

Libro Primo de' Madrigali a 3. voci. Ibidem apud eosdem 1582. in 4.

Secondo libro de' Madrigali a 4. voci. Ibidem apud eosdem 1583. in 4.

Libro Primo, e Secondo de' Mottetti, con alcuni Ricercari di Antonio il Verso suo Discepolo. Ibidem apud eosdem 1591. in 4.

Terzo libro de' Mottetti a 5. e 6. voci, con alcuni altri di Antonio il Verso. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1588. in 4.

Primo, e Secondo libro de' Madrigali a 6. voci, con un Dialogo. Venetiis apud hæredes Hieronymi Scotti 1579. in 4.

PETRUS VITALIS Panormitanus, Musas cum laude coluit; & ex Leone Allatio *in Drammaturgia ind. 6. pag. 625.* scripsit opus, adhuc ineditum, Italicis carminibus concinnatum, cui titulus:

Il Siciliano.

PETRUS VITALIS Panormitanus Sacerdos, vir literarum gloriâ clarissimus. Natus 5. Dec. 1656. præstantissimũ,& æquè vividissimũ assequutus ingenium, adolescẽs mitioribus studiis, exinde gravioribus admotus,eò profecit,ut doctrinâ ornatissimus in Panormitano Collegio Societatis Jesu Sacræ Theologiæ lauream adeptus sit. Ne torperent ingenii vires, in scholasticæ Theologiæ spatiis proprio marte progredi ulteriùs curavit, eamque morali facultate illustravit: ideoque inter doctiores eminuit. Cùm autem ad amœniores literas naturæ dotes adjecisset, in Oratorem, & Poetam numeris omnibus absolutum evasit. In Panormitana Reaccensorum Academia ejus ingenii monumẽta,sive prosâ,sive versu edita,semper cum Literatorum laude excepta: dilucido enim dicendi genere, grandiloquo, acuto, ingenii lumina semper effudit. In ea diù à secretis fuit; & inter Literatos viros primas obtinuit. Quoties è suggestu perorare contigit, toties bonorum plausus promeruit. At ne deessent eximio viro exterorum laudes, cùm extra Siciliam profecisset, Petri ingenium, eruditionem, eloquentiam demirati sunt viri literatissimi tum Romæ, tum Venetiis, & alibi: ideoque omnium venerationem sibi obstrinxit. Venetiis præsertim ubi novennio moram protraxit, egregii Literati famam optimo jure sibi comparavit. Magnâ æstimatione valuit apud viros doctrinæ, & eruditionis nomine celebres: ac apud Proceres nobilitate præstantissimos. Ea in Urbe unà cum aliis eximiis literarum amatoribus Academiam

Digitized by Google

am Animoſorum fundavit: & Patavii in Academia, cui nomen *Ricovrati*, accenſitus, longè latèque inclaruit. Panormum rediens ad priſtinam omnium æſtimationem revocatus eſt: & anno 1705. à Secretis Panormitani Senatus conſtitutus, nunc muneris hujus partes egregiè proſequitur. Laudibus exornatur ab Honuphrio Fortino *de natura, & ſalubritate aëris Panormitani ſect. 4. n. 9. pag. 25.* Quæ currente calamo, ex oblata occaſione, edidit Italicè, hæc ſunt:

La Regia del Sole aperta alla Benificenza di S. Roſalia Vergine Palermitana, nella Solennità dell' anno 1705. Panormi apud Dominicum Corteſium 1705. in 4.

Santa Roſalia Vergine Palermitana nel Paradiſo della Felicità, Fiume di Grazie diramato in più Fonti, con divota Magnificenza venerato nella Solennità dell'anno 1706. Ibidem apud Antoninum Epirum 1706. in 4.

Il Tempio della Pace dedicato alle Glorie di S. Roſalia Vergine Palermitana Arbitra della Pace Cattolica per la Solennità dell'anno 1707. Ibidem apud eumdem 1707. in 4.

La Protezione Genetliaca di S. Roſalia Vergine Palermitana, Lucina Sacra nel Parto del Sereniſſimo Principe dell'Aſturie Luigi Carlo Filippo, Primogenito della S. R. M. C. celebrata con figure ſacre, e mitologiche nella Solennità dell' Anno 1708. Ibidem apud Auguſtinum Epirum, & Dominicum Corteſium 1708. in 4.

La Sacra Cerere in Campidoglio corteggiata dagli oſſequioſi Genj delle Città Siciliane, Solennità celebrata nell'anno 1709. *in onore, e rendimento di grazie alla Glorioſa Protettrice S. Roſalia Vergine Palermitana.* Ibidem apud eosdem 1709. in 4.

La Galleria delle Donne Illuſtri del Vecchio, e Nuovo Teſtamento a confronto della Vita, e glorioſa Protezione di S. Roſalia Vergine Palermitana, aperta nel Duomo della Felice, e Fedeliſſima Città di Palermo per la Solennità dell'anno 1710. Ibidē apud eosdem 1710. in 4.

La Nuova Lega de' Trionfi diſpoſta da S. Roſalia Vergine Palermitana a Gloria dell'Invittiſſimo Monarca delle Spagne Filippo V. e publicata per la Solennità dell'Invenzione della Santa, che ſi celebra nell'anno 1711. Ibidem apud Antoninum Epirum 1711. in 4.

Dal Merito la Gloria, e dalla Gloria la Protezzione di S. Roſalia Vergine Palermitana, publicata nelle dimoſtrazioni feſtive ſú li 15. *Luglio dell'anno* 1712. *per la ſolenne memoria dell'Invenzione.* Ibidem apud Franciſcum Cichè, & Antoninum Epirum 1712. in 4.

Relatæ Divæ Roſaliæ feſtivitates, ſuppreſſo nomine editæ, nedum deſcripſit, verùm etiam adinvenit, diſpoſuit, & inſcriptionibus exornavit.

Le Simpatie dell'Allegrezza tra Palermo Capo del Regno di Sicilia, e la Caſtiglia Reggia Capitale della Cattolica Monarchia, manifeſtate nella preſente Relazione delle Maſſime Pompe feſtive de' Palermitani per la Vittoria ottenuta contro i Collegati sù le Campagne di Prihvega a 11. *Decembre* 1710. *con le forze del fedeliſſimo braccio de' Caſtigliani dalla Real Maeſtà di Filippo V. Monarca delle Spagne, e di Sicilia.* Panormi in Palatio Senatorio per Auguſtinum Epirum 1711. in fol.

La Maeſtá del Dolore nella Capitale del Regno di Sicilia sù l'Eſequie celebrate in Palermo nell' Ottobre del 1711. *al Sereniſſimo Ludovico Borbone Delfino di Francia dall'Illuſtriſſimo Senato Palermitano.* Ibidem apud Franciſcum Cichè 1711 in 4.

Multa etiam, poeticâ venâ dives, etruſco carmine ſcripſit: at ſolùm hos dialogos, muſicis notis concinendos vidi, ſuppreſſo nomine excuſos, nempè:

Le Gioje dell'Eternità nella morte di S. *Roſalia, Dialogo.* Drepani apud Bartholomæum de Franco in 8. ſine anno.

Il Sogno fortunato per le nozze coronate dal martirio della figurata Spoſa de' Cantici S. *Caterina V. e M. col miſtico Salomone Gieſù Dialogo.* Panormi apud Felicem Marinum 1703. in 4.

Lo Scudo d'Italia nella protezione del Glorioſo S. Filippo Neri Dialogo. Ibidem apud Dominicum Corteſium 1703. in 4.

La Concordia di Pallade, e Nettunno nella Piaggia di Mare Dolce. Serenata. Ibidem apud Honuphrium Gramignanum 1707. in 4.

PHENESTUS MUSICA. v. Stephanus Amicus.

PHILADELPHUS MAURUS Leontinus Societatis Jeſu, in lucem editus 9. Januarii 1644. Societatis inſtitutum amplexus eſt 15. Octobris 1660. in qua quatuor ſolemnia emiſit vota 15. Auguſti 1678. Gravioribus diſciplinis inſtitutus, Eccleſiaſtem in multis Siciliæ Civitatibus egit in quadrageſimali curriculo; & non ſine laude Miſſionibus ſacris addictus, animi ardorem in promovenda animarum ſalute patefecit. Vice-Rectoris munere Collegio Calatajeronenſi præfuit: & modeſtiâ, & regulari obſervantiâ clarus vivit. Edidit Italicè

Iſtoria de' SS. Martiri Alfio, Filadelfio, e Cirino Fratelli, e lor Compagni; con eſſo d' altri Santi della Città di Lentini. Catanæ apud Paulum Biſagnium 1691. in 4.

Poeticâ venâ ditatus ſcripſit:

Hiſtoriam eorumdem Sanctorum latino carmine. m. s.

PHILADELPHUS MUGNOS Leontinus, eques habitus Chriſti Ordinis Portugalliæ, natus an. 1607. cùm literas delibaſſet, aliorum negotia procuravit Panormi, quam ab adoleſcentia incoluit: inde Juriſprudentiæ operam dedit, ac Doctoris laureâ donatus eſt. Amœniores literas, Muſaſque ſectatus, inter nonnullos Academicorum cœtus adſcriptus eſt; præſertim Panormi in Reaccenſorum Lycæo. In Nobilium Geneologiis pertexendis diuturno labore deſudavit: at ejus fides hac in

Digitized by Google

scriptione viris emunctæ naris suspecta est: Obiit tandem Panormi 28. Maji 1675. & in Ecclesia S. Francisci Min. Conventualium sepultus est. Edidit Italicè

Teatro Geneologico delle Famiglie Nobili, Titolate, Feudatarie, ed Antiche del Fidelissimo Regno di Sicilia viventi, ed estinte. Parte Prima. Panormi apud Petrum Coppolam 1647. in fol.

Parte Seconda. Ibid. apud Dominicum Anselmum 1655. in fol.

Parte Terza. Messanæ apud Jacobum Matthæum 1670. in fol.

Ragnagli historici del Vespro Siciliano. Panormi apud Petrum Coppolam 1645. in 4. & iterum apud Dominicum Anselmum 1669. in 4.

Il nuovo Laertio Parte Prima, dove si leggono le Vite de' Filosofi, Poeti, Oratori, Leggisti, Historici, & altre famose persone. Ibid. apud Dominicum Anselmum 1654. in 4. operis hujus judicium edidit oculatissimus vir Vincentius Auria in opusculo, cui nomen: *la Verità Svelata*, in qua multa à veritate aliena scripsisse demostrat, & è proprio penu enata. De eo Monumenta Gallica Trevolciana an. 1702. *to.* 11. *pag.* 186. & Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1708. *pag.* 538.

Lico, e Liso Favola Boscareccia. Romæ apud hæredes Ludovici Grignani 1650. in 8.

Aggitamento Accademico sopra l'origine, e progressi della Lingua Latina. Ibid. apud eosdem 1650. in 8.

Historia dell'Augustissima famiglia Colonna. Venetiis apud Turrinos 1658. in fol.

Discorso laconico della famiglia Petrucci. Neapoli apud Novellum de Bonis 1670. in 4.

Albero Geonologico della famiglia Molli. Ibidem apud eumdem 1674. in 4.

Il Trionfo Leontino, o vero il meraviglioso, & orrendo Martirio, e Morte delli glorioſi Martiri Alfio, Filadelfio, e Cirino. Panormi apud Antonium Martarellum 1640. in 4.

Proserpina Rapita Idillio. Messanæ apud Jacobum Matthæum 1643. in 8.

Discorso contro coloro, che dicono essersi ritrovata un' arte nuova di compor Tragedie. Extat in tom. 11. Tragœdiarum P. Hortensii Scammaccæ. Panormi apud Petrum Coppolam 1645. in 12.

Teatro della nobiltà del Mondo, dove si leggono molte Famiglie Imperiali, Regie, & altre Titolate, e graduate di supremi ufficj, cariche, e dignità, e tutte l'altre Famiglie Nobili d'Europa, d'Asia, e d'Africa, che vissero a nostri tempi. Neapoli apud Novellum de Bonis 1680. in fol.

Scripsit etiam

Annali del Regno di Sicilia con i Successi di tempo in tempo, e d'anno in anno dal principio della sua habitazione sino all'anno 1649. Tomo Primo, e Secondo in fol. Tomi Primi nonnulla folia jam edita vidi in Bibliotheca Francisci Marchesii Canonici Panormitani, & U. J. D. Antonii Marchesii fratris: sed opus non absolvit.

Scripsit demum hæc alia, quæ inedita reliquit, nempè:

Cosmografia di Sicilia.

Nobilitario d'Armi.

Vite de' Re di Sicilia.

Cronica della Città di Lentini,

Del Nuovo Laertio Parte Seconda.

Leggendario delle Vite de' SS. della Sicilia. m. s. in 4. cujus autographum extat apud me.

PHILEMON Syracusanus Poeta Comicus. Syracusanus fuit teste Suida *tom.* 2. *p.* 1052. quem sequuntur Volaterranus *anthrop. l.* 18. *p.* 261. Franciscus Patritius *in Poetic. dec. histor. lib.* 1. *p.* 108. Fazellus *de rebus Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *p.* 101. Bonannus *in Syracusa Illust. lib.* 2. *pag.* 276. aliique passim. Constantinus Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. p.* 20. & 21. tres Philemones admittit, quorum primus Syracusanus fuit: secundus verò vel Syracusanus, vel Athenienſis: Tertius hujus filius. At, ut Bonannus observat, forsan secundum Philemonem Syracusanum, vel Athenienſem putavit, quia Athenæus *lib.* 11. *cap.* 5. *pag.* 469. Philemonis cujusdam Athenienſis meminit. At Pomponius Gauricus *de lege poetica* tradit, Philemonem Athenienſem vocatum, quia inter Athenienſes ex privilegio ſcriptum: quod ex Franciſci Patritii auctoritate firmari poteſt; ait enim, Philemonem Syracuſis natum, Athenis vixiſſe. Obſervat Bonannus *cit.* quòd cùm duo exiterint Philemones Syracuſani (ex aliis verò tres) Comici Poetæ, horum geſta ambiguitate laborant; ac vix ſecerni poſſe fatetur, quæ uni, vel alteri competant: ideoque cum eadem dubitatione proferam, quâ & ipſe retulit, ſintne primo, vel ſecundo adſcribenda. Philemon Syracuſanus Damonis filius, teſte Suida cit. & Gyraldo *de Poetar. hiſtor. dial.* 7. *pag.* 288. comicæ poeſi addictus, ob admirandam ingenii fœcunditatem, ac præſtantiam, quibus munitus vixit, celeberrimum ſibi nomen comparavit. Tres Comœdia enumerat ætates, nempè Antiquam, Mediam, & Novam: ut antiquum Comœdiæ genus in Sicilia exortum, auctore Epicharmo Syracuſano, ita & novum in Sicilia à Philemone adinventum eſt, ex Suida, Bonanno, & Auria *in Sicilia Inventrice cap.* 10. §. 2. *pag.* 41. At Polydorus Virgilius *de rer. invent. lib.* 1. *cap.* 11. & Aſcenſius *in comm. Poet. Horatii*, Philemoni Menandrum addunt. Franciſcus Patritius *cit. pag.* 108. non Menandrum, ſed Philemonem novæ Comœdiæ inventorem fuiſſe tradit. Sanè Suidas, Gyraldus, Voſſius *de Poetis cap.* 8. *pag.* 58. Philemonem novæ Comœdiæ Poetam vocant. Julius Cæſar Scaliger *poeticæ lib.* 1. *cap.* 7. *p.* 31. ait, novam Comœdiam ex veteri exortam; cùm enim Ariſtophanes Cocalum fabulam ſcripſiſſet, hujus filus amuſſis, & regula fuit Menandro, & Philemoni ad novam

Comœ-

Digitized by Google

Comœdiam commiscendam. Id ipsum innuit etiam Viperanus *Poetic. lib.* 2. *cap.* 12. *pag.* 115. Ex Clemente Alexandrino *Strom. lib.* 6. & Jacobo Thomasio *de plagio literario* §. 516. *pag.* 231. Philemon, immutatâ aliquantulum fabulâ prædictæ Aristophanis, eamdem transtulit in Comœdiam suam, quam Hypololymeum, id est suppositum, inscripsit; Etsi Apuleus *lib.* 3. *florid.* testetur, Philemonem mediæ Comœdiæ Scriptorem fuisse; attamen Bonannus *cit.* rectè perpendit, aliquam forsan Comœdiam ex medio genere concinnasse, mox novam adinvenisse. Diomedes *lib.* 3. *Gramm.* tradit, Menandrum, & Philemonem veteris Comœdiæ acerbitatem mitigasse. Pluries in literaria concertatione Philemon Menandrum vicit, ex Apuleo *cit.* Gellio *in noct. Attic. lib.* 17. *cap.* 4. & Vossio *de Poetis loc. cit.* At Velleus Paterculus *lib.* 1. *histor.* ait, Menandrum Philemone præstantionem existimatum. Quintilianus *lib.* 10. *instit. cap.* 1. opinatur, Philemonem injustè Menandro prælatum; & ex communi sententia secundum post Menandrum locum promeruisse. Demetrius verò Phalaræus *de elocut.* putavit Menandrum in multis liberum, & effrœnatum; sed hoc vitio Philemonem caruisse. Ex Heinsio *in* 3. *idyll. Theocr.* & Panigarola *in comm. Demetrii par.* 109. *pag.* 640. apud Justum Fontaninum *in Aminta Defenso cap.* 15. *pag.* 366. hoc erat inter Comœdias Menandri, & Philemonis discrimen, quòd illius Comœdiæ, ex partium disjunctione, necesse erat, ut in theatro peragerentur, ut delectationem afferrent, ac perciperentur: hujus verò dum etiam legerentur voluptate afficiebant, ac intelligebantur. Gliceriæ meretricis amoribus irretitus vixit ex Athenæo; eamque carminibus suis celebravit. In quadam ejus Comœdia in Magam Regem stylum acuit amarulentum: at is timore incusso ejusdem libertatem retundere curavit: Philemoni etenim ad Parætonium tempestate ejecto militem destinavit, qui nudo ense ejus cervicem tantùm attingeret, & dimitteret: mox eidem talos, ac pilam misit, tamquam puero mentis inopi; quòd & Plutarcus *in lib. de cohibenda ira, & de virtute morali*, & Gyraldus tradunt. De hujus Poetæ morte varia Scriptores. Lucianus *in Macrobiis*, Valerius Max. *lib.* 9. *cap.* 12. Suidas *cit.* Hesychius Milesius *de iis, qui eruditionis famâ claruere*, aliique multi scribunt, ex nimio risu periisse: cùm enim Asinum ficos sibi paratos comedentem vidisset, in cachinnos abiit: cùm autem famulus frustra accersitus, expleto asini epulo, tandem apparuisset, jussit ut asello merum propinaret, jam enim comestionem expleverat: hinc resumpto risu, cachinnorum vi jugulatus decessit. Sed Ludovicus Morerius *in diction. to.* 2. *p.* 824. hunc ex nimio risu mortuum alium à nostro Poeta diversum putat: quod non semel in aliis fecisse patet. Sanè Laertius *in vita Chrysippi*, hoc Chrysippo accidisse scribit. Secundus Lancellottus in libro *farfalloni far.* 47. inter historicorum mēdacia hoc mortis genus enumerat. Suidas, quem sequitur Goltzius, ex vehementi risu obiisse ait; ex aliis verò narrat, quod æstuante bello inter Athenienses, & Antigonum, Philemon cùm in Piræo esset, novem vidit virgines, quas Musas putarunt, ex ejus ædibus excedentes: interroganti verò cur ipsū desererent, respondisse: nefas ipsas ejus comœdias ulteriùs ab ipso audiri. A somno excitatus puero visum narravit, & absolutâ comœdiâ, quam scribendam incœperat, in lectulo se composuit, ut somno indulgeret: sed cùm diutiùs moras protraheret, ipsius familiares motâ culcitrâ mortuum conspexere. Ita etiam Ælianus *de providentia* apud Gyraldum *cit. pag.* 289. & Patritius cit. Diversa etiam narrat Apuleus *lib.* 3. *Florid.* ait enim, quòd cùm quamdam ejus fabulam novitèr editam in theatro recitaret, obortâ pluviâ, differre opus oportuit; at cùm postridie ut reliquam ejusdem partem audiret populus confluxisset, Philemon non apparebat: hinc diutiùs æquo expectantes, ut ipsum accersirent nonnulli sunt missi, qui ipsum in suo lectulo librum apertum præ manibus tenentem, & exanimem inspexere; ideoque populo renunciarunt, jam Philemonem fictam comœdiam in theatro absoluturum, domi veram fabulam consummasse. Ita etiam Petrarcha *in Buccolicis versibus* apud Gyraldum, & Volaterranus *cit.* Tandem Plutarchus *in opusc. an seni gerenda sit Respublica* tradit, in theatro mortuum, dum cum Alexio Comico contendebat. Obiit ex Luciano *cit.* anno ætatis suæ 97. vel ex Suida, Diodoro Siculo *lib.* 23. & Patritio *cit. pag.* 108. anno æt. 99. vel ex aliis apud Suidam 101. Alii verò cum Lascare apud Maurolicum cit. *pag.* 20. Fazello *dec.* 1. *lib.* 4. *c.* 1. *p.* 101. Aretio *de situ Sicil. pag.* 17. Volaterrano *cit.* Goltzio, & Hofmanno, nonaginta annis vixisse scribunt. Sed cùm hanc ætatem attigisset, omnium sensuum integritatem, corporis firmitatem, ac illesam sanitatem servavit, teste Suida. Celebris vixit tempore Alexandri Magni circa olymp. 114. ex Vossio *cit.* nempè annis 316. ante Christi adventum ex Bonanno *cit. p.* 289. Floruit verò ex Gyraldo *olymp.* 111. ex Joanne Bap. Ricciolio *in Chron. Ref. to.* 4. *ind.* 1. *p.* 181. ante Christi Domini adventum ann. 300. ac filium nomine Philemonem reliquit, ut infra. Joannes Pierius Valerianus *hieroglyph. lib.* 35. *cap.* 33. *p.* 364. *& lib.* 47. *cap.* 36. *p.* 509. se vidisse testatur Romæ apud Raphaelem Urbinatem, marmoream Philemonis statuam validæ senectutis, qui manu librum complicatum tenebat, alteram verò ad mercedem operis accipiendam porrigebat. Scripsit Philemon Comœdias circiter Nonaginta ex Suida, Goltzio, Gyraldo, Patritio, aliisque. Ex Diodoro *cit.* Nonagintaseptem: ideoque errasse videmus Volaterranum *anthropol. l.* 18.

p. 261.

Digitized by Google

p. 261. & Ravisium Textorem *in offic. tit. 6.* qui sex Comœdias edidisse scribunt. Harum viginti ex Patritio, citantur ab Athenæo, quarum nomina hic exhibeam, additis Athenæi locis, ac aliorum, qui nonnulla retulerunt harum comœdiarum fragmenta.

Rusticus. Athen. *l.* 3. *c.* 6. *p.* 81.

Homicida. Ath. *l.* 14. *c.* 23. *p.* 663.

Renovata, sive Revivisens. Ath. *l.* 6. *c.* 18. *pag.* 262.

Raptus. Ath. *l.* 14. *c.* 23. *p.* 663. & Julius Pollux *l.* 10. *c.* 24. *& lib.* 7. *c.* 9.

Babylonius. Ath. *l.* 13. *c.* 7. *p.* 595.

Delphi. Ath. *l.* 13. *c.* 3. *p.* 569.

Thesaurus. Ath. *l.* 9. *c.* 8. *p.* 385.

Medicus. Ath. *l.* 6. *c.* 4. *p.* 231.

Corinthia. Athen. *l.* 3. *c.* 35. *p.* 123. & Stobæus *ser.* 254. *p.* 837.

Mœchus, seu Adulter. Ath. *l.* 4. *c.* 23. *p.* 175.

Transiens, sive Fuscinum. Ath. *l.* 4. *c.* 4. *pag.* 133. *& lib.* 12. *cap.* 3. *pag.* 516. *at l.* 8. *c.* 5. *p.* 340. Trasfugam vocat, ut Gesnerus.

Neæra. Ath. *l.* 13. *c.* 6. *p.* 590. et Gesner.

Irrepens. Ath. *l.* 4. *c.* 21. *p.* 170.

Mendica. Ath. *l.* 14. *c.* 23. *p.* 664.

Mendicus. Ath. *l.* 14. *c.* 13. *p.* 645.

Miles. Ath. *l.* 7. *c.* 10. *p.* 288.

Commorientes. Ath. *l.* 7. *c.* 16. *p.* 307.

Spectrum. Ath. *l.* 11. *c.* 9. *p.* 481. & Macrobius *Satur. lib.* 5. *cap.* 21.

Vidua. Ath. *l.* 11. *c.* 13. *p.* 497.

Siculus. Ath. *l.* 14. *c.* 22. *p.* 658. Stobæus *ser.* 259. *p.* 851. & Gesnerus cit.

Aliarum Comœdiarum nomina habes apud Stobæum, & aliorum: en ipsa:

Palamedes. Stob. *ser.* 51. *p.* 184.

Apollo. Stob. *ser.* 211. *p.* 708. Gesnerus *in Bibl. p.* 688.

Enchiridion. Stob. *ser.* 50. *p.* 179. & Gesner. cit.

Epidicazomenus, sive Professor legitimæ hæreditatis. Stob. *ser.* 66. *p.* 249. sive: *Ecdicazomenus ser.* 92. *p.* 306. Exœcizomenus *ser.* 174. *pag.* 600.

Hypobolimæus, ideſt suppositus. Stob. *ser.* 223. *p.* 741. Clem. Alexandr. *strom. l.* 6. *pag.* 193. & Jacobus Thomasius *de palagio literario* §. 516. *p.* 231.

Sardius. Stob. *ser.* 278. *p.* 896.

Trophon. Stob. *ser.* 51. *p.* 184. ubi dubitat, an sit Philemonis, vel Menandri.

Ephebus. Stob. *ser.* 247. *p.* 810. & Stephanus Bizant. *de urbib. ver. Crommion pag. mihi* 388.

Pyrrhus. Stob. *ser.* 172. *p.* 588.

Phileta. Stob. *ser.* 211. *p.* 707.

Mystides, sive mysteriorum, & rerum sacrarum peritus. Stob. *ser.* 242. *p.* 792.

Thebanæ. Stob. *ser.* 174. *p.* 598.

Alibi etiam pluries Philemonem citat Stobæus suppresso operum nomine.

Edidit etiam Comœdiam, cui titulus:

Mercator. Hanc imitatus est Plautus *in suo Mercatore*, ex Vossio cit. & eodem Plauto; qui *in Trinumo* fatetur, se Philemonem imitatum, in Mercatore, & Thesauro: quod etiam innuit Scaliger *in Poetica lib.* 1. *cap.* 7. *p.* 32. Nonnulla etiam aliarum Comœdiarum nomina collegit ex aliis Bonannus cit. nempè:

Parion, sive qui exit ut dicat, vel transeat. Panegyris. Rhodia. Nuptiæ. Janitor. Pterygion, sive Alæ. De ea etiam Stephanus Byzant. *de urbib. ver. Athenæ pag.* 28. Harum etiam meminit Gesnerus *in Biblioth. Pancratiastes. Qui pedetentim procedit. Synephebi, sive ætate æquales. Philosophi. Eurisicus. Perison, sive æqualis.*

Tandem has ita inscriptas adducit Bonannus, nempè: *Anacumenes, & Chera*: at sub aliquo nomine ex supra relatis comprehendi dubitat. Extant aliquot Philemonis fragmenta apud Plutarchum *in opusc. de cohibenda ira*, Laertium *in vita Cratis, & in vita Zenonis*, Diodorum Siculum *lib.* 12. *n.* 14. Justinum Martyrem *de Monarchia*; ut etiam apud Athenæum, & Stobæum, ut supra innui. In libro, cui titulus: *Comicorum Græcorum Sententiæ latinis versibus ab Henrico Stephano redditæ, & annotationibus illustratæ.* 1569. in 24. nonnulla nostri Philemonis extant; ut etiam in libro: *Sententiæ Insignes Græcorum Quinquiginta Comicorum, quorum operâ integra non extant, latino idiomate collectæ Ignatii Albani operâ.* Brixiæ per Bartholomæum Fontanam 1612. in 12. & tandem in libro: *Excerpta ex Tragœdiis, & Comœdiis Græcis tum quæ extant, tum quæ perierunt, emendata, & latinis versibus reddita ab Hugone Grotio Græc. lat.* Parisiis apud Nicolaum Buon 1626. in 4. excerpta extant ex quibusdam Philemonis Comœdiis, nempè: *ex Delphi lege: Quinquertione: Milite: Philosophis: incertisque Comœdiis.*

Statius Cæcilius Poeta Comicus in suis lucubrationibus nonnulla à Philemone excerpsit, ut notat Petrus Crinitus *de Poetis* in ejus vita. Ex Philemonis Comœdiis multa utilia deduci posse testatur Quintilianus *lib.* 10. *inst. orat.*

PHILEMON Syracusanus, Poeta Comicus, prædicti Philemonis filius; ideoque junior vocatur à Suida *tom.* 2. *pag.* 1052. Paterna vestigia sequutus Comœdias scripsit; ac celebris claruit circa olymp. 118. nempè ante Christi Domini natalem an. 304. ex Bonanno *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 280. Huic Philemoni ascribit Fazellus *dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 101. quem sequitur Goltzius *in Sicil. histor. post. pag.* 90. quæ de longæva, ac integra ejus ætate; ac de novem puellarum somnio supra retuli. Ita etiam Lascaris apud Mauro-licum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 21. qui annos 101. vixisse, ac somnium memoratum filio narrasse tradit. Hujus etiam Philemonis meminit Matthæus Silvagius *de tribus Peregrinis cap.* 46. *pag.* 170. & Leander Albertus *in Insulis pag.* 61. Scripsit ex Suida *cit.* Gyraldo *de Poet. hist. dial.* 7. *pag.* 289. Vossio *de Poetis*

cap.

Digitized by Google

cap. 8. *pag.* 58. Patritio *in Poetica dec. hist. lib.* 1. *pag.* 108. Gesnero *in Biblioth. pag.* 688. Volaterrano *in anthropol. lib.* 18. *pag.* 262. Hofmanno *in lex. tom.* 2. *pag.* 148. Morerio *in dict. tom.* 2. *pag.* 824. Bonanno *cit.* Laurentio Crasso *de Poetis Græcis pag.* 230. aliisque

Comœdias LIV.

At si Fazellus, & Lascaris citati, Quatuor scripsisse tantùm Comœdias putant, hoc vel typographi errorem suspicor, vel hunc cum Philemone Tertio confusum credo, qui quatuor Comœdias scripsit, ut infra. Ex Philemonis hujus Comœdiis adhuc fragmenta duo servantur apud Athenæum *lib.* 7. *cap.* 11. *pag.* 291. & Joannem Stobæum *ser.* 244. *p.* 803.

PHILEMON tertius Syracusanus, Poeta & ipse Comicus, quem Philemonis filium volunt Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 21. Fazellus *de reb. Sicul. dec.* 1. *l.* 4. *cap.* 1. *pag.* 101. Vincentius Littara *in Corrad. lib.* 3. *pag.* 152. Marius Aretius *de Situ Sicil. p.* 17. Goltzius *in Sicil. hist. post. pag.* 90. & Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Syrac. pag.* 211. Scripsit ex Lascare, Fazello, & Pirro

Comœdias IV.

Bonannus *in Syrac. Illustr. pag.* 257. ait, non tres; sed duos tantùm Philemones Syracusanos extitisse: ideoque tertium tanquam fictum à Siculorum Scriptorum catalogo expungit. At non levi ratione allati auctores permoti hunc tertium Philemonem admittunt. Quis verò sit primi Philemonis filius, an hic, de quo agimus, an prædictus, divinare non audeo, cùm unum tantùm filium habuerit Philemon primus.

PHILINA Syracusanus Poeta, ex Leandro Alberto *in Insulis pag.* 61. *Carmina multa Doricâ linguâ* scripsit. Christophorus Scannellus *in Chronica Siciliæ* Philinum vocat: Syracusanum, & historicum putat. Bonannus verò *in Syrac. Illust. lib.* 2. *p.* 249. existimat cum Philino historico Agrigentino confusum, de quo infra. Quæ scripserit, quove tempore vixerit incertum est.

PHILINUS Agrigentinus antiquus historicus, ex Diodoro Siculo *in Eclogis lib.* 23. non modò literis fuit addictus, verùm etiam & armis; Hannibalis castra sequutus, cujus comes fuit quamdiu fortuna passa est; teste Cornelio Nepote *in vita Hannibalis in fine*; ubi perperàm Philænius vocatur; sed corrigendus Philinus, ut notat Vossius *de histor. Græcis lib.* 1. *cap.* 17. *p.* 114. Claruit circa olymp. 140. ex eodem Vossio. De eo etiam Bonannus *in Syrac. illustr. lib.* 2. *p.* 249. Hofmannus *in lexic. to.* 2. *p.* 149. Morerius *in dict. to.* 2. *pag.* 824. & Isaacus Casaubonus *in Comm. ad lib.* 1. *Polybii p.* 118. 121. *&* 129. Scripsit

Bellum inter Carthaginenses, & Romanos propter Siciliam gestum. In hac historia nimio in Carthaginenses studio permotus plura ad eorumdem gloriam amplificandam scripsit, teste Polybio *lib.* 1. *pag.* 22. & Vossio *cit.* Hujus historiæ librum secundum citat idem Polybius *lib.* 1. Nonnulla hujus belli ex nostro Philino narrat Diodorus *in eclogis lib.* 23. *&* 24.

PHILINUS Herbitensis, Orator eximius: fuit ex Cicerone *lib.* 4. *in Verrem* homo disertus, & prudens, nobilitate clarus. *De calamitate Aratorum, de fuga, & de reliquorum paucitate* publicè disseruisse idem Cicero testatur. Hujus etiam meminit Bonannus cit. *in Syrac. Ill. p.* 249. Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 23. & Benedictus Passaflumen *de orig. Eccl. Cephal. p.* 80. *&* 81. Quemdam Philinum Oratorem citat Athenæus *lib.* 10. *cap.* 7. *p.* 425. *in judicio, & causa Croconidarum, de publicorum munerum functione*: eumdem etiam citat *lib.* 15. *cap.* 8. *pag.* 681. *&* 682. an verò sit noster Philinus Herbitensis haud satis liquet. Claruit anno ante Christi Domini adventum 50.

S. PHILIPPUS Diaconus Panormitanus, ex nobilissima familia Septimo ortus est, ut fama prædicat, ac Petrus Fortis *in Vitis SS. Panorm. p.* 3. Petrus Ant. Tornamira *in progenie D. Rosaliæ p.* 286. & Vinc. Auria *in Crocifixo Eccl. Panor. p.* 169. *&* 193. testantur. Parentes liberis diu carentes, cùm ipsum precibus S. Philippi Argyrensis cœlitùs accepissent, ad perennem hujus beneficii memoriam Philippum nominarunt. A teneris annis eximiâ pietate educatus est; ejusque pater puerum octennem Philippo Argyrensi exhibuit, qui & Deo obtulit, ac salutaribus monitis sanctè instruxit. Panormum regressus, ut Deo impensiùs famularetur, Ecclesiam extruxit, & parentum opibus in pauperes erogatis, virtutum studia excoluit: & cùm in omnium oculis ejus sanctitatis exempla satiùs elucerent, ab Archiepiscopo Panormitano Ecclesiasticæ militiæ adscriptus est, & Diaconi charactere insignitus. Cùm autem ad eminentius perfectionis fastigium æstuaret, ad Philippum Argyrensem profectus, sub ejus disciplina ad eam vitæ sanctimoniam pervenit, ut sæpè Cacodæmon furore percitus, ut nostrum Philippum orantem exturbaret, flagris sævissimè infligtis, exagitaverit: at Philippus Dæmonis triumphum obtinuit, & divina virtute munitus, in antrum quoddam relegatum perpetuo carceri mancipavit. Tandem virtutibus, & miraculis clarus ad Cœlum evolavit 12. Maji anno 84, cujus festum Ecclesia Panormitana 12. Junii celebrat: ejusque corpus apud Argyrium summâ religione recolitur. Hujusce Philippi vitam leges apud Octavium Caetanum *in tom.* 1. *SS. Sicul. p.* 33. Augustinum Invegium *in Panor. Sacra p.* 107. Petrum Fortem *de SS. Panormitanis pag.* 1. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Panor. p.* 50. *&* *in not. Eccl. Catan. p.* 107. Franc. Mellaurum *in vita S. Philippi Argyrensis cap.* 10. *p.* 26. Franc. Carreram *in Panth. Siculo p.* 117. Joannem Ant. Brandum *in vita S. Phil. Argyrensis cap.* 8. *p.* 48. eamdem etiam edidi *in Vitis SS. Panorm. anno* 1708. Ex Roccho

Pirro

Pirro *in not. Eccl. Catan. p.* 106. & 107. Scripsit noster Philippus

Dicti Philippi Argyrensis gesta, quæ miraculorum accessione exscripsit B. Eusebius, & extant apud Caetanum *cit. p.* 28. & *seq.*

PHILIPPUS AMICUS nobilis Mylensis, natus ex Josepho Amico patritio genere anno 1654. literas, ac historicam eruditionem coluit. Vivit hoc anno 1712. apud suos Mylis. Evulgavit Italicè

Riflessi Istorici sopra quello scrive, ed attesta della Città di Milazzo Orosene per sentenza degli antichissimi Cronisti Epimenide, e Ferecide. Catanæ ex typog. Bisagni 1700. in 4.

PHILIPPUS DE BARBERIIS Syracusanus, Ordinis Prædicatorum, quem Altamuranus, Razzus, Pius, Teagius, Gozeus, Antonius Senensis, locis infra citandis, Philippum Siculum, vel Philippum Syracusanum vocant: Adolescens Prædicatorum institutum amplexus, morum maturitate, ac literarum splendore nomen suum mirificè illustravit. Eruditione locupletatus refulsit; ac gravioribus disciplinis insignitèr excultus, Philosophiam; ac Theologiam magna cum laude docuit: Theologica Magistri laureâ insignitus, ab ingenio, ac doctrinæ profunditate commendatus, inter selectissimos ævi sui literatos exceptus est. Claruit anno 1475. ex Seraphino Razzo *de Viris Illustr. Ord. Prædic. pag.* 248. & Joanne Michaele Pio *de Viris Illustr. Ordin. Præd. par.* 2. *lib.* 3. *pag.* 51. ibique Philippum Siculum vocat: & *in append. pag.* 413. hic autem Philippum Syracusanum appellat. Vide etiam Ambrosium Gozeum *in Catalogo Script. Ord. Præd.* Teagium *in monum. Ord. Præd. par.* 5. Antonium Senensem *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 204. & 205. Ambrosium Altamuranum *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 201. Hunc Philippum eumdem esse pro comperto habeo, quem Ferdinandus Siciliæ Rex in Insulis Siciliæ Melitæ, Gaudisii, & Pantellariæ Quæsitorem de rebus fidei constituit anno 1481. ex Rocchо Pirro *in not. Eccles. Melit. pag.* 600. & *in not. Eccl. Syrac. pag.* 225. à quo perperàm inter Illustres Netinos recensetur. Anno 1462. ad annum 1475. Siciliæ, Sardiniæ, aliarumque insularum Siciliæ adjacentium etiam Quæsitorem observo apud Vincentium Fontanam *in Theatr. Dominic. par.* 3. *tit.* 57. *pag.* 598. & *tit.* 79. *pag.* 610. & *in monum. Dominic. par.* 3. *cap.* 6. *pag.* 363. & anno 1479. ex Joanne Maria Bertino *in Rosa Virginea quæst.* 10. *art.* 8. *contemp.* 2. *pag.* 385. Sub Philippi Siculi nomine librum inscriptum vidi:

Tractatus solemnis, ut utilis editus per M. Philippum Siculum Ord. Præd. continens in primis Discordantias nonnullas inter Sanctos Eusebium, Hieronymum, & Aurel. Augustinum Sanctæ Ecclesiæ Doctores, circa quas plurimas Doctorum aliorum opiniones adducit. II. Duodecim Sybillarum vaticinia, quæ de Christo ediderunt. III. Carmina Probæ. IV. D. Athanasii Symbolum cum D. Thomæ Aquinatis expositione. V. Dominicam Orationem per eumdem D. Thomam. VI. Angelicam Salutationem per eumdem. VII. Hymnum Te Deum laudamus cum expositione per eumdem D. Thomam compositâ. Ultimo ponitur Angelicus Hymnus Gloria in excelsis Deo per eumdem B. Thomam divinitùs explicatus. in 4. suppressò Urbis, & typographi nomine, ut etiam editionis anno. At in Bibliotheca Gesneri *pag.* 689. hæc opuscula unà cum alio inscripto: *Donatus Theologicus*, edita indicantur Romæ ex typographia Joannis Philippi de Lignamine conterranei, & affinis sui 1480. in 4. Opusculum in Salutationem Angelicam Philippo etiam Siculo adscripsit Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 299. at non inconsultò dubitavit, Philippum Siculum eumdem fortè esse, ac Philippum Macerium; nam unus ab alio diversus est.

Edidit etiam opus, cui titulus:

F. Philippi de Barberiis Syracusii, Siculique Ord. Præd. Artium, & Theologiæ Interpretis ad Venerandum virum Joannem Alphonsum Divorum Canonum Bachalarium, Virorum Illustrium Cronica. 1475. in 4. sine loci, & typographi nomine. In hujus libri fine hæc addit: *finit Cronica per me Magistrum Phillippum Sicilieusem confecta, directaque ad Ven. Virum, ac Dominum meum percolendum Joannem Alphonsum Ecclesiæ Hispalensis Canonicum, & Bacalarium Locronicnsem, in cujus sanè hospitio hunc librum plurimis vigiliis edidi.* Ibidem etiam hæc alia scripsisse opera tradit, nempè:

De Immortalitate Animorum libros tres.

De Divina Providentia, & Hominum Prædestinatione libros duos.

De Inventoribus Scientiarum, & Artium Mechanicarum libros tres.

Sermonum Quadragesimalium volumen pergrande.

Dominicarum, ac Sanctorum prædicationum volumen egregium.

Opus sui itinerarii.

PHILIPPUS BOLOGNINUS, Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & utriusque juris Doctor. Primùm Ordinis Excalceatorum S. Augustini; exinde ex pontificia facultate Canonicus Regularis Hospitalis S. Spiritus in Saxia Romæ, & Pactensis Domus S. Spiritus Prior. Vir doctrinâ clarus, multarum scientiarum ornamento, & eruditione insignis. Politiores etiam literas coluit, & in Panormitana Reaccensorum Academia adscriptus vixit. Claruit anno 1659. De eo Rocchus Pirrus *In not. Eccl. Pact. pag.* 420. Edidit Italicè

Manifestazione all' Altezza Reale. Panormi apud Petrum Coppolam 1649. in 4.

Scripsit, ac ineditum reliquit opus egregium, cui titulus:

Anatomia Sacra dell' Anima, e Corpo Santissimi di Cristo Salvator Nostro, raccolta dal Sacro Testo, da' Santi Padri, dalla Scuola Teologica, e Filo-

Digitized by Google

Filosofica, & aforismi dell'una, e l'altra medicina. m. s. in fol.

PHILIPPUS BURSA nobilis Messanensis, Philosophus, Jurisconsultus, & Historicus. Claruit eruditione prædives anno 1255. Scripsit ad Joannem Columnam Archiepiscopum Messanensem

Historiam familiæ Columnensium. Hujus autographum servabat Messanæ Josephus Balsamus: ac ipsius fragmentum haud exiguum adducit Philadelphus Mugnòs *in histor. famil. Columnæ pag.* 3. eamdem historiam citant Marcellus Columna Romanus in libro: *Deitas Catanensis ser.* 4. *n.* 14. *pag.* 65. *& seq.* & Josephus Bonafides *in Panormo Patria D. Agathæ par.* 2. *pag.* 60. 62. 76. *&* 77.

PHILIPPUS CAMMARATA Panormitanus, Juris utriusque Doctor eximius. Doctrinâ cumulatissimus inter præcipuos causarum Patronos maxima cum laude refulsit. Ad nonnullos honorum gradus meritò evectus est; in Panormitano enim Prætorio Judex sedit, & Urbis Panormi primarũ appellationũ etiã enituit Judex. In supremis Magnæ Regiæ Curiæ subselliis,& Conciliorii Sacræ Regiæ Conscientiæ foro præfuit quoque Judicis dignitate. Syndicatorem etiam pluries egit in Sicilia: & in magni momenti negotiis armorum Dux, ac Delegatus à Siciliæ Moderatoribus constitutus est; additâ muneri meri, & mixti imperii, ut ajunt, amplissimâ potestate. Meritis, honoribusque plenus Panormi decessit 4. Decembris 1675. & in Ecclesia S. Olivæ Fratrum Minimorum sepultus est. Ipsum laudat Franciscus Strada *in Quietationibus pag.* 14. In lucem emisit

Juridicum discrimen inter Episcopos, Abbates, & Regulares novissimè discussum in causa Mag. D. Dionysii Mugno Ord. Magni Basilii, Abbatis Ecclesiæ D. Christophori felicis Urbis Panormi. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1647. in 4.

Patrocinium D. Berardi Ferro XIX. contra D. Jacobum Sieri. Panormi apud Bisagnium 1654. in fol.

Propugnaculum veritatis circa Monasteriorum successionem in primogeniis, aliisque bonis fideicommisso subjectis. Panormi apud eumdem 1656. in fol.

Allegationes in causa manutentionis possessionis Principatus Buteræ, & Petræpertiæ cum dignitate Magnatis Hispaniarum, ac Marchionatus Militelli, aliorumque oppidorum, nec non titulorum Baroniarum, & Feudorum in literis manutentionis contentorum pro Ill. D. Joseph Branciforte Comite Raccudiæ, Principe Buteræ &c. contra D. Joseph Branciforte Comitem Mazareni. Ibidem apud Dominicum Anselmum 1660. in fol.

Responsa Decisiva. Tom. I. Ibid. typis Augustini Bosii 1663. in fol.

Responsa legalia decisiva. Tom. II. Ibid. apud eumdem 1665. in fol.

Allegationes pro Sorore Anna Maria de Jovinominibus contra Ven. Conventum S. Mariæ Montis Carmeli Civitatis Suteræ. Apud Franciscum Magrettum *in observat. ad pragm. Ducis Sermonetæ* §. 2. *obser.* 31. *à pag.* 101. ubi meritò celebratur.

PHILIPPUS CLEMENS Drepanitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, vir politioribus literis egregiè excultus,& in eloquentiæ studiis præcipuè versatus: ideoque sæpiùs dum in Sanctorum laude perroraret, cum plausu auditus. Musas etiam non sine ingenii laude coluit. Apud nonnullos Siciliæ Principes viros à secretis fuit, quo in munere æstimationem Asdrubalis à Thermis Panormitani, Episcopi Syracusani promeruit, qui Carolentinum Archipresbyterum delegit, ubi nunc in animarum cura evigilando floret. Prælo dedit Italicè

La Voce del Verbo ripercossa all'orecchio dell' Universo nel dì natalitio del Gran Precursore San Gio. Battista. Panegirico Sacro. Panormi apud Petrum Coppolam 1694. in 4.

La Vittoria della Fede Dialogo da cantarsi nella Solennità del Gl. Apostolo S. Andrea. Drepani apud Barberam 1681. in 4.

La Statua del zelo Apostolico eretta per mano della devozione cantata a 5. *voci, e strumenti per la Solennità del Gl. S. Francesco di Sales.* Ibidem apud Joannem Adamum 1695. in 4.

Prælo paravit librum, cui titulus:

Panegirici Sacri.

PHILIPPUS FERRARIUS, sive FERRARIENSIS, aut DE FERRARIO Calataniſſetensis ex Roccho Pirro *in not. Eccl. Agrigen. pag.* 302. *&* 363. *& in not. Eccl. Pact. p.* 407. & Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1396. *n.* 7. *pag.* 742. Siculum fuisse tradit Petrus Lucius Belga *in Biblioth. Carmel. pag.* 76. Joannes Trithemius *de Viris Illustr. Ord. Carmel.* apud Danielem à Virgine Maria *in Specul. Carmel. tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 2. *n.* 3133. *pag.* 903. idem Daniel *lib.* 3. *n.* 3342. *pag.* 949. Joannes Maria Fornarus *in Anno Carmelitar. tom.* 2. *die* 8. *Julii pag.*20.& Hippolytus Marraccius *in Purpura Mariana pag.*382. At ex eodem Marraccio *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 291. Augustino Oldoino *in Athenæo Romano pag.* 565. Hofmanno *in lexic. tom.* 2. *pag.* 153. Morerio *in dict. par.* 1. *pag.* 1241. & Carolo Du-fresne *in indice auctorum ad Glossarium in Scrip. mediæ, & infimæ latinitatis*, fuit Siculus, vel Gallus, Tolosâ oriundus. Trithemius, sibi contrarius, *de Scrip. Eccl. pag.* 332. Gesnerus *in Biblioth. pag.* 690. Guilelmus Eisingrenius apud Possevinum *in appar. sacro to.* 3. *pag.* 81. & L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. auctor. Eccl. tom.* 11. *p.* 92. Tolosanum voluere. Siculum Calataniſſetæ natum pro certo habemus, tum ex Carmelitis Fratribus, tum ex Calatiſſetensibus, inter quos in lucem editus est patre Simone Ferrario viro honesto, qui ob filii promerita annuos quingentos aureos à Martino Rege accepit. Fuit Philippus Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, Ec-

Digitized by Google

cleſiaſtes celeberrimus, & in Divinis Scripturis verſatiſsimus. Romæ Studiorum Moderator, Regentis munere præfuit, ibique ſententiarum libros, ſacraſque literas ſummâ explanavit doctrinâ. Vir ſanè eminentioribus comparandus; ingenio enim prompto, eruditione ſingulari, morum integritate, & egregiâ ſapientiâ perennem in Europa ſibi gloriam comparavit. In Sicilia concionum efficaciâ innumeros ad æternæ ſalutis viam revocavit; ac uberrimos fructus in animarum beneficium ſedulò congeſsit. In Sicula Provincia claruit Definitor, eamdemque diu Provincialis munere rexit; ubi etiam & in inſula Cypri Vicarium Generalem egit. Generalibus Ordinis comitiis interfuit, coactis Francofurti an. 1393. Placentiæ 1396. & in Cœnobio Sylvarũ Provinciæ Tuſciæ 1399. Joannes de Raude Ordinis Carmelitici Generalis Magiſter ipſius eloquentiæ vi, ac virtutum ſplendori confixus, datis literis in eodem Cœnobio Sylvarum 18. Maji 1399. Romam miſit Philippum ad Bonifacium IX. Pont. Max. ut Ordinis ſui nomine Canonizationem S. Alberti promoveret. Martino Regi gratiſsimus fuit; ideoque Philippum in ſuum Capellanum Majorem, & eleemosynarium delegit. Literas etiam dedit Catanæ 8. Aprilis 1396. quibus laudato Pontifici, ac Cardinalibus Monopolitano, Florentino, & Novonienſi Philippum enixè commendavit, ut Philippus ad Epiſcopalem ſedem primò vacaturam in Sicilia efferretur. Ab eodem Rege ad graviora Siciliæ negotia pertractanda apud Pontificem adhibitus eſt. Urbano VI. etiam acceptiſsimus fuit, qui in Theologum ſuum Philippum delegit; ejuſque juſſu varias legationes exercuit. Anno 1402. à Bonifacio prædicto Epiſcopus Pactenſis in Sicilia inauguratus eſt. A Joanne XXIII. in Cubicularium ſuum, ac Inquiſitionis Generalis Præſidem fuit electus. Ferdinandus Aragonum, & Siciliæ Rex Conſiliarium, Eleemosynarium, & Concionatorem ſuum conſtituit anno 1412. ad quem Orator, Regni Siciliæ nomine, unà cum Ubertino de Marinis Archiepiſcopo Panormitano acceſserat. Nonnullis in Eccleſiæ ſuæ beneficium à regia munificentia acceptis anno 1414. ad Epiſcopalem Agrigentinæ Eccleſiæ Sedem translatus eſt: at anno 1421. aliâ nobiliori inſulâ cohoneſtatus. Hanc aliam ſedem ſiluit Rocchus Pirrus, aliique. Petrus Lucius, Geſnerus, Poſſevinus, Marraccius, Oldoinus, Duſreſne ſupra citati, & Petrus Creſcentius *in Præſul. Romano lib. 3. pag.* 106. Pacenſem Epiſcopum vocant. At Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmel. tom. 2. par. 5. lib. 2. n.* 3133. *pag.* 903. *& lib. 3. n.* 3342. *pag.* 950. & Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1402. *n. 2. pag.* 756. non Pacenſem, ſed Pactenſem Præſulem fuiſse advertunt; ac in errorem lapſos notant auctores, qui Pacenſi Eccleſiæ præfuiſse tradunt. Sanè Morerius, & Ellies Du-Pin *loc. cit.* Epiſcopum Urbis vulgò *Badajox* fuiſse tradũt. *Badajox* verò Urbs Hiſpaniæ, Pax Augusta, & Colonia Pacenſis à Philippo Ferrario *in Lex. Geograph.* vocatur. Ideoque Lezana *cit. anno* 1421. *n. 2. pag.* 795. credibile putat, Philippum noſtrum Pacenſem Eccleſiam in Hiſpania, vulgò *Badajox*, obtinuiſse: & auctores, qui Pacenſem Epiſcopum vocant Philippum, non per errorem ob ſimilitudinem cum Pactenſi ita appellant, ſed quia forſan utramque Sedem verè habuit. Demum meritis undique cumulatus ad Cardinalis dignitatem evectus eſt, ut ex nonnullis Scriptoribus mox citandis habemus: & eadem dignitate inſignitus laudabilitèr deceſsit paulò poſt annum 1421. Præter auctores citatos, Philippi laudes recenſent Joannes de Groſsis *in Viridario Ord. B. M. de Monte Carmelo par. 2.* apud Danielem à Virgine Maria *in Speculo Carmelit. to. 1. par. 2. lib. 1. pag.* 143. *n.* 629. Arnaldus Boſtius *de Vir. Illuſt. Ordin. Carmel.* apud eumdem Danielem *tom. 2. par. 5. lib. 1. n.* 3049. *pag.* 893. Idem Daniel locis ſupra allatis, *& tom. 2. par. 5. lib. 3. n.* 3397. *pag.* 967. *num.* 3401. *pag.* 968. *& lib. 5. n.* 3718. *pag.* 1070. Pirrus etiam *in Chronol. Regum pag.* 89. *& in diſquiſ. de Patriarchatu Siciliæ pag.* 18. Allegrus *in Paradiſo Carmel.* Lezana *tom. 4. annal. Carmel. an.* 1396. *n. 5. 6. & 7. pag.* 741. *&* 742. *anno* 1399. *n. 4. & 7. pag.* 748. *&* 749. *anno* 1402. *n. 2. pag.* 756. *an.* 1412. *n. 2. pag.* 774. *an.* 1414. *n. 3. pag.* 778. *& an.* 1421. *n. 2. & 3. pag.* 945. Octavius Cajetanus *in animad. ad to. 2. SS. Siculor. pag.* 75. aliique. Scripſit ex nonnullis allatis auctoribus, Sermones, quos coram Siciliæ Reges, Proceres, alioſque habuit; nempè:

Sermones de feſtis Deiparæ Virginis Mariæ.

Sermones de tempore lib. 1.

Sermones de Sanctis lib. 1.

Ad Rempublicam Venetam Epiſtolam hortatoriam ad unionem cum Rege Gallo.

PHILIPPUS GAMBINUS Meſſanenſis Sacerdos, orator eximius. Claruit anno 1680. Edidit Italicè

Il Foglio Muſico Panegirico per la Sacra Lettera di Maria Vergine a' Meſſineſi, Venetiis apud Marcum Philippum 1670. in 4.

PHILIPPUS GIACOMAZZUS ex oppido Burgii, primùm Ordinis Capuccinorum, exinde Sacerdos Sæcularis; doctrinâ, & eruditione claruit; mitioribus enim literis, ac theologicâ doctrinâ inſtructus effulſit. In patria Archipresbyteri munere præfuit; ubi tandem anno circiter ætatis ſuæ 68. deceſsit 20. Julii 1669. & in majori Eccleſia ſepultus eſt. Evulgavit Italicè

Compendioſa Relatione ſopra l'habito del B. S. Franceſco, e di S. Antonio. Panormi apud Buam 1654. in 12.

PHILIPPUS GOTHUS Meſsanenſis, Equeſtris Ordinis vir, integritate, & eruditione præclarus, in rebus agendis eximiam dexteritatem

tatem patefecit. Pluriès in patria Senatoris munere claruit, de patria benè meritus. Obiit Meſſanæ 1599. Ipſum laudant Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib. 1. pag. 37.* Melchior Incofer *de epiſtola Mariæ V. ad Meſſan. cap. 48. pag. 298.* & Placidus Reina *in hiſtor. Meſſanæ par. 2. pag. 511.* In lucem emiſit Italicè

Breve Raguaglio dell' Inuentione, e Feſte de' Glorioſi Martiri Placido, e Compagni. Meſſanæ apud Fauſtum Bufalinum 1591. in 4.

PHILIPPUS KERSBELIUS, ſive KERSBEELIUS Siculus, Ordinis Carmelitarum, ex Antonio Allegro *in Paradiſo Carmelit.* fuit enim filius Cœnobii Gangenſis in Provincia Sicula S. Alberti, ex eodem, & Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 295.* Ideoque ambiguitate nominis erraſſe Scriptores patet, qui Gandavenſem, in Belgio natum, pro Gangenſe in Sicilia, tradidere. Gandavenſem ex Belgio putavit Franciſcus Suveertius *in Athen. Belgicis pag. 643.* Valerius Andreas *in Biblioth. Belgica*, Poſsevinus *in appar. ſacro tom. 3. pag. 81.* Joannes Bap. Lezana *annal. Carmel. tom. 4. an. 1485. pag. 961.* & Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmel. tom. 2. par. 5. lib. 5. n. 3932. pag. 1109.* Utramque opinionem pro Belgio, & Sicilia protulit Marraccius cit. Joannes Jacobus Hofman *in lexic. tom. 2. pag. 154.* & Morerius *in dict. tom. 2. pag. 319.* Belgis etiam conceditur à Geſnero *in Biblioth. pag. 691.* & à Joanne Bap. Ricciolio *in Chron. Refor. tom. 4. ind. 2. pag. 272.* Fuit Philippus ſelectiſsimâ doctrinâ apprimè cumulatus, Philoſophus, ac Theologus egregius, à morum ſuavitate laudatus, & ingenitâ quadam animi comitate omnibus gratus. Obiit Pariſiis (Lutetiæ Pariſiorum ex Marraccio) anno 1485. teſte Poſsevino, cum Lezana, & Joſia Simlero *in epit. Biblioth. Geſneri pag. 150.* Allegro, Marraccio, & Daniele à V. M. vel 1489. ex Geſnero *in Biblioth.* edita per Joannem Jacobum Friſium *p. 691.* & Suveertio cit. Deceſsit peſte ſublatus, & in Cœnobio Ordinis ſui ſepultus eſt. Apud Hofmannum, & Morerium mendosè mortuum legitur anno 1385. quod veritati adverſatur; Vincentius enim Bandellius à Caſtronovo, contra quem ſcripſit Philippus, circa annum 1485. claruit ex Scriptoribus Ordinis Prædicatorum. Adhuc ephebus noſter Philippus, nempè anno ætatis ſuæ 19. ſcripſit:

Tractatum de Conceptione Immaculata B. Virginis Mariæ contra Vincentium de Caſtronovo. Hunc Tractatum à Carlo Fernando correctum, publicæ luci conſignatum teſtantur Geſnerus, & Suveertius: additque Lezana, quòd à nonnullis malè adſcribitur Juliano Haſſarto Carmelitæ. Scripſit etiam ex Geſnero:

Ex Eliphaſ Anglo Compendium.
Compendium ex Waldeno.
Compendium Braduardini.
Ex Altaſilla Compendium.
Ex Holcoth Anglo Compendium.
Ex Petro Palaton de Poteſtate Papæ Compendium. Et alia.

PHILIPPUS MASSARIA Panormitanus, Societatis Jeſu, natus anno 1592. Societati nomen dedit anno 1608. In ea gravioribus diſciplinis eruditus, Philoſophiam, ac Theologiam eâ tradidit ingenii felicitate in Panormitano Collegio, ut laudem promeruerit ſingularem. Sacris etiam literis inſtructiſsimus enituit. Collegia Netinum, Melitenſe, & Drepanitanum cum ſumma prudentiæ commendatione gubernavit. Diu Panormi conſcientiis expiandis incubuit; rebuſque ad ſpiritum ſpectantibus præfuit: eoque animi fervore, & prudentiâ juniores tum Societatis, tum exteros quà adhortationibus, quà religioſæ vitæ exemplo inflammavit, ut venerationem ſibi conciliaverit; ac uberes animarum fructus collegerit. Tandem emiſsâ quatuor votorum profeſsione, Panormi deceſsit 18. Decembris anno 1655. Hujuſce laudes recenſet *Bibliotheca Soc. Jeſu pag. 711.* Opus ejus poſthumum prodiit inſcriptum:

Deus Homo, hoc eſt, Vita Servatoris Noſtri Jeſu Chriſti è libro Pſalmorum, juxta interpretationem Veterum Patrum, Sacrorumque Scriptorum tum Græcorum, tum Latinorum excerpta, in ordinem hiſtoriæ diſpoſita, & annotationibus illuſtrata. Panormi typis Jacobi Biſagnii 1656. in 4.

PHILIPPUS MAZZERIUS, aliis MACERIUS, ſive DE MAZERIIS, aut DE MASERIIS, Siculus ex Geſnero *in Biblioth. p. 691.* Voſsio *de hiſtor. latinis lib. 3. cap. 1. pag. 528.* Poſsevino *in appar. ſacro tom. 3. pag. 81.* Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 300.* & Antonio Teiſerio *in Catalogo libror. pag. 276.* Dubiè Venetum, vel Siculum renunciat Caſimirus Oudin *in ſupplem. ad Bellarminum de Scrip. Eccleſ. pag. 637.* Gallum putavit, Siculum, vel Venetum fuiſſe negavit Auctor *ſupplem. ad Morerium, ſive tom. 3. magni Dictionarii pag. 808.* ait enim in Caſtro, cui nomen Maderiacum, gallicè Mezieres, natum: ita & Carolus Du-freſne *in indice Auctorum ad Gloſſarium in Scrip. mediæ, & infimæ latinitatis pag. 139.* At Mazerius, non Mezieres Philippus noſter vocatus: id verò non patriam, ſed cognomen non hallucinati apertiſsimè vident: ideoque dictionis ſimilitudine deceptum oſſervant emunctæ naris literati. Vir fuit Philippus equeſtri ordine natus circa ann. 1327. Philoſophus doctiſsimus, eximiis animi dotibus munitus: à rebus præclarè geſtis, egregiiſque virtutibus celebris. Doctrinæ, morumque inſignium præſidio ad Magni Cancellarii munus in Regno Cypri, & Hieruſalem evectus eſt: ideoque ſapientiæ ſuæ, ac prudentiæ lumina in pacis, bellique negotiis latiſsime effudit. Nedum enim calamo, & doctrinâ, verùm etiam enſe, animique fortitudine laudem promeruit ſingularem, Petro Cy-

Digitized by Google

prio Regi gratissimus fuit, qui & Philippo magni momenti negotia demandavit. Pietate etiam inclaruit; cùm enim Philippo S. Petri Thomæ Carmelitæ, Pactensis, & Coronensis Episcopi, Cretensis Archiepiscopi, & tandem Patriarchæ Constantinopolitani, sanctimonia, & mirabilia innotuissent, hunc in suum patrem, & conscientiæ moderatorem delegit, ac intimis animi officiis adamavit: Philippum verò S. Petrus summo studio tamquam filium, ob egregias virtutes redamavit. Cùm autem memoratus Rex Petrus multa ad Christianæ religionis gloriam amplificandam meditaretur, S. Petro Thomæ Philippum indivisum comitem adhibuit. Hinc uterque Cyprium Regem in Italiam profectum comitatus est, ad recuperandam Palestinam suppetias necessarias petiturum. Uterque Summi Pontificis, ac Christianorum Principum animos ad sacram expeditionem aggrediendam inflammavit. A Cyprio Rege uterque adhibitus, ut bella æstuantia inter Pontificem, & Bernabonem Vicecomitem, Mediolani Dominum, ob Bononiensis urbis dominium extingueret: hinc cùm Urbanus V. anno 1363. S. Petrum legatum unà cùm Philippo misisset, ut pacem pertractaret, post nonnullos labores, ac pericula in Ecclesiæ beneficium perpessa, anno 1364. pacem firmarunt. Belli etiam germina inter Cyprios, & Genuenses exorta anno 1365. instaurato fœdere resecavit. Uterque à Veneta Republica belli subsidium obtinuit: & ut omnia paucis absolvam, uterque in instruenda classe, animisque ad sacram expeditionem disponendis magnoperè desudavit. Hinc Cyprio Rege Duce, Christiana classis contra Turcas velificavit, ubi 4. Octobris 1365. Alexandriam feliciter occupavit. In ea expugnanda admirabilis animi fortitudo Philippi refulsit; quod testatur idem S. Petrus *in epistola ad Urbanum V. & Carolum IV. Imp.* quam in ejusdem vita leges *cap.* 17. *pag.* 165. ait enim *n.* 104. *pag.* 170. *In medio cum cancellatis manibus unà cum Cancellario, nobile viro, strenuo, docto, in consilio Philosopho, de Manseriis &c.* Inde cum S. Petro captam urbem retinendam opinatus; contra ipsorum sententiam à fidelium signis relictâ, & à Turcis resumptâ, extremo dolore affectus est. Mox in gravissimum morbum lapsus D. Petrus, nostrum Philippum, ut sibi ægrotanti adesset, accersivit: Huic omnem vitæ suæ rationem aperuit, mortem sibi imminentem prædixit, ac testimenti sui exequtorem instituit: & cùm ad Regem remisisset, ut citò regrederetur enixè rogavit: se verò infra hebdomadam haud decessurum prænunciavit; nec unquam animam exhalaturum, nisi iterùm ipsum videret. Ideoque dum animam ageret, nutibus, gestibusque se haud mori posse innuebat, nisi Philippus rediret. Regresso tandem Philippo D. Petrus lætitiâ perfusus, resumptis statim viribus, per integram horam cum ipso colloquutus est: Philippi dolorem lenivit, ipsumque dulcitèr amplexus, postrema amoris officia in eumdem impendit, & ac si aliud negotii non superesset Famagustæ sanctè decessit 29. Januarii 1366. Optimo patri Philippus lachrymis parentavit, ejusq; testamentum adimplere haud neglexit, & admiranda ejus vitæ gesta infra biennium scripsit. Hæc ex D. Petri vita, & ex Godefrido Henschenio *in commentario prævio ad eamdem vitam*, tum *in Actis SS. Januarii t.* 2. *die* 29. *p ag.* 994. *n.* 27. tum in eadem vita seorsim edita §. 1. *n.* 2. *pag.* 2. De eo etiam Casimirus Oudin *in supplem. cit.* Lucas Wadingus *in Vita S. Petri Thomæ, variis in locis*, Josephus Maria Fornarus *in Anno memorabili Carmelitarum* 29. *Januar. p.* 186. 187. 188. & 210. Joannes Carmesonius *in Vita S. Petri* edita Antuerpiæ 1666. *cap.* 7. *pag.* 50. & 51. *cap.* 11. *pag.* 71. 76. & *cap.* 12. *pag.* 81. & 100. apud Fornarium *cit. pag.* 200. 204. & 205. & apud Danielem à V. Maria *in Speculo Carmel. tom.* 2. *par.* 4. *n.* 657. *p.* 182. *n.* 660. *p.* 183. *n.* 671. *p.* 187. *n.* 676. & 677. *p.* 188. Franciscus Petrarcha *in epist.* Nonnulla rariora addit Auctor *tom.* 3. *Magni Diction.* sive *in addict. ad Morerium p.* 808. ait enim, quòd absoluto studiorum cursu, ad Andream Siciliæ (melius Neapolis) Regem & Alphonsum Castellæ Regem accesit, quibus operam dedit. Inde in Cathedrali Ambianensi Canonicatum adeptus, excurso sexennio Terræ Sanctæ peregrinationem aggressus est. At quia ipsius cordi altè insederat, Christianos Principes ad bellum in Turcas excitare, ut Cruce-signati juncto fœdere sanctam Hierosolymitanam Urbem repeterent; ad militares infidelium copias, tunc inter sese dissidentes divertit, eorumque signa per annum sequutus, Turcarum vires, bellique artes expiavit. Hinc in Cyprum Insulam venit ad Hugonem IV. Lusinianum Regem Cypri, quem jam ad bellum contra Saracenos dispositum invenit: eoque defuncto, Petrus I. consilia nostri Philippi felicitèr complexus, ipsum Regni sui Cancellarium constituit. Anno 1365. ejus operâ expugnatâ Alexandriâ Rex tertiam spoliorum partem Philippo concesit, ut novum militarem ordinem instituret ad acquirendam, & conservandam Palæstinam. Sed dissolutâ expeditione Petrus II. Cypri Rex Maserium extraordinarium Oratorem ad Gregorium XI. misit, qui per annum apud se retinuit. Inde in Galliam digressus anno 1372. Carolo V. Regi operam dedit, cui à consiliis fuit, eique Delphini institutionem commisit, qui postmodum Carolus VI. Galliæ Rex salutatus est. At Philippus inter supremos sæculi honores ab omni mundi gloria adhorrens, ad Cœlestinos Parisienses, propè regiam tunc aulam, secessit, ut solitariam degeret vitam: ideoq; Regis veniâ an. 1380. ædes quasdam in eorumdem Patrum Cœnobio, ab omni strepitu remotas, sibi extruxit: ubi non accepto religio-

Digitized by Google

gionis habitu, nec editis votis, vitam religioso viro dignam peregit. Ibi Carolus V. Rex Philippum sæpiùs honorificè convenit: & cùm Parisiis longè abesset, eumdem per literas pluries consuluit in gravioribus regni negotiis. Summam etiam æstimationem Caroli VI. Regis promeruit, qui Philippo instante legem abrogavit, quâ pœnitentiæ Sacramentum capite plectendis denegabatur, ut ex edicto 2. Februarii 1396. Anno 1385. relictâ solitudinis quiete Avenionem contendit, ut Clementis Papæ VII. auctoritate festum Præsentationis Deiparæ in Occidente pleniùs firmaretur, ut in Orientali Ecclesia peragebatur: quod ut juxta vota obtinuit, ad secessum rediit. Inter Cœlestinos Patres vigintiquinque annis vixit, omniaque ipsius bona iisdem reliquit, & in memorato Parisiensi Cœnobio decessit anno 1405. ac cum Religionis habitu inter eorum sepulchrum conditus est. Hæc Auctarium Morerii. Vide etiam præter auctores supracitatos Melchiorem Goldastum *in tom.* 1. *Monarchiæ Sacri Rom. Imperii pag.* 58. *& seq.* Henricus Wharton *in appendice ad hist. literariam Guilelmi Cave pag.* 42. Joannes Baptista Lezana *annal. Carmel. to.* 4. *ann.* 1353. *pag.* 604. *an.* 136;. *pag.* 638. *ann.* 1366. *pag.* 660. & alibi sæpiùs, ubi de Vita S. Petri Thomasii, Bzovius *in annal. to.* 14. *an.* 1372. *n.* 22. Vinc. Coronellus *in Biblioth. Univers. tom.* 1. *pag.* 1008. *n.* 5168. qui Philippum Gregorii XI. Consiliarium, & Caroli V. Francorum Regis domesticum, ac primum Ministrum vocat. Quæ scripsit Philippus hæc sunt:

Vita S. Petri Thomasii ex Ordine Fratrum Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo Episcopi Pactensis, & Coronensis, Archiepiscopi Cretensis, & Patriarchæ Constantinopolitani, ac Legati Apostolici, scripta ab oculato teste Philippo Mazzerio Cancellario Cypri, & à Godefrido Henschenio Soc. Jesu illustrata. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1659. in 8. Extat & in Actis SS. Januarii tom. 2. ejusdem Henschenii 29. Jan. pag. 995. & seq.

Somnium Viridarii, de Jurisdictione Regia, & Sacerdotali. Editum primùm Parisiis 1491. Gallicâ linguâ: latinè ibidem 1503. & 1516. ex L. Ellies Du-pin *in Biblioth. Auctor. Eccles. tom.* 11. *pag.* 68. Prodiit sub nomine Philothæi Achillini, sed valdè mendosum. Integrum, & castigatum extat apud Melchiorem Goldastum *in tom.* 1. *Monarchiæ Sacri Romani Imperii pag.* 58. Quòd autem sub nomine Philothæi Achillini lateat Philippus Mazzerius, solidissimis conjecturis probat idem Goldastus: cujus opinionem complectuntur Wharton *in append. ad histor. literariam Guilelmi Cave pag.* 42. & Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom.* 1. *pag.* 1008. *n.* 5168. quòd etiam innuit Du-pin *cit.* & Auctor Auctarii ad Morerium, qui ait librum hunc Nicolao Oresmio Episcopo Bajocensi à nonnullis adscriptum, ab aliis Philippo Mazzerio: additque hanc fuisse sententiam Cardinalis Perronii

Ex eodem Auctario Morerii scripsit:

Peregrinationem Pauperis Peregrini.

Somnium Senis Peregrini.

Hos duos libros ad institutionem Caroli VI. Regis scripsit; in primo virtutis, & veri honoris leges edidit: in secundo de mediis ad declinandas inordinationes in Christi fideles grassantes. Scripsit etiam ex eodem:

Epistolam sapientem ad Joannem Meserium Canonicum Noviodunensem nepotem suum, in qua de Presbyterorum obligationibus.

Pirum floridum in Magni Principis gratiam.

Elogia Patrum Cœlestinorum. Et alia.

Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 299. suspicatur; hunc Philippum illum esse, qui sub nomine Philippi Siculi edidit *librum in Salutationem Angelicam*: sed fallitur; Philippus etenim Siculus, Philippus est de Barberiis Syracusanus, de quo supra *pag.* 168.

PHILIPPUS MESSANENSIS Poeta Etruscus, sed antiquæ ætatis; claruit enim sæculo decimoquinto inter coævos Poetas non inglorius, teste Joanne Mario de Crescimbenis *in comm. histor. Poesis vulgaris vol.* 3. *pag.* 31. qui apud Nicolaum Bargiacchum Florentinum asservari tradit Italicè:

Rime. m. ss.

PHILIPPUS NATOLUS ex oppido Pittineì Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, sacrorum rituum peritissimus; eruditione, & doctrinâ excultus claruit anno 1640. Edidit librum inscriptum:

Sacri Ritus à Celebrante in sacris functionibus, & à Concionatoribus in sermocinando peragendi Tribus Tractatibus distributi. Panormi ex typographia Decii Cyrilli 1641. in 8. Primus, ac Secundus Tractatus prodiit iterum Valentiæ typis Hieronymi Villagrasa 1668. in 8. Prælo paraverat opus, cui titulus:

Promptuarium Sacrorum Rituum servandorum in Festis, & Feriis totius anni. Hujus editionem promiserat in epistola ad lectorem libri Sacrorum Rituum, ac citat *in tract.* 3. *sect.* 2. *cap.* 2. *tit.* 2. *pag.* 175.

PHILIPPUS PARUTA nobilis Panormitanus, Juris utriusque Doctor, magni ingenii, ac nominis vir: inter præcipuos, præclarissimosque ævi sui literatos meritò referendus. Philosophicis, ac Theologicis scientiis insignitèr imbutus: Græcis, Latinisque literis instructissimus, ab omnigena eruditione, quâ abundè locupletatus effulsit, celeberrimus. Inter antiquitatum studiosos nulli secundus, doctrinâ, ac literarum ornamentis omnium amores sibi facilè conciliavit; & summâ veneratione prosequutus floruit. Apud viros Principes, Regni Dynastas, ac Siciliæ Moderatores magnâ æstimatione valuit: præsertim Buteræ Principi ita gratissimus vixit, ut is à Philippo sejunctus numquam vivere passus sit: nec ad prandium accedebat nisi adesset Paruta, qui secum comederet: dulciores enim

opti-

Digitized by Google

optimo Principi erant viri eximii colloquia, ac ingenii monumenta, quàm opiparæ mensæ oblectamenta. Syndicatorem egisse inveni anno 1598. in Civitate Mazariæ. Diu usque ad supremam vitæ lineam fuit à secretis Senatus Panormitani, eâque fide, ac animi fervore munus peregit, ut omnes promeruerit plausus: Patriæ etenim privilegia, & majestatem ingenio, eruditione, ac calamo mirificè illustravit, & multimodis propugnavit. Musis impensè addictus, Etruscis, Latinis, Siculisq; numeris magna cum laude multa cecinit, quibus ingenii florentissimi vires felicitèr patefecit. Panormi inter Academicos Accensos, & Resolutos eminuit; & inter literarum amantissimos primas semper obtinuit. Relicto tandem permagno sui desiderio, decessit Panormi jam senectutem aggressus 15. Octobris 1629. & in Ecclesia S. Francisci Minorum Conventualium sepulcro traditus est: ejusque funus Capitulum Canonicorum, & Clerus Ecclesiæ Cathedralis honoris causa prosequuti sunt. Ab innumeris auctoribus laudes obtinuit, præsertim à Petro Carrera *in epigram. lib. 1. pag. 8. in descrip. familiæ Tedeschiæ cap. 1. pag. 5. in histor. Catanæ vol. 1. lib. 3. pag. 300. & 301. & in Censura ad Marianum Perellum. pag. 18. 19. & 51.* à Georgio Gualterio *in animad. ad tabulas Siciliæ pag. 73.* à Jacobo Bonanno *in Syrac. Illustr. lib. 2. pag. 331.* Antonio Venetiano *in epigram. pag. 26.* Mariano Valguarnera *in antiq. Panormi pag. 74.* Mauritio de Gregorio *in Duce Concionatorum tr. 6. pag. 269.* Octavio Caetano *in Isagog. cap. 3. pag. 7. 8. 9. & cap. 5. pag. 44.* Augustino Invegio *in appar. Panormi nobilis pag. 135.* Joanne Baptista de Grossis *in decac. Catanensi to. 1. pag. 136.* Josepho Galeano *in Musis Siculis par. 1. pag. 131.* Vincentio Auria *in Rosa Cœlesti pag. 20. & in Chronol. Proregum Siciliæ pag. 223.* Antonio Ignatio Mancuso *in Vita S. Rosaliæ pag. 17. aliisque*. Nicolaus ab Oddis Paravinus Dialogum edidit, quo Camillum Peregrinum defendit contra Academicos Cruscanos, Venetiis apud Guerras 1587. in 8. in eo interloquutores posuit Philippum Parutam, Bartholum Sirillum, & Joannem de Vigintimilliis Panormitanos omnes, à doctrina, & eruditione præclaros. Meminit etiam nostri Philippi Philippus Labbæus *in Bibliotheca Nummaria par. 1. pag. 272.* In lucem emisit Italicè

Della Sicilia descritta con Medaglie Parte Prima. Panormi apud Joannem Baptistam Maringum 1612. in fol. Hoc opus typis tradidit sfaute Petro Gironio Ossunæ Duce, Siciliæ Prorege, ex Valguarnera *in Panor. antiq. pag. 74.* & Auria *in Chronol. Proregum Sicil. pag. 79.* Iterum prodiit cum aliqua Numismatum accessione Leonardi Augustini operâ, Romæ apud Ludovicum Grignanum 1649. in fol. Tertiò Lugduni apud Marcum Mäer 1697. in fol. In hac editione addidit Mäer Siciliæ Descriptionem, ac compendariam Numismatum explanationem, penè omnem excerptam ab Augustino Invegio, Vincentio Mirabella, & Petro Carrera, qui Panormi, Syracusarum, & Catanæ Numismata in eorum historiis declarationibus illustrarunt. Parutæ Numismata brevitèr explicavit Franciscus Seine, ex Joanne Andrea Massa *in sua Sicilia par. 2. pag. 108. 138. & alibi*. Secundam operis hujus Partem, & Numismatum omnium explanationem paraverat Paruta: quam cum aliis ipsius m. s. P. D. Simplicius Paruta Philippi filius imprimendam tradidit P. D. Mauro Marchesio Panormitano, qui cùm editionem Venetiis disponeret, luminibus captus, mox ibidem fato cessit: & Parutæ lucubrationes in Germaniam à quodam Ordinis Cassinensis Monacho transvectas fuisse tradunt.

Edidit etiam Paruta

Orationem de laudibus Octavii Corsetti. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1595. in 4.

De Antonio Venetiano á Pyratis capto Elegiam. Extat in libro inscripto: *Selecta Epigrammata, Elegiæ, & Poemata aliquot ex Catullo &c.* Ibidem apud Hæredes Jacobi Maringhi 1656. in 12.

Italicè etiam

Descritione dell'Arco Trionfale apparecchiato dalla Chiesa Metropolitana di Palermo per la venuta dell'Ill. e Rev. Sig. Cardinal Doria Arcivescovo di Palermo. Panormi apud Joannem Baptistam Maringhum 1609. in 4. sub nomine Honuphrii Parutæ filii.

Arco dell'Eccellenza del Sig. Duca d'Alburqueque Vicerè, e Capitan Generale per Sua Maestà, venendo in Palermo l'anno 1627. Ibidem apud Hieronymum Rossellum 1627. in 4. sub nomine Francisci Parutæ filii.

Relatione delle Feste fatte in Palermo nel M.DC.XXV. per lo Trionfo delle Glorioſe Reliquie di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Petrum Coppolam 1651. in 4. Prodiit opus hoc sub Honuphrii Parutæ nomine; at numeris omnibus absolvit P. D. Simplicius Paruta Cassinensis Monachus, alter Philippi filius.

Intermedii rappresentati nell'Ancora Comedia, che si recitò in Palermo nelle Nozze del Sig. D. Giulio Agliata Cavaliere di S. Jacopo della Spada, e della Sig. D. Antonia Valdina, e Ventimiglia. Ibidem apud Erasmum de Simeone 1606. in 4.

La Sicurtà. Intermedio Primo per il Pazzo Assennato Comedia di Antonio Usodimare Palermitano rappresentata alla presenza di Marc'Antonio Colonna Vicerè di Sicilia. Ibidem 1573. in 8.

Siculâ linguâ scripsit

Canzoni Siciliane. Prodiere in Musis Siculis *par. 1.* Ibidem apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Innumera scripsit Philippus, quorum aliqua typis

typ's tradere promiserat P. D. Simplicius Paruta filius, in epistola ad lectorem Relationis Solemnitatis S. Rosaliæ; eaque m. ſs. ſervantur in Bibliotheca Monaſterii S. Martini Ordinis Caſſinenſis juxta Panormum: nempè

Elogia Comitum, & Regum Siciliæ à Comite Rogerio, uſque ad Regem Philippum IV.

Elogia de Poetis Siculis verſu, & Proſâ. Hæc etiam extant apud me ejusdem Philippi manu exarata, ac in lucem edere quamprimùm ſpero.

Orationes, Diſcurſus, & Inſcriptiones.

Carmina varia, nimirùm: Elegias, Epigrammata, diſtica, ac Cœliam Antonii Venetiani, quam omnium primus latino carmine expreſſit.

De occurſu Meſſanæ tempore Fiderici Regis vulnerati ab incerto Relationem.

Laudationem Ordinis Benedictini.

Compendium Privilegiorum Urbis Panormi.

Italicè

Diſcorſi, & Orazioni: præſertim, *Diſcorſo in difeſa del Senato Palermitano*, cujus exemplar ſervabat Vincentius Auria Panormitanus, eumq; citat *in Chronol. Proregum Siciliæ p.* 230. Alium: *Diſcorſo intorno all'Armi del Ducato di Atene, e di Neopatria a Bartolomeo Martines de Quintana.* De eo idem Paruta in fine ipſius Siciliæ, ubi de Numiſmatum ſuorum origine *pag.* 42.

Intermedj, e Prologhi per diverſe Rapreſentazioni.

Impreſe, Diſfide, e Cartelli fatti in occaſione di Gioſtre.

Arco Trionfale fatto per il Conte d'Alba d'Aliſte D. Diego Enriquez de Guſman Vicerè di Sicilia venuto in Palermo nel 1585.

Arco fatto in Palermo nell'anno 1602. *per la venuta del Sig. Duca di Feria Vicerè.*

Arco Trionfale, e Memorie ſotto il Marcheſe di Vigliena D. Gio. Fernandez Paceco Vicerè di Sicilia, venuto in Palermo nel 1606. Extat etiam apud me.

Arco Trionfale per l'iſteſso nel ritorno della Viſita del Regno di Sicilia in Palermo nel 1607.

Arco Trionfale per l'Ill. ed Ecc. D. Pietro Giron Duca d'Oſſuna venuto in Palermo Vicerè di Sicilia nel 1611.

Arco Trionfale fatto in Palermo per la venuta dell'Ill. ed Ecc. Vicerè D. Franceſco di Caſtro, Conte di Caſtro nel 1616.

Arco Trionfale fatto in Palermo per la venuta del Ser. Sig. Principe Filiberto di Savoja Vicerè di Sicilia. Extat etiam apud me.

Rime: *cioè, Canzoni, Sonetti, Madrigali, ed Ottave.* Ex his extant etiam nonnulla apud me.

Funerali d'alcuni Re, e Vicerè di Sicilia.

Vita di S. Roſalia Vergine Palermitana. Hanc citat P. D. Petrus Antonius Tornamira *in Reſponſionib. ad petitiones de Vita* S. *Roſaliæ pag.* 55. 56. 57. & 98. ubi nonnulla adducit hujus vitæ fragmenta.

Diſcorſo della diverſità, che vi è fra S. Roſalia Vergine Palermitana, e S. Roſa di Viterbo.

Memorie ſotto l'Ecc. e Rev. Sig. Cardinal Doria la prima volta, che fu Luogotenente Generale di Sua Maeſtà in Sicilia l'anno 1610.

Feſte fatte in Palermo per la naſcita dell'Infanta figlia del Re Filippo IV.

Arco Trionfale per lo ricevimento della Marcheſa di Geraci entrata in Caſtelbuono, fatto in nome del Vaſſallaggio.

Note ſopra Aftonio Soſiſta.

Compendio di varie coſe a favor di Palermo cavate dalla Regia Cancellaria.

Compendio di varie coſe raccolte dagli Atti del Senato di Palermo dall'anno 1577.

Hæc in Bibliotheca Monaſterii S. Martini. Servatur etiam apud me.

Carminum Juvenilium librum, in quo Elogia, Amores, Lacrymæ, Sacra, Icones, Varia. m. s. in 4. liber etiam inſcriptus: *Amores Philippi Parutæ ex Siculis Cantionibus Antonii Venetiani.* m. s. in 8. extat in Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jeſu.

Apparatum ad Annales Panormi. Extat apud me. Ex Vincentio de Joanne in Panor. Inſtaurata m. s. ſcripſit *Annales Panormi.* Scripſit etiam Italicè

Lettere ſcritte a nome del Senato di Palermo in più libri. Horum unus ſervabat Joſephus de Voglia Panormitanus paucis ab hinc annis.

Lettera al Marcheſe di Geraci Gio. III. Ventimiglia della Geneologia della Famiglia Ventimiglia. Extat apud Marchiones Hieracis, eamque citat Rogerius Vigintimillius *in Geneologia Comitum Hieracis pag.* 42. 55. & 79. ac nonnulla ejus fragmenta adducit.

Lettere eruditiſſime a Bartolo Sirillo ſopra l'Arco fatto dal Senato di Palermo nella venuta del Conte di Olivares Vicerè di Sicilia, deſcritto da Gaſpare Ariano. m. s. in fol. apud me. Ex eisdem hæc alia ſcripſiſſe colligitur, nempè:

Orazione Funerale per la Principeſſa di Pietrapertia.

Parere ſopra il Capitolo intitolato: l'Angelo Cuſtode di Bartolo Sirillo.

Orazione fatta per la liberazione di Palermo dalla Peſte.

Canzoni Siciliane ſopra la Geloſia libri tre. Vagantur m.ſ. & nonnulla extant apud me: eaſque ſummoperè ob elegantiam, & acumen laudabat Eques Joannes Baptiſta Marinus.

Ragguaglio della nobiliſſima Famiglia Brancifforte. Apud Racudiæ Comitem.

Multæ etiam Philippi lucubrationes doctrinâ, & eruditione refertiſſimę m. ſs. ſervabantur apud D. Nicolaum Placidum Brancifortem Racudiæ Comitem, quod innuit Joannes Bap. de Groſsis *in Decac. Catan. tom.* 1. *p.* 136. at ex dono D. Joſephi Brancifortii Petræpertiæ Principis ad Joannis Franciſci Paceci, Ducis Uſedæ, Siciliæ Proregis manus tranſiiſse tradunt.

Prodiit tandem Italicè:

Netas

Notamento di tutti i Capitani, Pretori, Giurati, e Governatori della Tavola della Città di Palermo dall'anno 1282. per tutto l'anno 1626. raccolti già molti anni sono dal Sig. D. Giacomo Agliata, e Sig. Filippo Paruta. In calce Historiæ Chronologicæ Proregum Siciliæ Vincentii Auriæ. Panormi apud Petrum Coppolam 1696. in fol.

PHILIPPUS PERDICARUS. Fortasse ortu Politiensem, aut Panormitanum, Politio oriundum putavit Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Biblioth. veter. pag.* 225. argumento, quòd ex Perdicarorum familia Politienſi, & Panormitana egregii viri prodierunt. At inter Panormitanos Cives Philippum invenio in decreto quodam edito Panormi 9. Augusti 1462. inter Urbis Panormi privilegia *p.* 356. & in alio 5. Julii 1465. in iisdem privilegiis *pag.* 370. Juris utriusque Doctor eximius, doctrinâ excultissimus effulsit. Claruit anno 1479. Ex Rocco Pirro *in nat. Eccl. Panorm. pag.* 169. scripsit

Allegationes pro Philippo Aragonio, Ferdinandi Regis nepote in Panormitanum Archiepiscopum electo.

PHILIPPUS PISCIOTTA, Pactensis Sacerdos, vir humanioribus literis instructissimus, ac Rhetor, & Poeta præclarus. In Messanensi Seminario triginta annis mitiores literas, magnâ cum laude docuit, ibique adolescentes discipulos nedum literis erudivit, verùm etiam eorum mores expolire summoperè studuit: ideoque magnam Archiepiscoporum Messanensium Simonis Carafæ, & Josephi Cicalæ æstimationem assecutus est. Ex literaria ipsius palestra innumeri Grammatices peritissimi prodiere; qui doctrinæ lumine postmodum Siciliam illustrarunt. Canonicatum in Ecclesia Pactensi abdicavit: morum integritate; & ingenio conspicuus, Pactis anno 1681. ætatis suæ 75. decessit. Sepultus est in Ecclesia S. Mariæ de Consolatione extra Urbis mœnia, hoc epitaphio cohonestatus.

Siste Hospes.

Hìc jacet, alibi vivit, Philippus Pisciotta, Grammaticus, Vates, & Rhetor, qui in Seminario Messanensi humaniores literas, & humanos mores, plaudentibus Illustrissimis Archiepiscopis Carafa, & Cicala, triginta annos egregiè professus, abdicato Pactensi Canonicatu, relictis pluribus sui ingenii monumentis, & in toto Regno doctrinæ alumnis, obiit sub ætatis anno LXXV. Sacræ Panegyris M. DC. LXXXI. Philippus Pisciotta ex fratre nepos de se, deque Patria optimè merito P. anno M.DC. LXXXX.

Typis evulgavit

De Adolescentia Morosi, & ejus Pædia Opusculum. Neapoli ex typographia Secondini Rancaglioli 1653. in 4.

Epigrammaton librum enchiridicum. Venetiis 1660. auctum, & recognitum ibidem typis Joannis Jacobi Hertz 1671. in 8.

Selectiorum Apophtegmatum ex Pauli Manutii libris Syntomiam. Venetiis apud eumdem, 1662. in 12.

Hemilogiam de octo partibus orationis, ac earum syntaxi analogica, & anomala, in præexercitæ jam methodi recognitionem provectioribus Adolescentulis editam. Messanæ typis Jacobi Matthæi 1652. in 4.

Italicè

L'Atrio d'Hermete, o vero la Grammatica compita secondo l'uso de' Moderni per quanto appartiene a Metodista, & Humanista. Venetiis apud Jacobum Hertz 1671. in 8. tertia editio. Ex relatione P. Blasii Benedicti Pactensis, Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis Sacerdotis eximii, edidit etiam:

Distica in omnia dicteria moralia. in 4.

Italicè etiam

Rime Italiane, e Canzoni Siciliane.

PHILIPPUS PISCIOTTA Pactensis, supradicti ex fratre nepos, Sacræ Theologiæ, ac Sacrorum Canonum Doctor; Abbas, & Prothonotarius Apostolicus: Canonicus, & Major Pœnitentiarius in Ecclesia Pactensi. Doctrinâ ornatissimus per plures annos Rhetoricam, Philosophiam, Scholasticam, ac Moralem Theologiam, Sacrosque Canones non sine plausu docuit. Conciones habuit in quadragesimali curriculo in variis Siciliæ Urbibus. Poeticam etiam venam latino carmine multimodis diffudit. Ideoque non immeritò nonnullis aliis honoribus cohonestatus emicuit: fuit etenim pro Sacræ Inquisitionis Judicibus librorum censor, Seminarii Pactensis Rector; & in Pactensi Diœcesi Generalis Visitator. Ab obitis in patria muneribus clarus, suorum venerationem assecutus est; magnaq; valuit apud Pactenses Episcopos æstimatione: quâ insignitèr conspicuus Pactis decessit 11. Octobris 1694. & in eodem sepulchro prædicti Philippi patrui contumulatus fuit. Edidit Italicè suppresso nomine ad pietatem fovendam:

Modo di far la Novena a S. Febronia. Panormi 1688. cui accessere Hymni, & Epigrammata nonnulla in ejusdem Sanctæ laudem.

Esercizj spirituali, che si fanno ogni Sabato nella Chiesa di S. Maria della Consolazione nella Magnifica Città di Patti. Cosentiæ apud Basilium Lombardum 1689. in 24.

Inedita reliquit hæc alia, nempè:

Compendium Theatri Vitæ Humanæ.

Italicè

Vita di S. Febronia.

Quaresimale Primo, e Secondo.

Et alia, quæ omnia servantur apud Josephum Arlottam Pactensem ejus discipulum, doctrinâ exornatum.

Hujus Philippi pater fuit

PETRUS PISCIOTTA Pactensis, vir amœnioribus literis egregiè instructus, qui Italicè scripsit, sed m. ss. reliquit hæc ingenii monumenta;

L'In-

Digitized by Google

L'Intrichi di Zannetto.
La Cattiva Arraggiata.
Il Mondo sottosopra.
Vita di S. Febronia in Canzoni Siciliane.

PHILIPPUS PLATIENSIS. v. Joannes Maria Hieracensis *tom. 1. pag. 350.*

PHILIPPUS POLITIUS Drepanitanus, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Sacræ Theologiæ Magister ex Romano Collegio S. Bonaventuræ. Floruit, doctrinâ, eloquentiâ, ac poesi clarus, anno 1650. Ipsum laudant Philippus Cagliola *in manifest. Provinc. Siciliæ Ord. Min. Convent, explor. 3. manif. 5. pag. 134.* & Vincentius Nobilis *in Thesauro abscondito pro D. Maria Drepan. cap. 23. pag. 787.*

Edidit Italicè

Sermone dell'Immaculata Concetione di Maria Vergine. Panormi apud Petrum de Isola 1655. in 4.

Ex citatis Auctoribus;

Discorsi Morali.

Latinè etiam scripsit:

Theologicum certamen omnium Carminum metro exaratum.

PHILIPPUS SALERNUS Alcarensis (ex oppido Alcariæ in Valle Nemorum) Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci: Vir ingenio acutus, & promptus; humanis, divinisque literis instructissimus; tum à doctrinæ præstantia, tum à præclaris obitis muneribus inter præcipuos Ordinis sui Patres meritò recensendus. Theologicâ Magistri laureâ insignitus, ac doctrinâ mirificè excultus, in Sicilia studiorum Lycæis præfuit, ac graviores scientias tradidit. In Germaniam missus in Viennensi Cœnobio studia etiam Rigentis munere rexit: & in publica Viennensi Academia primarius Lector, Sacram Theologiam sexennio docuit, eâ cum doctrinæ laude, ut inter Theologos Cæsareos Ferdinandus II. Imp. adscripserit. Exitatato ab eodem Ferdinando novitèr in Civitate Pragensi Collegio, inter celebres, & doctissimos Patres, qui in Cœnobio S. Jacobi anno 1621. virtutum genere expoliti floruere, famigeratissimus recensetur noster Philippus: hìc etenim in eadem Academia Sacram Theologiam docuit, & illustravit; ac fidem catholicam validissimè propugnavit. Concionator etiam disertissimus, eloquentiâ, & eruditione claruit: è suggestu sæpè cum plausu audituus, laudem promeruit singularem. Anno 1627. Styriæ, & Corinthiæ Provincialis electus, in eodem munere confirmatus, sexennio illius Provinciæ clavũ rexit: aliarúque Germaniæ Provinciarum Visitator, mirificè effulsit. Relictâ nominis famâ apud Germanos in Siciliam regressus est, ubi 12. Julii anno 1633. Siciliæ Provincialis constitutus, multa eximiæ prudentiæ vestigia reliquit. Siciliæ etiam, & Melitæ Commissarium Generalem egit. Tandem meritis plenus decessit in patrio Cœnobio Alcariæ anno 1676. 14. Julii; ætatis suæ 80. Emeritis laudum præconiis celebratur à Philippo Cagliola *in Manifest. Provinc. Siciliæ Minor. Conv. explor. 2. manif. 1. p. 33. & explor. 3. manif. 1. pag. 87. & 88.* Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana p. 2. pag. 299.* Placido Reina *in histor. Messanæ p. 2. pag. 65.* Petro Carrera *in histor. Catanæ vol. 2. pag. 366.* Joanne Petro Crescentio *in Præsidio Romano pag. 89.* Luca Wadingo *in Scrip. Minorum pag. 294.* Dominico Gravina *in congeminata voce Turturis in appendic. pag. 25.* & Joanne Franchino *in Bibliosophia de Scrip. Min. Convent. n. 124. pag. 222.* Edidit Italicè

Nuova Pallade Catanese Sermone di S. Agata V. e Protomartire. Catanæ apud Joannem Rossum 1634. in 4.

Alto Monte Catanese Predica di S. Agata; Ibidem apud eumdem 1635. in 4.

I Giochi Olimpici Panegirico di S. Pancratio; Messanæ apud Petrum Bream 1636. in 4.

Predica della Domenica decimaquinta di Pentecoste occorrendo l'istesso giorno la festa di S. Agostino. Ibidem apud eumdem 1633. in 4.

Orazione Funerale recitata nell'esequie celebrate a 8. d'Ottobre 1640. nella Chiesa de' Padri Teatini di Messina per la morte del Reverendissimo P. Generale il P. D. Onofrio Anfora morto in Roma a 7. di Settembre del detto anno. Messanæ apud Viduam Blanci 1640. in 4.

Orazione Funerale recitata nell'esequie celebrate il giorno seguente alla festa dell'Ascentione del Signore nella Chiesa di S. Maria di Giesù de' Padri Minori Osservanti di Messina nel 1645. per la morte del M. R. P. F. Antonio della Ficarra Ministro Provinciale di Sicilia morto l'ultimo di Febraro. Ibidem apud Jacobum de Matthæis 1645. in 4.

Orazione Funerale detta nell'esequie celebrate il primo di Febraro 1647. nella Chiesa della Gloriosissima S. Maria del Carmine di Messina per la morte del Reverendissimo P. M. Leone Bonfigliolo Generale del Sacro Ordine del Carmine. Ibidem apud eumdem 1647. in 4.

Le due battaglie fatte da due Serafini in Cielo, & in terra per difesa dell' Immaculata Cõcettione di Maria. Predica. Ibidem apud eumdem 1643. in 4.

Panegirico per la Lettera di M. V. scritta a' Messinesi. Ibidem apud eumdem 1641. in 4.

Le Nozze Predica de' SS. Crisanto, e Daria. Ibidem apud eumdem 1645. in 4.

Vittoria Triplicata di S. Nicolò Eremita Predica. Panormi apud Alphonsum de Isola 1646. in 4.

Il Predicatore, Predica di S. Andrea Apostolo. Neapoli apud Secundum Rancagliolum 1651. in 4.

PHILIPPUS A SAMPERIO MONTISFORTIS, hoc in oppido Samperii Diœcesis Messanensis natus, ad Carmelitas Reformatos Montis Sancti pertransiit, inter quos doctrinâ, & eruditione excultissimus floruit. Studii assi-

Digitized by Google

aſsiduitate inſignis, & pietate clarus celebratur. Ad Aſsiſtentis, ut dicunt, Provincialis munere primùm evectus, inde Montis Sancti Provinciam gubernavit. Deceſsit Syracuſis 26. Januarii 1683. Edidit Italicè

La Tromba della Fama riſonante le coſe divine, & humane, coll'erudizioni, e colle hiſtorie neceſſarie a chiunque è vago di ſapere compendioſamente il tutto del Mondo. Neapoli apud Michaelem Monachum 1678. in 4.

Alias operis hujus partes prælo parabat, ſed morte præventus expolire non valuit.

PHILIPPUS SAVONA Panormitanus, Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor eximius, à doctrinæ præſtantia in Sicilia celebris. Neapoli medicam praxim exercuit ſub celeberrimo Cæſare Scannapecora, ut ipſemet Philippus fatetur in opere infra notando *deciſ.* 20. *pag.* 51. Anno 1592. Neapoli degens, Comitem Olivarenſem, ad Siciliæ gubernium accedentem, ſanitati reſtituit, ex *deciſ.* 30. *pag.* 78. Ab experimentis medicinalibus clariſsimus vixit. Obiit Panormi anno 1636. Prælo conſignavit

Deciſionum Medicinalium morborum, ſimptomatum, evacuationum, abſceſſuum malitioſorum, & fallacium quo ad dignoſim, & prognoſim, novo ſcribendi modo primùm invento. Partem Primam. Panormi apud Angelum Orlandum 1624. in fol.

Deciſionum Medicinalium &c. Partem Secundâ. Hujus partis cùm quinque deciſiones edidiſſet, vivere deſiit, ac opus imperfectum reliquit. Scripſerat etiam, & im. ſs. reliquit:

Additiones ad Partem Primam Deciſionum Medicinalium.

Medicum Prudentem.

PHILIPPUS SCAFILIS Drepanenſis, Societatis Jeſu, natus anno 1623. Societatis inſtitutum amplexus eſt anno 1638. in qua quatuor ſolemnia emiſit vota 4. Junii 1656. Sacræ eloquentiæ addictus in multis Siciliæ Civitatibus cõciones habuit, nec ſine admiratione, & plauſu declamantis viri excepere omnes eloquentiæ vim, ſtyli majeſtatem, ferventiſsimum animarum zelum. Eximia ejus pietas diu eluxit, cùm ſingulis ſextis feriis in Profeſſorum Domo Panormi Pietatis exercitia fovit ad mortem ritè, ſanctèque obeundam, ex quibus haud modicum excerpſit fructum. Tandem ſervato adamuſsim obſervantiæ regularis rigore, in eadem Panormitana Domo deceſsit 15. Maji 1680. Edidit Italicè ſuppreſso nomine

Relatione delle Pompe di Palermo per la feſta dell'Inventione del corpo di S. Roſalia Vergine Palermitana alli 15. *di Luglio dell'anno* 1650. Panormi apud Cyrillos 1650. in 4.

Poſt ipſius mortem prodiit etiam Italicè:

Prattica inſtrutione degli eſercitj di Pietà, che ſi fanno nel Ciesù di Palermo ogni Venerdì mattina per la divotione della Santa morte. Ibidem apud Jacobum Epirum 1682. in 12. & apud Hæredes de Iſola 1688. in 12. & aliis annis. Scripſit etiam, ſed non edidit:

Relatione dell'Imagine di N. S. di Trapani. ex Vincentio Nobili *in Theſauro abſcondito pro M. V. Drepanenſi pag.* 110. & alibi pluriès hanc opellam citat, cujus fragmenta nonnulla adducit.

PHILIPPUS SETAJOLUS Panormitanus, Clericus Regularis, vir præclaro genere exortus, Regulari inſtituto nomen dedit Panormi 13. Septembris 1647. & abſoluto Florentiæ tyrocinio, ibidem ſolemnia emiſit vota 28. Octobris 1648. Eâ felicitate ingenii graviores diſciplinas accepit, ut vix abſoluto ſtudiorum curriculo, Philoſophiam, ac Theologiam ſodales ſuos magna cum laude docuerit in domo Panormitana S. Joſephi. Sacram etiam eloquentiam profeſsus ab adoleſcentia, prædicationis munus quâdam naturæ vi raptus exercuit: eâque laude hanc provinciam ſuſcepit, ut in famigeratiſsimum Eccleſiaſtem evaſerit: ab ipſo enim muneris exordio, florentiſsimi ſtyli cultus, eruditionis ubertas, aliaque eximii Oratoris ornamenta, quibus inſignitèr eminebat, omnibus haud obſcurè promiſere pereximii adoleſcentis progreſsus. Ideoque brevitèr in abſolutiſsimum Oratorem efformatus, pluriès Panormi in cinerali jejunio tum in principe Templo, tum in Eccleſia S. Joſephi, cum omnium literatorum plauſu conciones habuit. In præcipuis etiam Siciliæ & Italiæ civitatibus quadrageſimale ſpatium confecit, præſertim Neapoli, Venetiis, Genuæ, Romæ, ut etiam Viennæ Auſtriæ, & alibi; ubique, & ſemper cum laudum præconiis exceptus. Præter enim eloquentiæ lumina, rationum vim admirandam, dicendi copiam, quæ in egregio viro effulſere; memoriæ tenacitas, vocis ſonitus, corporis majeſtas, aliæque præſtantiſsimi Oratoris dotes, in eo mirabiliter convenere; adeout ad ſingularis Oratoris gradum evexerint. Hinc nedum in Siciliam, verùm etiam & in Italiam clariſsimâ nominis famâ diffusâ, undique ſui venerationem excitavit. Eruditione quâ ſacrâ, quâ prophanâ excelluit. Hæbraicam linguam egregiè calluit. Politiores etiam literas coluit, & inter Reaccenſos Academiæ Panormitanæ literatos, inter Mediolanenſes *Affidati*, Patavinos *Ricovrati*, recenſitus inclaruit. Panormitanam S. Joſephi Domum Præpoſiti munere ſemel, & iterum gubernavit. Dum Neapoli in Eccleſia S. Pauli ſingulis feſtis diebus magno confluentium concurſu, ac plauſu conciones haberet, omnium primus fuit, qui ea in Urbe Michaelis Molinos errores detegeret, & qui è ſuggeſtu eosdem acritèr confutaret. Tandem tabefacto gangrænæ morſu ejus brachio, Neapoli deceſsit 26. Octobris 1685. non ſine Literatorum, bonorumque omnium dolore. Emeritis laudibus Philippum exornant Joſephus Silos *in hiſt. Cler. Reg. p.* 3. *lib.* 12. *pag.* 634. Andreas Perruccius *in*

Idæis

Digitized by Google

Idais Musarum pag. 269. Josephus Munebria *in Musa excitata pag.* 253. Joannes Baptista Valleggius *in carm. pag.* 37. Jo. Franchinus *in Bibliosophia pag.* 66. Balthasar Pisanus *in carm. par.* 2. *pag.* 102. Franc. Fulvius Frugonus in libro: *Cane di Diogene latr.* 5. *racc.* 10. *pag.* 588. Pyrrus Schittinus *in carmin.* aliique. Edidit Italicè

Oratione in lode di S. Rosalia Vergine, e Tutelare Palermitana. Panormi apud Petrum de Isola 1656. in 4.

Panegirico in lode di S. Rosalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Augustinum Bolsium 1663. in 12.

Oratione de' Funerali dell'Illustriss. Signora D. Giovanna Anna Gomez Carbaton Madre dell' Eccl. e Rev. Sig. D. Pietro Martinez Rubio Arcivescovo di Palermo, Prisidente, e Capitan Generale nel Regno di Sicilia. Ibidem apud Augustinum Bolsium 1659. in 4.

Ossequij Funebri della Compagnia del SS. Crocifisso sotto titolo de' Bianchi in morte di Filippo IV. Monarca delle Spagne. Ibidem apud Colicchiam 1666. in 4.

Istoria di Catalogna. Parte Prima. Ibidem apud Petrum de Isola 1666. in 12.

Istoria di Catalogna. Parte Seconda. Ibidem apud Buam, & Camagnam 1667. in 12.

La nuova Miniera del Perú Oratione Panegirica per la B. Rosa di S. Maria V. Peruana dell'abito di S. Domenico. Ibidem apud eosdem 1669. in 4.

Orationi, e Discorsi Sacri. Parte Prima, e Seconda. Venetiis apud Catanum 1671. in 12. & apud Paulum Balionum 1678. in 12.

Discorso in lode della Sig. Elena Lucretia Cornaro Piscopia. In libro, cui titulus: *Compositioni de l'Academici Ricovrati per la nobile Sig. Elena Lucretia Cornaro Piscopia*. Patavii 1684.

PHILIPPUS SICULUS v. Philippus de Barberiis *pag.* 168.

PHILIPPUS SYRACUSANUS. v. Philippus de Barberiis *pag.* 168.

PHILIPPUS TRIOLUS Drepanitanus, Clericus Sæcularis, eminentissimi ingenii vir, ac memoriæ singularis. De eo pluriès audivi, quòd unà cum Gabriele Cicero Panormitano, de quo suo loco, Philosophiæ curriculum confecerit in Panormitano Collegio Soc. Jesu, dum hanc facultatem doctissimè explanaret vir peregregius Josephus de Augustino; & cùm ambo numquam calamum tetigerint, ut tradita à magistro exscriberent, ut moris est, attamen in Philosophos numeris omnibus absolutos evasere; & supra alios condiscipulos, non sine magna Præceptoris admiratione, sese insignitèr evexere. Platonicæ Philosophiæ Philippus addictissimus fuit; cui mathematicas disciplinas addidit, quibus instructissimus claruit. Abdita etiam naturæ arcana diligentissimè perscrutavit. Politiores quoq; literas, ac Musas egregiè coluit. Literatorum veneratione adeptus; præmaturo fato cessit circa annum 1646. Ipsum laudant Josephus Galeanus *in Musis siculis tom.* 1. *par.* 2. *pag.* 169. & Vincentius Nobilis *in Thesauro abscondito de Virgine Maria Drepanitana cap.* 23. *pag.* 781. Multa prodiere ex fœcundissimo, & æquè acutissimo Philippi ingenio latinè, & Italicè, prosâ, ac versu: at solummodo vernaculâ linguâ habemus:

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis tom. 1. par. 2. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnum 1661. in 12.

Ex Nobile cit. scripsit

Frænum Aristotelicum.

Ex relatione Vincentii Auriæ:

Opus insigne, ac doctissimum ad exemplum Artis Magnæ Raymundi Lulli.

Siculâ etiam linguâ scripsit:

La Farmacentria Idillio in Canzoni Siciliane. Ex Octavio Bellia *in epist. ad Lectorem Battilli Joannis Baptistæ de Judice pag.* 21. Hujus fragmentum extat apud me m. s.

Fileno Idillio in lingua Siciliana. m. s. apud Vincentium Auriam.

PHILISTION Medicus, & Philosophus egregius, Eudoxi Cnidii in arte medica præceptor, in Sicilia lucis usuram accepit, teste Laertio *lib.* 8. *in vita Eudoxi*, Raphaele Volaterrano *anthropol. lib.* 15. *pag.* 215. Tiraquello *de nobilit. cap.* 31. *pag.* 297. Joanne Bap. Ricciolio *in Chronol. Refor. tom.* 4. *ind.* 1. *pag.* 174. Goltzio *in hist. post. Siciliæ pag.* 92. Constantino Lascare apud Maurolicum *in histor. Siciliæ lib.* 1. *pag.* 19. & Josephum Bonfilium *in hist. Siciliæ par.* 1. *lib.* 1. *pag.* 26. qui Philistium vocat. His adde Joannem Gerardum Vossium *de Philosophia cap.* 11. §. 28. *pag.* 87. & Leonardum Cozzandum *de magisterio antiquorum Philosophorum lib.* 5. *cap.* 1. *p.* 298. Ennensẽ fuisse putat Leander Albertus *in Insulis pag.* 63. & Christophorus Scannellus *in Chronica Siciliæ*. At inter illustres Catanenses recensetur à Joanne Baptista de Grossis *in decac. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 151. quem sequitur Hieronymus Ragusa *in elogiis Siculor. pag.* 232. *& in Siciliæ Biblioth. veter. pag.* 226. Ejus etiam discipulus fuit Chrysippus Cnidius ex Cozzando *cit. pag.* 299. Ex Eudoxi discipuli tempore, tempus, quo vixit Philistion apertè liquet; Eudoxus enim, teste Laertio citato floruit circa olymp. 103. ex Vossio verò *loc. cit.* olymp. 105. qui eumdem esse putat ac Philistionem Locrensem à Plutarcho *symposior. lib.* 7. *cap.* 1. & Gellio *Noct. Attic. lib.* 17. *cap.* 11. memoratum: hancque suspicionem suam repetit Vossius *cap.* 13. *pag.* 109. ubi de Medicis incertæ ætatis: quod etiam tradit Tiraquellus *loc. cit.* Unus fuit ex primis Medicis Empiricis, teste Galeno, vel quis alius sit Auctor libri *de suffiguratione empirica*, inter libros isagogicos Galeni, *cap.* 1. *pag. mihi* 31. immò ab ipso nomen Empiricam medicinam accepisse tradit. Inter veteres Me-

Digitized by Google

dicos recenſetur ab eodem Galeno *de victus ratione in morbis acutis com. 1. & in meth. medendi lib. 1. cap. 3.* Petrus Caſtellanus *in vitis Illuſt. Medicor. pag. 43.* ait, quòd dum Schola Coa, & Cnidia inter ſe honeſtâ æmulatione decertarent, Italiam incolebant Philiſtion, Pauſanias, & Empedocles, qui ex Galeno *lib. 1. method.* in diverſas curandi vias abjere. Scripſit Philiſtion librum

De victu ſalubri. Opus hoc inter Hippocratis libros, noſtro Philiſtioni aſcribunt Galenus *in aphor. Hippocratis lib. 7. cap. 1.* Geſnerus *in Biblioth. pag. 694.* Voſſius, & Cozzandus *loc. cit.* Ita & Paſchalis Gallus *in Biblioth. Medica pag. 262.* ubi ait, *Philiſtioni quidam tribuunt Hippocratis librum de Diæta. Galenus.* de Groſſis cit. cum Tiraquello ſcripſiſſe tradit: *de victu ſalubri, quod opus Galenus Hippocrati adſcribit.*

Ex Galeno *de ſubſtitutis medicinis in principio,* ſcripſit etiam Philiſtion

De Medicinis ſubſtitutis.

Gallus *cit. pag. 397.* noſtrum Philiſtionem à Plinio *in lib. 20. nat. hiſt.* & ſeptem ſequentibus libris nominatum obſervat; ideoq; ipſum permulta ex plantis remedia tradidiſſe putat. Caſtellanus *loc. cit.* etiam perpendit, ipſius auctoritatem à Plinio adductam *lib. 20. cap. 5. & 9.* At dubitari poteſt, an Philiſtion à Plinio citatus ſit noſter Siculus, an Philiſtion Locrenſis, cujus meminere Aulus Gellius *Noct. Attic. lib. 17. cap. 11.* & Hieronymus Marafiotus *in Chron. Calabriæ lib. 2. cap. 11. pag. 106.* Philiſtionem quoque citat Galenus *lib. 2. de natur. facult. cap. 8. & de utilitate reſpirationis cap. 1.* Ad ipſum ſcripſit Hippocrates, teſte Tiraquello *loco citato.*

PHILISTUS, vel PHILISCUS, utroque etenim nomine vocatur à Suida *tom. 2. pag. 1055.* & Laſcare apud Chriſtophorum Scobar *de rebus Syracuſ. pag. 14.* mendosè verò Philippus à Poſſevino *in Biblioth. tom. 2. ſect. 7. cap. 9. pag. 461.* Fuit Philiſtus Syracuſanus hiſtoricus celebris: patrem habuit Archomenidem ex Pauſania *in Eliacis pag. mihi 334.* cum duobus Dionyſiis Syracuſarum Tyrannis cognationis vinculo adſtrictus fuit, ut habemus ex Suida citato, Plutarcho *in Dione,* Fazello *de reb. Siculis dec. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 101.* aliiſque. Literis addictus Evenum Poetam elegiacum audivit, teſte Suida, & Volaterrano *anthropol. lib. 18. pag. 262.* Divitiis affluens magnam apud Syracuſanos ſibi auctoritatem comparavit. Dionyſium juniorem, cùm ipſe inter privatos degeret, tutatus eſt, ut tradit Diodorus Siculus *lib. 13. n. 91.* ac pro eo magnam pecuniæ vim ſolvit, quâ damnaverant Judices, tamquam pacis perturbatorem. Philiſti etiam ope ad Syracuſanam tyrannidem ſeſe evexit Dionyſius: ideoq; ab eodem Dux conſtitutus, diu Syracuſanæ arci præfuit, ut habet Plutarchus *in Dione.* Antea verò egregiam animi fortitudinem detexerat in memorando bello inter Syracuſanos, & Athenienſes; in eo enim Dux, aliiſque militiæ muneribus cohoneſtatus effulſit, ex eodem Plutarcho *in Nicia,* & Fazello *dec. 2. lib. 2. cap. 3. pag. 283. & 295.* Cùm autem intimâ Dionyſii familiaritate frueretur, ut tradit Tullius *lib. 2. epiſt. 12. & lib. 2. de Oratore,* & Tyranno gratiſſimus viveret, vel quia cum Dionyſii matre rem habuiſſet, Tyranno haud penitùs inicio, vel quia, inconſulto Dionyſio, Uxorem duxiſſet filiam Leptinæ, qui Dionyſii erat frater, è Sicilia pulſus eſt, ut teſtatur Plutarchus *in Dione,* qui ad quosdam, mare Adriaticum accolentes, profeciſſe tradit: ibique otio ſatis refertus hiſtoriam ſuam maxima ex parte ſcripſit, quâ magnam ſui opinionem excitavit. Id ipſum exponunt Voſſius *de hiſt. Græcis lib. 1. cap. 6. pag. 26.* Goltzius *in hiſtor. Siciliæ pag. 33. & 150.* aliique. Additque Plutarchus loc. cit. & cum eo Fazellus *dec. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 102. & dec. 2. lib. 3. cap. 1. pag. 304.* quòd Dionyſio vivente numquam in Siciliam remeavit. At alitèr narrat Bonannns *in Syrac. Illuſt. lib. 2. pag. 299.* ait enim Dionyſium in exilium expuliſſe Philiſtum æmulorum operâ: ac iterum pœnitentiâ ductum in Siciliam revocaſſe; neptem verò ſuam, Leptinæ filiam, in matrimonium Philiſto tradidiſſe. Sanè relictâ fugiens Siciliâ, ut Tyranni furorem declinaret, Tucium urbem petiit ex Diodoro *lib. 15. n. 7.* ab eaque revocatus, ad priſtinum benevolentiæ, & dignitatis locum reſtitutus eſt. Defuncto Dionyſio, Dionyſius filius tyrannidem occupavit, quem omni vitiorum infamiâ fœdatum, cùm Dion ad meliorem frugem revocare conaretur, ut Platonis diſciplinâ morum pravitatem, ac tyrannidem deponeret, nimiùm deſudavit. At Dionis æmuli, & tyrannidis ſectatores, ut Dioni, ac Platoni quem opponerent, haberent, Dionyſio ſuaſerunt, ut Philiſtum doctrinâ ſatis inſtructum, ac tyrannidis amicum ab exilio revocaret: quod facili negotio obtinuere, teſte Plutarcho *in Dione,* & Æmilio Probo *in Dione.* Ideoq; Philiſtus Syracuſas reverſus, quia acutiſſimo ingenio munitus, ſtatim variis adhibitis artibus, ad pertractanda regiæ aulæ negotia ſeſe inſinuavit; & Platoni, Dioniq; contrarius, Dionyſii tyrannidem conſervare ſtuduit, ac Dionis exilium molitus eſt, ex Plutarcho *cit.* Fazello *dec. 2. lib. 3. cap. 2. pag. 312.* Goltzio *in hiſt. Sicil. pag. 32. & 162.* & Voſſio *de hiſt. Græc. lib. 1. cap. 6. pag. 26.* At Probus cit. Dionis expulſionem timori, ac invidiæ Dionyſii adſcribit; metuebat enim Dionis auctoritatem, cum populi benevolentia conjunctam; ac invidebat ejusdem ingenii dotibus. Dionyſius autem Philiſti fidem, ac prudentiam expertus, eumdem tum exercitus, tum claſſis ducem conſtituit, ex Diodoro *lib. 16.* Pauſania, Cicerone *lib. 2. de Oratore,* aliiſq; Regreſſo Dione, ut Syracuſas à tyranide liberaret, Philiſtus tunc in Adriatico mari claſſis Præfectus,

Japi-

Digitized by Google

Japigiâ solvens, celeri cursu Syracusas repetiit octoginta triremibus instructus: inde Rhegium venit, & supra quingentos equites Syracusas transuexit: aliisque militaribus copiis aggregatis, contra Leontinos proficiscitur, ex Diodoro *lib.* 16. *n.* 16. ut Urbem, quæ à Dionysio defecerat, recuperaret. At Leontini Syracusarum ope Philistum devictum expulerunt. Hinc ut Syracusanorum vindictam desumeret, classem sexaginta Navium paravit, ac Syracusanos ad prælium provocavit, qui haud parum dissimili classe prælium injere. Primùm Philistus ob egregiam virtutem prævaluit; mox Syracusani victoriam adepti, Philistus à suis derelictus, & à Syracusanis navibus circumseptus, ne in hostium manus vivus incideret, se ipsum interfecit, ex Ephoro apud Plutarchum *in Dione*, Diodoro *lib.* 16. Fazello *dec.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 317. Goltzio *in hist. Sicil. pag.* 33. & 168. & Vossio *de hist. Græcis pag.* 26. Ideoque perperàm Volaterranus *cit.* ab inimicis interfectum ait. Suidas verò *tom.* 2. *pag.* 1055. Lascaris apud Scobar *de reb. Syrac. pag.* 14. & Joannes Frisius *in Biblioth. Philosoph.* apud Joannem Gualterium *in Chron. Chronicorum tom.* 2. *pag.* 858. tradunt, in conflictu contra Carthaginenses fortiter pugnantem occubuisse; quod improbat rectè Bonannus *cit. pag.* 299. Scribit, & Plutarchus citatus ex Timonide, qui cum Dione huic bello interfuit, Philistum à Syracusanis captum, primùm denudatum, ac contumeliis affectum; mox capite detruncato, in latomias projectum fuisse. Addit Diodorus *lib.* 16. quod Philisti cadaver per totam Syracusarum Urbem raptum, inhumatum ejus inimici abjecere. Demum Timæus apud Plutarchum *cit.* ait, ex claudo Philisti crure ejus cadaver ligatum, à pueris per Urbem raptatum, subsannationibus à Syracusanis insectatum fuisse; tunc memores Dionysio dixisse, non celeri equo è tyrannide fugiendum, sed pede extrahendum: id verò idem Philistus ab alio, non à se dictum scripserat. Obiit Philistus olymp. 106. ex Diodoro, & Dionysio Petavio *de doctrina tempor. tom.* 2. *lib.* 13. *pag.* 590. nempè ann. 352. ante Christi Domini adventum: Ex Joanne Bapt. Ricciolio *in Chronol. Refor. tom.* 2. *Chr.* 3. *pag.* 17. ann. 356, ut etiam *tom.* 4. *pag.* 181. ubi mendosè Philippus vocatur. Fuit Philistus literis apprimè ornatus, ac scripsit:

Historiam Siciliæ: teste Diodoro *lib.* 13. *n.* 103. qui in duas partes fuisse divisam ait: harum Pars Prima in septem libros distributa octingentorum annorum historiam complectebatur, usque ad annum 3. olymp. 93. cùm Carthaginenses Agrigentum occuparunt. Alia verò in quatuor partita libros, à Dionysio majori exordium desumebat, qui post Agrigentinam expugnationem, tyrannidem arripuit. Eadem habet Vossius *de hist. Græcis lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 26. & 27. Addit Diodorus *lib.* 15. *n.* 89. Dionysii junioris historiam duobus libris concludisse, usque ad olymp. 104. De hac etiam Philisti historia Dionysius Halicarnassæus *de præcipuis linguæ Græcæ Auctoribus pag. mihi* 208. & Suidas *tom.* 2. *pag.* 1055. At Fazellus *dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 202. Goltzius *in Sicil. & Magna Græcia pag.* 33. Carolus Stephanus *in dict. pag.* 1591. Volaterranus *in anthrop. lib.* 18. *pag.* 262. aliique, hanc historiam Libris XII. consignatam volunt. Stephanus *de Urbibus* pluries eamdem historiam citat, nempè *ver. Ambracia pag.* 73. *ver. Artemisium pag.* 118. Librum tertium *ver. Therma pag.* 303. librum quintum *ver. Æthale pag.* 39. librum sextum *ver. Dascon pag.* 224. librum octavum *ver. Arbele pag.* 99. librum nonum *ver. Argyros pag.* 104. ac tandem librum decimum tertium *ver. Crastus pag.* 384. at Thomas de Pinedo *in breviario Auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus pag.* 369. prostremum Stephani locum corruptum putat, & pro 13. legendum existimat 11. Scripsit etiam Philistus

Geneologiam. Phœnicia, & Alia quædá de Insula Siciliæ, ex Suida, & Bonanno cit. Addit etiam Fazellus, & Goltzius *loc. cit.* scriptis tradidisse: *de Ægyptiorum Gestis, ac Libyæ, Syriæque plurima volumina.* Lascaris etiam apud Maurolicum *in hist. Sicil. pag.* 20. Vossius *loc. cit.* & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syracus. pag* 212. hæc opera à Fazello memorata, aliaq; huic Philisto adscribunt: at Suidas, & Bonannus cit. ab alio Philisto, de quo infra, exarata volunt. De Philisto, ejusque historia varii varia. A Cicerone pluriès celebratur; præsertim *lib.* 1. *de divinatione*, doctus, & diligens vocatur. *lib.* 2. *de Oratore*, Philisto inter Græcos Historicos tertium concedit locum, post Herodotum, & Thucydidem, & magnum Thucydidis imitatorem prædicat. *De Claris Oratorib.* Philisti, & Thucydidis sententias, breves, acutasq; laudat. *lib.* 2. *Epist. ad Q. Fratrem cap.* 12. capitalis, creber, acutus, brevis, & pusillus penè Thucydides vocatur. At animadvertendum, pusillum Thucydidem vocari, non quia cum Thucydide collatus pauca scripserit, ut ait Paulus Manutius hìc in notis; nam multa scripsisse ex Diodoro, Suida, aliisq; liquet; sed quia in scribendi excellentia paululum Thucydide inferior fuit, ut volunt Vossius *de hist. Græcis lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 27. & Pineda *cit.* ex Quintiliano *instit. orat. lib.* 10. *cap.* 1. qui Thucydidis egregium imitatorem, ac illo lucidiorem fuisse testatur. Plutarchus *in Alexandri vita*, ait, inter alia volumina ab Harpalo, Alexandro, librorum cupido, missa, Philisti lucubrationes extitisse. Præter Auctores supra relatos, Philisti meminere etiam Demetrius Phalaræus *de eloqut.* Clemens Alexandrinus *lib.* 6. *strom.* Pausanias *in Atticis*, & *in Eliacis*, Josephus Hebræus *lib.* 2. *contra Apionem*, Plinius *hist. nat. lib.* 8. *cap.* 40. & 42. Joannes Tzezes *chil.* 10. *hist.* 358. aliique multi. Æmilius Probus *in Dione* se de Philisto scripsisse tradit in libro de Historicis; at deperdito hoc Probi opere,

alia

Digitized by Google

alia Philisti facinora periere.

PHILISTUS alter Syracusanus, Historicus, & Orator clarissimus fuit. Etsi Suidas *tom.* 1. *pag.* 1055. & Cozzandus *de magisterio antiq; Philosoph. lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 299. in dubium revocent, an Syracusanus, vel Naucratita fuerit, attamen Bonannus *in Syrac. Illust. lib.* 2. *pag.* 316. Syracusanum, sine hæsitatione statuit: ita & Goltzius *in hist. post. Siciliæ pag.* 91. qui Naucratitæ vocem familiæ, non patriæ nomen putat. Andreas Schotus *in Catalogo Oratorum*, Siculum vocat. Philistus hic secundus Arconidis filius Evenum elegiographum audivit, ex Suida citato. At dubitat meritò Bonannus, horum Arconidis, & Eveni nomina à primo Philisto detracta: etsi duo Eveni nomine floruerint, uterque elegiarum Poeta. Primus arte oratoria (nempè, ut opinor, cultiori, & oratorio stylo) historiam scripsit, teste Suida *cit.* & Laurentio Beyerlinck *in Theatro Vit. Hum. ver. historiæ Inventores*: ut innui *in addict. ad Siciliam Inventricem Vincentii Auriæ cap.* 13. *pag.* 241. quibus addo Gesnerum *in Biblioth. pag.* 694. & Petrum Angelum Speram *de nobilit. Professorum Gramm. lib.* 4. *pag.* 311. Floruit, ex Bonanno, clarissimus sub Hierone II. circa olymp. 130. nempè ante Christi Domini adventum an. 256. Ex Cozzando Eudoxi Cnidii æqualis fuit, qui eodem teste circa olymp. 103. decessit. A Dionysio Halicarnassæo *de Demosthene*, & Aristotele *in Rhet.* inter egregios Scriptores recensetur, qui de Oratoriis præceptis scripsere. Ex Suida, Gesnero, & Bonanno scripsit Philistus

Artem Oratoriam.

De Rebus Ægyptiacis libros XI.

De Rebus Siculis libros XI. & XII. ex Spera, & Carolo Stephano *in dict. pag.* 1591.

Contra Tricaranum.

Orationem de Naucrate.

De Dionysio Tyranno libros sex.

De Ægyptiorum Theologia libros tres: ex aliis *sex*.

De Lybia, & Syria.

Conciones. Et alia quædam;

De Baccho. Ex laterc.

Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom.* 2. *pag.* 1136. *num.* 5415. Philistum *in Gigantea* citat. Nonnulli Primum cum Secundo Philisto confundunt: inter hos Gesnerus, & Fazellus *dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 192. qui putant, primum de Ægyptiorum gestis, ac Lybiæ, Syriæq; plurima scripsisse volumina. Sed hæc secundo adscribenda ex Suida: quod advertit Bonannus; qui Marii Aretii lapsum detegit; hic enim *de Situ Siciliæ pag.* 26. horum unum Poetam, & Historicum, alium Philosophum vocat; cùm Primus Historicus, Secundus Historicus, & Orator fuerit. Goltzius *in Sicilia, & Magna Græcia pag.* 33. *& 168. & in Sicil. hist. post. pag.* 91. Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. pag.* 20. Vossius *cit.* & Thomas de Finedo *in Breviario Auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus pag.* 369. hac confusione non carent.

PHILOMETOR Siculus, cujus patria, & ætas latet. Ex Varrone *de re rust. lib.* 1. *cap.* 1. & Columella *de re rust. lib.* 1. *cap.* 1. scripsit

De Re Rustica.

PHILON Mazariensis Sacerdos, Orator, & Poeta eximius, & Ecclesiæ Mazariensis Canonicus. Claruit anno 1460. Hujus meminere Joannes Jacobus Adria *in Topographia Mazariæ*, & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 542. Scripsit

Orationes, & Epigrammata.

PHILONIDES Ennensis, Medicus celeberrimus. Ennensem fuisse tradunt Dioscorides *lib.* 4. *cap.* 145. *pag. mihi* 754. Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 19. Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 23. Fazellus *de reb. Siculis in addict. ad dec.* 1. *lib.* 10. *cap.* 2. *pag.* 225. qui Philonem medicum præstantissimum vocat, Golzius *in hist. post. Siciliæ pag.* 92. Leonardus Orlandinus *in disc. Siciliæ pag.* 79. Leander Albertus *in Insulis pag.* 63. & Christophorus Scanellus *in Chron. Siciliæ*: hic autem Philonidem, ut etiam Philistionem, loco suo memoratum, Ennensem fuisse putavit. At Joannes Bapt. de Grossis *in Decac. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 151. sicut Philistionem, ita & Philonidem Catanensem renunciat; Tiraquelli vestigia sectatus, qui in libro *de Nobilitate cap.* 31. *pag.* 298. Philonidem Siculum ab Ætna vocat: sed forsan error irrepsit, & pro Ætna, Enna legendum existimo. Scripsit Philonides opus:

De Veretro Albo. Ex Dioscoride *cit.*

De Medicina, cujus librum 18. citat Galenus *lib.* 4. *de Differentiis pulsuum cap.* 10. *pag.* 68. quod observant Paschalis Gallus *in Biblioth. medica pag.* 262. & Gesnerus *in Biblioth. p.* 696. Philonidem etiam citat idem Galenus *de Compos. medicamentor. per genera lib.* 7. *cap.* 7.

PHILONIDES alter Paccii Antiocheni Præceptor, Catanensis fuit ex Tiraquello *de Nobilitate cap.* 31. *pag.* 298. & Joanne Bapt. de Grossis *in decac. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 151. qui mendosè Pavii Antiocheni Præceptorem vocat. Hunc sequitur Hieronymus Ragusa *in Elogiis Siculor. pag.* 235. *& in Siciliæ Biblioth. veter. pag.* 228. ubi perperàm Pauli Magistrum protulit; Pacii etenim, non Pauli legendum. Philonidem hunc citat Scribonius Largus *de compositione medicamentor. cap.* 97. & Marcellus Burdegalensis *cap.* 20. qui *cap.* 29. simplicitèr Philonidem nominat, sive hic, sive alter supra memoratus, ut innuit Tiraquellus citatus. Ante Tiberii Cæsaris ætatem floruisse non obscurè colligitur; Scribonius enim sub Tiberio claruit, ex Tiraquello *cit. pag.* 285. Paccius verò paulò ante Tiberium decessit, ex eodem Tiraquello *pag.* 279. Philonidis extat:

Tractatum de Febribus. Inter Auctores de Febribus. Venetiis 1576. in fol. ex indice Bibliothecæ Barberinæ *tom.* 2. *pag.* 203. & nostri

stri Philonidis fœtum esse suspicor. Athenæus *lib.* 15. *cap.* 5. *pag.* 675. Philonidis medici librum citat

De Coronis, & Unguentis. Hujus Auctorem unum ex nostris fuisse puto: at hoc certum haud statuo; Philonidem etenim alium medicum Dyrrachenum, Asclepiadis auditorem claruisse, ac libros 45. scripsisse, testis est Stephanus *de Urbibus ver. Dyrrachium pag.* 249.

PHORMUS Poeta Comicus Syracusanus; à Fazello *de rebus Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 102. Rocco Pirro *in not. Eccl. Syracus. pag.* 212. Hofmanno *in lexic. tom.* 2. *pag.* 406. Photinus vocatus: à Leandro Alberto *in Insulis pag.*60. Phormion. A morum elegantia, literisq; laudatus, Geloni Syracusarum Tyranno gratissimus fuit, cujus consuetudine devinctus vixit, ejusq; filios erudivit, ex Suida *tom.* 2. *pag.* 1077. Gyraldo *de Poet. hist. dial.* 6. *pag.* 249. Volaterrano *in anthropol. lib.* 19. *pag.* 263. Vossio *de Poetis cap.* 5. *pag.* 27. Lascare apud Maurolicum *in hist. Sicil. pag.* 20. Fazello, Goltzio *in hist. post. Sicil. pag.* 60. Alberto *loc. cit.* Morerio *in dict. tom.* 2. *pag.* 841. aliisque. Omnium primus fuit, qui talari veste usus sit, teste Suida, Lascare, & Gesnero *in Biblioth. ex editione Frisii pag.* 697. Hanc vestem adinvenisse tradit Alexander Sardus *de rer. invent. lib.* 1. *pag.* 44. At Gyraldus, Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 162. & Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 841. in scenas primùm hanc vestem invexisse tradunt. Ex Fazello verò, & Goltzio eum primùm publicè induit, cùm antea in theatro tantùm veteres gestassent. Primus etiam puniceis pellibus scenam contexit, ut testantur Suidas, Goltzius, Sardus *cit. p.*42. Gyraldus, Gesnerus, Fazellus *loc. cit.* Patritius *in poetic. dec. histor. lib.* 1. *pag.* 66. aliique. In Comœdiæ inventione Epicharmi comes fuit; ab utroq; enim comica fabula primùm excogitata est, ex Aristotele *in poetica*, Suida *tom.* 1. *pag.* 1023. Julio Cæsare Scaligero *in Poet. lib.* 1. *cap.* 3. aliisque, quos laudat Vincentius Auria *in Sicilia Inventrice cap.* 10. §. 1. *pag.*37. consule etiam, si lubet, *observationes*, quas ad eamdem addidi, *pag.* 157. Ideoq; meritò Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 270. ubi de Phormo, Vincentium Mirabellam carpit, qui *in antiq; Syrac. pag.* 114. Phormo hanc inventionis gloriam denegat, ac Epicharmo tantùm adscribit. Pausanias *in Eliacis* inscriptionē pro donis à Phormo oblatis in olympiacis exhibet; attamen dubitat Bonannus *cit. pag.* 271. an nostro Phormo conveniat: immò hic à nostro diversum putat; ex Pausania etenim virum militari gloriâ, non literis clarum fuisse elucet. Vixit Phormus circa olymp. 76. ex Bonanno: vel olymp. 72. ex Vossio, Hofmanno, & Morerio, nempè ante Christi Domini Natalem an. 488. Ex Philippo Brietio *in annal. par.* 2. *tom.* 1. olymp. 73. an. 3. qui Phornium, & typographi errore vocat. Scripsit ex Suida, Giraldo, Vossio, aliisque

Comœdias septem, nempè: *Admetum, Alcinoum, sive Alcimum, Alcynoes, Excidium Trojæ, Hippos, Cephaleam, sive Cepheum, & Perseum.* Ex Athenco *lib.* 14. *cap.* 18. *pag.* 652. scripsit etiam hanc Comœdiam inscriptam:

Athalanta.

Harum Comœdiarum meminere quoque Bonannus, Patritius cit. Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græcor. pag.* 244. & Petrus Angelus Spera *de nobilit. Professor. Gramm. lib.* 4. *pag.* 297. Observat Martinus del Rio *in Syntag. Tragœdiæ ante com. in Tragœdias Senecæ lib.* 1. *cap. ult. pag.* 21. Cephalum, Alcynoes, & Trojæ excidium, Tragœdiarum potiùs, quàm Comœdiarum nomina; ideoque non obscurè videtur Phormum Tragicum etiam fuisse Poetam.

PHOTINUS v. Phormus.

PISTORIUS Siculus Medicus, ab Andrea Tiraquello *de nobilit. cap.* 31. *pag.* 310. inter Medicos Veterniarios recensetur; scripsitque

De Pecorum, aliorumque Animalium morbis.

PIUS ANGELUS FARDELLA. v. Angelus Fardella *tom.* 1. *pag.* 35.

PIUS COSTA Panormitanus, Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, vir doctrinâ, & eruditione clarus; at morum integritate, immò monasticæ perfectionis ornamento longè clarissimus. Regularem habitum in Cœnobio Panormitano S. Martini suscepit 19. Junii 1643. in quo nedum literis excultus floruit, utrùm etiam pietate, egregiisq; virtutibus probatissimo viro dignis, insignitèr exornatus enituit. Tum apud suos, tum apud omnes, extra claustra degentes, sui venerationem excitavit. Ad nonnulla meritò Cœnobii sui, ac Congregationis munera evectus est; Procuratorem enim, Decanum, & ut vocant, Priorem in S. Martini, & Montis-Regalis Monasterio laudabilitèr egit. Anno 1687. Abbas Monasterii SS. Benedicti, & Aloysii in Urbe Panormi electus, inde ad aliam S. Martini amplissimam Abbatiam traslatus est: ibiq; suos eximiâ vigilantiâ, prudentiâ, & exemplo gubernavit. Tandem meritis clarus decessit Panormi in Cœnobio Spiritus Sancti 22. Septembris 1697. & in Monasterio S. Martini traslatus est. Ipsum laudat Jo. Evangelista à Panormo *in anagram. pag.* 166. Quæ Italicè ad pietatem fovendam scripsit, humilitate impellente, sub ementitis nominibus evulgavit; nempè

Vita, e Miracoli di S. Cristophoro Martire Apostolo della Licea, cavata da molti Scrittori Greci, Latini, Caldei, e Arabi. Venetiis apud Pezzanam 1680. in 8. sub nomine D. Prudentii Amadalpi.

Vita, e Miracoli del Gl. S. Onofrio Anacoreta Rè di Persia, Potentissimo Prencipe tra l'eletti appo Dio. Panormi apud Carolam Adamum 1681. in 4. sub nomine Petri Proponi.

Le Vittorie delle Fenici Penanti, ò vero l'Anime tormentate nel fuoco del Purgatorio, che a nostro pró s'incaminano all'eterna beatitudine, divise in cinque libri. Ibidem apud Dominicum An-

sel-

Digitized by Google

ſelmum 1684. in 4. ſub nomine D. Petri Corſari Patavini.

Il Caſto, e Santo Imperio deſcritto in un brieve Raguaglio della Vita di S. Conegunda. Ibid. apud Jacobũ Epirũ 1688. in 4. ſine auctoris nomine.

Prælo parabat volumen aſceticum *de SS. Euchariſtia.*

PLACIDUS AGITTA Pactenſis, ex Clericis Regularibus Miniſtrãtibus Infirmis, Theologus eximius, apud ſuos doctrinâ, & auctoritate claruit. Graviores Philoſophiæ, ac Theologiæ diſciplinas doctiſſimè docuit. Nonnullas Ordinis domos rexit: Romanam Provinciam, ac Siculam ſemel, & iterum gubernavit. Generalem Commiſſarium in tota Sicilia S. Inquiſitionis egit: ac in eodem Tribunali Conſultor, & Cenſor effulſit. Dum Siculæ Provinciæ præeſſet, deceſſit Panormi menſe Julii anno 1675. Ipſum laudibus extollit Franciſcus Apares *in Siculo Triumpho pag.* 56. Scripſit Italicè.

Vita, e Martirio di S. Febronia Vergine, e Martire Cittadina di Patti in Sicilia, col Compendio della Vita di S. Liberale Veſcovo, e Martire. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1663. in 12.

PLACIDUS BERTUCCIUS Meſſanenſis Sacerdos, natus 21. Julii 1654. parentibus Placido Bertuccio, & Hieronyma Soprani ex nobilibus Genuenſibus. Literis à pueritia addictus, ingenii dotes ſatis oſtendit. Panormi Philoſophiam, ac Theologiam accepit, in quibus quantùm excelluerit, nunc omnibus patet. Meſſanam regreſſus, ibi ne otio torpeſceret, Medicam facultatem à Dominico la Scala audivit: ac egregiâ doctrinâ munitus, in magno Xenodochio Meſſanenſi ingenio, doctrinaq; clarus, ægrotantibus ſalutarem adhibuit curam. Eodem la Scala impellente, ut ne dum Medicis, verùm etiam rudioribus ejus doctrina de Phlebotomia cluceſceret, Italicè ſcripſit, & in lucem emiſit

Il diſimpegno al cavar ſangue, ó nò, in cui ſi meſtra non doverſi mai adoperare il Salaſſo. Meſſanæ apud Vincentium de Amico 1700. in 8.

Prælo parat

Sylvam variarum Compoſitionum, nempè quæ florente adhuc ætate latinè politioris literaturæ exaravit ingenii monumenta.

PLACIDUS CALVARIUS Meſſanenſis Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Philoſophiæ Doctor; Eccleſiaſtem eloquentiâ, & eruditione inſtructum egit. Vitæ probitate, ac virtutum ſplendore claruit. Obiit Meſſanæ menſe Decembris 1647. Ipſum celebrat Placidus Reina *in not. hiſt. Meſſanæ par. 2. pag.* 532. Edidit Italicè

Sacra ottava. Sermoni del SS. Sacramento. Meſſanæ apud Viduam Blanci 1638. in 4. & iterum adaucti cum hoc titulo:

Sacri Panegirici in lode del Santiſſimo Sacramento. Ibidem apud Hæredes Petri Breæ 1646. in 4.

PLACIDUS CAMPULUS nobilis Meſſanenſis, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Siculæ, Vir à virtutũ ornamento, ac ſanctimonia laudatus. Anno 1428. Abbas Cœnobii Meſſanenſis S. Placidi electus, regularem diſciplinam inſtaurare curavit; ac in novum Monaſterium, ædium magnificentiâ conſpicuum, Monachos traſtulit, antiquo Granciæ titulo reſervato. Ob eximiam prudentiam, doctrinam, eruditionem, ac virtutum omnium ſplendorẽ Alphonſo Regi gratiſſimus fuit: eoque præſente nonnullos dixit è ſugeſtu ſermones. Ab eodem Rege multa in ſui Cœnobii beneficium privilegia, & immunitates obtinuit. At dum ardenti ſtudio regularem obſervãtiam excitare ſummoperè ſtudet, ejus Alumni ab inculpati Viri zelo abhorrentes, Cœnobium exturbant, ac calumnias in ipsũ extruentes, eximiũ virum apud Pontificem criminantur: ideoque ab Eugenio IV. Abbatiali dignitate per triennium privatur. Mox de Placidi innocentia, & ſanctimonia Pontifex certior factus, cùm Romæ adeſſet, in Sacrum Conciſtorium accerſitus eſt: & dùm ad Eugenii pedes deoſculandos devoluitur, ejus faciem undiq; ſplendores emittentem demirati ſunt omnes: hinc è terra ſublatus, non pedum oſcula, ſed Placidi amplexus admiſit Pontifex, & dignitati reſtituit. Præſtantiores virtutes in egregio Viro effulſere: humilitatem enim mirificè coluit; eximiâ charitate in ſuos æſtuavit: ſolitudinis, ſilentii, ac patientiæ ſtudioſus, ſacrarum literarum, Sanctorumque Patrum lectione addictiſſimus fuit. Senio confectus, dum Maniacis Monaſterium perluſtraret, magnâ ſanctitatis famâ deceſſit in Civitate Randatii anno 1455. & in Sacello S. Mariæ Majoris honorificè conditus eſt: ubi ab incolis veneratur. Cùm verò Calixtus III. ſub excommunicationis pœna, ut Corpus ad S. Placidi Cœnobium reſtitueretur, demandaſſet, Randatienſes, ne eximii viri patrocinio deſtituerentur, in eo aſſervando majorem adhibuere curam. De Placido, ſi plura cupis, conſule Rocchum Pirrum *lib.* 4. *Sic. Sacræ pag.* 264. *& ſeq.* Placidum Samperium *in Iconologia M. V. lib.* 2. *pag.* 165. 282. *&* 286. Petrum Anſalonium *de ſua familia pag.* 111. Joſephum Ambroſium *in relat. ſolemnitatis epiſt. Marianæ pag.* 385. & Petrum Antonium Tornamiram *de origine Congreg. Caſinenſ. to.* 2. *lib.* 3. *pag.* 468. Scripſit ex Pirro, & Samperio:

Homilias de S. Placido.

Hiſtoriam miraculoſæ Imaginis S. Placidi. Ipſam citat Samperius *cit. pag.* 165.

PLACIDUS CARAFA Motycenſis, natus 3. Octobris 1617. parentibus Franciſco, & Maria Carafa, literarum ſtudia ſedulò amplexus, Juris utriuſque, & Sacræ Theologiæ lauream accepit Romæ in publica Sapientiæ Academia 24. Maii 1640. Doctrinâ inſtructiſſimus nonnulla obivit in Patria honorificè munia; primarius enim Patritius, in ampliſſimo Motycæ ſtatu bis Magni Admiratus Caſtellæ Vicarium Generalis Gubernatoris egit. In ejuſdem

Digitized by Google

dem ſtatus Magiſtratibus ſemel, & iterum Magnæ Curiæ, & ter Magnæ Curiæ Appellationum Judex integerrimus ſedit. In Motycenſis Senatus ordine Primarius, ut vocant, Juratus fuit, & SS. Inquiſitionis in patria Proreceptor ordinarius. His in muneribus morum ſuavitatem, doctrinam, ac eximias ingenii dotes planè detexit. Eruditione valuit, & familiam ſuam in filios felicitèr propagavit. Tandem Motycæ 11. Octobris 1674. deceſſit, & in Eccleſia S. Georgii, in familiæ ſuæ ſacello, conditus eſt. Ipſum laudat Placidus Reina *in not. hiſt. Meſſanæ par. 2. pag.* 103. Quæ edidit hæc ſunt:

Motucæ illuſtratæ deſcriptio, ſeu delineatio, in qua Motucæ populoſæ, & opulentæ Urbis, & ipſius ampliſſimi Comitatus initium, loca, conſtrictus, &c. deſcribuntur, ac delineantur. Panormi typis Nicolai Bua 1653. in 4.

Sicaniæ deſcriptio, & delineatio. Ibid. apud eumdem. 1653. in 4.

Inſitium hiſtoricum de Annalia Siciliæ, in quo Patritii Motucenſis Joannis Antonii Nigri Archipresbyteri admodum dignæ inſignis Capitularis Eccleſiæ D. Petri ſummæ operum exemplaritas, Religionis conſpicuitas, geſtorum magnitas, morum candor, doctrinæ celebritas, mirabilis charitas, vita, & mors deſcribitur. Ibidem apud eumdem 1655. in 4.

Votum deciſivum, ſive definita reſolutio pro D. Iſabella Jurato Gonzalez Baroniſſa Caſtellucii Domina Hyſphanæ. Meſſanæ typis Hæredum Petri Breæ 1654. in fol.

Reſponſum reſolutivum juris dictionale, & juſtificatio Anathematis, ſive Siculis fortiſſima bello, convicta juribus, in quibus expenditur caſus animadverſione dignus, & affertur reſolutio pro V. J. D. Joſepho Vaſſallo, &c. Panormi typis Buæ, & Camagna 1667. in 4.

Hæc alia inedita reliquit, nempè:

Motucam Sacram.

Tractatum de Magnificentia, & prerogativis Privilegiorum Magni Admiratus Caſtellæ, & Poteſtate Regiæ Monarchiæ in Regno Siciliæ.

Reſolutiones Civiles.

PLACIDUS CATANUSUS Meſſanenſis, Parentibus Joanne Simeone Catanuſo, & Fracifca Tedeſchia, ortus anno 1630. omnibus diſciplinis inſtructiſſimus floruit. Orator præſertim, Poeta egregius, & Jurisconſultus nulli ſecundus fuit. Mathematicas diſciplinas inſignitèr coluit, ac doctrinâ undique effulſit. A Sabaudiæ Duce electus, ut filios ſuos erudiret, non ſine laude hoc in munere ſe geſſit. Inde ad Pariſienſem Aulam ſeſe tranſtulit, ubi Parlamenti Advocatum egit: & Italicæ linguæ Magiſter conſtitutus, Regiæ Domus honorarias Mulieres inſtruxit: ideoque Grammatices præcepta edidit, ut Galli nedum Italam diſcerent linguam, verùm etiam, & Italorum more, numeriſque etruſis, poeticas cantiones concinnarent. Claruit anno 1670. Gallicè typis tradidit:

Inſtruction a la langue Italienne, contenant Deux parties: dans la premiere il eſt Traitté de tout ce qui regarde la parfaite connoiſſance de cette langue. Et la ſeconde eſt un Recueil de Chanſons Italiennes accommodees aux Airs Francois de ce temps. Pariſiis apud Stephan. Layſsõ 1668. in 12.

In Gallicam etiam linguam Italica Franciſci Petrarchæ Poemata vertit, & edidit, quæ adhuc non vidi.

PLACIDUS COSTA nobilis Meſſanenſis, Joannis Franciſci Coſta, de quo ſuo loco, filius, Juriſconſultus doctrinâ præclarus. Regium Fiſci Patronum in Monetaria Meſſanenſi Officina laudabilitèr egit. Meſſanæ etiam anno 1660. & 1662. Stratacotialis Curiæ Judex præfuit, ex Ferrarotto *de præeminent. officii Straticoti cap. 24. pag.* 139. Judicem quoque Magnæ Regiæ Curiæ fuiſſe tradunt. Claruit anno 1660. Edidit

Addictiones ad Conſilia, ſive Reſponſa Juris Joannis Franciſci Coſta Patris. Meſſanæ typis Petri Breæ 1629. in fol.

PLACIDUS EBANUS, ET CARDONA Politienſis, Ordinis Clericorum Regularium, quorum inſignia accepit Panormi primo Maii 1634. Vir morum probitate inſignis, in excipiendis fidelium confeſſionibus, & in dirigendis ad chriſtianæ perfectionis faſtigium animabus ſedulus fuit operarius. Domum Panormitanam S. Joſephi Præpoſiti munere gubernavit. Obiit Ennæ anno 1683. Edidit Italicè:

Brieve Prattica per l'Oratione Mentale. Panormi typis Petri de Iſola 1676. in 16. & in libro, cui titulus: *Eſercitio Spirituale per la mattina, e per la ſera del P. D. Agoſtino Mainero.* Ibidem apud Carolum Adamum 1682. in 16.

PLACIDUS DE JUDICE Panormitanus, Cæſaris, de quo *tom. 1. pag.* 119. filius, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis. Cùm in Panormitano Cœnobio S. Martini monaſtico inſtituto ſeſe addixiſſet, ſtatim ingenii dotes in ſcholaſticis diſciplinis mirificè detexit. Politiores literas cum laude coluit, & in Panormitana Reaccenſorum Academia inter doctiores effulſit. Eloquentiâ, ac Poeſi inclaruit: virtutes verò eximias non obſcurè patefecit. Dum ſui ſpem permaximam promittebat, immaturè deceſſit Panormi anno 1673. ætatis ſuæ 26. Ipſum laudant Joannes Evangeliſta Panormitanus *in anagrammat. pag.* 169. & Joannes Bap. de Judice, ejusdem Placidi frater, *in carmin. par. 1. pag.* 334. Scripſit Italicè, ac m. ss. reliquit:

Quareſimale.

Panegirici.

Diſcorſi Accademici.

Poeſie.

Hæc forſan operâ P. D. Michaelis de Judice Abbatis Caſſinenſis, ejusdem egregii fratris, typis tradentur.

PLACIDUS MARIA YANNUS nobilis Pa-

Digitized by Google

Panormitanus, Clericus Regularis, Vir doctrinâ, & eloquentiâ clarus, ſed virtutum omnium ſplendore longè clariſſimus. Natus anno 1596. Clericorum Regularium Ordini cooptatus, ſolemnia vota emiſit Panormi in D. Joſephi templo 2. Februarii 1613. Confecto ſtudiorum curriculo, & undequaque doctrinâ refertus egregiâ, Philoſophiam ſcholaſticam, ac Theologiam ſodales ſuos magna cum laude docuit: ac ingenii aciem, eruditionem, ſolidamque doctrinam inſigniter detexit. Eccleſiaſtes etiam eximius, inter præcipuos Oratores adſcriptus, ſacrâ eminuit eloquentiâ, & animarum zelo æſtuavit: ideoque cõcionibus ſuis nedum emeritos plauſus, verùm etiam, & ampliſſimam animarum frugẽ collegit. Ut ægrotantibus animabus medicam adhiberet manũ, libenter fidelium confeſſiones excipiebat, eâque arte ſalutis monita in pœnitẽtium corda infigebat, ut fructus uberrimos referret. Virtutes excoluit egregias, quibus ſui veneratione excitavit; orationis enim, ac contemplationis ſtudioſus, ut ſoli Deo in receſſu vacaret, ſummâ induſtriâ ſeſe rerum omnium occupationibus educebat. Morum innocentia, & virginalis candor in ejus vultu mirabiliter elucebat. Modeſtiâ, humilitate, prudentiâ, omnibuſq; virtutibus cumulatus ita effulſit, ut publica ejus ſanctitatis fama in omnium animis altè inſculpta eminuerit. Deiparæ Virginis famulatui addictiſſimus fuit, & eximiâ Sanctorum religione clarus, in quorum laude ſemper aliquid obmurmurabat. Tandem dum Præpoſiti munere Panormitanam domum S. Joſephi moderabatur, anno ætatis ſuæ 40. magnâ ſanctitatis opinione, omniumq; dolore obiit 4. Martii 1636. Nonnulla, invocatâ ipſius ope, collata à Deo beneficia retulere multi, quibus ſanctimoniæ fama obfirmata. Ejus laudes habes apud Joſephum Silos *in hiſt. Cler. Regul. par. 3. lib. 5. pag.* 157. *& lib.* 12. *pag.* 640. Joannem Petrum Creſcentium *in Præſidio Romano lib.* 2. *p.* 34. & Ant. Collurafium *in Epiſtolis par.* 2. *pag.* 130. *&* 138. Edidit Italicè

Oratione funerale in lode di Gabriele Laira de' Clerici Regolari Minori. Venetiis apud Jo. Ant. Julianum 1626. in 4.

PLACIDUS MERLINUS Alcarenſis, Poeta Siculus, etſi rudis Paſtor, attamen à natura Poeticâ mente dotatus, Siculo carmine, haud penitùs ſpernendo, in lucem emiſit:

Lu Nicolau Eremita Poema Sacru. Meſſanæ apud Jacobum Matthei 1652. in 8.

PLACIDUS NIGIDUS Menenſis, Sacræ Theologiæ Doctor: in Societate Jeſu omnium diſciplinarum ornamento inſignitus, inde egreſſus ſæcularis Sacerdotis habitu vixit. Vir ſanè doctiſſimus, & eruditione clarus. In Sacrarum literarum, Sãctorumq; Patrum lectione verſatiſſimus, probitate, ceteriſque virtutibus ornatus emicuit. Panormi diu vixit, ac pietatem excoluit: ſolitudinis amantiſſimus aliquando Eccleſiam S. Mariæ de Oreto extra Urbis mœnia incoluit; ibique lucubrationes nonnullas in Deiparæ Virginis laudem, cui addictiſſimus fuit, ſcripſit. Obiit Panormi circa annum 1640. Ipſum laudant Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syracuſ. p.* 243. *& in not. Eccl. Mazar. p.* 560. Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Marian. p.* 2. *pag.* 305. qui & *p.* 174. de Nicolao Nigido ejus fratre retulit laudes, cui opus Summæ Sacræ Mariologiæ adſcribit, quod verè Placidi fœtum fuiſſe advertit Pirrus. De eo etiam Philippus Paruta *in Triumpho D. Roſaliæ p.* 131. Quæ edidit, ſunt:

Summa Sacræ Mariologiæ Pars Prima, & Secunda. Panormi apud Jo. Antonium de Franciſcis 1602. in 4. ſub nomine Nicolai Nigidi Fratris.

In Cantica Canticorum expoſitio duplex verbalis, ſive grammaticalis, & literalis de B. M. Domina. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1616. in 4. & Venetiis 1617. in 4. *ex Bibliotheca Claſſica* Draudii *p.* 97.

Sermones de expectatione Partus B. M. Romæ apud eumdem 1616. in 4.

In Threnos, ſive lamentationes Jeremiæ Expoſitiones variæ. Panormi apud Alphonſum de Iſola 1628. in 4.

De eruditione Sacrorum Concionatorum. Ibidem apud Decium Cyrillum 1630. in 4.

Meditationes in aliquot Scripturæ locis. Ibidem apud Angelum Orlandum 1630. in fol.

Mariale, ſeu de devotione erga Virginem Dominam in quatuor opuſcula digeſtum. De Devotione erga Virginem Opuſculum Primum. Expoſitiones Hymnorum, & Canticorum de B. Virg. D. breves Opuſculum Secundum. Meditationes, & Colloquia varia de B. Domina Opuſculum Tertium. Sermones varii, & per annum de B. Virg. Opuſculum Quartum. Ibidem apud eumdem 1623. in fol.

In Bibliotheca Seminarii Panormitani hæc aſſervantur ejus opera m. ss.

Meditationes morales in lib. Geneſim, in lib. Regum, in lib. Paralipomenon, in Tobiam, in Oſeam, in Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Agæum, Zacchariam, Malachiam, Baruch, in lib. Machabæorum, & Acta Apoſtolorum in fol.

In lib. Job expoſitio. in fol.

In lib. Danielis expoſitio. in fol.

Meditationes morales in Prophetas Majores. in fol.

In omnes Pſalmos Davidis expoſitio. in fol.

In Iſaiam Prophetam expoſitio in fol.

In Evangelium S. Lucæ expoſitio. in fol.

In Evangelium D. Marci expoſitio. in fol.

In Sanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundùm Joannem. in fol.

In Evangelia Quadrageſimæ expoſitio tom. 4. in fol.

In Epiſtolas D. Pauli ad Corinthios tom. 2. in fol.

In Epiſtolas D. Pauli ad Romanos. in fol.

In

Digitized by Google

In Epistolas D. Pauli ad Galatas, & ad Thessalonicenses. in fol.

In Epistolam D. Pauli ad Hebræos. in fol.

Meditationes in Deiparam Virginem Mariam. in fol.

De Pulchritudine Virginis. in fol.

De Nobilitate Virginis. in fol.

Sermones varii. in fol.

In libros Ethicorum Aristotelis expositio. in fol.

De Physico auditu. in fol.

Meditationes morales in Demosthenem, in Thucididem, in Justinum, in C. Crispum Salustium, in Terentium, in Epistolas C. Plinii. in fol.

PLACIDUS REINA Messanensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, ab eximia, quâ excelluit doctrina laudatus. Comitis Palatini titulo insignitus inclaruit; & in Messanensi Academia Primarius fuit Philosophiæ naturalis Professor. In Messanensi etiam Urbe, ejusq; ut vocabant, districtu Archiater, & tertiûm Medicorum Collegio præfuit Prior. Historicam etiam eruditionem, ac Poesim coluit: ideoque in Messanensi Officinæ Academia recensitus, suorum amorem simul, ac æstimationem aucupavit. Senio confectus Messanæ obiit 28. Octobris 1671. Placidum celebrant Joannes Franciscus Lauredanus *in epistolis par. 2. pag.* 107. Didacus de Mastro *in causa Medicorum Poetarum pag.* 57. Leo Allatius *in Epist. nuncupatoria Poetarum antiq;* Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis pag.* 64. 93. 271. & 349. Joannes Bapt. Cortesius *in miscell. medicinal. dec.* 10. *ep.* 5. *p.* 752. Jacobus Basilicò in discursu, cui titulus: *le Dame guerriere pag.* 14. Bartholomæus Ferrus *in histor. Missionum Cleric. Regul. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 24. *pag.* 269. Angelicus Aprosius Vigintimillius in libro: *le Bellezze della Belisa*, edito sub nomine Oldauri Scioppii *pag.* 1. 3. 159. & 224. in libro: *la Visiera alzata*, sub nomine Jo. Petri Jacobi Villani *pag.* 84. in libro: *la Grillaja Gr.* 38. *p.* 435. sub nomine Scipionis Glareani: in libro: *Vigilie del Capricorno p.* 275. sub nomine Pauli Genari: & tandem sub nomine Cornelii Aspasii Antivigilmi *in Bibliotheca Aprosiana p.* 206. à quo in suorum amicorum literatorum classe recensetur: & ex ejusdem operis indice, in libri vestibulo colligitur, quòd in eadem Bibliotheca Vigintimillensi excitata, inter præcipuos literatorum Imagines Placidi effigiem servabat. Edidit

Proloquium in exornando Philosophiæ, & Medicinæ laureâ Joanne Petro Corvino. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1650. in 4.

Italicè

Ragioni Apologetiche del Senato della nobil Città di Messina contro il memoriale de' Deputati del Regno di Sicilia, e della Città di Palermo sopra la divisione del Governo di quel Regno, co' fondamenti legali posti nel fine di ciascun capo, tradotte dalla lingua Spagnola nell' Italiana. Messanæ apud Joannem Franc. Blancũ 1631. in 4. & ex typographia Senatus Messanensis 1631. in 8.

Delle Rivolutioni della Città di Palermo avvenute l'anno 1647. *Racconto di Andrea Pocile* (nomen anagrammaticum Placidi Reinæ) Veronæ apud Franciscum de Rosis 1648. in 4.

Delle Rivolutioni della Città di Palermo avvenute l' anno 1648. *Racconto di Andrea Pocile.* Ibidem apud eumdem 1649. in 4.

L' Idra decapitata, ò vero la Risposta a' cento capi del Memoriale stampato sotto nome della Deputatione del Regno di Sicilia, e della Città di Palermo sopra la Residenza della Regia Gran Corte nella Città di Messina. Vicentiæ apud Joannem Antonium Gabucci 1662. in fol. sub nomine Idoplaris Copæ. His libris plenè respondit D. Franciscus Strata in volumine, cui titulus: *Le Glorie dell' Aquila Trionfante.* Panormi apud Petrum Coppolam 1682. in fol.

Delle Notizie Istoriche della Città di Messina Parte Prima. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1658. in fol.

Parte Seconda. Ibidem apud Paulum Bonacotam 1668. in fol.

Parte Terza. Messanæ in fol. Sed hanc morte præventus non absolvit.

Il Ponte eretto all' Ill. & Ecc. Sign. Prencipe di Paternò, Duca di Montalto, di Bivona, &c. per la solenne entrata, e possesso di Vicerè nella nobilis. Città di Messina. Ibidem apud hæredes Petri Breæ 1637. in fol.

Relatione delle feste della Sacra Lettera scritta da M. V. a' Messinesi. Messanæ 1657. ex Dom. Arganantio *in Pompis festivis p.* 30. & Stephano Mauro *in sua Messana pag.* 20.

Relatione della festa celebrata dalla Compagnia degli Azzurri nel ricevimento d' una Reliquia di S. Basilio. ex Placido Samperio *in Iconologia M. V. lib.* 4. *pag.* 511.

Ejus operâ prodiit libellus inscriptus:

Pensieri devoti, ed Esercitii spirituali, ne' quali si tratteneva un Servo di Dio. Messanæ 1631. ex Samperio *cit. p.* 512. sub nomine Caroli Pindeni.

PLACIDUS RUBEUS Messanensis Doctor, & Poeta: Patriæ Officinæ Academicus. Claruit anno 1670. Hujus Italicè habemus:

Rime. In libro cui titulus: *Duello delle Muse, ò vero Trattenimenti, Carnevaleschi degli Accademici della Fucina, Trattenimento Terzo dell' Anno* 1669. Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

PLACIDUS SAMPERIUS Messanensis, Societatis Jesu, in qua ingressus anno 1609. tria solemnia emisit vota. Rhetoricam, & humaniores literas octennio docuit: & Messanæ in Professorum domo confessionibus excipiendis diu navavit operam. Ab eruditione, & doctrina laudem sibi comparavit. Messanæ mortalitatem exuit 28. Augusti 1654. Ipsum laudant *Biblioth. Soc. Jesu pag.* 713. Hippolytus Marraccius *in Bibl. Mariana par.* 2. *pag.* 306. Placidus Reina *in not. hist. Messanæ par.* 2.

Digitized by Google

pag. 229. & 532. Carolus de Gregorio *in par.* 1. *carm. vulgarium Accademi. Officinæ p.* 246. Ant. Mestina, & Thomas de Gregorio in libro: *Stravaganze liriche degli Accademici della Fucina p.* 3. *p.* 286. & 333. Edidit Italicè

Iconologia della Gloriosa Vergine Madre di Dio Maria Protettrice di Messina divisa in cinque libri. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1644. in fol.

Discorso Accademico in lode del Porto di Messina. Ibidem apud Jo. Franc. Blancum 1628. in 4. suppresso nomine.

Huic adscribunt nonnulli libellum sub nomine Marci Ant. Sestini; sed Religioso Viro indignum, à Siciliæ Quæsitoribus prohibitum, cui titulus:

La Felicità caduta; la Costanza affinata, la Repubblica disordinata. Perusiæ apud Petrum Salvionem 1647. in 4. & Maceratæ apud Petrum Salvum 1648. in 4.

Messana illustrata. m. s.

PLACIDUS LO SCIGLIO Messanensis, ex Clericis Regularibus Ministrantibus Infirmis. Natus anno 1639. regulari instituto nomen dedit 1657. Vir morum integritate conspicuus: virtutibus, præsertim humilitate, & castimoniâ sui exemplum exhibuit. Diu Ordinis tyrones instituit: concionibus, ac morali Theologiâ clarus enituit. Præfecti munere pluriès sodales suos rexit. Messanæ vivere desiit 11. Octobris 1689. Italicè typis tradidit

L'Huomo al termine della Vita Discorsi Morali sopra gli Agonizzanti. Parte Prima, e Seconda. Messanæ apud Costam 1683. in 12.

PLACIDUS SESSA Messanensis, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor eximius: eruditione, & doctrinâ præclarus, floruit anno 1630. Ipsum laudat Joannes Bapt. Cortesius *in miscell. meditinal. decad.* 9. *epist.* 8. *pag.* 710. Edidit

Brevem Apologiam adversus Antipraxis nuper editæ Auctorem, pro octava Epistola decadis nonæ Miscellaneorum Comitis Joannis Baptistæ Cortesii. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1635. in 4.

PLACIDUS SPATAFORA Panormitanus Societatis Jesu, natus anno 1628. Parentibus, genere claris, Alphio Spatafora, & Vincentia Acquaviva, summa cura educatus, studiis operam dedit: Humanioribus litteris egregiè instructus, Philosophiæ ingenii præstantiam expolivit. Societatis Jesu institutum amplexus anno 1644. in ea quatuor solemnia concepit vota. Emenso graviorum scientiarum curriculo, in erudiendis, amœnioribus disciplinis, adolescentibus totus fuit. Has etenim sexennio publicè docuit; Societatis verò juniores per annos sexdecim, magno discipulorum progressu erudivit. Vir enim Græcis, latinisque literis apprimè excultus, diu infimis Societatis Scholis præfuit; ac sui opinionem plurimùm adauxit: sed impendio magis amplificaret, si oratoria, ac poetica, eximiè scripta, ingenii monumenta in lucem emisisset: at publicam utilitatem prospiciens, ea solummodo typis tradi permisit, quæ aliis emolumento essent, non nomini suo gloriam parerent. Nunquam otiosus semper aliquid, vel legendo, vel scribendo, literarium moliebatur; ni tantùm id temporis excipias, quod, musices peritissimus, ad animi relaxationem, in alligandis armonicis numeris aliquem dialogum, carmine Italico concinnatum, impendebat. Modestiâ, morum probitate, & eruditione insignis obiit in Panormitano Collegio primo Novembris 1691. Laudibus exornatur à Nataniele Sotuello *in Biblioth. Soc. Jesu pag.* 713. Laureto Matthæi in opusculo inscripto: *Prattica della retta Pronunzia Toscana pag.* 92. à Joanne Maria Amato *in orat.* 1. *studiorum pag.* 19. *& in notis n.* 135. *pag.* 123. & ab Antonino Lancella *in discursu edito in vestibulo Prosodiæ Italicæ ipsius Placidi*, Panormi 1709. Quæ typis consignavit, hæc sunt!

Patronymica Græca, & Latina. Panormi apud Augustinum Bosium 1668. in 4.

Phrascologia, seu Lugdodædalus utriusque linguæ latinæ, & Romanæ, Adolescentibus Rhetoricæ candidatis facem præferens. Pars Prima, & Secunda. Ibidem typis Petri Coppolæ 1688. in 8. Hoc opus in compendium contraxit P. Dominicus Staulaus Albertus Panormitanus, ejusdem Societatis; ediditque Panormi apud Angelum Fellcellam 1708. in 8.

Italicè

Prosodia Italiana, ò vero l'Arte con l'uso degli accenti nella volgar favella d'Italia. Colla giunta di tre brievi trattati: l'un della Zeta, e sua varietà: l'altro dell' E, ed O, chiusi, ed aperti: il terzo della buona, e rea pronuntia nelle due lingue Italiana, e Latina. Parte Prima, e Seconda. Panormi apud Petrum de Isola 1682. in 8. Venetiis apud Petrum de Orlando 1684. in 8. Neapoli apud Socios Parrinum, & Mutium 1695. in 8. & alibi. Sexta editio prodiit Panormi locupletata insigni verborum accessione tum ab eodem Auctore, tum à laudato Antonio Lancella Panormitano Soc. Jesu, ex typographia Francisci Cichè 1709. in 8.

Precetti Grammaticali sopra le parti più difficili, e principali dell' oratione Latina, Panormi apud Dominicum Anglesem, & Franciscum de Leone 1691. in 8. & apud Ignatium Calatrum 1695. in 8.

Prælo paraverat:

Orationes, & Poemata varia.

Vernaculâ, & Etruscâ linguâ

Dittionario Siciliano, e Toscano. Tom. IV.

POLUS Agrigentinus, Philosophus, Sophista, & Orator percelebris: Gorgiam Leontinum audivit, à quo, non sine magno pretio, eruditus est, teste Philostrato *in vitis Sophistarum lib.* 1. *pag. mihi* 500. aliisque; fuit etenim Polus vir ditissimus. Gloriæ summoperè cupidus, ubi ad publicos ludos populi è variis Provinciis confluebant, disserere consuevit: ideo-

Digitized by Google

ideoque brevitèr magnum sibi nomen comparavit; ejusque fama ubique diffusa inclaruit: ex Luciano *in Herodoto*. Addit Plato in Dialogo inscripto: *Theages, vel de sapientia*, eâ sapientiâ Polum cumulatum effulsisse, ut cùm Urbes adiret, eloquentiæ vi, nobilissimos, ditissimosque adolescentes ad se alliceret: eoque suadente, ut facundiæ studio incumberent, ad ipsum se conferebant; ac ingenti mercede persolutâ, facultatem hanc amplectebantur. Ad quamcumqs interrogationem literariam se responsurum, ac de qualibet materia se disputaturum profitebatur: ex eodem Platone *in Gorgia, vel de Rhetorica*; ubi Polum cum aliis alloquentem introducit. Nonnulli, teste Philostrato *cit.* Polum paria orationis membra, contraria, & similitèr desinentia, adinvenisse tradunt: at non rectè, nam hic elocutionis ornamentis, jam prius inventis, abusus est: quod confirmat Volaterranus *in anthropol. lib. 18. pag. 257.* Hofmannus *in lex. tom. 2. pag. 183.* & Leonardus Cozzandus *de magist. antiq; Philosoph. lib. 5. cap. 3. pag. 335.* id & ego scripsi *in observat. ad Siciliam Inventricem Vincentii Auriæ cap. 8. §. 4. pag. 138.* Ideoque Plato hanc antithesis frequentiam Polo objecit; etsi ipse tali orationis lenocinio gloriatetur, ex Philostrato, & Volaterrano citatis. Inter alios fuit Poli auditor Lycimnius. Philosophiam egregiè calluit, teste Aristotele *in proœmio methaph.* Claruit eodem ævo, ac Plato, & Gorgias, nempè circa olymp. 80. ante Christum natum an. 456. De Polo vide, præter Auctores supra allatos, Suidam *tom. 2. pag. 580.* Fazellum *de reb. Sicul. dec. 1. lib. 6. cap. 1. pag. 136.* Lascarem apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib. 1. pag. 21.* Goltzium *in Sicil. hist. post. pag. 88.* Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Agrig. pag. 332.* Vossium *de Rhetorices natura, & constitutione cap. 10. pag. 670.* Petrum Angelum Speram *de nobilit. Profess. Gramm. l. 4. pag. 311.* aliosque. Scripsit ex Suida, & nonnullis ex adductis Auctoribus:

Geneologiam Græcorum, & Barbarorum, qui ad Ilium militarunt, & quomodo eorum unusquisque illic obierit; Naviumque Catalogum.

De Vocabulis librum.

Joannes Stobæus *ser. 51. de Justitia pag. 88.* fragmentum adducit ex Polo Pythagorico. Extat & Poli Pythagorici fragmentum ex libro de justitia, in opusculo inscripto: ex quorumdam Pythagoreorum libris fragmenta, Guilelmo Cantero interprete, post Diogenem Laertium. 1595. in 8. *pag. 713.*

POLYCARPUS ALLOUS, ex oppido Frazanii, vulgò *Frazzanò*, Ordinis S. Basilii, natus 19. Decembris 1658. in regularem ordinem ascitus, in eo doctrinâ, & morum præstantiâ semper eluxit. Commissarii Generalis, Definitoris, & Provinciæ Siculæ Procuratoris Generalis munere claruit. Abbatis dignitate insignitus, præfuit Cœnobiis Medii-justii, Panormi, & alibi. Cùm Panormi novum S. Basilii Monasterium, ejus operâ excitassent Basiliani, in eo omnium primus constitutus est Abbas: in eoque fundando, non modicam pecuniæ vim erogavit. Vivit hoc anno 1712. eadem dignitate præclarus Panormi. De eo Antoninus Magrì *in notit. dicti Monasterii Panormitani pag. 41.* & Vincentius Auria *in hist. Chronol. Proregum Siciliæ pag. 218.* Edidit Italicè

Brievi Instruttioni per le Monache Oblate dell' Ordine del Protopatriarca S. Basilio, raccolte dalle sue Regole, Constitutioni, e Decreti Pontificii: con l'Aggiunta dell' Indulgenze, e Cerimonie nel vestir l'habito. Panormi apud Anglesem, & Leonem 1691. in 4.

POLYCLETUS Messanensis, Medicus doctissimus; celeberrimus inclaruit eodem ævo, quo Phalaris Agrigentinos tyrannide vexabat: annos nempè 571. ante Christi Domini adventum, ex Placido Reina *in not. histor. Messanæ par. 1. pag. 124.* ubi de Polycleto. Ab eodem Phalare Agrigentum accersitus, ut lætalem ejus morbum curaret, medicâ ope tyranno sanitatem restituit: id verò molestissimum Agrigentinis fuit; potiùs enim ejusdem mortem exoptabant, ut ab ejus sævitia absoluti, libertatem assequerentur. At Tyrannus Polycleto gratitudinem professus, magnis præmiis, ampliss imisque divitiis liberatorem suum munificentissimè cumulavit. Immò beneficii memor, eo instante, Calleschro, qui insidias tyranno extruxerat, libertatem concessit. Hæc ex ejusdem Phalaris epistolis habemus, si verè Phalaris sunt epistolæ. Polycleti etiam meminere Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag. 37.* Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib. 1. pag. 18. & 26.* Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 6. cap. 1. pag. 131.* Joannes Jacobus Adria *de situ Vallis Mazariæ* apud Reinam *cit. pag. 124.* Matthæus Silvagius *de trib. Peregrinis cap. 42. pag. 150.* Leander Albertus *in Insulis pag. 41.* Goltzius *in Sicil. hist. post. pag. 92.* Andreas Tiraquellus *de nobilitate cap. 31. pag. 299.* Ludovicus Morerius *in dict. tom. 2. pag. 585.* aliique. Quæ scripserit Polycletus, haud tradunt allati Scriptores. Plinius inter Auctores, ex quibus librum 31. historiæ suæ naturalis, de medicina animaliuni aquatilium, & de aquarum mirabilibus, excerpsit, Polycletum recenset: & ex eo Josias Simlerus *in epitom. Biblioth. Gesneri pag. 153.* ac id de nostro Polycleto intelligendum puto.

POLYCRITUS Historicus, & Poeta antiquissimus, quem patriâ Mendesium vocat Laertius *lib. 2. in vita Æschinis*. At ex Vossio *de histor. Græcis lib. 2. pag. 405.* legendum Mendæum, à Mende Siciliæ, vel Thraciæ Urbe. Sed Mendæum Siculum, non Thracem, fuisse, satis innuere videntur tum libri ab ipso scripti, & infra notandi: tum etiam, quæ tradit Diodorus Siculus *lib. 13. n. 83.* ait enim Polycritum, aliquando Agrigenti militiam secutum, Gelliæ celeberrimi Agrigentini

Digitized by Google

ni cellam vinariam immensæ magnitudinis observasse. Mendæum medicum vocat etiam Plutarchus *in vita Artaxersis.* Mendæ autem Siciliæ Urbs, cujus rudera hodie in agro Netino spectantur, propè Ecclesiam S. Luciæ de Mendola. Consule Octavium Cajetanum *in animad. ad tom.* 1. *SS. Siculor. pag.* 77. *n.* 1. *& pag.*80. *n.*17. & Joannem Andream Massam *in Sicilia par.*2.*pag.*108. Inter Siculos Poetas Polycritum recenset Joannes Vigintimillius *in tabula Siculorum Poetarum*, quam libro *de Poetis Siculis* præfixit: ex eo inter Siculos collocat Hieronymus Ragusa *in Elogiis Siculor. pag.* 240. *& in Siciliæ Biblioth. veter. pag.*234. Quo vixerit ævo haud certè liquet. Vossius *de hist. Græcis lib.* 3. *pag.* 405. *& de Poetis Græcis pag.* 94. inter incertæ ætatis Historicos, & Poetas recenset. Ex Gyraldo *de Poetar. histor. dial.* 3. *pag.* 96. claruit circa olymp. 35. quod veritati penitùs adversatur: scripsit enim Polycritus de Dionysio juniore Syracusarum tyranno, qui olymp. 109. è tyrannide ejectus est, teste Eusebio *in Chron.* Adde etiam, vixisse tempore Gelliæ Agrigentini, ex Diodoro *loc. cit.* qui eodem teste *lib.* 13. *n.* 90. post Agrigenti direptionem decesit olymp. 93. Scripsit, ex Laertio *in vita Æschinis*, librum

De Dionysio Tyranno juniore, cujus historiæ librum primum citat.

De Rebus Siculis, *opus carmine heroico*. Ex Aristotele *lib.*1. *de mirabil. auscul.* De hoc opere etiam Gyraldus *loc. cit.* Franciscus Patritius *in Poetic. dec. hist. lib.* 1. *pag.* 95. Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græc. pag.* 428. Hofmannus *in lex. to.* 2. *pag.* 184. Augustinus Inveges *in apparatu ad Annales Sicul. sect.* 2. *cap.* 1. *n.* 13. *pag.* 40. & Michael de Judice *in addict. ad eumdem pag.*91. Vossius *de histor. Græc. cit.* qui Historicũ Poema fuisse ait. Sed an hoc opus sit à primo diversum, haud satis liquet. Citatur etiam à Fazello *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 42. qui Polycletum mendosè vocat. Polycritum ab Aristotele alibi citatum observat Gyraldus, additque ab eodem Aristotele, diligentem, & accuratum Auctorem vocari. Ex Vossio *loco citato*, alius est fortasse Polycritus ille à Plutarcho memoratus *in vita Alexandri*, & à Plinio in elencho Auctorum, quorum operâ librum duodecimum historiæ naturalis confecit: ut etiam ille ab eodem Plinio *lib.* 31. *cap.* 2. & Antigono Carystio *in mirabilium historiarum collectaneis cap.* 150. adductus.

POLYDORUS Syracusanus legislator, sive legum interpres. Hujus meminit Diodorus Siculus *lib.* 13. *n.* 35. qui regnante Hierone condidisse ait:

Leges Syracusanorum.

At Syracusani non Legislatorem, sed Legislatoris interpretem nominaverunt; leges enim à Dione priscâ linguâ conscriptas, & intellectu difficiles, exposuit. De eo Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 16. & Jacobus Bonannus *in Sirac. Illust. lib.* 2. *pag.* 344. qui olymp. 140. claruisse tradit; nempè ante Christi Domini natalem an. 216.

POLYZELUS Messanensis Historicus, Ibyci Poetæ Pater, ex Suida *tom.* 1. *pag.* 1217. Lilio Gregorio Gyraldo *de Poet. histor. dial.* 9. *pag.* 341. Vossio *de hist. Græcis lib.* 4. *cap.*1. *pag.* 432. *& de Poetis Græcis pag.* 91. Hofmanno *in lex. tom.* 2. *pag.* 186. & Morerio *in dict. tom.* 2. *pag.* 882. At Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 17. & 18. Placidus Samperius *in Iconologia Mariæ V. lib.* 1. *pag.* 32. aliique tradunt, Ibyci patrem Rheginum fuisse. Vide de Ibyco in hujus Bibliothecæ *tom.* 1. *pag.* 306. Vixit ex Vossio, Hofmanno, & Morerio circa olymp. 50. ante Christum natum an. 576. Scripsit

Res Historicas. At Auctorũ nullus, quas scripserit historias prodit.

POMPEUS DE ANGELIS. v. Paulus de Angelis *pag.* 120.

POMPEUS RAGUSIUS Mazarienfis, Ordinis Carmelitarum, vir doctrinâ, virtute, ac prudentiâ præclarus. Philosophiæ, ac Theologiæ scientissimus, has scientias in præcipuis Ordinis Academiis magna cum nominis fama docuit; Romano enim, Neapolitano, Patavino, & Papiensi Lycæo Regentis munere præfuit. In publica etiam Papiensi Academia Methaphysicam docuit, & Magistri titulum promeruit. A virtutum ornamento laudatus omnium Italiæ Principum amorem sibi conciliavit: magnâ etenim vitæ probitate effulsit; ac regularis observantiæ zelo mirificè æstuavit. Romæ Procuratoris Generalis munus exercuit; aliaque Ordinis præclara gesit munia, magnâ cum laude. At dum ad alias dignitates Pompeum evocabant eximia viri promerita, ut artiùs Deo vacaret, & eminentiori perfectæ vitæ studio operam daret, Tropeæ Episcopatum respuit; ut etiam supremam totius Ordinis dignitatem: quod non sine Pontificis, ac Romanæ aulæ admiratione, contigit. Tandem in patrium Mazariæ Cœnobium secessit, quod nonnullis amplificavit bonis; ibique anno ætatis suæ 64. decessit 20. Junii 1600. At ne tanti viri memoria excideret, hoc fuit epitaphio cohonestatus.

D. O. M.

Magistro Pompeo Ragusio Salinuntino inter suos doctissimo, Pio V. Pontif. Max. Carmelitarum Generali Procuratori, Conventus Mazariæ beneficiorum memor lapidem hunc erigi curavit. Obiit A. D. M. DC. sexagesimum quartum agens annum, die xx. Junii.

Hujusce viri laudes recensent Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 538. *&* 543. Petrus Lucius Belga *in Biblioth. Carmel. pag.* 16. *&* 83. Hippolytus ab Hippolyto *in emblemat.* & Joannes Maria Fornarius *in anno memor. Carmelitar. tom.* 2. *pag.* 729. Scripsit ex Joanne Petro Crescentio *in Præsidio Romano pag.* 108. *Methaphysicam.*

Ex

Digitized by Google

Ex Pirro verò :

Plurima Volumina Philosophiæ, & Theologiæ. Commentaria in Joannem Bocchonum. Hæc Pompei Commentaria, cùm m. ſs. ſervarentur in Mazarienſi Cœnobio, Generalis quidam Carmelitarum ex eo ſubtulit, & ſub alio edidit nomine, ut *in additionibus m. ſs.* apud me Joſephi Centorbi *ad Topographiam Mazariæ Joannis Jacobi Adriæ* obſervo.

PORPHYRIUS Siculus Philoſophus. Plura hic eſſent diſquirenda de Porphyrio : at brevitèr multa paucis contraham. Duos Porphyrii nomine extitiſſe nonnulli produnt. Primus ortu Tyrius, ex Eunapio Sardiano *in vitis Philoſophor.* & Libanio apud Socratem *in hiſtor. Eccl. lib. 7. cap. 2.* vel Batanæus, natione Judæus, ut S. Hieronymo placet *in epiſt. ad Galatas præf. lib. 1.* Fuit profeſſione Philoſophus, qui Chriſtianam religionem impiis libris oppugnavit ; ejuſq; convitia, ac vanæ doctrinæ tumorem retundere ſtuduerunt Methodius Tyri Epiſcopus, Euſebius Cæſarienſis, Apollinaris Leodiceus Epiſcopus, S. Auguſtinus, aliique. Secundus fuit Siculus, quem Philoſophum nobilem, ac celeberrimum vocat S. Auguſtinus *lib. 2. retract. cap. 31.* ait enim: *Porphyrium Philoſophum ex Sicilia nobilem, famâque celeberrimum extitiſſe.* Hunc verò à blaſphemo Porphyrio diverſum apertiſſimè tradit idem Auguſtinus *epiſt. 49. ad Deogratias*: hæc etenim ſcribit: *Miſſæ ſunt mihi à Carthagine quæſtiones ſex, quas propoſuit amicus quidam, quem cupiebam fieri Chriſtianum, ut contra Paganos ſolverentur ; præſertim quia nonnullas earum à Porphyrio Philoſopho propoſitas dixit; ſed non eſſe arbitror Porphyrium Siculum illum, cujus fama eſt celeberrima.* Immò hunc Siculum non fuiſſe Chriſtiani nominis inimicũ, ſed Chriſtianæ religionis propugnatorem, prædicat idem Auguſtinus *de conſ. Evang. lib. 1. cap. 15. Quid, quòd,* ait, *iſti vani Chriſti laudatores, & Chriſtianæ Religionis obtrectatores, propterea non audent blaſphemare Chriſtum, quia Philoſophi eorum, ſicut in libris ſuis Porphyrius Siculus prodidit, conſuluerunt Deos ſuos, quid de Chriſto reſponderent? illi autem oraculis ſuis Chriſtum laudare compulſi ſunt.* Ideoque Siculus Porphyrius, etſi Ethnicus, de Chriſto Domino optimum teſtimonium retulit, teſte Auguſtino. At Deſertor ille Porphyrius Tyrius in Chriſtum blaſphemias evomuit, & in Chriſtianos ſtylum impiiſſimè exacuit. Tyrius vixit ſub Gallieno Imper. ac Romam venit anno ejusdem Gallieni decimo, Chriſti 264. ex eodem Porphyrio *in vita Plotini.* Siculus verò claruit anno Chriſti 400. ex Octavio Cajetano *in Iſagog. ad hiſtor. Siculam cap. 34. n. 2. pag. 238.* fortaſſe enim eodem Auguſtini tempore vixiſſe conjecit. At incertum eſt, ait Cajetanus, fueritne ille Porphyrius, qui Africæ Proconſul præfuit anno 407. *ex cod. Theodoſiano* : Sanè conſentiunt tempora, & famæ celebritas. Hinc minus rectè Baronius *annal. to. 2. an. 302.* contra Auguſtinum exiſtimavit, eumdem fuiſſe Porphyrium Siculum, ac illum, qui contra Chriſtianos edidit commentaria. Satis exploratum eſt Porphyrium Tyrium in Siciliam appuliſſe, ut innui *in apparatu to. 1. §. 3. n. 20. pag. xxij.* nam è Græcia Romam veniens, ibi Plotinum Philoſophum Platonicum audivit : at ab ejus doctrina aberrando, Româ abire compulſus, Meſſanam in Siciliam profectus eſt : inde Lylibœum ad Probum Philoſophum Siculum digreſſus ; eò ſe contulit Plotinus, qui Porphyrium, præanimi ægritudine penè confectum, allocutionibus ſuis Philoſophicis ſanitati reſtituit, ex Eunapio Sardiano *in vitis Philoſ.* & ex eodem Porphyrio *in vita Plotini*, qui anno 15. Gallieni id accidiſſe tradit ; nempè anno Chriſti 269. Lylibœi diutiùs permanſit Porphyrius, eodem teſte *in vita Plotini*, ibique nefarios libros contra Chriſtianam Religionem elaboraſſe putat S. Hieronymus *de ſcrip. Eccleſ. in Euſebio Cæſarienſe*, & poſt alios, Lucas Holſtenius *in diſſertatione de vita, & ſcriptis Porphyrii cap. 3.* contra Baronium, qui in Bithynia, non in Sicilia hos libros ſcripſiſſe putavit. Holſtenium ſequitur Leo Allatius *de Methodiorum ſcriptis pag. 351.* Hinc ſatis compertum eſt, ut rectè obſervat Octavius Cajetanus *loc. cit. pag. 240. Pleriſq; errori locus ; quod enim Porphyrius Tyrius in Sicilia ſcripſit adversùm Chriſtianos, putatum eſt illis, hunc Porphyrium, qui ſcripſit, fuiſſe Siculum, falſique ſunt.* Id verò jam indicaverat *in Idea de vitis SS. Siculor. pag. 7.* Etſi aliud deducat Holſtenius *cit. cap. 2. pag. 18.* nempè, quòd ex diuturna commoratione Porphyrii Tyrii in Sicilia exortus ſit error D. Auguſtini, qui ait, Porphyrium hunc, Chriſtianis infeſtum, à Porphyrio Siculo diverſum, cùm idem ſit: & quia diù Siciliam inhabitavit, Siculum putarunt nonnulli. At unum ab alio diverſum fuiſſe ex ſupra relatis ſatis colligitur. De hoc etiam Siculo Porphyrio Hieronymus Raguſa *in Siciliæ Biblioth. vet. pag. 234.* qui Chriſtianum Scriptorem vocat, ex Carolo Morabito *in annal. Eccleſiæ Meſſan. pag. 277.* at apud Morabitum, Chriſtianum fuiſſe Scriptorem non video. Ab Auguſtino verò *de conſ. Evang. lib. 1. cap. 5.* Ethnicum fuiſſe liquet: quod etiam tradit Cajetanus *in Iſag. cit. pag. 239.* Ex his deceptos videmus illos, qui Porphyrium blaſphemum, Siculum fuiſſe ſcripſere : hos inter Nicephorus Calliſtus *in hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 13.* Sebaſtianus Medicus *in ſumma omnium hæreſum p. 584.* aliique. Nicephoro adverſatur Holſtenius *cit. cap. 2. pag. 18.* qui obſervat, quòd cùm Nicephorus Euſebii locum *ex hiſt. Eccl. lib. 6. cap. 19.* excerpſiſſet, Siculum falsò protulit Porphyrium, quod apud Euſebium non legitur. Meritò etiam Cajetanus *cit. pag. 238.* erraſſe notat Doctores Pariſienſes, qui Indicem operum S. Auguſtini condidere ; nam in eodem indice Porphyrium Siculum hæreſis inſimulant ; Porphyrium enim Siculum, cum Porphyrio

Digitized by Google

phyrio Tyrio confundunt. Porphyrius itaque Siculus, Philosophus celebratissimus, clarus anno 400. scripsit *libros aliquot*, ex Augustino *de cons. Evang. lib.* 1. *cap.* 15. at de qua differuerit materia, nec ipse, nec alius prodit.

PRIAMUS CAPOTIUS Lilybœtanus, Juris utriusque Doctor egregius. Vir politioribus literis excultissimus, Poeta lepidus, & elegantissimus. Anno 1517. dum Regium Fisci Patronum ageret, in populari seditione, quâ Joannes Lucas Squarcialupus Panormum exturbavit, ab insana plebe biduo pervisitus est: & tandem 26. Julii propè Ecclesiam S. Joannis de Tartaris, in cujusdam mulierculæ domo; in qua latitabat, inventus, per Urbem penè totam raptatus, ac vulneribus confossus, interfectus est, teste Fazello *de reb. Siculis dec.* 2. *lib.* 10. *cap.* 1. *pag.* 603. quem sequitur Maurolicus *in hist. Sicil. lib.* 6. *pag.* 197. & Josephus Bonfilius *in hist. Sicil. par.* 2. *lib.* 1. *pag.* 411. De Priamo etiam Michael Hertzius *in Biblioth. Germanica par.* 2. *n.* 1613. & Joannes Jacobus Adria in libro m. s. de Valle Mazariæ, qui Poetam epigrammatarium vocat, ac filium Theseum Capotium, Poetam etiam epigrammatarium, reliquisse testatur. Edidit ex Gesnero *in Biblioth. pag.* 706. opus inscriptum:

Friderices, ad Fridericum Saxoniæ Electorem. Est autem encomium heroicum in laudem Friderici primi Marchionis Missensis, ob victum Adolphum Imperatorem, & Suevicum exercitum è ditione sua prostigatum. Lipsiæ excudit Mauritius Brandis 1488.

Ex Adria citato edidit etiam

Regis Lusitaniæ opus, de Continentia.

PROBUS Lilybœtanus Philosophus doctissimus, & æquè disertissimus, qui sapientiæ famâ Porphyrium Philosophum in Siciliam appulsum ad se traxit: ideoque Lilybœum adiit, ut Probum cognosceret, & audiret; idque anno 15. Gallieni Imperatoris, ex eodem Porphyrio *in vita Plotini*, nempè anno Christi 269. ex Luca Holstenio *in dissertatione de vita, & scriptis Porphyrii cap.* 2. *pag.* 15. Diù apud Polum moras protraxit Porphyrius, ut innui in apparatu hujus operis §. 3. *n.* 20. *pag. xxiij.* De Probo etiam Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 21. Marius Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 28. Rocchus Pirrus *in not. Eccles. Mazar. pag.* 562. Leander Albertus *in Insulis pag.* 52. Goltzius *in Sicil. hist. post. pag.* 87. Christophorus Scanellus *in Chron. Siciliæ*, Vincentius Littara *in Corrad. lil.* 3. *pag.* 155. & Franciscus Flaccomius *in Sicelide sect.* 3. *pag.* 36. qui omnes Probum Lilybœtavum fuisse tradunt. At Matthæus Silvagius *de trib. Peregrinis cap.* 48. *pag.* 172. ait: *Ex monte quidem Erice fuit Probus Philosophus oriundus, qui per antonomasiam fuit Lilybœtanus nominatus.* Scripsit.

Philosophicas Lucubrationes. At omnes librorum nomina silentio prætereunt.

PROSPER FABARIUS Narensis, Ordinis S. Augustini, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus. Natus anno 1647. parentibus Laurentio Fabario, & Elisabetha Nobili, adolescens anno 1664. regulare institutum amplexus est. Editâ solemni professione gravioribus studiis operam dedit, & ob egregias ingenii dotes, quibus insignitèr excelluit, in scholasticis disciplinis mirificè profecit. Doctrinâ excultissimus Philosophiam, ac Theologiam Regentis munere per annos vigintiquatuor, magnâ sui opinione, docuit in præcipuis Siciliæ, & Italiæ Cœnobiis. In disputationibus acre, ac eminentissimum patefecit ingenium, cum doctiorum laude, ac plausu: ideoque egregiam nominis famam adeptus, Magistri gradu insignitus est Romæ. In Dogmaticis præsertim rebus impensè eminuit. Romæ omnium scientiarum theses publicè propugnandas exposuit, multis adstantibus S. R. E. Cardinalibus, ac primæ notæ Præsulibus: in omnibus enim disciplinis versatissimus, longè, latèque inclaruit. Eruditione etiam, & eloquentiâ valuit; at concionatoris munere animarum salutem, non laudem, seduló perquisivit. Græcæ, & Hebraicæ linguæ scientissimus, sacras literas laudabilitèr perscrutavit. Anno 1685. in Siciliam regressus Vicarii, & Visitatoris Generalis munere, exinde semel, & iterum Siculam Provinciam gubernavit, ad ejusdem clavum assumptus annis 1689. & 1706. Inter S. Inquisitionis Siculæ Consultores, & Censores adoptatus effulsit. Hieronymus Vigintimillius Episcopus Liparensis in suum delegit Theologum: ac sapientissimorum virorum, S. R. E. Cardinalium, ac Episcoporum insignium æstimationem promeruit. Vivit nunc vir sanè insignis, regularis observantiæ tenacissimus, magnis laudum præconiis efferendus, in patria, cujus Cœnobio pluriès præfuit. Edidit

Orationem Adventoriam ad Rev. P. F. M. Fulgentium Traballonum Priorem Generalem Ordin. S. Augustini. Messanæ apud Vincentium de Amico 1687. in 4.

Concionem habitam in Comitiis Generalibus, adstantibus nonnullis S. R. E. Cardinalibus, ac Præsulibus. Romæ.

Prælo paravit, ac quamprimùm in lucem emittet hæc alia:

Fastorum Israeliticorum Tomos V. in fol.

Flaviasæ Theologicæ de Pœnis Parvulorum opusculum. in 4.

Italicè

Lettera Pastorale a tutti i Prælati, e Principi Cristiani. in 4.

Meditazioni divotissime per tutti li giorni dell'anno. in 8.

Mortorio della Passione, e Morte di Nostro Signore in verso eroico. in 8.

Et alia

PROSPER JAMBERTONUS, sive JOANNES BERTONIUS, Platiensis, Ordinis Carmeli-

Digitized by Google

melitarum, vir acutisſimi ingenii, ac doctisſimus Sacræ Theologiæ Magiſter. In nonnullis Italiæ Academiis eamdem Theologiam publicè docuit. Solitudinis amantisſimus, ſuperiorum veniâ in eremum quamdam juxta veterem Platiam ſeceſſit: ibique omnibus mundi curis ſolutus ſanctè vixit, ſanctèque deceſſit. Ipſius meminit Joannes Paulus Chirandaus *in hiſt. Platiæ lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 173. *& lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 266. Scripſit, & inedita reliquit

Hiſtoriam Civitatis Platiæ. Hanc pluriès citat Chirandaus citatus; ac nonnulla ejus fragmenta exſcribit, præſertim *in lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 173. *cap.* 8. *pag.* 190. *& cap.* 11. *pag.* 211.

PROSPER INTORCETTA Platienſis, Societatis Jeſu, natus an. 1625. annum agens 16. miſſus à parentibus Catanam, ut Juriſprudentiæ ſtudiis ingenium admoveret, animarum zelo ſuccenſus, poſt aliquot menſes Meſſanam aufugit eo conſilio, ut in Societatem admiſſus, inde ad Indicam Miſſionem navigaret. Annuentibus tandem parentibus Societatem amplexus eſt anno 1642. in qua exacto ſtudiorum curriculo Martino Martinio adhibitus eſt Comes, qui unà cum aliis ſexdecim ad Sinas velificavit an. 1656. ut apoſtolicis miſſionibus illam vineam excolerent. Poſt innumera navigationis incommoda, ac pericula, Macaum appulſus, ibi quatuor votorum profeſſionem edidit. Mox Sinarum interiora ingreſſus, Eccleſiam Kiencianenſem in Provincia Kianſi, ſupra viginti annos Paſtore viduatam, laudabiliter rexit. Ibi indefeſſus Evangelii operarius intra biennium ad duo millia evangelica luce illuſtratos, Chriſto Domino aggregavit; & propriâ induſtriâ, & Neophytorum ope, Templum divino cultui extruxit. Non defuere incomparabili viro perſecutionum labores; nam ab Urbis Prætore apud Proregem inſimulatus tamquam Dux, & Choryphæus latronum, qui tunc ad quingentos illam Provinciam incurſionibus infeſtabant; Prorex Proſperum in vincula conjectum ad ſe mitti, Templumq; dirui juſſit. Sed talionis pœnam metuens Prætor, ob impoſitum crimen falſi, Templi tantummodò everſione contentus à Proſperi vexatione ulteriùs abſtinuit. At paulò poſt ſæviſſimâ exortâ in Evangelii Operarios tempeſtate, anno 1664. in carcerem detruſus eſt in Civitate illius Provinciæ Metropoli: mox militari copiâ ſtipatum Pekinum deduxere, ut Judicibus aſſiſterent; qui jam Proſperum unà cum majori parte Sociorum quingentis plagis infligendum, et ſi ſupervixiſſet, in Tartariam Deſertam rejiciendum, damnaverant. At cœleſtibus prodigiis territi Judices, mutatâ ſententiâ, viginti quinque Evangelii præcones (inter quos noſter Proſper) in Auſtralem Urbem Cantoniam exilio expulerunt; ibiq; omnes in quadam domuncula coanguſtati, militari cuſtodiâ retenti ſunt. Hinc Patres, ut Sinenſi Miſſioni Fidelibuſq; conſulerent, omnium ſuffragio Procuratorem deligere ſtatuerunt Proſperum, quem in Europam dimitterent; ſumma enim de eo erat ſociorum ſuorum opinio; ideoq; accerſito ex Urbe Macaenſi Socio, qui Proſperi locum impleret, & de numero captivorum ſalcèm cuſtodibus conſtaret, in Europam amandarunt. Acceptis itaque tantummodò à conſternata Vice-Provincia 20. nummis, & divinæ providentiæ innixus, difficillimo, longoq; itineri ſe commiſit. Tandem cùm Romam anno 1671. appuliſſet, Societatis Generali inſtitit, ut 40. Socios Sinenſi Miſſioni concederet, qui redditâ eidem Eccleſiæ tranquillitate, antiquis, & jam ſeneſcentibus Miſſionariis ſuccederent. Eâ occaſione Panormum digreſſus, virum egregium, laboriſq; patientè, demirati ſunt omnes. Cùm autem ad Sinenſes ſuos rediret, de captivorum Patrum liberatione nuncium accepit, ac de facultate Miſſionariis conceſſa à Sinenſi Rege, ubivis prædicandi Evangelium. Quæ verò, quantave noſter Proſper præclarè geſſerit, ac forti animo pertulerit in Eccleſia Ham-teheou Provinciæ Chekiam ſibi demandata, indefeſſè laborans ad ſupremam uſque ſenectutem, pro catholicæ fidei ſplendore, ac propagatione, videre licet in Hiſtoria edicti ab Imperatore Sinarum, in gratiam Chriſtianæ Religionis conceſſi, quam Pariſiis edidit Carolus Gobien. Tandem ad laborum præmium vir verè apoſtolicus evolavit 3. Octobris 1696. ex monitione ad lectorem libri ejusdem Proſperi *de cultu Sinenſi*. Hujuſce viri laudes vide apud Nathanaelem Sotuellum *in Biblioth. Soc. Jeſu. p.* 714. Simonem Molinarum *in præfatione ad librum de virtute, & uſu herbæ Thé*, Gemellum in libro *Giro del Mondo to.* 4. *p.* 179. *&* 191. Dum apud Sinas deſudaret, ſcripſit interpretationem latinam unius ex opuſculis Confucii Sinenſium Philoſophi, cujus operis titulus eſt:

Sinarum Scientia Politica-Moralis cum caracteribus Sinenſibus, & latinis, recognita, & edita Goæ 1667. in fol. Primum ejusdem Confucii librum antea ediderat in Sinis; cùm autem eſſet Romæ, totam paraphraſim integri textus Confucii imprimendam reliquit. Editus eſt etiam ejus liber inſcriptus:

Confucius Sinarum Philoſophus, ſive ſcientia Sinenſis latinè expoſita ſtudio, & operâ Proſperi Intorcetta, Chriſtiani Herdtrich, Franciſci Rougemont, Philippi Couplet Soc. Jeſu. Juſſu Ludovici Magni, eximio Miſſionum Orientalium, & literariæ Reipublicæ bono è Bibliotheca Regia in lucem prodit. Pariſiis apud Danielem Horthemels 1687. in fol. Hoc opus laudatur in Diario literatorum Parmæ an. 1687. p. 163.

Teſtimonium de Cultu Sinenſi datum ann 1668. editum cum aliis ejusdem argumenti operibus. Lugduni, & veneunt Pariſiis apud Nicolaum Pepi è via Jacobea ſub ſigno S. Baſilii 1700. in 8.

Digitized by Google

Italicè

Compendiosa Narratione dello stato della Missione Cinese cominciando dall'anno 1581. sino al 1669. offerta in Roma all'Em. Sig. Cardinali della Sacra Congregatione de Propaganda Fide. Romæ apud Franciscum Tizzonum 1672. in 8.

PROSPER PACIFICUS ex oppido Busacchini, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. Adolescens in Clericorum Seminario Montis-Regalis literarum studiis operam dedit: exinde regulare institutum amplexus, in eo doctrinâ, & eruditione claruit. Jurisprudentiam, & amœniores literas coluit. Floruit anno 1650. Edidit Italicè

Christo Disputante Poema heroico. Panormi apud Petrum Coppolam 1648. in 12.

Ineditum reliquit opus aliud inscriptum:

Vita di S. Caterina V. e M. in verso.

PROSPER TOMASELLUS Panormitanus, natus 22. Novembris anno 1687. humaniores literas didicit. Ad poetica studia ex naturæ beneficio allectus, in his non sine laude ingenii dotes exercet. Vivit hoc anno, quo hæc typis traduntur 1712. Nuper edidit Italicè

La Fede ristabilita dal Proto-Patriarca S. Basilio Magno Dottore di S. Chiesa, e Arcivescovo di Cesarea di Cappadocia, Tragicomedia spirituale. Panormi apud Gasparè Bayonam 1712. in 12. Prælo etiam paravit

La Marchesa d'Unslel.

La S. Maria Maddalena.

PROXENUS Siculus, incertæ ætatis, ac patriæ Historicus, scripsit

De Portis Siciliæ. Hujus operis librum primum citat Stephanus Byzantinus *de Urbibus ver. Gela pag.* 203. & iterum sine operis titulo adductum observo *ver. Chaonia pag.* 715. Lucubrationis hujus titulum Thomas de Pinedo *in observ.* ad locum citatum legendum putat: *de Urbibus Siciliæ.* Ita etiam vertit Cluverius *in Sicil. antiq. lib.* 1. *cap.* 15. *pag.* 198. At Vossius *de histor. Græcis lib.* 3. *pag.* 409. Hofmannus *in lexic. tom.* 1. *pag.* 687. *& to.* 2. *pag.* 220. & Samuel Bocartus *in Geograph. Sacra par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 29. *pag.* 551. Legunt: *de Siciliæ Itineribus.*

Scripsit etiam ex Vossio, Hofmanno *loc. cit.* & Pinedo *in Breviario Auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus pag.* 772.

Commentarios de Lacedæmoniorum Republica. Athanæus *lib.* 6. *cap.* 19. *pag.* 267. citat hujus operis librum secundum.

De Proxeno etiam Scholiastes Apollonii *lib.* 1. & Michael Apostolius *cent.* 9. *prov.* 76. apud Vossium citatum.

PTOLOMÆUS GALLINA Catanensis, Astrologus celebris, doctrinâ insignis, ac laborum patiens, claruit circa annum 1480. Cùm autem senio confectus decessisset, egregias ejus dotes laudavit Jovianus Pontanus *in tumulis lib.* 1. *pag. mihi* 3387. in libro etiam *de beneficientia pag.* 120. ipsius patientiam in laboribus, & molestiis perferendis, ac in itineribus suscipiendis summoperè celebrat. De eo etiam Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 94. & Joannes Bapt. de Grossis *in Decac. Catan. tom.* 2. *Cord.* 9. *pag.* 152. Scripsit, Pirro teste,

De Rebus Astrologicis.

PYTHON Catanensis Poeta, & Orator. Fuit à secretis Philippi Macedonum Regis, ut habemus ex Joanne Bap. de Grossis *in decac. Catan. tom.* 2. *pag.* 152. & Petro Carrera *in hist. Catan. vol.* 1. *lib.* 4. *pag.* 450. ex Joanne Tzeze *Chil.* 6. *n.* 38. qui Bizantinum vocat, ac Philippi scribam; aitq; Demosthenem Oratorem celeberrimũ, Pythonis faciem exhorruisse, nam ejus æmulus in arte oratoria fuit, & ipsius vim mirificè timebat: immò etiam in inferno eodem timore exagitatum fabulatur. Claruit olymp. 108. eo enim ævo celebris fuit Rex Philippus: ante Christum natum 344. Scripsit Python

Agenam satyricam fabulam. Ex Athæneo *lib.* 13. *cap.* 5. *pag.* 586. cujus fragmentum adducit. Dubitat verò fueritne Pythonis Catanensis, vel Alexandri Magni. Id ipsum tradit Franciscus Patritius *in Poetica dec. histor. lib.* 1. *pag.* 103. Idem Athenæus *lib.* 13. *cap.* 7. *pag.* 595. eamdem fabulam iterum citat: at Pythonis Catanensis, vel Byzantini fuisse scribit.

Digitized by Google

R



ADICATORUM ACADEMIA Meſſanēſis, vulgò *degli Abbarbicati*. Nonnulli ingenii præſtantiâ, & literarū gloriâ efflorentes, Academiam hanc excitarunt anno 1653. vix attamen exorta, ex Academicorum diſſidentiū animo, exaruit. At Albertus Tuccarus, Patritius Meſſanenſis, iterum jacentem excitavit: ſub ipſius tutela perbenignè renatam excepit anno 1654. in ejuſque Palatio ad maris proſpectum Academici conveniebāt. Symbolum ſibi delegit, Arvum raſtro diſciſſum, quo fœcunditatem promovetur, & naſcentes evelluntur herbæ; cui additum fuit lemma: *Ne ſteriles dominentur avenæ* ex Virgil. 1. *Georg.* Diù in ejuſdem Alberti ædibus ſplendidiſsimè inclaruit, & magno cum animi ardore in literarum ſtudiis inſudabant Academici eximii, in ipſius albo adſcripti. At exorto bello, à literarum ſtudiis avulſi ſunt, & hoc Palladis lycæum evanuit anno 1678. Laudatur à Dominico Arganantio *in Pompis Feſtivis pro ſolemnitate Epiſtolæ Marianæ pag.* 138. Edidit Italicè

Feſtoſi Preſagii dell'Accademia degli Abbarbicati per la Naſcita felice del Prencipe delle Spagne. Venetiis apud Bodium 1659. in 4.

RAINERIUS Panormitanus, Poeta ex antiquioribus Italicę linguę. Vincentius Auria tum in epiſt. ad Lectorem in calce *tomi primi carminum Joannis Bap. de Judice pag.* 478. tum etiam *in Sicilia Inventrice cap.* 9. §. 5. *pag.* 31. ait: Italicam Poeſim Panormi exortam circa annum 1240. ſub auſpiciis Friderici II. Imp. qui omnium primus horum carminum Academiam Panormi aperuit: & inter primos illius ęvi Poetas Rainerium recenſet. Hinc meritò vetuſtorū Poetarum gloria Rainerio deferenda. Clariſſimus Joannes Marius de Creſcimbenis hujus Poetæ meminit *in hiſt. Poeſis vulgaris lib.* 4. *pag.* 287. qui & *in comment. vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 13. anno 1230. erudite, ſolidèque Rainerium ſtatuit. De eo etiam Joannes Maria Amatus *in not. ad orat.* 1. *ſtudiorum n.* 134. *pag.* 120. & Fridericus Ubaldinus *in Catalogo Poetarum*, quem edidit unà cum libro inſcripto: *Documenti d'Amore* Franciſci Barberini: ac librum m. ſ. Carminum ejuſdem Rainerii citat apud Marium Mileſium. Solummodo extant Italicè Rainerii

Rime. In libro, cui titulus: *Poeti antichi raccolti da' Codici m. ſſ. della Biblioteca Vaticana, e Barberina da Monſ. Leone Allacci.* Neapoli apud Sebaſtianum de Alecce 1661. in 8. cujus fragmentum recuſum invenies apud Creſcimbenium dict. *vol.* 3. *pag.* 16. Extant & apud Joannem Georgium Triſſinum *in Poetica diviſ.* 4. *pag.* 52. aliqua ejuſdem Carmina.

RAINERIUS SCIPIO CHIAVELLUS Panormitanus, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor egregius. Claruit doctrinâ inſtructiſſimus anno 1590. Edidit

Dilucidationes in tertium Ariſtotelis librum de Anima, & Intellectu. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1591. in 4.

RAPHAEL BONHERBA Argyrenſis, vel ut recenti nomine vocant, S. Philippi Argyrenſis, Ordinis S. Auguſtini, Philoſophus, ac Theologus doctrinâ ornatiſſimus. Diù Philoſophiam, ac ſcholaſticam Theologiam ſodalibus ſuis tradidit: ac S. Theologiæ Magiſter renunciatus eſt. Concionatoris, eruditione, & eloquentiâ clari, laudes promeruit. Siculam Provinciam rexit non ſine prudentiæ laude. Joanni Lozano Archiepiſcopo Panormitano gratiſſimus extitit, ejuſque Theologus, & Examinator fuit. Tandem in patriam ſuam ſeceſſit, ubi ſenex anno ętatis ſuę 81. deceſſit 5. Aprilis 1681. Edidit

Totius Philoſophiæ naturalis Diſputationes per quatuor tractatus diſtributas, in quibus omnes Philoſophiæ inter D. Thomam, & Scotum Controverſiæ, principaliter cum Doctrina Cardinalis Ægidii, &c. illuſtrantur. Panormi typis Auguſtini Boſſii 1671. in 4.

Totius naturalis Philoſophiæ Diſputationes, Partem Secundam, in qua omnes de generatione, & corruptione, atque de Anima inter D. Thomam, & Scotum Controverſiæ principales cum doctrina Card. Ægidii illuſtrantur. Ibidem apud eumdem 1671. in 4.

Viridarium Bonherbæ in plures partes condiviſum, in quibus per plura quodlibeta tota floreſcit Theologia moralis. Ibidē apud eumdē 1671. in 4.

Secundam Partem Viridarii Bonherbæ, in qua quodlibeta quinque floreſcunt Theologiæ moralis. Ibidem apud Carolum Adamum 1674. in 4. Italicè

Sacri Problemi ſopra l'Evangelii di Quareſima reſoluti, e diſpoſti in forma predicabile. Parte Prima. Ibidem apud Boſſiū 1681. & 1671. in 4.

Seconda Parte. Ibidem apud Auguſtinum Boſſium 1667. in 4. edita ſunt problemata hæc latinè Moguntiæ 1670. in 4. ex Bibliographia Aniſſoniana anni 1702. *pag.* 22.

Prælo paraverat: *Partem Tertiam Viridarii de Juſtitia, & Jure.*

RAPHAEL MAFFÆUS Caſtroveteranenſis, Ordinis Prædicatorum, vir ingenio clariſſimus, & doctrinâ, vitæque integritate commendabilis. Caroli Regis Neapolis à Sacris fuit. Circa annum 1385. ſcripſit:

De vera Urbani VI. Pontificis electione. Opus hoc eidem Carolo Regi obtulit, ut relicto Pſeudo-Pontifice Clemente, legitimo Pontifici adhæreret. Sed cùm eſſet Rex Urbani VI. implacabilis hoſtis, immò & acerrimus perſecutor, Raphaelem in duriſſimum carcerem detruſit, cui ſolummodò panem, & aquam ad vitæ ſubſidiū

Digitized by Google

dari jussit. At interfecto post aliquot menses Carolo, libertati statim restitutus est. Deeo Fötana *in monum. Dominic. par. 2. c. 10. an. 1385. p. 251.* Ambrosius Altamuranus *in Bibl. Dominic. p. 570.*

RAPHAEL TRIGONA Platiensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, ac Concionator doctissimus. Ab eloquentia laudatus, in præcipuis Siciliæ Civitatibus, ut etiam Romæ, magna cum laude conciones habuit. Musas etiam egregiè coluit. Diù Romæ splendidè vixit, magnâ æstimatione prosecutus. Apud suos in Ecclesia Collegiata Platiæ Canonicatu insignitus fuit; & anno 1604. Vicarii Generalis munus Josephi Saladini Episcopi Syracusani, præclarè gessit. Hujus meminit Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Cat. pag. 101.* & Joannes Paulus Chiarandaus *in hist. Platiæ lib. 4. cap. 2. pag. 260. & cap. 3. pag. 266.* qui scripsisse testatur

Carmina multa latinè, & Italicè.

RAYMUNDUS DE AMICO Netinus, Ordinis Prædicatorum, Musices peritissimus. Claruit anno 1620. Edidit Italicè

Delli Mottetti ad una, due, tre, e quattro voci libro primo, e secondo. Messanæ apud Petrum Bream 1621. in 4.

RAYMUNDUS BONFILIUS Netinus, Ordinis Prædicatorum. In lucem editus 9. Octobris 1645. Dominicanam vestem induit Catanæ 1667. Gravioribus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis admotus, cum ingenii laude has amplexus est facultates. Lectoris munere insignitus in Cœnobiis Motycæ Philosophiam, Catanisectæ scholasticam Theologiam sodales suos docuit. Easdem etiam scientias, ut etiam Rhetoricam exteris tradidit. Sacram eloquentiam professus, per plurimos annos in præcipuis Civitatibus, oppidisque Siciliæ conciones habuit in quadragesimali curriculo; ab eruditione, Sanctorumq; PP. copia laudatus; nec sine animarum beneficio, ac nominis laude. Ideoq; non immeritò Concionatoris Generalis titulum promeruit. Cœnobia Motycæ, & Catanæ, S. Catharinæ, gubernavit. Vivit vir insignis, doctrinâ, morumque elegantiâ clarus, ac æstimatione haud exiguâ prosecutus. Edidit Italicè

Anno Sacro, ò vero Sermoni del Santissimo Rosario per tutte le Domeniche, e Feste principali dell' Anno diviso in due Tomi. Tomo Primo. Catanæ ex typographia Bisagnii 1708. in 4.

Prælo paravit

Anno Sacro. Tomo Secondo.

Quaresimale.

Avvento.

Panegirici Sacri.

RAYMUNDUS CINTHIUS LIGIPPUS Panormitanus, Poeta haud contemnendus. Vernaculâ linguâ edidit

Vita di S. Francesco Xaverio Apostolo dell' Indie, ristretta in Strofe Siciliane. Panormi apud Nicolaum Buam 1658. in 8.

RAYMUNDUS MARIA PROTUS Mylensis, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ lector, & Concionator eximius. Evulgavit Italicè

La Vita eterna estratta dalla temporanea Morte, Orazione Funebre per le solenni esequie di più Religiosi Domenicani defonti sotto il triennio del Provincialato del M. R. P. F. Lodovico Vita. Panormi apud Hæredes Isolæ 1691. in 4.

RAYMUNDUS DE PUTEO Messanensis, generis splendore illustris, Parci Princeps, & Episcopus Estensis. Ortus est anno 1619. Patre Joanne de Puteo, qui Messanæ anno 1631. Commendam, ut vocant, de Alcina, Ordinis Equitum Hierosolymitanorum, Messanæ fundavit. Ex diplomate dato Melitæ 14. Augusti 1660. ejusdem Ordinis insigniis cohonestatus, eâdem Commendâ donatus est, juxta Patris fundatoris mentem, qui duobus ejus successoribus ipsam reservaverat. Literarum studiis admotus eâ animi contentione graviores disciplinas amplexus est, ut Philosophicâ, ac Theologicâ doctrinâ animum abundè locupletaverit: aliisque scientiis amplissimè exornatus inter doctiores effulserit. His amœniores literas, & eruditionis copiam laudabilitèr innexuit. Inter Officinæ Messanensis Academicos recensitus, sæpius Poetica, & Oratoria ingenii monumenta non sine audientium plausu exposuit. Ideoque haud exiguam æstimationem in sui venerationem excitavit tum in Sicilia, tum etiam in Italia, & Hispania, quas, sciendi cupiditate exstimulatus, peragravit. Episcopus Estensis electus, doctrinâ, prudentiâ, aliisque animi dotibus Ecclesiam sibi creditam illustravit: ibique decessit 30. Octobris 1694. anno ætatis suæ 75. Magnificentissimo funere cohonestatus est Messanæ in Ecclesia Monialium S. Pauli, ubi Monialis ejus Soror Deo dicata degebat. Ipsum laudant Placidus Reina *in not. histor. Messanæ par. 2. pag. 533.* & Josephus Ambrosius *in descript. solemnitatis Epistolæ Marianæ pag. 616.* Quæ scripsit hæc sunt:

Romana Veritas contra Hæreticos. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1658. in 12.

De Anima. Venetiis apud Joannem Petrum Brigoncium 1664. in 12.

Sylva Variarum Quæstionum. Romæ typis Fabii de Falco 1667. in 12.

Italicè

Circulo Tusculano, ove si trattano alcune Propositioni Platoniche del Timeo: e si aggiunge la Scola Aristotelica con le sette de' Filosofi. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1656. in 12.

Contro gli Amori.

Che l'Unità conserva le Republiche, la Divisione le distrugge. Discorsi Accademici. In libro: *Prose degli Accademici della Fucina. Libro Primo.* Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1667. in 4.

Poesie. In libro: *Poesie degli Accademici della Fucina. Parte Terza.* Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12.

Servantur apud Hæredes hæc alia m. ss.

Compendium Summæ Canonicæ.

Compendium octo librorum Physicæ Aristotelis.

De Immortalitate Animæ rationalis liber.

RAY-

Digitized by Google

RAYMUNDUS RAYMUNDECTUS DE SANCTO MARTINO Catanenſis, Baro Pardi ſextus, & S. Catharinæ, vir à literis, & obitis præclarè muneribus ſatis celebris. Clariſſimo genere exortus, inclytam, & antiquiſſimam S. Martinorum familiam à Raymundecto de Sancto Martino, Sibari Domino, & Pardi Barone (cujus hæredes Pardi Principes) repetit ſuam, militari virtute inſigni, à quo Raymundecti cognomen poſteris ſuis in Siciliã effluxit. Patrem habuit Joannem Raymundectũ de Sancto Martino, Vicarium Generalem in Valle Neti, aliiſq; primariis in Sicilia honoribus egregiè conſpicuum, Matrem verò Beatricem Ruſſum, & Santapaum. Gravioribus ſtudiis addictus, ac doctrinâ inſtructiſſimus, Patriæ Academiam Juriũ Civilium ſplendore illuſtravit, primarius legum interpres. Ad nonnullos honorum gradus evectus longè, latèq; effulſit; & majora promeritus anno 1564. à Philippo II. Catholico Rege Sicilię Generalis Viſitator conſtitutus, eo in munere præclara vigilantiæ, ac prudentię veſtigia reliquit, & ſingularem obtinuit laudem. Cumulatis exinde meritis, poſt Tribunalium Siciliæ reformationem; primus Conciſtorii Sacræ Regiæ Conſcientiæ Præſes electus eſt anno 1569. & Regni Siciliæ Deputatus fuit. Pragmaticas ſanctiones, Catholici Regis nutu, per ſexcenta penè volumina diſperſas, magno labore collegit, & maximo Regni commodo in duas partes digeſſit: opus à nonnullis inſignioribus viris pluriès tentatum, & ob nimiam difficultatem derelictum. Regni ejuſdem Capitula etiam non abſimili profectu in meliorem ordinem redegit, & illuſtravit. Anno 1575. in Hiſpaniam accerſitus, ut Regentis Regnorum Italiæ dignitate in Supremo Conſilio præeſſet, illìc per annos ſeptem in difficillimis, & gravioribus Hiſpanæ Monarchię negotiis pertractandis eximiam ſui prudentiam, ac doctrinam inſignitèr patefecit. Eâ valuit æſtimatione apud laudatum Regem Philippum, ut ipſe, datis literis Segoviæ 20. Junii 1578. ad Joannem Leveſque, Hieroſolymitanæ Religionis Magnum Magiſtrum, fervidè inſtiterit, quominus Vincentio ejus filio ejuſdem Religionis equiti, promeritorum Raymundi Patris, ejuſque familiæ illuſtrium proavorum intuitu, decurreret antiquitas, vulgò anſianitas, fieretque capax omnium dignitatum, abſque eo, quod Melitam petat, vel ibidem reſideat, aut ſuper Religionis Triremes militet (id militiæ genus Caravanas vocant) quæ omnia ampliſſimo, ac ſingulari Privilegio (ſummiſque Principibus dari ſolito) dato Melitæ in Generali Capitulo 10. Decembris 1578. idem Magnus Magiſter conceſſit: & pro collato beneficio gratiarum actiones ab eodem Rege accepit 5. Junii 1579. Harum literarum, & privilegii authographum vidi apud Franciſcum Raymundectum de Sancto Martino, Equitem Hieroſolymitanum, ejuſdem familiæ ornamentum, à literis, antiquique doribus clarum. Tandem Raymundus quietis cupidus, ut in Siciliam remearet, veniam obtinuit: & ampliſſimo cohoneſtatus privilegio, nempè ut Præſidis titulo in omnibus Regni Tribunalibus, ac Status, bellique Conſiliis primum deferret ſuffragium, honorificè dimiſſus eſt. Viri præclariſſimi diſceſſum, nedum egregiæ laudes, verùm etiam magni momenti præmia in ſui, & filiorum beneficium ex regia liberalitate conſociarunt. At Genuam appulſus, morboq; correptus, ibidem extrema clauſit anno 1583. cujus cadaver ſtudio uxoris Agathę Ajutamichriſto, Bononię, & Corberæ, Panormum translatum 22. Maii 1584. in Eccleſia S. Dominici conditum fuit, ut ex libris Defunctorum Cathedralis Eccleſię Panormitanæ patet. Hujuſce viri mentio, & laudes extant apud Vincentium Ferrarottum *de officio Straticoti pag.* 7. Vincentium de Joanne *in Panormo Triumph. lib.* 12. *pag.* 126. Joannem Bap. de Groſsis *in decacord. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 149. Vincentium Auriam *in hiſtoria Chronolog. Proregum Siciliæ pag.* 300. & 302. Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Catan. pag.* 94. Andream Marcheſium *de Comitiis Siculis pag.* 380. Marium Cutellum *de donationibus tom.* 1. *tract.* 2. *diſc.* 2. *par.* 11. *n.* 80. Marium Mutam *tom.* 1. *in Prag. Siciliæ tit.* 1. *prag.* 1. Franc. Magrettum *in prag. Ducis Sermonetæ* §. 13. *n.* 7. *pag.* 236. alioſque. Multa ſcripſit, at ſolùm extant

Conſilium. In Selectis Conſiliis Petri Lunæ. Panormi apud Eraſmum de Simeone 1627. in fol.

Ad Bullam Apoſtolicam Nicolai V. & Reg. Pragmaticam Alphonſi de Cenſibus Annotationes. Apud Petrum de Gregorio *de Cenſibus*. Panormi typis Jo: Antonii de Franciſcis 1609. in 4. & iterum ibidem ex Officina Franciſci Ciotti 1622. in fol.

Summariis illuſtravit, & in laudabilem conſonantiam redegit

Regni Siciliæ Pragmaticarum Sanctionum Tomum Primum. Venetiis ex Officina Dominici Guerræi, & Jo. Baptiſtæ Fratrum 1574. & 1582. in fol.

Tomum Secundum. Panormi 1576. in fol.

Regni Siciliæ Capitula noviſſimè accuratiori diligentia impreſſa, &c. recognita, & in unum redacta. Venetiis ex Officina Dominici Guerræi, & Jo: Bap. Fratrum 1573. in fol.

Scripſit etiam

De Eccleſiaſtica Juriſdictione libros duos. Ex Groſſo cit. Inter Scriptores rerum feudalium, cum aliis celeberrimis Juriſperitis laudatur à Camerario Beneventano in quadam Reſponſione ad Joannem Antonium Cannetium in calce operis ejuſdẽ Cannerii *de feudis pag.* 369.

RAYNALDUS, aliis REGINALDUS MONTORUS, ſive DE MONTAURO, ET LANDOLINA nobilis Netinus, Ordinis Prædicatorum. Vir doctrinâ inſignis, eloquentiâ clarus, & à variis obitis muneribus celebris. Acutiſsimo ingenio inſtructus, omnium ſcientiarum ornamenta ſibi comparavit. Orator diſſertiſsimus, eloquentiâ valuit. Sacræ Theologiæ

Digitized by Google

logiæ Magiſter, in Salinaticenſi Academia, magno cum doctrinæ plauſu, ac diſcipulorum beneficio graviores diſciplinas docuit. Semel, & iterum Siculam Provinciam moderatus eſt. In Siculo S. Inquiſitionis Tribunali præfuit contra hæreticam pravitatem Generalis Quæſitor. A Ferdinando II. Aragoniæ, & Siciliæ Rege anno 1496. Epiſcopus Cephalæditanus poſtulatus, & ab Alexandro VI. conſecratus, Eccleſiam ſibi commendatam laudabilitèr rexit: nonnulla enim alienata à prædeceſſoribus bona recuperavit; & Eccleſiæ ſuæ jura impigrè propugnavit. Ipſius memoria adhuc viget in organi, iconis SS. Salvatoris, & chori ornamentis Cathedralis Eccleſiæ, in quibus gentilitia ejus ſtemmata adhuc ſpectantur. In rebus agendis ſummâ dexteritate polluit: ideoque pluriès Orator miſſus, Siculorum nomine, tum ad Regem memoratum, tum ad Summos Pontifices, nonnulla in univerſæ Siciliæ, Patriæ ſuæ, aliarumq; Urbium beneficium felicitèr obtinuit. Ab eodem Alexandro anno 1497. Sanctæ Cruciatæ Commiſſarius Generalis conſtitutus eſt in Sicilia, Inſuliſque adjacentibus, & Collector Decimarum ex eccleſiaſticis reditibus pro Ferdinando Rege, in Africani belli ſubſidium. Ab eodem Pontifice Judex Delegatus eligitur in controverſia Joannis de Caſtro S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopi Agrigentini, pro ampliſſimo legato locis piis relicto à Nicolao Peralta Calatabilloctæ Comite. A Julio II. Pontif. an. 1503. Abbatiam S. Mariæ de Arcu Neti accepit. Ferdinando Regi gratiſſimus fuit, à quo anno 1504. Franciſci Vitalis, Epiſcopi Cephalæditani prædeceſſoris ſui, refertiſſimam Bibliothecam obtinuit, quam ipſe notabilitèr locupletavit, ac poſt obitum ſuum legavit Eccleſiæ Cephalæditanæ: non Abbatiæ S. Mariæ de Arcu, ut Hieronymo Raguſa *in Siciliæ Biblioth. vet. pag.* 237. placet. Eo inſtante idem Rex Ingenioſiſſimæ titulum, ac nonnulla privilegia Neto patriæ ſuæ conceſſit. Anno 1499. Dalmatius Epiſcopus Syracuſanus, cùm extra Siciliam degere cogeretur, Eccleſiam ſuam Raynaldo adminiſtrandam reliquit. In Quæſitoris munere cùm prudentiæ, & doctrinæ dotes, animique conſtantiam, ac fidei zelum inſignitèr detexiſſet, à Ferdinando II. Neapolim miſſus eſt, unà cum Petro Bellorado Archiepiſcopo Meſſanenſe, ut in fundando ea in Urbe Inquiſitionis Magiſtratu deſudaret. Quos verò perculerit hac in re labores, habes apud Ubertum Foliettam *de tumul. Neapol. pag.* 37. Thuanum *in hiſt. ſui temporis lib.* 3. alioſque. Caput Alphonſi Regis è Cœnobio S. Dominici tunc tranſtulit in Siciliam juſſu Ferdinandi Regis, ut Joanni de la Nuza Siciliæ Proregi traderet: hic verò ad eumdem tranſmitteret Regem; ut habet Surita *in annal. Arag. tom.* 5. *lib.* 1. *cap.* 27. De hac translatione Capitis Alphonſi conſule Michaelem Muſcettolam in opuſculo: *de Translatione Regalis depoſiti Regis Alphonſi*, edito Neapoli 1667. Carolum Petram *de Trahſferendis Alphonſi de Aragonia cineribus.* Neapoli 1668. & Dominicum Antonium Parrinum *in Theatro Proregum Neapol. tom.* 3. *pag.* 257. Demum Raynaldus Siculorum Orator ad Ferdinandum Regem miſſus, dum in Hiſpania magni momenti negotia pertractaret, ibi pleuriſi correptus, meritis plenus fato ceſſit, menſe Octobris anno 1511. ac inter mortales celeberrimi nominis gloriam reliquit. Egregium virum laudibus condignis extollunt Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Meſſan. pag.* 364. *not. Eccl. Syrac. pag.* 226. *& not. Eccl. Cephal. pag.* 461. Michael Pius *de Viris Illuſtr. Dominic. par.* 2. *lib.* 3. *pag.* 98. *& in append. pag.* 404. *& in tab.* 1. *Epiſcopor.* qui duos diſtinguit Epiſcopos Cephalæditanos Raynaldi nomine, nempè, Raynaldum Montaurum, & Raynaldum Landolinam: at unus idemq; eſt de Montauro, & Landolina: de Montauro ex paterno genere, de Landolina ex nobiliſſima materna familia. Vide etiam Ludovicum Paramum *de origine Inquiſit. pag.* 31. Lucium Marinæum *lib.* 5. *epiſtol.* Vincentium Littaram *de reb. Netinis pag.* 136. *&* 139. Petrum Pipim, & Marianum Accardum apud ipſum, Vincentium Auriam *in hiſt. Cephalæd pag.* 77. Petrum Carrerum *in adnot. ad epiſt. Jo: Thomæ Moncatæ pag.* 167. Joannem Lopez *in hiſt. Domin. par.* 5. *lib.* 2. *cap.* 60. Vincentium Mariam Fontanam *in monument. Domin. par.* 3. *cap.* 11. *pag.* 396. *& in Theatro Domin. par.* 1. *cap.* 5. *tit.* 159. *n.* 7. *pag.* 164. *cap.* 6. *tit.* 2. *pag.* 331. *par.* 2. *cap.* 2. *tit.* 4. *pag.* 364. *& par.* 3. *cap.* 3. *tit.* 79. *pag.* 611. Benedictum de Paſſaflumine *de origine Eccl. Cephal. pag.* 70. Bartholomæum Carandinum *in deſcrip. Eccleſ. Cephal. pag.* 125. Ambroſium Altamuranum *in Biblioth. Dominic. pag.* 228. Joannem Michaelem Cavalerium in libro: *Galleria de' Pontefici, &c. dell'Ordine de' Predicatori tom.* 1. *chronol.* 1. *pag.* 321. alioſque. Ex nonnullis citatis Auctoribus edidit

De Reductionibus Naturalibus librum.

De futurorum contingentium difficultate Tractatum.

Orationem funebrem, quam Panormi habuit 16. *Novembris* 1497. *in obitu Joannis Aragonii Ferdinandi II. Regis filii.* Hanc editam ſe vidiſſe teſtatur Littara cit.

Super Libros Quatuor Sententiarum Volumina Quatuor. In Cœnobio S. Dominici Salamanticæ aſſervantur m. ſſ.

REACCENSORUM ACADEMIA PANORMITANA. Extinctâ jam Accenſorum Academiâ, ut innui *tom.* 1. *pag.* 1. quamplurimi Panormitani amœniorum literarum amore conflagrantes, ægrè ferentes tanta in Urbe, Regni Capite, tot miræ expectationis ingenia otio torpere, deſidiâ corrumpi, Academiam reſtituere curarunt anno 1622. ſub Philiberti à Sabaudia Principis regimine, Siciliæ Moderatoris integerrimi, ac laudatiſſimi. Hos inter omnium ferventior Petrus Corſettus Panormi-

Digitized by Google

mitanus, Juriſconſultus celeberrimus, hujuſce inſtaurationis Auctor celebratur: ideoque Petrus Reaccenſorum nomine Academiam inſignivit, ejuſque Phrenoſchema ſelegit, nempè ſilicem chalybe repercuſſum, ex quo ignis eliciuntur favillæ ad emortuum ignem excitandum: lemma verò Italicè: *A Prò degli Altri.* Innovatam Academiam virtutis amantiſſimus Prorex in Regium Palatium excepit: ibique Academicorum cœtus conveniebat; & inter eloquentiæ oblectamenta, Muſarumq; luſus, elegantiſſimè decertabant ingenia. In novæ inſtarationis exordio, ac animorum geſtientium confirmatione, duas habuere ornatiſſimas orationes viri duo, pari nobilitate, & eruditione inſignes, Carolus Maria Vigintimillius, & Berlingherius etiam Vigintimillius. Hæc Vincentius Auria *in hiſtor. Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 85. At in ipſo ætatis flore deficiente Prorege Philiberto, in ſacras D. Joſephi ædes Clericorum Regularium migravit Academia, ut teſtatur Hieronymus Matranga *de Academia ſyntag. 6. cap. 6. pag.* 187. quam paulatim tepeſcētem reaccendere ſtuduerunt, equites nonnulli cum Majolino Biſacciono Galeatii Comite, hiſtorico celeberrimo, ut ex ejusdem elogio in libro: *Glorie degl Incogniti pag.* 322. liquidò patet. Exinde ad Eccleſiam Confratrum S. Nicolai, retrò D. Franciſci Templum Minorum Conventualium tranſiit anno 1657. Demum in ipſo D. Franciſci Cœnobio ſedem fixit anno 1667. ibique in Divi Georgii Sacello, contra ſacrarium, die Mercurii conveniebant Academici ſingulis hebdomadis, amœniores excolebant literas, & cultiſſimæ eloquentiæ opes, Muſarum ſales, ingeniorumque acumina non ſine laude exponebantur. In Academicorum conſeſſu relati effulgebant viri non minùs nobilitate, quàm ingenio, eruditione, & ſcientiarum gloriâ præclariſſimi. Hujus Academiæ fervor, & ignis poſt nonnullos annos extinctus eſt: at iterum reaccendi bonarum literarum amantiſſimi exoptant: Deoque auſpice quamprimùm ejus gloriam revireſcere non deſperant. Eamdem laudibus ornant Franciſcus Balduccius *in epiſt. nuncupatoria ſuorum carminum*, primæ editionis, Petrus Antonius Tornamira *in epiſt.* etiam *nuncupat. Reſponſionum ad Octo petitiones*, Hieronymus Matranga in nuncup. libri inſcripti: *il Deſio Prigioniero*, Joannes de Sylva in opuſculo hiſpanico, cui titulus: *El Embaxador de Apollo*, Franciſcus Baronius *de majeſt. Panor. lib. 3. pag.* 85. Hyacinthus Maria Fortunius *in plauſib. Panor. pag.* 35. Neapolion Ricei *in adnot. ad Nicandrum Hier. la Mauna pag.* 634. Thomas Averſa in libro: *la Corte nelle Selve pag.* 162. Joannes Evang. Panormitanus *in anagramm. pag.* 25. Joſephus Galeanus *in carmin. lyricis pag.* 82. *&* 83. Paulus Ortalis *in relat. famil. Demi pag.* 36. Placidus Carafa *in Motuca Illuſtr. pag.* 12. aliique. Tandem Deodatus Franzonus *in oraculo linguæ Italicæ p.* 16. & eximius vir Blaſius de Avitabile in libro: *Componimenti diverſi de' Paſtori-Arcadi della Colonia-Sebezia pag.* 16. inter celebriores Academias recenſent. Sub Academiæ, vel Academicorum nomine prodiere Italicè

Componimenti diverſi dell' Academia de' Racceſi nella morte di D. Ferdinando Alfan de Ribera ed Enriquez Marcheſe di Tarifa, Principe di eſſa. Panormi typis Decii Cyrilli 1633. in 4.

Poeſie Latine, e Toſcane in lode del M. R. P. Carlo Giaconia de' Cler. Reg. Min. Ibidem apud eumdem 1649. in 8.

Fiori al M. R. P. M. F. Gio. Chriſoſtomo Javelli dell'Ordine de' Predicatori. Ibidem apud eumdem 1649. in 8.

Il Sacro Aprile, Varii Fiori di Poeſie d'alcuni Sign. Accademici Racceſi di Palermo al M. R. P. Lettore F. Nicolò Lepori Romano per le Prediche Quareſimali dette in S. Domenico de' PP. Predicatori di Palermo nel 1651. Ibidem apud Joſephum Biſagnium 1651. in 12.

Il Parnaſſo nel Carmelo, Devoti Oſſequii delli Cigni d' Oreto al M. R. P. M. F. Salvatore Staglione Carmelitano Napoletano per le Prediche Quareſimali da lui dette nella Chieſa di S. Ignatio Martire detta l'Olivella de' RR. PP. dell'Oratorio di S. Filippo Neri nell'anno 1654. Ibidem apud eumdem 1654. in 4.

Le Scintille della Selce, Saggio dell' Academia de' Racceſi di Palermo, cioè l'Impreſe degli Accademici, ed alcune Poeſie, con un'oratione in lode di S. Roſalia Vergine Palermitana. Ibidem apud Auguſtinum Boſſium 1658. in 12.

Eſpreſſioni d'Oſſequio de' Sig. Accademici Racceſi di Palermo al merito del M. R. P. M. F. Tomaſo Maria Spada dell'Ordine de' Predicatori nel Duomo della medeſima Città nell'anno 1661. Ibidem apud Petrum de Iſola 1661. in 4.

Applauſi Lirici Latini, e Toſcani dell'Accademia de' Racceſi di Palermo alle Glorie del M. R. P. F. Fulgentio Arminio d' Avellino Oratore Evangelico famoſiſſimo, e Predicatore la ſeconda volta nel 1662. *nella Madre Chieſa di Palermo.* Ibidem apud eumdem 1662. in 12.

Serto Poetico de' Sig. Racceſi in lode del M. R. P. F. Bonaventura Cavallo Lettore Giubilato, Predicator clariſſimo, &c. per lo Corſo Quareſimale da lui fatto nella Ven. Chieſa dell'Olivella di queſta felice Città di Palermo nel 1662. Ibidem apud eumdem 1662. in 4.

Poeſie in lode del M. R. P. Antonio Caſaletti Palermitano della Compagnia di Gieſù per lo ſuo Corſo Quareſimale fatto nella Chieſa Metropolitana della medeſima Città l'anno 1674. Venetiis apud hæredes Babæ 1674. in 8.

Applauſi d'Accademici Racceſi in lode del R. P. Antonino di Vincenzo famoſiſſimo Predicatore nella Caſa Profeſſa della Compagnia di Gieſù nel 1693. Panormi apud Joſephum Barberam 1693. in 4.

Il Pennello Encomiato Poeſie d'alcuni Accademici Palermitani in lode del Sig. Carlo Maratta celebre Pittore per un ſuo Ritratto mandato da

Roma

Digitized by Google

Roma in Palermo ad istanza, e spese de' Fratelli della Ven. Compagnia sotto titolo del SS. Rosario, e collocato nel loro bellissimo Oratorio. Ibidem apud Augustinum Epirum 1696. in 4.

La Cetra degli Racceſi di Palermo risvegliata per far plauso canoro al merito del M. R.P. Alessandro Poggi Lucchese della Congregatione della Madre di Dio, Predicatore eloquentissimo nel Duomo di Palermo nell'anno 1700. Ibidem apud eumdem 1700. in 4.

REGINA JURATA nobilis Virgo Motycensis, in patrio Monasterio S. Benedicti Monialis. Claro genere exorta, in lucem edita est circa annum 1640. patre Francisco Jurato. Egregiis naturæ dotibus abundè ditata claruit: præsertim pulchritudine, & vividissima animi indole excelluit. In ipso ætatis flore ingenii perspicui, ac elatissimi lumina mirificè detexit, quibus muliebris conditionis limites transcendere videbatur. At has corporis, animique dotes longè superavere eximiæ virtutes; à teneris etenim unguiculis Deo sese dicavit, Monialium Gynæceum sub S. Benedicti nomine, & disciplina ingressa: ibique regularis observantiæ exemplo aliis præfulsit. Cùm enim sæcularium virorum accessus, & familiaritas monasticam observantiam labefactassent, ipsa ab aliis sanctimonialibus sejuncta, & à virorum colloquiis abhorrens, in cellæ suæ secessu cum Deo intimè versabatur; & vitæ contemplativæ leges fervidè observabat, orationis, aliarumque asceticarum operum amantissima. Aliquando verò tum ad animi remissionem, tum ad pietatem fovendam, etrusco carmine sacros virginei pectoris affectus depromebat. Demum egregiis cumulata virtutibus, non sine sanctitatis nota, decessit anno 1685. Edidit Italicè

Documenti del buon Stato Religioso. Catanæ apud Paulum Bisagnium 1680. in 12.

REGINALDUS DE MONTAVRO. *v.* supra Raynaldus de Montauro. *pag.* 197.

RICARDUS LA MONACA Platiensis, Ordinis Carmelitarum, Musices peritissimus, in concinnandis modulationibus eximius. Fuit Petri Vinci, de quo suo loco, discipulus. Claruit anno 1600. Hujus memoria extat apud Joannem Paulum Chiarandaum *in hist. Platiæ lib. 4. cap. 3. pag. 266.* qui edidisse ait: *Multa opera Musicis notis alligata.*

RHINTON. Etsi nonnulli cum Suida *to. 2. pag.* 685. Stefano Byzantino *de Urbib. pag.* 635. Constantino Lascare apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib. 1. pag.* 17. qui Rhithum vocat, Lilio Gregorio Gyraldo *de Poetar. hist. dial. 7. pag.* 289. Francisco Patritio *in Poet. dec. hist. lib. 1. pag.* 109. Gerardo Jo: Vossio *de Poet. Græcis cap. 8. pag.* 61. aliisque, Tarantinum putant; attamen Jacobus Bonannus *in Syrac. Ill. lib. 2. pag.* 281. ex auctoritate Nosidis Poetriæ Græcæ, fuit patriâ Syracusanus: ait enim Nossis in quodam epigrammate *in Antilogia, sive Florilegio Epigrammatum lib. 3. cap. 6. epig. 16.*

Et vehementer ridens præteri, & gratum dicens
Verbum super me: Rhinton sum Syracusanus,
Musarum parva quædam Philomela; sed floribus
Ex tragicis propriam decerpsimus hederam.

Hanc autem sententiam amplectitur Hieronymus Ragusa *in elogiis Siculor. pag.* 249. *& in Siciliæ Biblioth. vet. pag.* 239. id etiam innui *in addict. ad Siciliam Inventricem Vincentii Auriæ cap. 30. pag.* 246. Fuit Rhinton figuli filius ex Suida, Vossio, Gyraldo, loc. cit. & Laurentio Crasso *in hist. Poet. Græcor. pag.* 445. Literis addictus, inter Poetas Comicos, & Tragicos claruit ex Patritio. At ex Suida Poeta fuit Comicus, ac Auctor Ilarotragœdiæ; comico enim argumento tragicum genus innexuit: quod approbat Martinus del Rio *in prologo ad Senecam lib. 1. pag.* 25. Ilarotragœdiæ inventorem fuisse tradunt Patritius cit. Jacobus Mazzonus *in defens. Dantis lib. 2. cap. 26. pag.* 311. Alexander Sardus *de rer. invent. lib. 1. pag.* 43. Vossius *loc. cit.* Nicolaus Villanus *in disc. de ludrica Poesi*, edito sub nomine Academici Aldeani *pag.* 5. Ideoq; Faustinus Summus *in defensione Pasloris fidi pag.* 75. Rhintonem Ilarotragœdiæ Principem vocat, ex Suida; ejusq; Comœdias Rhintonicas, ideſt, Ilarotragœdias, appellatas observat Gyraldus; non quia harum Actor fuerit Rhinton, ut placuit Donato *in prologo ad Terent.* sed quia à Rhintone editas; quod contra ipsum Donatum scribit Joannes Juvenis *in antiq; Taranti*, apud Crassum *cit.* Immò Mazzonus *loc. cit. pag.* 312. contra Scaligerum putat, mendosum Donati locum, ubi ait: Comœdias has Rhintonicas vocatas *ab Actoris nomine*; emendandum enim ait: *ab Auctoris nomine.* Sanè à Suida, del Rio, Gyraldo, & Hofmanno *in lex. tom. 2. contin. pag.* 725. Tragicomœdiarum Scriptor, & Auctor vocatur. Idem Suidas Philacographiam hujusce poesis genus vocat, nempè, custodiarum descriptionem ex Bonanno: vel ex aliis melius Phiacographia vocatur, ideſt, Nugarum tractatio, eodem Bonanno teste. Ex Patritio *cit. pag.* 110. Ebrius, & Ludricus appellatur: à Varrone *de re rustica lib. 3.* Scurra. Vixit sub Ptolomæo I. Ægipti Rege ex Suida: immò Ptolomæi II. tempora attigit, ut Patritius tradit. Ex Bonanno claruit olymp. 115. nempè an. 316. ante Christi Domini adventum. Scripsit ex Suida, Gyraldo, Vossio, ac nonnullis supra citatis Auctoribus.

Fabulas Trigintaocto, partim comicas, partim tragicas. Ex his sequentes citatas adinveni, videlicèt:

Amphitrionem, apud Athenæum *lib. 3. c. 27. pag.* 111.

Herculem, apud eumdem *lib. 11. cap. 14. pag.* 500.

Iphigeniam. apud Julium Pollucè *in Onomast. lib. 7. cap. 13.*

Theo-

Digitized by Google

Theophilum, apud eumdem *lib. 10. cap. 7.* Rhintonis etiam meminere Cicero *epist. lib. 5. ad Atticum*, Collummella, & Varro *de re rustica*, Ephestion, Pausanias, Hofman *in lex. tom. 2. pag. 266. & in contin. tom. 2. pag. 492. & 725.* De Rhintone, ejusq; fabulis opusculum scripserat Petrus Lasena, quod ineditum reliquit, ut ex ipsius vita præfixa ejus libro, *de Antiquo Gymnasio Neapolitano*, recuso Neapoli 1688.

ROCCUS GAMBACURTA nobilis Mesanēsis, ex diuturna habitatione, & privilegio inter Panormitanos relatus. Florio patre in lucē editus est anno 1523. Jurisprudentiæ operam dedit Neapoli unà cum Modesto Gambacurta fratre, celeberrimo Jurisconsulto; de quo suo loco. Doctoris laureâ donatus, ab integritate, doctrina, & eruditione clarus, laudem haud exiguam promeruit. Causarum patrocinium cum sui nominis opinione exercuit. In civitate Castriveterani Gubernatorem, & Judicem egit; & in supremis Siciliæ subselliis Magnæ Regiæ Curiæ, & Concistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ per plures annos præfuit Judex. Floruit anno 1594. Hujusce laudes invenies apud Augustinum Inveges *in appar. Panormi Nobilis pag. 73.* Leonardum Orlandinum *in Imaginib. pag. 78.* Petrum Ansalonum *de famil. Ansalon. pag. 284.* & Placidum Reinam *in not. histor. Messanæ par. 2. pag. 533.* Edidit Italicè

Foro Christiano, nel quale si tratta, come devono osservarsi l' humane leggi, conforme alle divine. Panormi apud Joannem Franciscum Carraram 1594. in 4.

ROCCHUS MINUTOLUS nobilis Mesanensis, ex Clericis Regularibus Ministris Infirmorum, Theologus eximius; pluriès præfuit domibus eorumdem, Panormi, Mesanæ, & alibi. Siculam Provinciam rexit; & apud suos magnâ valuit opinione. Claruit anno 1644. In lucem Italicè emisit

Manuale per unire l'Anima degli Agonizanti a Dio. Panormi apud Petrum Coppolam 1643. in 12. & alibi.

ROCCHUS PIRRUS Netinus, celeberrimus sacræ Siculę historiæ Scriptor, humanis, divinisq; literis egregiè edoctus, ac meritò commendatus. Primam aspexit lucem Neti anno 1577. In humanioribus literis sub disciplina Vincentii Littara, de quo suo loco, mirificè profecit: & persæpè latino carmine cecinit multa. Gravioribus disciplinis admotus, ac doctrinâ satis cumulatus, Catanæ 4. Februarii 1601. Sacræ Theologiæ, & Jurisprudentiæ lauream accepit, ut ipsemet fatetur *in not. Eccl. Catan. pag. 69. & 85.* Panormum delatus inter doctissimos viros claruit: ideoq; nonnullis honorum ornamentis insignitus fuit. A Catholico Rege Philippo IV. in suum regium Capellanum delectus, mox Canonicus Regiæ Capellæ S. Petri in Palatio Panormitano constitutus est; ibique Thesaurarii etiam munus exercuit. Apostolici Protonotarii insigniis cohonestatus, inter Consultores, & Censores Sacræ Inquisitionis Siculæ adscriptus enituit. Anno 1623. Abbatiâ S. Eliæ de Ambula donatus; Apostolicus Delegatus, Regiusq; Oeconomus ad regias, ut vocant, dandas, ab Ecclesiasticis exigendas electus est. Apud nonnullos Siciliæ Præsules magnâ opinione, & auctoritate floruit. A Joannettino Doria S. R. E. Cardinali, & Archiepiscopo Panormitano, Examinatoris, & Judicis Synodalis, ac Visitatoris Diœcesis Panormitanæ muneribus insignitus enituit. Ad Visitatoris etiam, & Gubernatoris Generalis Mazarensis Diœcesis munus evectus est à Didaco Trasimera Siciliæ Quæsitore, & Francisci Sanchez Episcopi Mazarensis Procuratore. Anno 1609. Archiepiscopus Montisregalis Visitatorem egit. A Siciliæ Moderatoribus, Regiæ Monarchiæ Siculæ Judicibus, ac nonnullarum Ecclesiarum Pastoribus, præsepè in multis magni momenti causis, ac controversiis, Judex Delegatus electus, prudentiæ, ac doctrinæ præstantiam longè, latèque manifestavit. Multoties quoque Monarchiæ Regiæ Judicem præfecerunt Siciliæ Proreges, in quibusdam peculiaribus Regni contentionibus, ad ardua pertractanda negotia. Canonicus Panormitanæ Ecclesiæ, & Abbas S. Joannis Eremitarum electus, ne è Regio Sacello S. Petri discederet, honorem respuit. Ferdinandi Alfan de Ribera Ducis Alcalæ, Siciliæ Proregis, singularem æstimationem promeruit, qui in Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi Cantorem, & in Cephalædensem Episcopum eligendum Catolico Regi Rocchū proposuit; etsi irrito conatu. Ex his omnibus eximiam Rocchi excellentiam, doctrinam, ac prudentiam quisque facili negotio intelliget. Pietate etiam claruit; ideoq; nonnullis ornamentis, ac Icone Deiparæ subterraneum sacellum sub Ecclesia S. Petri in Panormitano Palatio condecoravit. Panormi etiam in Ecclesia S. Elisabethæ Monialium Capuccinarum sacellum excitavit SS. Virgini ad Cœlum Assumptę dicatum. Neti canonicorum Collegium adauxit; nam quatuor præbendus ære suo constituit, in quibus familiæ suæ viri ex institutione sua præferri voluit. Indefesso labore sacræ Siculæ historiæ scriptionem aggressus, ita memoranda vetusti, ac recentioris ævi monumenta illustravit, ut omnium (excipe invidorum, quibus veritas in odio est) laudes, plaususque assecutus sit, tum apud Siculos, tum apud exteros: ideoque ob maximum Siculæ historiæ illatum beneficium, nunquam ejus nominis gloria conseneſcet. Hinc ab innumeris scriptoribus, emeritis laudum præconiis celebatur: horum catalogum Vincentio Aurię, viro præstantissimo, rogatus obtuli, qui *in B. Augustino Novello Panormitano cap. 15. pag. 64.* retulit; hi verò sunt Ferdinandus Ughellus *in Italia Sacra tom. 2. pag. 1044.* Lucas Wadingus

Digitized by Google

in Ann. Minor. to. 5. an. 1409. n. 15. & an. 1449. n. 51. Franciſcus Bordonus *in Chronol. Tertii Ord. S. Franciſci cap. 25. pag. 410. & 462.* Joannes Bap. Lezana *in Ann. Carmel. tom. 4. an. 1155. n. 7. an. 1173. n. 5. & an. 1220. n. 6.* Auguſtinus Oldoinus *in addict. ad Ciacconium tom. 1. pag. 589.* Thomas Cantonus *in vita S. Angeli cap. 19. dub. 2. pag. 366.* Vincentius Coronellus *in Biblioth. to. 4. pag. 258.* Ioannes Marcianus *in memor. Congreg. Oratorii tom. 2. lib. 5. cap. 23. pag. 399.* Hi exteri, conterranei verò Scriptores ſunt, Joannes Baptiſta de Groſsis *in decac. Catan. to. 1. cord. 2. mod. 1. pag. 10.* Joſephus Spucces *in vita S. Olivę pag. 13.* Joannes Scorſus *in proœmio 1. ad Theophanis homelias §. 4.* Placidus Carafa *in Motuca illuſtr. pag. 75.* Joannes Paulus Chiarandaus *in hiſt. Platiæ lib. 3. cap. 4. pag. 165.* Laurentius Finocchiarus *in Gloriis S. Georgii par. 3. §. 14. pag. 350.* Marcus Serius *in Bullam Cruciatæ diſp. 1. n. 5. pag. 3.* Antoninus Amicus *in diſſert. de antiquo Urbis Syracuſ. Archiep. pag. 9.* His tandem addam Petrum Salernum *in epiſt. ad lector. Vitis SS. Siculorum Octavii Cajetani præfixa, & in digreſs. 2. ad vitam S. Roſaliæ Jordani Caſcini pag. 35.* Franciſcum Salernum *in conſiliis conſ. 2. lib. 1. §. 2. n. 25. pag. 36.* Philippum Cagliolam *in Manifeſt. Prov. Sicil. Minor. Convent. explor. 3. manif. 1. pag. 46.* Petrum Carreram *in Cenſura contra Marianum Perrellum pag. 76.* Franciſcum Marcheſium *in Sacerdote in Villa cap. 1. ſect. 1. ſubſect. 5. n. 88. pag. 75.* Vincentium Auriam *in Crucifixo Eccl. Panor. pag. 38.* Michaelem de Judice *in hiſt. Eccl. Montis-Regalis par. 3. pag. 96. & in obſerv. ad appar. Annal. Sicul. Auguſtini Inveges pag. 95.* Antonium Macedum *in libro: Divi Tutelares Orbis Chriſtiani pag. 207.* At aliis prætermiſsis, pro omnibus ſit Philippus IV. Catholicus Rex in diplomate 14. Auguſti an. 1643. quo Rocchum Regii Hiſtorici titulo exornavit, ait enim: *Fidelis Nobis dilectus Doctor D. Rocchus Pirrus Abbas S. Eliæ de Ambula, Primus Canonicus noſtri Regii D. Petri Sacelli Palatii Felicis Urbis Panormi, de cujus literarum peritia, & ſcribendi elegantia, aliiſque ejus præſtantibus animi dotibus ſatis edocti ſumus, & quantâ diligentâ in rebus antiquis conquirendis, & vi judicii in ſeligendis, ac examinandis polleat, ſcripta ab eo tria volumina de Sicilia Sacra, Notitiis Eccleſiarum Sicilientium de noſtro Patronatu, & aliis preclaris rebus ad Regiam noſtram Coronam ſpectantibus Majeſtati noſtræ dicata, jam in lucem edita vidimus, aliaque editura ſperamus, ita ut omninò confidimus eum injuncto muneri pro dignitate cumulatiſsimè ſatisfacturum, &c.* Demum vir egregius, eruditionis gloriâ celeberrimus anno ætatis ſuæ 74. deceſſit Panormi 8. Septembris 1651. & in memorato ſacello in Eccleſia S. Eliſabethæ ſepulturæ traditus eſt; ibique hæc legitur inſcriptio.

D. O. M.

D. Rocchus Pirri Abbas Netinus veram immortalitatem non tam ingenii lucubrationibus, ſcriptorumq; memoriis, quàm animi pietate, ſed pia in primis morte comparari ſentiens, poſt Sacellum hoc dicatum vivens, mortis memor ſibi, ſuiſque, & amico Leonardo Galici, charitate in pauperes præclaro, monumentum poſuit anno M. DC. XXXVII.

In eadem Virginis effigie hæc habetur inſcriptio.

Abbas D. Rocchus Pirri, Primus Regius Canonicus, in S. Officio Conſultor, & Qualificator, hoc Sacellum dicavit anno M. DC. XXXVII. Æt. ſuæ LXXIV. obiit VIII. Septembris M. DC. LI.

Typis tradidit.

Chronologiam Regum, penes quos Siciliæ fuit imperium poſt exactos Saracenos. Panormi apud Joannem Baptiſtam Maringum 1630. in fol. & iterum recognitam, & adauctam typis Petri Coppolæ 1643. in fol.

Siciliam Sacram Diſquiſitionibus, & Notitiis illuſtratam, ubi libris quatuor poſtquam de illius Patriarcha, & Metropolita diſquiſitum eſt, à Chriſtianæ Religionis exordio ad noſtra uſque tempora cujuſque Præſulatus, Majorumque Beneficiorum inſtitutio, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, ſingulorum jura, privilegia, præclara monumenta, Civitates Diœceſeon, cum præcipuis earum Templis, religioſiſque familiis, atque viri Siculi, vel ſanctitate, vel doctrinâ illuſtres continentur, explicantur. Liber primus complectitur Notitias Trium Siciliæ Metropoleon Panormitanæ, Meſſanenſis, & Monte-Regalenſis. Prima Eccleſiæ Panormitanæ Notitia prodiit Panormi apud Joannem Baptiſtam Maringum 1630. in fol. & iterum ibidem typis Petri Coppolæ 1644. in fol. Secunda, & Tertia Notitia Eccleſiæ Meſſanenſis, & Monte-Regalenſis, cum libro ſecundo, Notitias Epiſcopatuum, qui jam perierunt complectente, editæ ſunt Panormi apud Maringum 1633. in fol.

Siciliam Sacram, in qua Epiſcopatuum nunc florentium, ac eorum Diœceſeon Notitiæ traduntur. Librum Tertium. Ibidem apud Hieronymum de Roſsellis 1638. in fol.

Siciliæ Sacræ, in qua Sicularum Abbatiarum, ac Prioratuum Notitiæ proponuntur, Librum Quartum in quatuor diſtributum Partes. Pars Prima, complectens Notitias Ordinis S. Baſilii Magni, lucem aſpexit Panormi apud Nicolaum Buam, & Michaelem Portamnovam 1647. in fol.

Siciliæ Sacræ Libri Quarti Partem Secundam, in qua Sicilientium Abbatiarum, ac Prioratuum Ordinis S. Benedicti Notitiæ proponuntur. Ibidem apud eoſdem 1649. in fol. Opus hoc, ob Auctoris mortem imperfectum habemus: aliæ verò Notitiæ Ordinis Ciſtercienſis, S. Auguſtini Canonicorum Regularium, atque Religioſorum Militarium, ad operis integritatem, periere. Solummodò extat apud me m. s.

Notitia Regię, & Imperialis Capellæ S. Petri Sacri Regii Palatii felicis Urbis Panormi. in fol.

Anno ætatis ſuæ decimo quinto in lucem emiſit opuſculum inſcriptum:

Sinonimi. Panormi Typis Joannis Franciſci Car-

Digitized by Google

Carraræ 1594. in 8. iterum apud Erasmum de Simeone 1607. in 8. & tertiò apud Petrum Scaglionum 1643. in 8.

Italicè etiàm

Historia del Glorioso S. Corrado Piacentino, dove si tratta della Vita, Miracoli, e Morte di esso. Ibidem 1595. in 8. sive typographi nomine.

Demum scripsit

Annales Panormi sub Archiepiscopo D. Ferdinando de Andrada, quorum authographum m. s. in fol. extat apud me.

ROCCHUS POTENZANUS Panormitanus, honestis parentibus exortus est; pater enim sutoris arte fungebatur: at studiis addictus, ob præstantissimi ingenii felicitatem, doctrinâ insignitèr cumulatus eminuit. Jurisprudentiæ laureâ donatus inter præcipuos causarum Patronos recensitus, amplissimam sui opinionem excitavit. Doctrinâ ad emeritos honores sibi viam aperuit; ideoque tum in Panormitano Prætorio, tum in supremis Magnæ Regiæ Curiæ, & Conciliorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Tribunalibus pluriès Judex constitutus, admirandam Juris integritatem servavit semper. Regii Patrimonii Rationum Magister electus, exinde anno 1640. ad dignitatem Præsidis Conciliorii evectus est. In Hispaniam accersitus anno 1642. ut in supremo rerum Italicarum Consilio Regentis munere præesset, eo in Senatu sui eccellentiam altiùs firmavit. In Siciliam regressus est, Præsidis honore anno 1647. cohonestatus. Fuit etiam & Regni Siciliæ Deputatus; & gravioribus negotiis à Siciliæ Moderatoribus adhibitus; in omnibus verò muneribus integritatem, doctrinam, ac animi moderationem sanè admirandam patefecit; generis enim honestatem omnibus palam facere non dedignabatur. Demum ad eminentiorem dignitatem animum adjiciens, clericalem habitum suscepit; ac sacerdotio insignitus, morum probitatem sacrâ dignitate illustravit: at paulò post honoribus, meritisq; plenus Panormi decessit 26. Martii 1648. & in Ecclesia S. Matthæi sepultus est, hac inscriptione exornatus.

D. Rocchus Potenzanus Panormi Patriæ suæ, & totius Siciliæ, & Regii Consilii præclarum lumen, & earum, in quo tot emicuerunt ingenii, & virtutum faces. Is in omnium Tribunalium fastigium gradatim promotus præluxit, primùm huic Regno, hinc ad regimen Supremi Consilii traductus, Hispaniam illustravit: demum humanas omnes dignitates augusto sacerdotio coronavit. Tantæ lucis non extinctæ, sed subductæ morte, famâ, charitate, posteris hoc marmor favillas nobis fervat. Obiit ætatis Anno; salutis M. DC. XXXVIII.

Ipsum laudant Josephus Galeanus *in Musis Siculis par. 1. pag. 230.* Petrus Ansalonus *de sua Familia pag. 355.* Marius Giurba *in observ. decis. obser. 116. n. 41.* Nicolaus Toppus *de origine Tribunal. Neapolis par. 3. pag. 179.* Ferrarottus *de offic. Straticoti cap. 2. pag. 26. & 27.* Franciscus Strata *in quietationib. pag. 16.* & Vincentius Auria *in histor. Chronol. Proregum Siciliæ pag. 300. 301. & 303.* Edidit.

Allegationes pro Regio Fisco contra Augustinum, & Petrum Rivalora Fratres. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1630. in 4.

Siciliæ Pragmaticas, una cum Cataldo Finia, & Petro de Amico in laudabilem ordinem redegit, recognovit, ediditque Panormi 1635. & 1637. in fol.

ROCCHUS SORTINUS Mazarinensis Sacerdos, optimo genere exortus anno 1638. apud suos haud exigua æstimatione vixit; diu enim Monialium confessiones excepit; ac vicarias Episcopi Syracusani curas diu in patrio oppido exercuit. Ibidem obiit 24. Augusti 1701. ætatis anno 63. In lucem emisit Italicè

Eruditioni Grammaticali. Catanæ apud Bisagnium 1687. in 8.

ROGERIUS PANORMITANUS. vide infra Rogeronus Panormitanus.

ROGERIUS PARUTA Panormitanus, vir nobili genere exortus, literarũ studiis addictus, doctrinâ exornatus, Jurisprudentiæ laureâ insignitus enituit. Anno 1524. Canonicus Ecclesiæ Panormitanę electus est, & Abbas S. Joannis de Eremitis. A Panormitano Senatu anno 1532. eiusdem Ecclesiæ Thesaurarius constitutus est. Anno 1561. 14. Junii morte deletus, in Ecclesia S. Francisci, & in Majorum suorum sepulchro conditus fuit. Ingenii acumine clarum, Poetam, & Historicum celeberrimum fuisse testatur Rocchus Pirrus *lib. 4. de Abbatiis Siculis pag. 229.* at quæ scripserit non prodit. Porphyreticis sepulchris Henrici VI. Imperatoris, & Siciliæ Regis, ac Constantiæ uxoris in Cathedrali Ecclesia Panormi, Epitaphia inscripsit, addiditque anno 1538. Pirro teste *in Chronol. Regum Siciliæ pag. 42. & 43.* De eo etiam idem Pirrus *in not. Eccles. Panor. pag. 208.*

ROGERIUS VIGINTIMILLIUS Panormitanus, natalium splendore clarissimus, patrem habuit Joannem Vigintimilliũ Hieracis Marchionem. Natus 10. Septembris 1670. literisque satis instructus, Philosophicas, ac Mathematicas disciplinas insignitèr calluit. Eruditionem etiam, & scientias nobilissimo equite dignas coluit. Italiam, Hispaniam, aliasque Provincias perlustravit. Defuncto D. Blasco ejus fratre, Hieracis Marchione, post nonnulla litium jurgia tum in Sicilia, tum in Hispania inter ipsum, ac Palestrinæ Principem (hic enim D. Felicem, Filiam Franciscí Vigintimillii Marchionis Hieracis, Joannis memorati filii, uxorem duxerat) amplissimam Hieracensium Marchionum hæreditatem, & bona ex Judicum sententia adeptus est. Ideoque titulo Marchionis Hieracis, Castriboni, & Scalettæ Principis, aliisque insignitus, ut domesticam rem ad prudentiæ leges disponeret, Panormo discedens, Castrumbonum adiit: at paulò post in lætalem morbum dilapsus, 12. Septembris

Digitized by Google

anno 1698. innuptus decesit; ibique sepulturæ traditus est. Edidit.

Dubia Geometrica data Panormi 7. Kal. Julii 1692. in fol.

Sub Academici Insensibilis nomine, Italicè:

Confutatione della Genealogia de' Conti di Geraci, addotta dal Pirri nella Cronologia de' Rè di Sicilia l' anno 1644. *e prodotta nel Tribunale della Gran Corte Sede Plena di Sicilia nel* 1692. Venetiis apud Pezzanam 1692. in fol. ex Ab. D. Michaele de Judice *in addit. ad apparat. Annal. Sicul. Augustini Javegii pag.* 112.

ROGERONUS Panormitanus, aliis ROGERIUS, Poeta antiquus, immò inter vetustiores, ac primos Italicæ Poesis Parentes recensetur. Vincentius Auria *in Epist. ad lectores, in calce partis primæ carminum Joannis Bapt. de Judice pag.* 478. *& in Sicilia Inventrice cap.* 9. §. 5 *pag.* 31. ait, Italicas Musas Panormi exortas circa annum 1240. sub auspiciis Friderici II. Imp. qui hujusce novæ Poesis Academiam Panormi constituit; eique nomen dedit Rogeronus Panormitanus: ideoque circa annum 1240. ex eo claruit. Ex clarissimo, egregioque viro Joanne Mario de Crescimbenis *in comment. histor. Poesis vulg. vol.* 2. *par.* 2. *lib.* 1. *pag.* 14. vixit anno 1230. Id certò certiùs inter præcipuos, ac vetustiores Poetas, qui Italica concinnarunt carmina, connumerandus. Hujus etiam meminere idem de Crescimbenis *in hist. vulg. Poesis lib.* 4. *pag.* 288. Joannes Maria Amatus *in not. ad orat.* 1. *n.* 134. *pag.* 120. Antonius Ignatius Mancusus *in vita S. Rosaliæ pag.* 61. Scripsit Rogeronus Italicè

Rime. In libro, cui titulus: *Poeti antichi raccolti d' Codici m. ss. della Biblioteca Vaticana, e Barberina da Mons. Leone Allacci.* Neapoli apud Sebastianum de Alecci 1661. in 8. Horum carminum partem recusam habes apud laudatum de Crescimbenis *Vol.* 3. *pag.* 117. Extant etiam alia eorumdem carminum fragmenta apud Ant. Minturnum *in Poetica lib.* 3. *pag.* 199. Joannem Georgium Trissinum *in Poet. divis.* 4. *pag.* 59. & de Crescimbenis *in comm. cit. vol.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 41. qui ad aliorum exemplum ipsa Rogeronis carmina adducunt. Franciscus Redus in dithyrambo inscripto: *Bacco in Toscana pag.* 258. ipsius cantionem citat, ac librum m. s. carminum apud se asservari tradit.

ROMANUS SINCERUS Politienſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinenſis, Monachus Cœnobii Panormitani S. Martini de Scalis: fuit Juris utriusque Doctor, pietate, ac doctrinâ æquè illustris. In Cœnobio Cathedralis Ecclesiæ Montis-Regalis præfuit Prioris munere. Abbas etiam fuit in Monasteriis S. Nicolai de Arenis Catanæ, & S. Laurentii Aversæ, ubi meritis plenus obiit mense Octobris anno 1590. Ejus doctrinæ, ac probitatis meminere Arnaldus Wion *in ligno vitæ lib.* 2. *cap.* 76. *pag.* 457. Antonius Possevinus *in appar. sacro tom.* 3. *pag.* 164. Rocchus Pirrus *lib.* 4. *Siciliæ Sacræ pag.* 199. Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 342. & Petrus Antonius Tornamira *in Scrip. Marianis Ord. S. Bened. pag.* 135. Scripsit ex auctoribus citatis, & ex Francisco Augustino *in histor. Chronologica S. R. E. Cardin. pag.* 27.

Historiam Monasterii S. Martini de Scalis Panormi. Hujus etiam meminit Vincentius Coronellus *in Biblioth. univers. tom.* 1. *n.* 862. *pag.* 179.

Historiam Monasterii S. Nicolai de Arenis Catanæ.

Historiam Monasterii S. Mariæ de Monte-Regali. Hæc omnia in memoratis Cœnobiis asservantur m. ss.

RUFINUS SCACIOTTUS, ex oppido Racudiæ, Ordinis Observantium S. Francisci. Pietate, & eruditione insignis, Neapoli florebat anno 1589. De eo Marraccius *cit. in Biblioth. Mariana pa.* 2. *pag.* 345. & Lucas Wadingus *in Script. Minor. pag.* 312. qui Ragusæum fuisse tradunt: ita & Possevinus *in appar. sacro tom.* 3. *pag.* 169. hic autem Ragusæum, & Rufinum Scaviottum, ex typographi forsan errore, vocat. At Ragusiæ adscribere Rufinum (sive de Ragusia in Dalmatia, sive de Ragusia Siciliæ oppido, Diœcesis Syracusanę intelligant) error est sole clarior: ipse enim Rufinus in Epistola ad lectorem libri, intra recensendi, se Siculum fatetur; & in operis ejusdem fronte Racudiensem se proclamat. Racudia autem oppidum est Siciliæ in Mesanensi Diœcesi, Comitatus titulo insignitum. Thomas Costus *in epist. lib.* 5. *pag.* 465. apud Justum Fontaninum *in Aminta defenso cap.* 11. *pag.* 214. scribit ad Rufinum Scaciottum, ac nostrum hunc esse Rufinum suspicor. Scripsit Italicè, & in lucem emisit

Corona della Beatissima Vergine, nella quale in ventisette lettioni si espone la Salutatione Angelica, il Cantico Magnificat, e la Salve Regina. Neapoli apud Horatium Salvianum 1589. in 4.

RUTILIUS XIROTTA Panormitanus, claro genere exortus, Jurisconsultus doctrinâ ornatissimus, ac causarum patronus numeris omnibus absolutus. Ad præcipuos Jurisprudentiæ honores egregia merita virum eximium evexere; pluries enim in Panormitano Prætorio, ac Magnæ Regiæ Curiæ, & Conciſtorii Sacræ Regiæ Conscientiæ foris, Judicis honestamento refulsit. In Regio etiam Patrimonii Senatu præfuit Rationum Magister ab anno 1591. Exinde anno 1598. Regni Conservator constitutus est. In Conciſtorii etiam Magistratu Præses præficitur anno 1607. Regii Patrimonii anno 1610. Præses electus; etsi quietis sitientissimus honori sponte oblato nuncium remittere pertentasset; attamen Regis Catholici jussu invitus dignitatem accipere coactus est. Editis summâ cum omnium laude, prudentiæ, integritatis, doctrinæ, & virtutum exemplis, anno 1614. sæculi honores, ac commoda renunciavit, ac Societatis Jesu institutum amplexus

est

Digitized by Google

est. In ea traductis annis duodecim, magna cum probitatis opinione, Panormi decessit 28. Februarii 1626. Rutilium laudant Augustinus Inveges *in appar. Panor. Nobilis pag.* 155. Franciscus Strata *in quietationib. pag.* 16. Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. pag.* 126. Vincentius Auria *in histor. Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 300. & 301. Franciscus Baronius *in Siculæ Nobilitatis amphit. tit. Præsules pag.* 9. Multa scripsit in Jure: at solùm ex his citat Josephus Xibecca *in allegat. Principatus Buteræ pag.* 86.

Apostillas ad cap. 18.

RUTILIUS XIROTTA nobilis Panormitanus prælaudati Rutilii nepos, Montisvaghi Princeps, & Sanctæ Elisabethæ Marchio, natus Panormi anno 1622. patre Francisco Xirotta, literarum studia amplexus, mirum in modum tum in gravioribus, & scholasticis disciplinis, & præsertim Poesi Etruscâ, ac Siculâ, generis claritatem illustravit: ideoque in Reaccensorum Academia Panormitanâ, cui nomen dedit, haud exiguam æstimationem promeruit: in eaque Principem egit, & inter eruditissimos claruit. A Philippo IV. Catholico Rege titulo Principis Montisvaghi coronatus est, ex privilegio dato 10. Octobris 1641. & inter Equites Ordinis Alcantaræ recentitus. Anno 1642. cùm ætatis annum vigesimum ageret, in Regni Comitiis ab Alphonso Henriquez de Caprera, Magno Castellæ Archicancellario, Siciliæ Moderatore, Regni Siciliæ Deputatus renunciatur; & ad idem honorificentissimum munus iterum electus est anno 1648. à Theodoro Trivultio S. R. E. Cardinale, & Siciliæ Prorege. Anno etiam 1645. Dux equitum levis armaturæ electus fuit. Tandem meritis clarus Panormi vivere desiit 19. Junii 1666. & in Ecclesia S. Citæ Ordinis Prædicatorum primùm conditus, inde ad Montisvaghi oppidum translatus est, ut ex libris defunctorum Ecclesiæ Cathedralis accepi. Ipsum laudant Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 219. & in libro, cui titulus: *Diporti Giovanili pag.* 49. Augustinus Inveges *in appar. Panor. Nobilis pag.* 155. & 156. Franciscus Baronius *in Siculæ Nobilitatis amphit. pag.* 11. Joannes Bap. de Judice *in carmin. par.* 1. *pag.* 79. & Franciscus Maria Maggius *de Sacris Cæremoniis tom.* 1. *opusc.* 3. *disq.* 20. *pag.* 324. Hujus extant vernaculâ linguâ:

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis tom. 2. par. 2. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

SAL-

S



ALVATOR FRANCIONUS Panormitanus, Pharmacopola peritissimus. Claruit haud exiguâ opinione, obiitq; Panormi 4. Junii 1627. & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum, Fratrum Observantium S. Francisci, sepultus est. Edidit Italicè

Discorsi, nelli quali s' insegna con diligenza alli Discepoli dell' Arte, l' Arte della Spetiaria. Parte Prima. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1625. in 4.

SALVATOR MAJORANA Panormitanus; Musas egregiè coluit tum Siculas, tum etiam Etruscas. Fuit à secretis Fabritii Brancifortis Buteræ Principis, claruitque circa annum 1600. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom. 2. par. 2. pag.* 231. *& par.* 4. *pag.* 326. Hujus extant vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis to. 2. par. 2. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Sacre. In Musis Siculis par. 4. Ibidem apud Bisagnium 1653. in 12.

SALVATOR MARCHESIUS Nobilis Messanensis, Clericus Regularis, in lucem editus 31. Octobris 1599. Ordinis insignia accepit Romæ in Quirinali domo, ubi solemnia emit vota 21. Novembris 1619. Egregio instructus ingenio, nedum studiorum curriculum felicitèr absolvit, verùm etiam magna cum nominis, doctrinæque laude, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam Sodales suos, ac Seminarii Messanensis Alumnos per annos ultra viginti docuit. In publica etiam Messanensi Academia Theologiam tradidit; ac per annos duodecim Sacras literas expendit, & per totidem Jura Pontificia explanavit. Inter Siculæ Inquisitionis Consultores, & Censores adscriptus, & ab Archiepiscopo Messanensi Synodalis Examinator constitutus, magnam doctrinæ suæ opinionem excitavit. Pluriès Messanensi Domui præfuit Præpositi munere. Tandem annorum plenus obiit Messanæ in Domo Ss. Annunciatæ 11. Februarii 1689. Ipsum laudibus ornant Josephus Silos *in Hist. Cler. Regul. par.* 3. *lib.* 12. *pag.* 641. & Placidus Reina *in hist. Messanæ par.* 2. *pag.* 533. Edidit

Resolutiones Canonicas de Immunitate Ecclesiastica. Messanæ Typis Jacobi Matthæi 1651. in 4.

Edenda reliquit hæc alia, nempè:

Cursum Theologicum.

Tractatus quosdam Morales.

SALVATOR NARENSIS Ordinis Capuccinorum, vir doctrinâ & eruditione clarus. Moralem Theologiam inter suos docuit; morum integritate, & historica eruditione ornatus vivit. Laudatur à Joanne Andrea Massa *in Sicilia par.* 2. *pag.* 248. qui ipsius opus adhuc ineditum citat; scripsit etenim Italicè, ac quamprimùm typis tradet librum inscriptum:

La Fenice fra le famose Città di Sicilia nobilissima, & antichissima, cioè la Fulgentissima Città di Naro fabricata in tempo de' Sicani su il Monte Agragante, e del suo fiume Agragas, *da Latini chiamato* Agrigentum Jonicum, *a distintione del Dorico, oggi Girgenti, e quello chiamato Nar, per le tre fiamme di fuoco, che si faceano sú li trè Monti: con una succinta Croniſtoria del Mondo, e di tutto il Regno di Sicilia, con le Città sue più riguardevoli.*

SALVATOR SAMBUCENSIS Ordinis Capuccinorum, ex familia Montalbano, in lucem editus est anno 1661. Capuccinorum institutum amplexus, in Cœnobio Erycino, Ordinis insignia accepit 13. Iunii 1677. Gravioribus disciplinis egregiè excultus, Concionatoris munus exercuit: Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam Sodales suos docuit non sine laude, à doctrina, ingenio, & eruditione meritò commendatus. Pluriès Guardiani, ut vocant, munere Ordinis Cœnobiis præfuit. Vir sanè doctissimus in Panormitana Provincia Definitorem semel, & iterum egit, ac magnâ æstimatione prosecutus vivit. Typis tradidit librum inscriptum:

Sambuca Rationalis Ecclesiastico certamini adhibita, quà opinio docens formulas oblatas, & in actu Consecrationis oblitas consecratas manere, penitús à fundamentis evertitur; atq; ità seu speculativè, seu practicè omninò improbabilis demonstratur. Panormi apud Iosephum Gramignanum, Felicem Marinum, & Dominicum Cortesium 1701. in 4.

Præ manibus habet opus insigne, cui titulus.

Lux divisa à tenebris, ac in duobus Luminaribus Majori, & Minori expositа. Opus Theologicum duobus Tomis distributum. Quorum Prior luminare Minus, nempè Naturam Humanam in puris naturalibus ab omni propensione ad malum liberam demonstrat. Alter verò luminare Majus, Immaculatissimam nimirúm, atque Integerrimam Dei Matrem nedum ab originali peccato, sed &

ab

Digitized by Google

ab omni ejus debito, seu necessitate illud incurrendi alienam, & immunem ostendit.

Italicè etiam in lucem emittet

La Sambuca sonora ne' sacri concerti, divisi in lieti, e lugubri. Panegirici per le festive solennità d'alcuni Santi, e Sermoni riflessivi all'Amore sviscerato mostratoci da Cristo nostro Redentore ne' Misterj principali di sua Ss. Passione.

SALVVS CASETTA Panormitanus Ordinis Prædicatorum, vir à doctrina, obitique cum nominis immortalitate muneribus, celeberrimus. Dominicani Ordinis insignia à B. Petro Hieremia Panormitano (cujus sanctimoniam, & sapientiam loco suo celebravimus) accipere meruit; qui dum sacris indumentis Salvum operiebat, ipsum futurum Ordinis lumen sanctè prædixit: prædictionem verò altè offirmavit eventus. Severioribus disciplinis admotus, ratione scientiarum ornamenta assecutus est: & ingenii acumine, eruditione, & doctrinâ in sui admirationem traxit omnes. Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, in scholasticis concertationibus indefessè desudavit: dum verò graviores scientias expendebat, eo plausu ad ipsum confluebant Auditores, ut discipulorum numerus in apertis locis ipsum docere compulerit; angustæ enim concurrentibus erant ædes: ideoque Platearum, ac Camporum Magister, ac Orbis Theologus passim vacabatur: hoc etenim titulum sibi doctrinâ comparavit. Mathematicas disciplinas egregiè calluit: quòd non obscurè innuit inscriptio illa in vetusto S. Dominici Templo, quam exhibent Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. pag.* 167. & Balthasar Bononia *in descr. famil. Bononiæ pag.* 7. Ad magnam sui æstimationem elatus, multa promeruit honorum ornamenta. Alphonsi Siciliæ Regis filius in suum delegit Confessarium. In Sicilia, & Melita Generalis Fidei Quæsitor constitutus, hoc munus per annos vigintisex eâ sapientiâ, sedulitate, ac Catholicæ Fidei zelo exercuit, ut diuturni exantlati labores magnam sibi venerationem, ac nominis celebritatem comparaverint: ideoq; eodem in munere à Paulo II. Pont. Max. anno 1466. amplissimo diplomate confirmatus est. Ecclesiastes etiam celeberrimus in nonnullis Orbis Christiani Provinciis è suggestu contra vitia detonavit, & uberrimos fructus concionibus suis collegit. Siculam Provinciam gubernavit. Virtutes etiam egregiæ virum undique illustrissimum exornarunt: ideoque Salvi famâ permotus Sixtus IV. Pont. Max. (hic forsan eius eximias ingenii dotes, ac doctrinę profunditatē noverat Panormi, cùm in Panormitano Cœnobio S. Francisci scholasticam palestram moderaretur, teste Francisco Baronio *de majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 121. & Philippo Cagliola: *in manif. Prov. Sic. Ord. Min. Conv. expl.* 6. *manif.* 1. *pag.* 166.) ipsum Romam accersivit, & Sacri Apostolici Palatii Magistrum constituit anno 1474. Hujusce verò Pontificis benevolentiam expertus est, qui persæpè familiaritèr Salvo blandiens, dicebat: *felicior tu cunctis, qui non dum perseveraſti usque in finem, & salvus es.* Cui respondebat Salvus: *Utinam non infœlicior, qui nomen habeam, quod vivam, & mortuus sim.* Sepè etiam his verbis Pontifex excipiebat: *Salve, salve.* Romæ totius Ordinis Vicarium, & Procuratorem Generalem egit: & anno 1481. ad supremum ipsius gradum evectus est: instante etenim Sisto Pontifice, & libentèr confluentibus unanimitèr per communem inspirationem (quod nunquam antea contigerat) Fratrum omnium suffragiis, Magister Generalis Ordinis Prædicatorum salutatus est. Ab eodem Pontifice Apostolicus Legatus in Germaniam missus est ad Fridericum III. Imper. ut ibi animos, tumultuariis commotionibus exactis, componeret; & ad sacram expeditionem in Turcas excitaret: dubium etenim irrepserat, quòd Germani Principes Conciliabulum contra Pontificis auctoritatem convocare meditarentur. At Salvus, admirabili prudentiâ, ac dexteritate, quâ mirificè pollebat, omnia juxtà Pontificis votum egregiè sedavit. In hac legatione cùm Coloniæ degeret anno 1482. B. Alberti Magni corpus decentiore in locum transtulit, & ipsius brachium Romæ ad Pontificem detulit; quod Bononiæ hodie summâ veneratione asservatur. Dum Ordinem moderabatur, multa edidit ad ipsius splendorem decreta, inter quæ privilegia Vicariis, ac Monialibus Lombardiæ connumeranda. Hic etiam primus in Prædicatorum ordine horas canonicas, missamq; Intemeratæ Conceptionis Deiparæ celebrandas mandavit 8. Decembris cujuslibet anni sub ritu duplici. Scotiæ Rege instante, Britanniæ, & Scotiæ Cœnobia divisit; hanc verò in novam Provinciam evexit. A Sixto IV. Pontifice obtinuit, ut sui Ordinis Fratres, deficiente proprii instituti confessario, quocumque Sacerdoti confiterentur. Alia ad Ordinis beneficium decrevit, multaque ad ipsius amplitudinem meditabatur. At dum Pontifex purpureo galero exornare, & Cardinalium Collegio Salvum addere disponebat, ut nonnullis palàm fecerat, mors omnia interrupit; fato enim Romæ cessit 15. Septembris 1483. Sepulcro hæc addita est inscriptio in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, ne incomparabilis viri memoria temporis lapsu oblitteraretur.

Salvo Cassettæ Panormitano summo Theologo.
Hæresis annis XXVI. Inquisitori,
Sacri Palatii Magistro VII.
Cæteris Prædicatorum muneribus
Præclarè functo: demum sui Ord.
Incredibili omnium consensu
Generali assumpto,
Misso pro arduis Ecclesiæ rebus
A Sixto IV. Pontif. Max.
In Germaniam Legato,
Et re ex voto perfecta, reverso,
De se majori spe, desiderioq; relicto,

An-

Digitized by Google

Annum agens LXX. obiit XVII. Kal. Octob. Anno Sal. M. CCCC. LXXXIII.

Hujuſce viri emeritæ laudes recenſent Leander Albertus *de viris Ill.Ord.Prædic.lib.1.pag.46.* Seraphinus Razzus *de viris Ill. Dom. pag.163.& 213.* Michael Pius *de viris Ill.Domin.par.2.lib.3. pag.61.& 62.* Fontana *in Theatro Dom. p.2. cap. 2.tit.2.pag.358.& cap.5.pag.441.p.3.c.3. tit.79. pag.610.& tit.57.pag.598.& in monument.Dominic. p.3.c.8. p. 374. & 377.* Fernandez *in Concert.præd.* Lucarinus *in Chron.Ord.Præd.* Jo:Michael Cavalerius *in lib.Galleria de' Pontefici &c.Domenic. tom.2.pag.275.* Jo: Gerardus Voſsius *de hiſtor.lat. l. 3. c. 8.p. 612.* Haub. Miræus *in Bibl. Eccleſ. auctor. cap.523. p.280.* Poſsevinus *in appar. ſacro to.3. p.190.* Lopes *in hiſt.Dom. p.5.l.1. c.9. p.29.& cap.33. p.113.* Ambroſius Altamuranus *in Bibl. Domin. pag. 207.* Franc. Baronius *de majeſt.Penor.l.3.c.9.pag.146.* Jo:M.Bertinus *in Roſa Virginea quæſt. 10. contempl. 2. p. 384.* Jo: Bap.de Franchis *in vita B. Petri Hieremiæ l.3.p. 124.* Hofmannus *in lex.to.2.p. 298.* Morerius *in dict. to. 1. p. 726.* Philippus Labæus *in SS. Patrum Biblioth. Chronolog. pag.240.* aliiq; Scripſit ex nonnullis horum Auctorum

Vitam S.Vincentii Ferrerii.

Epiſtolas quàplures eruditione maximè refertas.

SALVVS PANORMITANUS ex familia Stanchainchiano, Ordinis Strictioris Obſervantiæ S.Franciſci, vir à doctrina, ac vitæ probitate commendatus. In lucem editus anno 1572.Religionis habitum ſuſcepit anno 1597. in qua ita profecit, ac virtutibus cumulatus effulſit, ut ad nonnullos Ordinis gradus fuerit evectus: pluriès enim Cuſtos, ut vocant, Diſcretus, Definitor, & Commiſſarius Provinciæ Siculæ conſtitutus eſt. In Provincia Apulienſi S.Nicolai Barenſis Cuſtodem etiam egit. Reformatarum Provinciarum in Apulia,& Septem Martyrum tum Obſervantis, tum Reformatæ Provinciæ Viſitator fuit. Vicarii munere Regio Monaſterio Monialium S. Claræ præfuit Neapoli;ibiq; Monaſterii S.Mariæ Magdalenæ Guardianus renunciatus. Tandem Panormi magnâ ſanctimoniæ famâ deceſsit anno 1644. De eo Petrus Togolettus *in Parad. Seraphico par.1.lib.5.cap.1.pag.579.cap.4.p.586.cap. 7.p.589. c.8. p.591.& par.2. lib.6.cap.12.p.34. cap.34.p.82. lib.7.c.18. p.254.& cap.23. p.272.* Edidit Italicè

Teſoro dell'anima deſideroſa di ſchifar la traſgreſſione del voto della Povertà, & ubbidienza. Neapoli apud Conſtantinum Vitalem 1610. in 8.

In Bibliotheca Cœnobii S.Mariæ de Jeſu Bibonæ aſſervantur m. ss.

Deciſiones conſcientiæ caſuum ingenioſas, plurimorum dilucidantes dubiorum ſolutiones. Tom. I. & II. m. s. in 8.

Italicè

Devota Meditatione, che deve fare ogni fedel Chriſtiano per haver in odio il peccato: aggiuntovi un brieve modo di confeſſione per tutti quelli, che frequentano queſto SS. Sacramento, e la preparazione per ciaſcun ſtato, che degnamente, e con frutto brama communicarſi. m.s.in 8.

Stella ſplendente di Religioſi, la quale fa vedere, e conoſcere chiaramente à ciaſcheduno d' eſſi la diritta, e ſecura ſtrada di ſodisfare á quanto a Dio hanno promeſſo per mezo de' ſuoi voti ſolenni.

Schuola d' Oratione, nella quale s' inſegna un brieve modo d' ottenere da Dio quel tanto, che in eſſa ſi domanda. m.s. in 8.

SANCTORUS BAVA Panormitanus Juris utriuſque Doctor, Regii Patrimonii in Sicilia Procurator Fiſcalis, quo in munere Meſsanæ deceſsit anno 1636. Edidit.

Reſolutiones pro Jure Tractæ ſuper ſale imponendo. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1628. in 4.

Hiſpanâ linguâ

Memorial en defenſa de las querendas echas dal Viſidador General de Sicilia. Matriti in fol.

SANCTORUS MESSANENSIS Ordinis Conventualium Reformatorum S.Franciſci.Dũ hic S. Franciſci Reformatorum Ordo in Sicilia efflоruit, hujus Franciſcanæ Familiæ fuit Cuſtus in Provincia Sicula. Claruit circa annum 1620. In lucem emiſit Italicè

Zodiaco ſpirituale di varie Meditationi, diſpoſti per tutti li giorni della ſettimana. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1621. in 8.

SANCTORUS OLIVA Catanenſis, Joannis Baptiſtę de Groſsis,de quo *to.1.pag.329.*ex ſorore nepos;Juris utriusq; Doctor, doctrinâ eruditione, & pietate conſpicuus. Catanenſium Præſulum amorem expertus eſt, qui primùm Collegiatę Eccleſiæ S. Mariæ de Eleemoſyna, poſtmodum anno 1672. Cathedralis Eccleſiæ Catanenſis Canonicum delegere: ac Epiſcopii Aſſeſſorem, Judicem, & Examinatorem Synodalem conſtituere. Viri egregii, ac doctiſsimi ornamenta, & progreſſus mors inopinata diſſolvit; in memorando enim terræmotu, quo 11. Januarii 1693. Catana everſa eſt, ſub ædium prolapſu oppreſſus deceſsit. Priùs verò inſignem Bibliothecam à Ioanne Baptiſta de Groſsis ejus patruo, duorum propè aureorum millium pretio ſelectam, anno 1687.Seminario Catanenſi donaverat, teſte Dominico Guglielmino *in Catana deſtructa pag.* 61.& Franciſco Privitera *in annu. Catan.pag.219.& 236.* Sanctorum laudant idem Privitera *loc.cit.& in Manuali Antiſtitum par.1.pag.5. & 405.* Nicolaus Riccius *de dote paragii art.3. pag.181.*Ioſephus Pilaja *in deciſ. Pontif. tom.2. deciſ.10. pet. 9. n.44. pag.* 200.Carolus Ant.Converſanus *in ætherea Leont. gloria pag.* 32. & Franciſcus Petronius *in epiſt. nuncupat.Geneologiæ SS.Joachim & Annæ.* Publicè luci conſignavit

Diſceptationem Juridicam ad intellectum ſtatuti Ill. Ducis Sermonetæ Regni Siciliæ olim Proregis §. XXVI. ubi dilationis quinquennalis materia ad inſtantiam Creditoris majoris ſummæ ad favorem Debitoris obtentæ diſcutitur. Catanæ apud

Bla-

Digitized by Google

Blasium Bisagnium 1679. in 4.

Florem Legalem Episcopi potestatem in Immunitate Ecclesiastica cognoscenda redolentem, ubi quæstio potissimùm Canonica excutitur, an semiplena probatio delicti, casibus in Bulla Gregoriana exceptis, satis esset pro illius immunitatis exclusione, an plena requiratur? Ibidem apud eumdem 1681. in 4.

Alphabeticam virorum Illustrium Coronam, quæ Joannis Baptistæ de Grossis S.T. & V.J.D. Proth. Apost. & Canonici Catan. frons redimita præmi-net. Ibidem 1686. in fol.

SANCTORUS PARISIUS Panormitanus, Ordinis Minimorum S. Franciſci Paulenſis, eruditus, piuſque Theologus. Correctoris munere Cænobium Panormitanum S. Olivæ gubernavit. Dum Vicarii Provincialis munus in Sicilia ſedulò exercebat, Panormi deceſsit in Cœnobio S. Olivæ 13. Novembris 1629. Edidit opus inſcriptum:

Schema S.P.N. Franciſci de Paula *fretum Siculum tranſeuntis, ac ſacræ ejus propaginis &c. in quo illuſtrium virorum elogia continentur.* Romæ 1622. in 4.

SANCTORUS VITALIS Panormitanus, Philoſophiæ, & Medicinę Doctor, vir doctrinâ inſtructiſsimus, qui literarum præſtantiâ, morumque probitate magnam ſibi famam comparavit; inter præſtantiores ævi ſui Medicos non immeritò recenſitus. Amœnioribus literis excelluit, in Panormitana Accenſorum Academia conſpicuus. Claruit anno 1570. Ipſum laudant Antonius Venetianus *in epigr. pag.* 23. Leonardus Orlandinus *in Carmin. Accenſorum lib.* 1. *pag.* 157. & Franciſcus Baronius *de Majeſt. Panor. lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 117. Edidit

De Medicamento ſolvente ſexto die non exhibendo opuſculum. Panormi apud Joannem Matthæum Maydam 1570. in 4.

SANCTUS AJELLUS Panormitanus, in regia ſchola militari illorum, qui bellica explodunt tormenta Panormi Præfectus, & ut vulgò vocant, *Capo Maſtro.* Vixit circa annum 1610. Edidit Italicè

Inſtrutione d'Artiglieri. Panormi apud Joannẽ Antonium de Franciſcis 1610. in 8. Iterum cum Addictionibus Hieronymi Orlandi Panormi apud Buam, & Camagnam 1669. in 4. In compendium redegit opus hoc Joannes Baptiſta Maraſca, ac in lucem emiſit Parmæ typis Joſephi Roſetti 1695. in 8. in fine libri, cui titulus: *Delle Miſure ſopra li trè generi dell' Artegliaria da varii Maeſtri di tal arte.*

SANCTUS GIGAS Ciminnenſis Sacerdos, Vicarius Foraneus in oppido Ciminnæ. Doctrinâ ornatus vixit: amœniores literas coluit: ac morum integritate conſpicuus, animarum ſalutem procuravit, eaſq; ad ſalutis ſemitas ſanctè direxit. Claruit anno 1674. Scripſit Italicè

Relazione della Vita, e felice Morte di ſuor Elisabetta Trippedi di Ciminna Monaca Oblata di S. Benedetto. Ex ea vitam, ac mortem ejuſdem elicuit, ac edidit Petrus Antonius Ternamiria, ut loco ſuo pag. 129.

SANCTUS SALA Panormitanus Ordinis Conventualium S. Franciſci, vir doctrinâ, & vitæ ſanctimoniâ inſignis. In Collegio Romano S. Bonaventuræ graviores diſciplinas accepit, ex quo anno 1599. prodiit Sacræ Theologiæ Magiſter doctiſsimus. Eccleſiaſtes celeberrimus in præcipuis Italiæ, & Siciliæ Civitatibus magnâ populi frequentiâ, ac majori fructu declamavit; conciones enim in cinerali jejunio habuit Romæ, Genuæ, Panormi, Neapoli, Meſsanæ, Iceramnæ, Armini, Piſauri, & alibi: ubique verò eloquentiæ vi, ac ardentiſsimo animarum zelo, quo mirum in modum æſtuabat, innumeros ad meliorem frugem revocavit, ac in divinum amorem accendit. Virtutes, religioſo viro dignas, ſummo ſtudio coluit, quibus animum mirificè ornavit; & in Chriſtianæ perfectionis via profecit. Diuturnâ præſertim divinarum rerum contemplatione; jejuniis, ac corporis macertione, divinum in ſe ignem accendit, & fovit. Siculæ Provinciæ perpetuus Definitor renunciatus eſt in Generalibus Ordinis Comitiis anno 1623. at paulò poſt dum Neapoli quadrageſimale curriculum ferventiſsimè declamando conficiebat, prædicationis, ac vitæ ſpatium mors interrupit circa annum 1624. non ſine omnium dolore, ac ſanctitatis opinione: ideoque magno populi concurſu funus celebratum. Sanctum meritò laudant Philippus Cagliola *in manif. Prov. Sic. Ord. Minor. Convent. explor.* 3. *manif.* 2. *pag.* 98. Bonaventura Theulus *in Triumpho Seraphico*, & Joannes Franchinus *in Biblioſophia de Scriptor. Ordin. Minor. Convent. n.* 301. *pag.* 544. Edidit Italicè

Meditationi della Paſſione di Chriſto Noſtro Signore. Ex Cagliola *cit.*

Forma di recitare la Corona dell' humanità di Chriſto noſtro Signore. Florentiæ 1606. Ex Franchino citato, qui addit, hanc fuiſse devotionis formam ab ipſo Sancto adinventam, ex oratione vocali, & mentali contextam, ad recolendam Chriſti Domini humanitatem.

SCIPIO DE CASTRO. Ex Philippo Paruta ejus coævo, *in Elogiis Siculorum Poetarum* m. ſs. apud me, fuit origine Hiſpanus, patriâ Meſſanenſis, ait enim:

Scipii Caſtrii Meſſanenſis.

Cui Meſſana dedit matrem, ac Hiſpania patrem;
Hic ille eſt toto Caſtrius orbe nitens:
Illum Roma potens rerum admirata loquentem,
Macte, ait, antiquum vincis ab ore decus.

At Joſephus Bonfilius *in hiſt. Siciliæ par.* 1. *lib.* 1. *pag.* 39. inter Meſſanenſes non admittit Scipionem. Vincentius Auria *in Theatro literatorum Panor. m. s.* Panormitanum fuiſse tradit. Quam opinionem ſibi placet deligat lector. Amœnioribus, præſertim Poeticis, ac politicis ſtudiis addictus claruit. Ut rerum vices, ac hominum mores propriùs exploraret, nonnul-

Digitized by Google

las Orbis Provincias perlustravit, in quibus apud Principes viros, ac eruditionis amatores, ejus literaria indoles innotuit. Nonnullas ejus epistolas Londini apud Anglos, Parmæ, & Mediolani in Italia, datas observo. Sabaudiæ Duci gratissimus fuit, à quo torquē aureā accepit, ut ipsemet in epistola ad eumdem Ducem scribit, *in Epistolis Tresdecim virorum Illustr. pag.* 286. vel quia Scipionis merita exornare placuerit, vel aliquod opus eidem inscripserit. Carolus V. Imp. Scipionem, haud exiguâ æstimatione prosecutus est; ideoque in ipsum nonnulla contulit præmia, ut patet ex epistola Lucæ Contilis Senensis, viri literis clari, qui amicitiæ vinculis Scipioni fuit adstrictus: eam habes *in epistolis citatis pag.* 357. Mediolani multùm vixit, ac in Sicilia diu diversatus, præsertim Panormi, & Messanæ, inter literatos inclaruit: & Cephalædi apud Antoniū Pharaonium, illius Civitatis Episcopum, à doctrinâ, & morum sanctimoniâ præclarum. Cùm Marcus Antonius Columna, ad Siciliam regendam accederet, nostri Scipionis, utpotè rerum perscrutatoris eximii, & in rebus agendis egregii, monita voluit circa Siculorum mores, gubernii leges, aliaque Siciliæ moderationem spectantia. Etruscas, Hispanasque Musas præcipuè coluit: in phrenoschematum adinventione insignem fuisse prædicant: ideoque in hastiludiis, aliisque equestribus studiis quotannis Panormi solemniter habitis, ad ipsius eruditionem accurrebant Equites Panormitani, ut heroicum Symbolum ab eodem acciperent: narrant verò, quòd cùm Panormitanus Eques ingenio satis vivido munitus, ad Scipionem confugere dedignaretur, impresiam, ut vocant, à se adinventam sibi delegit, cui Hispanâ linguâ addidit:

O buona, o mala sea l' invension,
Saveis, che no la hiso Don Sipion.

nempè ut omnibus innotesceret, impresiam suam, sive bonam, sive malam, non à Scipione, à sed se adinventam. Quod risum, ac plausum simul in Theatro excitavit. Claruit anno 1560. De eo Argistrus Joffredus *in carm. Accensorum lib.* 1. *pag.* 76. & Augustinus Inveges *in appar. ad Annales Siculos cap.* 2. *pag.* 55. Multa scripsit, ac solùm Italicè hæc extant:

Lettere. In libro: *Lettere di tredici Huomini Illustri.* Operâ Thomæ Porchachii Venetiis 1584. in 8.

Rime In libro: *Scelta di Rime di diversi moderni Autori.* Genuæ 1591. in 12. & in aliis carminum collectionibus.

Instruzione a' Principi per sapere ben governare li stati. In Thesauro Politico par. 2. Turonæ apud Petrum Fegherum 1602. in 8. & Francofurti 1628.

Avvertimenti al Sig. Marc' Antonio Colonna, quando andò Vicerè di Sicilia. In eodem Thesauro.

Discorso a Carlo V. Imperadore sopra la Pace, e abboccamento, che si dovea fare in Cales. Ex epistola ejusdem Scipionis ad Jacobum Pisanum *in epistolis viror. Illustr. pag.* 351.

SCIPIO HENRICUS Messanensis Sacerdos, Messanensem fuisse ipsemet in editis operibus pluriès fatetur: idipsum verò lippis, ac tonsoribus satis compertum. Ideoque palmarem Nicolai Toppi errorem quisquis animadvertet, qui *in Biblioth. Neapolit. pag.* 280. inter Neapolitanos suos retulit; ait enim Neapolitanū patriâ, & origine fuisse, ortu Messanensem, vel Cosentinum. In lucem editus Messanæ anno 1592. adhuc puer parentibus orbatus, literarum studiis in Messanensi Seminario ingenium, admovit; ideoque nedum humaniores literas, verùm etiam & graviores Philosophiæ, ac Theologiæ disciplinas summâ ingenii celeritate, felicitèr ampl exus, Sacræ Theologiæ lauream obtinuit. Ab adol escentia cum Musis lusit, ad quarum amorem ex naturali propensione mirum in modum alliciebatur. Hinc non dum vigesimum ætatis annum attigerat, cùm idyllia duo edidit, nempè Endymionem, & Ariadnam, quę viri eruditione præstantes magnis plausibus excepere. His verò, aliisque lucubrationibus, ingenium dilucidum, styli suavitatem, indolis eminentiam mirificè detexit: quibus politiores literas, eloquentiam, & eruditionem innexuit: ideoque magnum sibi nomen comparavit: literarum verò celebritate, & poeticis ingenii monumentis, Literatorum omnium amorem, in longinquis etiam regionibus degentium, sibi conciliavit. Eximiis laudibus exornatus quocunque se contulit, eruditorum venerationem expertus est, & in celebriores Academias fuit honorificè adscriptus: præsertim Romæ inter Humoristas, Neapoli inter Otiosos, Venetiis inter Incognitos, & Delphicos, Messanæ in Officinæ sodales. Diu Romæ, & Venetiis magnâ æstimatione prosecutus vixit. Romæ Bernardini Spadæ S.R.E. Cardinalis amorem sibi devinxit, qui Scipionem persæpè secum in mensa comedentem voluit. Venetiis arctissimis amicitiæ vinculis adstrictus floruit cum Joanne Francisco Lauredano, Petro Michaele, Angelico Aprosio, aliisque clarissimi nominis viris: ibiq; inter illustres Reipublicæ admissus est. In patriam regressus, in publica Messanensi Academia Philosophiam docuit. Canonicus Messanensis electus, elapso temporis tractu, honori nuncium remisit. Electus etiam Episcopus, nescio cujus sedis, onus subire renuit ob oculorum debilitatem, quâ multùm laboravit; ingravescente potissimùm ætate: ab honoribus enim alienus, Poetæ laureati, & Theologi Messanensis Academiæ titulis solummodò gaudebat. Demum luminibus penitus orbatus, Messanæ mortalitatem deposuit 18. Septembris 1670. & in Ecclesia Jesu Mariæ, à Tubis vocata, sepultus est. At nominis fama superstes, nunquam moritura, inter celebriores vivet. Innumeri Henricum laudant, hos inter Auctor libri, cui titulus: *Glorie degl' Incogniti di Ve-*

Digitized by Google

Venetia pag. 398. in quo ejus elogium, & effigiem habes: Nicolaus Toppus *in Biblioth. Neapol. pag.* 280. Joannes Franciscus Lauredanus *in epistolis par.* 1. *pag.* 337. *&* *par.* 2. *pag.* 378. *& in dubiis amor. pag.* 130. Petrus Michael in libro: *Benda di Cupido par.* 3. *pag.* 324. Josephus Baptista *in carm. par.* 1. *pag.* 140. 141. *& par.* 2. *pag.* 147. Angelicus Aprosius sub nomine Sapricii Saprici in libro: *Sferza Poetica cap.* 4. *pag.* 19. sub nomine Joannis Petri Jacobi Villani, in libro: *Visiera Alzata pag.* 78. *&* 87. sub nomine Pauli Genari, in libro: *Vigilie del Capricorno pag.* 199. *&* 269. & sub nomine Cornelii Aspasii Antivigilmi *in Biblioth. Aprosiana pag.* 88. *&* 264. Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag* 352. Petrus Carrera *in histor. Catanæ vol.* 2. *pag.* 554. Placidus Reina *in histor. Messanæ par.* 2. *pag.* 229. *&* 534. Benedictus Salvagus *in carmin. Officinæ Messanensis par.* 4. *pag.* 334. Josephus Ambrosius *in descrip. solemnitatis Marianæ pag.* 110. Antonius Muscettola in libro: *Gabinetto delle Muse pag.* 111. Hyacinthus Gimma *in Elogiis Academ. Inseriosorum Rosciani par.* 2. *pag.* 310. Joannes Marius de Crescimbenis *in hist. Poesis vulgaris lib.* 4. *pag.* 290. *& lib.* 5. *pag.* 357. *& in comment. vol.* 4. *lib.* 3. *pag.* 144. aliique. Edidit

Censuram Theologicam, & Historicam adversus Petri Soave Polani de Concilio Tridentino Pseudo-historiam. Dilinguæ in typographia Academica apud Ignatium Mayer 1654. in 8. & Coloniæ Agrippinæ apud Cornelium ab Egmond 1664. in 12. Contra opus hoc scripsit Henricus Heideggerus hereticus, cujus librum prohibitus est à Sacra Congregatione Indicis, ut ex Indice Romano librorum prohibitorum patet.

De Tribus Scriptoribus Historiæ Concilii Tridentini. Amstelodami, & Antuerpiæ 1656. in 8. sub nomine Cæsaris Aquilini, ex Angelico Aprosio in libro: *Visiera alzata pag.* 87. at liber hic Sacræ Congregationis censuram passus est; nam teste Aprosio citato, censoriâ virgulâ historiam ejusdem Concilii Tridentini Cardinalis Sfortiæ Pallavicini notavit.

De Scientia Mediâ, & ejus origine Opusculum. Genuæ apud Jacobum Guascum 1668. in 12. sub ficto nomine Antonii Querenghi, ex eodem Aprosio *loc. cit. pag.* 88.

Italicè

L' Endemione, e l' Arianna Idillii. Messanæ 1611. & iterum ibidem apud Jacobum Matthæi, cum aliis opellis 1653. in 12.

La Vita lattea Poemetto, con un Hinno, ed altre Rime. Ibidem apud Petrum Bream 1614. in 12.

Rime. Ibidem apud eumdem 1619. in 8. in his recusæ sunt opellæ prædictæ.

La Babilonia Destrutta Poema Heroico. Venetiis apud Misserimum 1624. in 24. Romæ apud Franciscum Corbelettum 1626. in 12. Messanæ typis Iacobi Matthei 1653. in 12. Bassani 1681. in 24. & alibi.

Della Guerra Trojana Poema Heroico, Canti Venti. Messanæ apud Viduam Blanci 1640. in 4.

L' Iliade, overo l' Achille Innamorato Poema Heroico. Romæ apud Franciscum Monetam 1661. in 12.

L' Austria Vittorioso Epitalamio nelle nozze dell' Ill. ed Ecc. Sig. D. Federico Colonna Prencipe di Paliano, e D. Margarita d' Austria, e Branciforte Prencipessa di Butera. Messanæ apud Ioannem Franciscum Blancum 1624. in 12.

La Lettera della Madonna scritta a' Messinesi. Ibidem apud Hæredes Petri Breæ 1633. & 1634. in 12.

La Deidamia Dramma musicale. Venetiis typis Matthei Levi, & Ioannis Vecchi 1644. in 12. Opus hoc, ut Auctor libri inscripti: *Glorie degl' Incogniti* tradit *pag.* 398. in Theatro Veneto recitatum est anno 1644. miro exitu, & plausu: ut etiam Florentiæ anno 1650. Hujus etiam meminit Leo Allatius *in Drammaturgia pag.* 93. qui editionem allatam, secundam esse innuit.

L' Armonia d' Amore Favola Pastorale. Extat in libro: *Le Stravaganze Liriche degli Accademici della Fucina Parte Seconda.* Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1655. in 12. ubi etiam habes Proloquium ad opus Drammaticum, cui nomen: *Il Natale della Fucina.* Caroli Musarræ, & Nicolai Lipsoi.

Poesie Liriche. Venetiis 1646. in 12. ex Indice Bibliothecæ Card. Slusii *pag.* 678.

Poesie. In libro: *Poesie degli Accademici della Fucina Parte Terza.* Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12. sub nomine Accademici Occulti. Item in Parte Quarta eorumdem carminum. Ibidem apud Sebastianum Alecci 1660. in 12. In libro: *Duello delle Muse, Trattenimento Terzo degli Accademici della Fucina.* Ibidem apud Andream Colicchiam 1670. in 4. Et in libro: *Dubii Amorosi di Gio: Francesco Loredano.* Venetiis apud Guerilios 1648. in 12. & aliis annis.

Ibraim Deposto Poemetto.

Il Ritratto di Bella Donna Panegirico.

La Pietà Austriaca Idillio.

Il Nettunno Dolente Idillio funebre nella morte del Prencipe Filiberto di Savoja.

La Mitra Gemmata Panegirico per D. Biagio Proto Arcivescovo di Messina.

La Croce Stellata, overo la Navigatione del Mosto Poemetto.

Opellæ hæc primùm seorsim editæ, exinde prodiere simul collectæ, cum aliis ejusdem Henrici lucubrationibus, in libro inscripto:

Poesie. Messanæ typis Iacobi Matthei 1653. in 12. Liber hic complectitur hæc sequentia, ferè omnia recusa, nempè: *La Babilonia Destrutta. Ibraim deposto. La Lettera della Madonna. La Via Lattea. La Croce stellata. Il Ritratto di Bella Donna. La Deidamia. L' Endemione. L' Arianna. La Pietà Austriaca. Il Nettunno dolente. L' Austria Vittorioso. Rime varie.*

Hæc omnia supra relata, Etrusco carmine: prosâ verò edidit Italicè:

Digitized by Google

Le Rivolte di Parnaſo Comedia. Meſſanę apud Joannem Franciſcum Blancum 1625. & 1627. in 12. Venetiis typis Bartholomæi Fontanæ 1626. in 12. Meſſanæ apud Petrũ Bream 1641. in 12. & ibidem typis hærerum Petri Breæ 1644. in 12. Hanc laudat Clariſs. Juſtus Fontanius *in Aminta defenſo cap.* 15. *pag.* 385.

Le Liti ai Pindo Comedia Tragicomedia in Comedia. Meſſanæ apud Joannem Franciſcum Blancum 1634. in 12.

L' Occhiale Appannato Dialogo, nel quale ſi difende l' Adone dal Cavalier Gio: Battiſta Marino, contro del Cav. F. Tomaſo Stigliani. Ibidem apud eumdem 1629. in 12. & apud Hæredes Petri Breæ 1641. in 12.

Difeſa dell' Areiveſcovo Acherontino contro l'iſteſſo. Ex libro: *Glorie degl' Incogniti:* ſed non vidi.

Le Guerre di Parnaſo. Venetiis apud Matthęũ Leonem, & Joannem Vecchium 1643. in 12. Ex eodem libro citato Partẽ ſecundam etiam evulgaſſe videtur: at non editam ſuſpicor.

Il Paſſaggio di Moisè Paraſraſi Poetica in Proſa. Venetiis in 12.

Il Goto Dialogo in difeſa de' Privilegj della Nobile Città di Meſſina. Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ 1633. in 12.

Il Fulmine Dialogo. Ibidem apud Petrum Bream 1621. in 8.

Antiſquitinio Apologia, nella quale di punto in punto ſi riſponde à tutto quello, che ſi oppone alla libertà Veneta nello Squitinio d'Innominato Autore. Ibidem apud Hæredes Petri Breæ 1650. in 12.

Scripſit etiam, ſed non edidit:

De Bello Juſto, ſive de Hæreditate Regnorum Tractatum.

De Poteſtate Summi Pontificis, & Inferiorum tractatum.

Italicè

Diſcorſi.

Le Trasformationi ad Imitatione d'Ovidio Poema.

L'Hiſtoria d'Eliodoro in modo ſcenico.

La Dragontina Comedia.

La Cartagine Deſolata Tragedia.

La Teodolinda Tragedia.

Le Finte veſti Favola Paſtorale.

Le Guerre di Parnaſo Poema Burleſco.

La Conquiſta di Granata Poema Spagnolo.

SCIPIO DE LAURENTIO Panormitanus; Aſtronomus peritiſsimus, & Poeta. Claruit circa annum 1600. Edidit Italicè

Pronoſtico, e diſcorſo della Revolutione dell' anno 1596. *calcolato al Meridiano del Regno di Sicilia, e in Particolare di quello della Città di Meſſina.* Panormi 1596. in 8. ſine typographi nomine.

Diſcorſo dell' Ignea Colonna apparuta nel Palermitano Orizonte nell' anno 1605. *a* 17. *di Novembre.* Ibidem typis Joannis Antonii de Frãciſcis 1606. in 8.

SCIPIO PORTIUS Catanenſis Philoſophus, ac Medicus celeberrimus; doctrinâ enim cumulatiſsimus, in publica Catanenſi Academia magna cum nominis fama Philoſophiam docuit per annos ultra ſexaginta. Nongenarius Catanæ fato ceſsit anno 1627. Ejus effigiem in ęre inciſam ſe vidiſſe teſtatur Joannes Baptiſta de Groſsis in libro m. s. *de Scriptoribus Catanenſibus,* apud Innocentium Roccãfortem Panormitanum, Eccleſiæ Catanenſis Canonicum; hac epigraphe circumornatam. *Scipio Portius Catanenſis duodenis luſtris in Catan. Gymnaſio Primus Philoſophiæ interpres, ſuæ ætatis octogenarius.* Hujus meminere Rocchus Pirrus *in not. Eccleſ. Catan. pag.* 95. de Groſſis cit. *in decac. Catan. tom.* 2. *cord.* 9. *pag.* 150. & Vincentius Riccius *in Explic. Bullæ Cruc. par.* 1. *in addict. ad* §. 6. *n.* 11. *pag.* 109. Edidit

Primordia in Arte Dialectica erudiendis neceſſaria. Meſsanæ apud Hæredes Fauſti Bufalini 1593. in 4.

Opus Phyſiologicum, in quo varia quæſita, ſcituque digna, hactenus controverſa, diligenter diſcuſsa elucidantur. Ibidem apud Petrnm Bream 1618. in 4.

SCIPIO SAPIENTIA Catanenſis, Juriſconſultus doctrinâ clarus. Cauſarum Patronum egit non ſine laude. Vixit circa annum 1640. Ipſum laudat Franciſcus Baronius *de effect. minoris ætatis effect.* 7. *n.* 34. Edidit

Annotationes ad Librum Tertium Singularium Nicolai Intriglioli. Panormi ex typographia Angeli Orlandi 1632. in fol.

Allegationes pro D. Conſtantia Xara, & li Gregni. Apud Franciſcum Magrettum *in obſerv. ad pragm. Ducis Sermonetæ* §. 10. *obſerv.* 1. *à pag.* 172.

SCIPIO TRIGONA nobilis Platienſis, Juris utriuſque Doctor celeberrimus, doctrinâ nemini ſecundus, egregia cum nominis fama nonnullas Academias docendo illuſtravit. In Valentino præſertim, & Pariſino Lyceo per annos Vigintiquinque jura Cæſarea doctiſsimè explanavit. Claruit circa annum 1550. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 105. Joannes Paulus Chiarandaus *in hiſt. Platiæ lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 266. & Franciſcus Baronius *in Siculæ nobil. amphiteatro pag.* 18. Multa ſcripſit, quæ partim m.ſs. periere, partim in plagiariorum manus delapſa ſub alieno nomine prodiere. Quæ verò extant, hæc ſunt:

Commentaria in Petrum Philippum Corneum Peruſinum ſuper Cod. & ff. Lugduni 1553.

Conſilia. Habentur in Conſiliis Joannis Baptiſtæ Marcianẽſis Forolivienſis. Venetiis 1573. in fol. Ex Auguſtino Fontana *in Biblioth. legali in addict. pag.* 42.

Tractatus de Militiæ ſtemmate, & Juriſprudentiæ honore. Mutinæ 1570. in 4. ex indice Bibliothecæ Barberinæ *tom.* 2. *pag.* 477. & Panormi ex Fontana citato *par.* 2. *pag.* 371.

SCOPAS Syracuſanus, Mathematicarum rerum peritiſsimus, ac variarum ſcientiarum ornamento conſpicuus. Hic Plinthum, ſive La-

cu-

Digitized by Google

cunarem omnium primus adinvenit, Romæ in Circo Flaminio expositum, teste Vitruvio *lib. 9. cap. 9.* & Clavio *Gnomic. lib. 1. pag. 7.* Plintum verò Basem fuisse voluit Jacobus Bonannus *in syrac. Illustr. lib. 2. pag. 232.* at Vincentius Auria Horologii genus fuisse contendit, *in sua Sicilia Inventrice cap. 7. §. 6. pag. 15.* quod ex eodem Vitruvio confirmat, qui de variis Horologiorum inventionibus scribens, ait: Plinthum, sive Lacunarem à Scopia adinventum, Romæ in Circo Flaminio tempore suo affixum. Daniel Barbarus *in notis ad Vitruvium*, Plinthum basem fuisse putavit, in qua varia horologiorum genera describi poterant, erecta, inclinata, & declinata. Auriæ opinioni adhæsi *in observationib. ad Sicil. Invent. pag. 126. & 284.* quod & auctoritate Clavii *loc. cit.* Hieronymi Vitalis *in lex. mathem. v. Plinthus pag. 645.* & Ioannis Iacobi Hofmanni *in lex. contin. tom. 2. pag. 819.* firmavi: quibus nunc addo Iosephum Blancanum *in Chronol. Mathem. pag. 49.* & Claudium Milliet de Chales *in cursu Mathem. tom. 1. in tract. proœm. cap. 8. pag. 65.* Hic autem tradit, quòd fuit horologii genus in Plintho, seu cubo; nempè in summo erat Horizontale, in aliis faciebus erāt verticalia. Blancanus verò ait: *Horologium* fuisse *in Plintho descriptum instar quadratæ trabis erectæ, in cujus summo erat horizontale, in quatuor verò lateribus erant duo verticalia australe, & boreale; nec non duo meridiana orientale, & occidentale.* Addunt Vitruvius *lib. 1. cap. 1.* (hic Scopam Scopinam vocat) quem sequitur Aretius *de situ Siciliæ pag. 19.* Bonannus *cit.* Iacobus Middendorpius *in Academiis Orbis Christ. lib. 1. pag. 237.* & Cl. Salmasius *in exercit. Plin. ad Solinum. pag. 636.* aliique, Scopam multas etiam res organicas, & gnonomicas, numeris, naturalibusque rationibus adinvenisse, & explicatas reliquisse. De Chales cit. post Archimedem constituit Scopam: Blancanus verò ante Christi Domini adventum an. 52. claruisse tradit. Leander Albertus *in Insulis pag. 61.* à verò aberrat; meminit enim Scopæ Syracusani statuarii, ex Plinio *lib. 34. cap. 8.* & Vitruvio *lib. 9. cap. 9.* ac paulò post, Scopinam mathematicum exhibet, etiam Syracusanum. At Scopas Statuarius à Plinio memoratus *loc. cit. & lib. 36. cap. 5. & 14.* non Syracusanus, sed Parius fuit, teste Natale Comite *mytholog. lib. 7. cap. 16. pag. mihi 679.* Vitruvii verò locum ab Alberto allatum, de Scopa Syracusano mathematico intelligendum. Chistophorus Scanellus *in chron. Siciliæ*, Scopam Statuarium Siciliæ falsò adscibit. Matthæus Silvagius *de trib. peregrinis cap. 46. pag. 170.* Scosiam vocat. Scripsit Scopias

De Rebus Mathematicis, quæ temporis injuriâ periere.

SEBASTIANUS ANSALONUS nobilis Panormitanus, ex Pittinei, & Castellutii Baronibus, Philosophus, Astronomus, & Poeta clarissimus, Apud Paternionis Principem, Franciscum Moncatam, quem Astronomicis, ac politioribus literis, elegantioribusque moribus instituit, magnâ valuit æstimatione. Oculorum lumine orbatus vixit: at cæcitatis molestias, doctrinæ præsidio, morum integritate, ac infractâ animi constantiâ pertulit. Obiit Panormi 31. Julii anno 1599. & in Ecclesia Spiritus Sancti Monachorum Casinensium sepultus est, ubi cum hoc epitaphico jacet.

D. O. M.

Sebastiano Ansalono viro maximâ vitæ integritate, singulari in rebus adversis constantiâ, variâ doctrinâ, splendore generis clarissimo, Honorius filius Monachus Cœnobii S. Martini, Patri de se optimè merito, grati, & pii animi monumentum posuit. Vixit anno LXXVI. mens. VI. di XI. Obiit pridie Kalendas Augusti M.D.99.

Hujus cum laude meminere Vincentius de Ioanne *in Panor. Triumph. can. 12. pag. 127.* Octavius Potenzanus *in Poem. de decem mill. Martyr. can. 5. pag. 71.* & Argistrus Juffredus *in Carm. Accensorum lib. 1. pag. 46.* Scripsit nonnulla *de rebus astronomicis; ac Carmina Italica*: præsertim Italicè

L'Almanacco perpetuo. At cùm servum haberet Rutilium Benincasam Cosentinum, qui ab eo nonnulla astronomica, & naturalia didicit, sub hujus nomine librum typis tradere placuit; ut ex m. ss. aliisque fide dignis accepi. Prodiit opus, post innumeras editiones, Venetiis apud Nicolaum Pezzanam 1668. in 8. Carmina ejus nonnulla Italicè habentur in libro inscipto: *Rime di diversi belli Spiriti della Città di Palermo in morte della Signora Laura Serra, e Frias.* Panormi 1572. in 8.

SEBASTIANUS BAGOLINUS Alcamensis, Poeta egregius, Orator, Philosophus, Pictor, & Musicus. Parentibus Leonardo Bagolino Veronensi pictore, & Catharina Tabonia Alcamense, in lucem emissus est 19. Januarii 1560. Patris vestigia secutus, picturæ studium amplexus est, cui musices oblectamenta addidit; multumque iis in artibus excelluit. Humanioribus literis, ac arte poeticâ à Marco Gētilucio Spoletino institutus, mox Neapolim contendit, ibiq; Rhetorices studiis ab Ascanio Vopisco eruditus est. His in facultatibus ità insignitèr profecit, ut ad singularem Oratoris, & Poetæ gloriam sese extulerit: ideoque sæpissimè cùm literatorum plausu multa latino carmine cecinit, tum Neapoli, tum in Sicilia: & è suggestu frequentissimè declamavit latino Italico, Hispanoque sermone, à doctis viris summoperè commendatus. Neapoli Poeticam Artem docuit adolescentes nobilitate præclaros: ibique nomen suum longè, latèque inclaruit. Hinc ea in urbe familiares habuit viros doctissimos, quos omnes carminibus suis celebat; inter quos Fabius Jordanus, Andreas Tusus Gensani Marchio, Hadrianus Spatafora, ejusque filii, Paulus Portarellius, Scipio Mazzella, Ioannes Baptista Porta, qui suos de Physiognomia libros, antequam evulgaret, Bagolino corrigendos tradidit, Ferdinandus Carafa, aliis

Digitized by Google

liique. In patriam regressus Franciscam Battiatam uxorem duxit: at paulò post à Francisco Moncata, Paternionis Principe, accersitus, in ejus aula diversatus est: ipsumque Principem Poesis, ac Picturę studiis erudivit: ab ipso verò maximo honore prosecutus est Bagolinus, donisque cumulatus. Ea in aula viris doctissimis Antonio Cingalio, Sebastiano Ansalono, & Antonio Bevilacqua conjunctissimus vixit. At sublato intempestivâ morte Moncata, anno 1597. à Joanne Horosco, Episcopo Agrigentino, accitus, ut ejus emblematum libros Hispanis rhythmis conditos, latino carmine donaret, id egregiè peregit. Panormum etiam incoluit apud Annibalem Valguarneram Panormitanum Guderani Baronem, ubi amicitiæ vincula contraxit cum Mariano Valguarnera, Philippo Paruta, Bartholomæo Sirillo, aliisque Panormitanis viris doctissimis: ac benevolentiæ leges innovavit cum Marco Gentilucio ejus præceptore, quem secum postmodum deduxit Alcamum, ibique inter Bagolini brachia mortem oppetiit circa annum 1596. Alcami poeticam reseravit Scholam, in qua nobiles adolescentes insignitèr erudivit. Ipse verò lucubrationibus, præsertim poeticis, scribendis omni studio operam dedit; ideoque innumera Italico, Hispano, Siculoque carmine condidit cum literatorum approbatione: præcipuè elegantissima epigrammata, & elegias scripsit, quibus magnam nominis celebritatem sibi comparavit: ideoque viri eruditione præstantissimi à Romana Urbe, ac provinciis Neapolis, Liguriæ, Germaniæ, Hispaniæ, ac Galliæ, ejus ingenii fœtus, per epistolas Alcamum missas, eximiis cum laudibus commendárunt. Plura scripsisset si vitæ commodioris blanditias perfrui licuisset, ac longiorem vitam traduxisset; anno enim ætatis suæ 44. cùm in febrim incidisset, Alcami 27. Julii 1604. fato cessit; & in Ecclesia SS. Crucifixi à Petro Tabono ejus avo fundata (quam nunc Fratres Ordinis Minimorum habent) conditus est. Hæc ex vita m.s. apud me ab Anonymo, sed synchrono, scripta, & ex alia etiam vita m. s. Iaxiori, ab eruditissimo Joanne Maria Amato Soc. Jesu Panormitano exarata. Bagolinum quoque laudant Honorius Dominicus Caramella *in Musęo Illustr. Poet. pag.* 267. & Michael Foscarenus *in notis*, Vincentius Auria *in observat. ad Battillum Jo: Bap. de Judice pag.* 319. & Petrus Antonius Tornamira *in Progenie S. Rosaliæ disc.* 1. *cap.* 17. *pag.* 103. Quæ Bagolinus scripsit hæc sunt:

Emblematum Moralium D. Jo: Horoscii Covarruvias, & Leyva Episcopi Agrigentini libri Tres, ex Hispana lingua latino carmine redditi. Agrigenti 1601. in 8.

Ad SS. Dominum Clementem VIII. Pontif. Max. Sacra Symbola, ejusdem Episcopi, latinitate donata. Ibidem 1601. in 8.

Carmina. Panormi in 8. Hic liber extat apud multos sine principio, ac fine, ob Auctoris mortem interruptus. Horum carminum aliqua recusa habemus in libro Epigrammatum selectorum. Panormi apud Hæredes Jacobi Maringhi 1656. in 12. Hæc verò pars est eorum, quæ scripsit; nam ut ipse Bagolinus testatur, 700. Epigrammata, e 100. elegias conflavit.

Scripsit etiam, sed non edidit

Opus Poeticum contra Deos ad Gregorium Montelparú S. R. E. Cardinalé. m.s. in fol. apud Joannē Mariam Amatum Panormitanum Soc. Jesu.

Opus lyricum Annibali Valguarneræ, Baroni Guderani dicatum, cum scholiis.

Epigrammata in laudem Gentis Moncatæ. m. s. in Musęo Ducis Montisalti.

De laudibus Gentis Moncatæ, librum prosâ scriptum. m.s. in eodem Musęo.

Libros tres Elegiarum. m. ss. in fol. apud laudatum Amatum, & apud U.J.D. Ignatium de Hippolyto Alcamensem.

Epigrammatum Libros Quinque. m.s. in fol. apud eumdem Amatum.

Opus de Vita S. Sebastiani: quod non absolvit.

Corniadem versu latino. m. s. in fol. apud eumdem. *Pinzocherum.*

Februam.

Paragraphos.

Opus Pæanorum.

Opus Tumulorum.

Cruenam.

Epactoriam.

Malleum.

Commentaria in Carnaleum.

Psittacum.

Hæc, Ambrosii Beneventani, Manfredi Salemitani, Leonardi Pharaonii, aliorumque æmulus, ludricè scripsit.

Testamentum Bagolini ad Tertulliani exemplum.

Ephemeridem Vitæ Francisci Moncatæ Paternionis Principis.

Dicta Mōcatæ à Villagomesio Hispano, ejus Aulico, Hispanicè conscripta, in latinú translata sermonem.

De ratione Emblematis librum.

Contra Ambrosium Beneventanum librum.

Contra Malos Pictores librum.

Italicè etiam

Discorso Historico della Città di Alcamo. Hunc citat Vincentius Auria *in observ. citatis*, & Petrus Ant. Tornamira *in Progenie Divæ Rosaliæ disc.* 1. *cap.* 17. *pag.* 103. & 104.

Dialogo sopra la piramide fatta in Alcamo nell' Esequie di Filippo II. Rè di Spagna, e di Sicilia. Authographum m.s. in 4. extat apud me: ipsumque citat Auria laudatus, *in hist. Chronol. Proregum. Siciliæ pag.* 72. Hoc opus etiam Hispanâ linguâ scripsit.

Il Moncada. In hoc opere, quod tum Italicè, tum Hispanicè condidit, Francisci Moncatæ, ejusque Majorum gesta complectitur: utrâque linguâ m.s. in 4. extat apud Amatum.

Il Ventimiglia, sopra il Reggimento di D. Gio: Ventimiglia Marchese di Geraci, Presidente del Regno.

Digitized by Google

gno di Sicilia.

I disegni di Christo.

L' Ancore. Raggionamento Spirituale à Benvenuta Tabona sua Cuggina Monaca nel Monastero di S. Chiara d' Alcamo. Ubi de quatuor anchoris Evangelicæ Perfectionis. m.s. in 4. apud Amatum. Hunc librum in Hispanum Sermonem etiam transtulit.

L' Ancore ad Antonia Piccinica monaca nel Monastero di S. Chiara d' Alcamo. m. s. in fol. apud U. J. D. Ignatium de Hippolyto.

Vita del Clerico B. Francesco Lombardo, nominato Il Divoto, Alcamese, Fondatore delle Congregationi Secrete d' Alcamo. m.s. in 4. apud Ignatium Lombardum, Alcamensem, ejusque Civitatis Protomedicum.

Quaresimale. m.s. in 4. apud Melchiorem de Alesio Sacerdotem Alcamensem.

L' Ave Maria discorso Spirituale à Francesca Battiata sua moglie. m.s. in 4. apud Amatum.

Stracciabisacce. In hoc opere de Alcamensi villa Vincentii Tornamitæ, & de quibusdam familiis Alcamensibus. m.s. in fol. apud me.

Epistole ad Ambrogio Beneventano, e ad Arnao Muzzarese.

Epistola al P. F. Mariano d' Alcamo Capuccino. m.s. in 4. apud Jacobum Lombardum: in qua de Sodalitiis Alcamensibus paulò ante excitatis.

Demum Hispanâ lingua scripsit

Vida de D. Francisco Moncada Principe de Paternò.

SEBASTIANUS CARONITUS ex oppido Militelli in Valle Nemorum, Societatis Jesu. Natus 24. Novembris 1640. Societatem amplexus est 22. Maii 1656. in qua solemnia emisit vota 2. Februarii 1674. Doctrinâ, eloquentiâ, & eruditione valuit. Vivit hoc anno 1713. quo hæc excuduntur, Messanæ. De eo Antonius Ignatius Mancusus *in Vita S. Rosaliæ par. 1. pag. 63.* Edidit Italicè.

Il Doppio Tributo cordiale d' Amore, e Dolore offerto dalla Generosissima Città di Caccamo all' Eccell. Sig. D. Antonio Amato Folch di Cardona, Prencipe di Galati, Duca della Città di Caccamo, Signore d' Asti &c. passato à miglior vita alli 25. di Marzo 1691. Oratione Funerale. Genuæ apud Dominicum Maringum 1692. in 4.

SEBASTIANUS COMBUS Cephaleditanus Sacerdos, Medicinæ Doctor, natus 11. Julii 1636. nedum graviores disciplinas, verùm etiam amœniores literas, non sine laude coluit. In oppido S. Cataldi obiit 22. Julii 1697. Edidit Italicè

Dramma Pastorale sopra la Nascita del Bambino Giesù. Panormi apud Petrum de Isola 1661. in 8.

Viaggio de' Trè Rè Maggi Dramma. Ibidem apud eumdem 1661. in 8.

Scripsit etiam, & inedita reliquit hæc alia:

De Febribus Tractatum.

Italicè

Le Sorelle Ingannate.
L' Ambasciata d' Arduelo. } *Comedie in Prosa.*

La Passione di Christo Dramma.

SEBASTIANUS LA FARINA nobilis Panormitanus, Yrosæ Baro, Martini la Farina filius, Juris utriusque laureâ insignitus, ac doctrinâ cumulatissimus, inter primarios causarum Patronos inclaruit: ideoque honoribus nonnullis fuit non immeritò cohonestatus; Judicem enim semel, & iterum egit in Panormitano Prætorio, & in Concistorii Sacræ Regiæ Conscientiæ Senatu. Regii Consiliarii titulo ornatus effulsit. In Tribunali SS. Inquisitionis Siculæ fuit Consultor, & Siciliæ Promagister Secretus. Panormi decessit 11. Januarii 1636. & in Ecclesia S. Dominici sepultus est De eo vide Augustinum Invegium *in appar. Panormi Nobilis pag. 85.* & Philadelphum Magnòs *in Theatro Nobil. Sic. par. 2. pag. 53.* Edidit

Allegationes pro Ill. D. Ottavio Lanza Principe Trabiæ contra Universitatem Thermarum. Panormi apud Joannem Baptistam Maringum 1599. in fol.

SEBASTIANUS GIUSINUS Panormitanus, Jurisconsultus ab obitis muneribus clarissimus. Ab adolescentia Jurisprudentiæ ingenii indolem, satis egregiam, seriò devovit. Doctoris laureâ ornatus, ac doctrinâ abundè excultus, inter primarios causarum Actores non ultimum obtinuit locum. Meritis præclarè munitus ad omnes Juris Cæsarei honores gradatim evectus est: Judicem enim pluriès egit in Panormitano Prætorio, ut etiam in Sacræ Regiæ Conscientiæ Concistorio, & in supremis Magnæ Regiæ Curiæ subsellis. In Regii Patrimonii Senatu præfuit etiam à Rationibus Magister; ac anno 1693. Præses Tribunalis Concistorii electus est. Demum summam Jurisprudentiæ dignitatem adeptus est, Magnæ Regiæ Curiæ Præses constitutus anno 1696. Apud Siciliæ Moderatores magnâ valuit opinione: ideoque persepè gravioribus Regni negotiis adhibitus: quæ magnâ doctrinæ, & integritatis notâ sedulò pertractavit. Vivere desiit Panormi 18. Februarii 1703. De eo Franciscus Strata *in quietationib. quiet. 1. pag. 20.* Edidit

Decisionem Tribunalis M. R. C. Regni Siciliæ in causa successionis Principatus Buteræ cum dignitate Magnatis Hispaniarum, Petrapertiæ, & aliorum Statuum, ac Feudorum vacantium ob mortem D. Donnæ Margharitæ ab Austria, & Branciforte. Panormi ex typographia Dominici de Anselmo 1662. in fol. Etsi idem Sebastianus has Iustificationes in Epistola ad lectorem, Emmanueli Monge, tunc Sanctæ Inquisitionis Siculæ Quæsitori, adscribat, ut eidem morem gereret: at Sebastiani fœtum esse satis compertum est apud Iurisperitos.

SEBASTIANUS PETRAFICTA Siculus incertæ patriæ, Philosophus doctissimus, cujus meminit Ioannes Antonid. Vanderlinden *de* scri-

Digitized by Google

ſcriptis Medicis pag. mihi 964. qui edidiſſe teſtatur:

Tractatum de ſenſuum externorum uſu, affectionibuſque, deque memoriæ cum rationis læſione vitio, medelaque Tractatum. Venetiis apud Gratioſum Perchacinum 1594. in 4.

SEBASTIANUS NEAPOLIS Troynenſis, natus anno 1655. humaniores literas, ac Philoſophiam in Seminario Clericorum Panormitano, & in Collegio Societatis Ieſu didicit. Iuriſprudentiæ ſtudia amplexus, Doctoris lauream obtinuit in Catanenſi Academia anno 1677. Vivit Panormi doctrinâ, & eruditione ornatiſsimus. Edidit Italicè

Brieve Riſtretto della Vita, Morte, e Miracoli del P. S. Silveſtro della Cittá di Troyna, Monaco dell' Ordine del P. S. Baſilio Magno. Meſſanæ ex Typographia Vincentii de Amico 1682. in 12.

SEBASTIANUS SACCUS ex oppido Burgii, Ordinis Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, Theologus doctrinâ inſtructiſsimus. Jura Pontificia, in quibus verſatiſsimus fuit, per plures annos inter ſodales ſuos docuit: Concionatorem etiam egit non ſine fructu. Plura Ordinis Cœnobia rexit Guardianus: in Provincia Vallis Mazariæ Definitoris munere perfunctus eſt: & anno 1658. Comitiis Generalibus, in Hiſpania coactis, Cuſtos Vocalis interfuit. Inter Sanctæ Inquiſitionis Siculæ Conſultores relatus inclaruit; & à doctrina præclarus omnium venerationem ſibi conciliavit. Demum ob diuturna ſtudia hecticum morbum contraxit, & in Patrio ſolo deceſsit 2. Aprilis 1661. Ipſum laudat Petrus Tognolectus *in Paradiſo Seraphico par. 1. lib. 5. cap. 1. pag. 580.* Typis tradidit

Faſciculum Florum ex Viridario Theologiæ Moralis ſelectarum. Tomum Primum, in quo duo libri continentur, quorum primus eſt de Legibus, Privilegiis, Vitiis, & Peccatis, Eleemoſina, & Jejunio, Conſcientia, & Scandalo. Secundus de Primo Decalogi Præcepto, Correctione fraterna, Schiſmate, Superſtitione, Idolatria, Vana Obſervatione, Blaſphemia, Immunitate Eccleſiarum, Horis Canonicis, & Secundo Decalogi Præcepto; ſcilicet Juramento, & Voto. Panormi Typis Petri de Iſola 1653. in fol.

Faſciculum Florum ex Viridario Sacræ Theologiæ Moralis Selectorum. Tomum Secundum. In quo duo libri continentur, quorum Primus eſt de Tertio, Quarto, Quinto, Sexto, & Decimo Decalogi Præcepto. Secundus de Septimo, & Octavo. Ibidem apud Joſephum Biſagnium 1660. in fol.

Tomum Tertium edendum m.s. reliquit.

SEBASTIANUS A' S. ROSALIA Panormitanus, Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini, Theologus, & Sanctæ Inquiſitionis in Sicilia Conſultor. Amœniores literas, & poetica præſertim ſtudia coluit. Poſt nonnullos annos ad Eremitanos S. Auguſtini calceatos trāſiit, reāſſumpto familiæ ſuę nomine, inter quos Sebaſtianus Giacona appellatur. Vivit hoc anno 1713. Panormi. Edidit Italicè

L'Euſtachio Drama per muſica. Venetiis apud Stephanum Curtum 1691. in 12.

SEBASTIANUS TAUROMENITANUS Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter doctiſsimus. Floruit propè annum 1541. cujus laudes recenſent Antonius Luſitanus *in Biblioth. Ord. Prædic.* Ambroſius Gozzeus *in Biblioth. Ordinis Prædic.* Michael Pius *de Viris Illuſtr. Ord. Præd. par. 2. lib. 4. pag. 193.* Ambroſius Altamuranus *in Biblioth. Dominic. pag. 277.* Scripſit

Super Phyſica, & anima.
Super libros de Cœlo, & Mundo.
De Generatione, & Corruptione.
De Parvis naturalibus.
In Metaphyſicam.
Super Ethica, Politica, & Economica.

SEBASTIANUS VELLA Netinus Juris utriuſque Doctor, vir doctiſsimus, & rerum feudalium præſertim peritiſsimus, ut ex Blaſii Lanceę Juriſconſulti celeberrimi teſtimonio habemus. De eo vide Vincentium Littaram *de Rebus Netinis pag. 167.* & Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Syrac. pag. 227.* qui ſcripſiſſe teſtantur:

Conſilia plurima.

SEBASTIANUS UGOLINUS Raguſanus, ut ex opere ab ipſo edito, infra recenſendo, patet, non Siculenſis, ut ait Pirrus *in not. Eccl. Cephalæd. pag. 489.* qui ſibi contrarius *in not. Eccleſ. Syrac. pag. 257.* Raguſanum pronunciaverat: in operis verò indice ſeipſum correxit *ver. Raguſa,* ubi Raguſanum fuiſſe fatetur. Fuit Sebaſtianus Academiæ Complutenſis Alūnus, Sacræ Theologiæ Doctor, Philippi III. Catholici Regis Capellanus, S. Marię de Burgitabus Regius Prior, Cappellæ Regiæ S. Joannis Meſſanæ Beneficiatus, & S. Anaſtaſiæ Abbas. Vir utique doctiſsimus, à literarum, eruditionis, ac virtutum ſplendore clariſsimus. Romæ aliquamdiu vixit Simonis Tallaviæ S.R.E. Cardinalis Theologus; ibique tandem deceſsit 22. Aprilis 1621. ex eodem Pirro. Edidit *libros eruditiſsimos* eodem Pirro teſte; ex his ſolùm vidi opus inſcriptum:

De Quinque Plagis D. N. Jeſu Chriſti R. P. F. Franciſci Oſſunenſis opuſculum è lingua Hiſpanica in latinam converſum, ac paraphraſticè diſpoſitum à D. Sebaſtiano Ugolino Abbate Siculo Raguſano: perutiles additiones acceſſere. Romę apud Guielmum Facciottum 1616. in 4.

SEMINARIUM CATANENSE, in quo ex Concilii Tridentini ſanctione Clerici educantur, anno 1572. excitavit Antonius Pharaonius Meſſanenſis, Catanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & in Canonicalibus ædibus, Epiſcopio adhęrentibus, inſtituit, ac annuis redditibus firmavit: in eoq; Antoniū Camillum Borgheſium (qui exinde ad Pontificalem ſedem evectus, Paulus V. dictus eſt) excepit. Poſtmodum ante Senatoriū Palatium tranſtulit anno 1614. Bonaventura Secuſius Catanenſis Epiſcopus: anno verò 1687. amplificatum, rem urgente

Jo-

Digitized by Google

Josepho Celeste, Vicario Capitulari Sede Vacante. Eodem anno Bibliothecâ Jo:Baptistæ de Grosis à Sanctoro Oliva ejus nepote locupletatum inclaruit: at eversum 11. Januarii 1693. ex terræmotu, iterum operâ Andreæ Rigi Panormitani, Catanensis Præsulis, assurrexit. De eo vide Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Catan. pag.66.* de Grosis *in Catana Sacra pag.265. & 278.* & Franciscum Privitera *in Ann. Catan. pag. 219.* Prodiit sub hujusce Seminarii nomine opusculum inscriptum:

Plausus Festivus Palladis Catanêsis Eccell. Domino D. Petro Manueli Colon, Portogallo, de Cueva, & Henriquez, Magno Indici Maris Gubernatori, &c. Proregi, & Capitano Generali in hoc Siciliæ Regno pro publicis ejusdem Regni negotiis Catanam accessuro. Catanæ in ædibus Ill. Senatus in typographia Bisagni 1698. in fol.

SERAPHINUS CALATAJERONENSIS, Ordinis Minorum Observantium S. Francisci. Claruit anno 1600. Edidit Italicè

Brieve Regola per tutti quelli, che desiderano esercitarsi, e far profitto nella Sacrosanta Oratione mentale, e vocale. Neapoli apud Ioannem Jacobum Carlinum 1606. in 8.

SERAPHINUS CORLEONENSIS, Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, in Mexicana regione, aliisque Indicis Provinciis Apostolicum Missionarium egit, clarus anno 1700. Italico sermone vidi

Lettera di Raggnaglio sopra la qualità della Provincia di Gattimala esistente nel Vecchio Messico, e Lettera di Raggnaglio sopra le qualità della Regione chiamata Luigiana, ò Luisiana esistente nella parte occidentale del Canada. Extant in libro: *Galleria di Minerva tom. 5. pag. 225.*

SERAPHINUS GONZALEZ Panormitanus, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis in Cœnobio Panormitano S. Martini de Scalis, in quo Ordinis insignia accepit 8. Decembris 1632. Vir morum integritate conspicuus, & sacrorum studiorum amantissimus. In eodem Cœnobio prudentiâ, & eruditione clarus nonnulla egregiè obiit munia; triennio enim tyrones instruxit, & Decani gradum obtinuit. Demum in oppido Cinisi, ditionis ejusdem Monasterii, fecessit, ubi ad animarum beneficium Archipresbyteratum fundavit, quo in munere per mulos annos vixit: ibique vitam etiam absolvit 13. Februarii 1691. Edidit Italicè

Brieve dichiaratione dell' Arbore Monastico Benedettino, intitolato Legno della Vita, cavata da i cinque libri dichiarativi di detto Arbore composti dal R. P. D. Arnaldo Uvion Fiamengo. Panormi apud Nicolaum Buam 1655. in 8.

SERAPHINUS INTRIGLIOLUS Catanêsis, Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci. Tum graviores, tum etiam amœniores literas coluit. Guardianum, ut vocant, & Provinciæ suæ Custodem, egit. Vivebat anno 1700. Evulgavit Italicè

La Notte Sacra. Catanæ apud Bisagnium 1670. in 8.

SERAPHINUS LEGIUS Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, cujus vestem accepit 31. Maii 1603. anno ætatis suæ 16. Vir sanè in scholasticis disciplinis egregius; in Philosophicis enim, & Theologicis scientiis ingenii acutissimi felicitatem insigniter detexit. Doctoris, ac Magistri laureâ cohonestatus, studiorum lyceis præfuit Regentis munere; ac memoratas facultates doctissimè docuit: ab ejus verò schola discipuli doctrinâ præclarissimi prodiere, qui regulariê ipsius familiam illustrarunt. Sacrâ eloquentiâ insignis, conciones eruditione, Sanctorumq; Patrum sententiis refertas, habuit non sine plausu. In sacris literis versatissimus claruit. Pietatem coluit egregiam; & in Divæ Annæ, Matris Deiparæ, obsequium nonnulla adinvenit, ejusq; cultum in Siciliam, ac per omnia Religionis Cœnobia propagavit. Virtutibus clarus effulsit, quibus omnes in sui venerationem traxit, & ad emeritos honores sibi aperuit viam. Prioris munere Cœnobium Panormitanum S. Mariæ Annunciatæ, à Zisa dictum, gubernavit: ut etiam illud in oppido Rocchæ à se novitèr fundatum. Enituit in Sicula Provincia Definitor, & Provincialis: Commissarius etiam, & Definitor Generalis inclaruit. Vincentius Castagutus, S.R.E. Cardinalis, in suum Theologum, Confessarium, & Consultorem Seraphinum delegit, quem in omnes Sedis Apostolicæ Legationes, Bononiæ, Urbini, & Ferrariæ oneris comitem voluit. Demum insigni æstimatione prosequutus, virtutibus, ac sanctimoniâ exornatus, vivere desiit Romæ 8. Augusti 1655. in Cœnobio S. Pauli de Arenula. Ipsum laudant Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 358.* Lucas Wadingus *in Scrip. Minorum Pag. 315.* Franciscus Bordonus *in Chron. Tertii Ord. S. Franc. cap. 13. n. 53. pag. 317. cap. 25. n. 9. pag. 421. n. 28. pag. 438. n. 81. pag. 457. & cap. 38. pag. 566.* Joannes Maria *in annal. Tertii Ord. par. 3. pag. 626.* Joannes Petrus Crescentius *in Præsidio Romano pag. 95.* & Vincentius Auria *in histor. Chronolog. Proregum Siciliæ pag. 99.* & in *Sicilia Inventrice Cap. 15. §. 8. pag. 69.* Publicè luci consignavit Italicè:

Avvento Sacro, con i Santi correnti, inclusovi l'Animato Paradiso Prediche nell'Espettatione del Parto Verginale. Venetiis apud Juntas 1643. in 4.

Quaresimale Tomo Primo, che contiene le Prediche de' Mercordì, Venerdì, e Domenica, con il Sabato delle Ceneri, e innanti le Palme. Ibidem apud Bertanos 1640. in 4.

Quaresimale Tomo Secondo, che contiene le Prediche del Lunedì, Martedì, e Giovedì, con trè Sabati di Quaresima, e due Prediche di S. Pietro. Ibidem apud eosdem 1641. in 4.

Trionfo Quaresimale, Stationi Sacre, Sacra Mensa del Sole. Ibidem apud Juntas 1643. in 4.

Le Quattro Staggioni sempre floride de' Santi solennizati da S. Chiesa. Parte Prima. Romæ 1646. in 4.

Riporti Evangelici per li Predicatori dalla Natività del Signore fino alla festa della SS. Trinità. Venetiis 1645. in 4.

Digitized by Google

Prælo etiam paraverat

Super Cantica Canticorum de B. Virgine Commentarium.

Italicè

Domenicale per tutto l'Anno. Et alia Concionatoria.

SERAPHINUS MYLENSIS, ex familia Caruso, Ordinis Capuccinorum. Ecclesiastes animarum zelo præclarus, in præcipuis Provinciæ Messanensis civitatibus conciones cum fructu habuit. Doctrinâ, morum suavitate, ac regulari perfectione insignis, rerum cœlestium contemplatione addictus vixit. Per plures annos Ordinis tyrones instituit: præclariora Provinciæ suæ Cœnobia rexit Guardiani munere: pluriès etiam in eadem Provincia Definitorem egit. Vitam virtutibus ornatam traduxit; & egregia præsertim paupertatis, & austerioris vitæ exempla reliquit. Non sine sanctimoniæ opinione Nicosiæ decessit anno 1648. cui defuncto populi turmatim confluxere; ejusque vestes in frustulos, devotionis causâ, discerptos accepere. Ipsum laudat Dionysius Genuensis *in Biblioth. Capuccin. pag.* 291. Ad animarum directionem edidit Italicè

Viaggio del Cielo di frutto Spirituale. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1648. in 8.

SERAPHINUS ODDUS Bidinensis, Ordinis Conventualium S. Francisci, Sacræ Theologiæ Magister ex Collegio Neapolitano. Doctrinâ excultus vivebat anno 1644. ex Philippo Cagliola *in manif. Provinc. Siculæ Ord. Minor. Conv. expl.* 3. *manif.* 4. *pag.* 129. De eo etiam Petrus Angelus Spera *de nobilit. Professor. Grammaticæ lib.* 4. *pag.* 517. Edidit opusculum Italicè inscriptum:

Dialoghi Grammaticali. Neapoli apud Nuccium 1639. in 8.

SERAPHINUS PANORMITANUS, à Sambuca dictus, Ordinis Strictioris Observantiæ S. Francisci. Claruit anno 1616. Hujus meminit Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico par.* 1. *lib.* 5. *pag.* 580. *& par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 18. *pag.* 45. qui scripsisse tradit Italicè

Vita della devota Serva di Dio Suor Maria Carminolla della Sabuca Vedova Tertiaria dell'Ordine de' Minori Osservanti Reformati. m.s. in 4. Hanc asservabat idem Tognolettus.

SERAPHINUS ROTELLA Messanensis, alius à Seraphino Rotella Ord. S. Augustini, de quo Leonardus Cozzandus *in Biblioth. Brixiensi par.* 1. *pag.* 193. Fuit noster Seraphinus Tertii Ordinis S. Francisci, Sacræ Theologiæ Doctor eximius. Cesenæ Philosophiam cum doctrinæ laude docuit, ibique extrema clausit circa annum 1650. Ipsum laudat Franciscus Bordonus *in Chronol. Tertii Ordinis cap.* 38. *pag.* 567. qui edidisse testatur, sub Josephi Rotellæ fratris nomine, Medicinæ Doctoris, opera hæc inscripta:

Flores in Aristotelis Organum. Cæsenæ apud Nerium 1647. in 4.

Fructus honoris in Isagogen Porphyrii, & Universam Aristotelis Logicam. Ibidem apud eumdem 1649. in 4.

SERAPHINUS A'SANCTA CATHARINA SENENSI Panormitanus, ex familia Pontano, Ordinis Excalceatorum S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, natus 17. Aprilis 1642. literisque addictus, Jurisprudentiæ operam dedit: at declinatis sæculi periculis, religionis habitum suscepit Panormi 17. Maii 1660. in qua solemnia emisit vota 18. Maii 1661. Philosophiam Cephaledi, Scolasticam Theologiam Panormi didicit; ac doctrinâ satis, superque excultus, ad præclara inter Sodales suos munia assumptus est; plura etenim Ordinis Cœnobia Commendatoris munere gubernavit: ac tyrones instruxit. Fuit à Secretis apud Ordinis Generalem: Definitorem, & Procuratorem Generalem, ac Præsidem Provincialem in Cœnobiis Italiæ egit non sine laude. Nunc Sanctæ Inquisitionis Siculæ, & Regiæ Monarchiæ Consultor, & Generalis Ordinis Chronographus, vivit Panormi, morum probitate conspicuus. Edidit Italicè

Vita, e Religiose Virtù del P. Pietro della Madre di Dio, chiamato communemente Padre Cirneca, Palermitano, dell' Ordine de' Redentori Scalzi della Mercede. Panormi apud Anglesem, & Leonem 1696. in 4.

Esercitii Spirituali da recitarsi ogni giorno in honore dell' Heroina S. Anna. Ibidem apud Petrum Coppolam 1696. in 16. apud Felicem Marinum 1707. in 16. & apud Stephanum Pitimum 1712. in 16. Hæc postrema editio prodiit suppresso Auctoris nomine.

Prælo etiam paravit:

Esercitii da farsi da' Predicatori Apostolici finito il sermone vespertino delli Venerdì di Quaresima per beneficio dell' Anime divote delle Cinque Piaghe di Nostro Signore Giesù Cristo.

Cronica della Provincia di Sicilia, ed Italia dell' Ordine de' Redentori Scalzi della Mercede, e degli Huomini Illustri in Santità, e lettere di essa Provincia.

SERAPHINUS A' SANCTIS PETRO, ET PAULO, Planæ Græcorum (Oppidum Albanensium Græcorum, qui in Siciliam transvecti sunt) Ordinis Discalceatorum S. Augustini. Piis, honestisque parentibus natus, adolescens, ut literarum studiis operam daret, Panormum missus est, ubi humaniores literas in Collegio Societatis Jesu hausit. At decimosexto ætatis anno vix expleto, memoratum S. Augustini institutum amplexus est. Oratoriis institutionibus instructus, literas egregiè coluit: at præstantissimum ingenium, quo insigniter pollet, in Philosophicis, ac Theologicis studiis, quibus Panormi, & Drepani operam dedit, amplissimè ostendit; eaque animi contentione, eoque progressu his disciplinis adhæsit, ut non vulgaris Theologus, & Orator eruperit. Ideoque in Comitiis Generalibus Ordinis Romæ habitis, semel, & iterum publicas theses coram S.R.E. Cardinales, non sine plausu felicitèr.

Digitized by Google

citer propugnavit. Per tria ferè lustra in Cœnobiis Panormitano, & Drepanitano Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam doctissimè tradidit. In præcipuis Siciliæ Civitatibus Sacer Declamator eloquentiâ, & eruditione valuit, ac eximii Oratoris laudem sibi comparavit. Vivit nunc vir insignis Romæ hoc anno 1713. ad Definitoris Generalis munus evectus, & haud exiguam sui æstimationem promeretur, & experitur. Edidit Italicè

Il Gran Sacerdote encomiato dall' Ecclesiastico, che nella sua Vita riparò la Casa di Dio, e rinforzò il Tempio della sua Gloria. Orazione Funerale, detta in S. Pietro di Trapani nel principio dell' anno 1695. per le Solenni Esequie celebrate all' immortale Pietà dell' Illustriss. e Rever. Signore F. D. Francesco Maria Graffeo Maestro, e Dottore di S. T. de' Minori Conventuali, e Vescovo di Mazara. Panormi apud Felicem Marinum 1711. in 4.

Multas scripsit lapidario stylo, *Inscriptiones, ac Orationes*, publicâ luce dignas: at hæc de proximo videndi exigua spes; nam divinarum Scripturarum pulchritudine ferio captus, amœnioribus literis posthabitis, ne dicam spretis, insigne opus molitur, septem in partes distributum, cujus titulus est:

Sapiens in Prophetis vacans: hoc est, omnes divinæ Scripturæ Libros juxtà sensus literales prophetico, sive proprios, sive translatitios, & allegoricos, summa animi voluptate percurrens; quibus Catholicæ Religionis Mysteria suis è radicibus, & fundamentis eruuntur, & mirabilitèr elucidantur: ad jubilum immortale Fidelium, atque perpetuum Ethnicorum, Hebreorum, & Hæreticorum fructum.

SERAPHINUS A' S. BERNARDO Messanensis, Ordinis Excalceatorum S. Augustini Congregationis Italiæ, ex familia Sofia, natus 18. Augusti 1650. Religionis habitum suscepit anno 1664. in qua exacto Philosophiæ, & Theologiæ curriculo, doctrinâ satis exculto, ad nonnullos Religionis gradus meritò vocatus, inter suos insignitèr effulsit. Clericorum studentium primùm Magister, Cœnobii Messanensis, & Catanensis Prior fuit, & apud Messanenses Provinciæ Moderatorem à Secretis. Triennio Visitatoris Generalis munere Romæ claruit, ubi etiam triennio Definitor Generalis, & totidem Generalis à Secretis extitit. In Provincia Messanensi Definitorem, Commissarium Generalem, Visitatorem, & Provincialem egit, quibus in muneribus sui venerationem excitavit. Eloquentiâ, & eruditione instructissimus quadragesimales conciones non sine plausu habuit Romæ, Venetiis, & in Siculis Civitatibus Motycæ, Ragusæ, Siclis, Castri-regalis, Acis Regalis: extra quadragesimam etiam pluries è suggestu auditus cum laude Messanæ, & alibi. Dùm Provincialem Definitorem agebat, obiit Messanæ 15. Octobris 1707. Edidit Italicè

Oratione in lode del M. R. P. Apollonio della SS. Trinità Vicario Generale dell' Eremitani Scalzi Agostiniani della Congregatione d' Italia, e Germania &c. Messanæ apud Matthæum la Rocca 1678. in 4.

La lettera in Consulta Oratione Panegirica in lode della Sacra Lettera di Maria scritta a' Messinesi. Ibidem apud eumdem 1687. in 4.

La Carta Geografica Oratione Panegirica in lode della Sacra Lettera di Maria scritta a' Messinesi. Ibidem apud Vincentium Amicum 1683. in 4.

Le Nozze Estemporanee, Oratione funebre, in occasione dell' Esequie della Molto Illustre, e Rev. Signora D. Maria Dainotto, de' Baroni di Bruzzano, Abbadessa, e Provincialessa delle due Sicilie, delle Canoniche Regolari di S. Agostino, celebrate nel Tempio di S. Caterina di Valverde di Messina. Ibidem apud Antonium Maffei 1702. in 4.

Il Sole Allegorico d'Ezechia, Panegirico in lode della Sacra Lettera di Maria Vergine à Messinesi. Ibidem.

Prælo paraverat Italicè

Panegirici Sacri.

S. SERGIUS Pontifex Maximus, hujus nominis Primus, Ordinis S. Benedicti. Panormi lucis usuram accepit, ut habent Scriptores innumeri, inter quos Anastasius Bibliothecarius *in vitis Pontif.* S. Abbo Floriacensis Abbas, & Martyr *in hist. Eccl. lib. 2.* Oldericus Uticensis *in hist. Eccl. lib. 2.* Petrus Opmeerus *in opere Chron. pag. 336.* Octavius Cajetanus *In Idea Ss. Sicul. p. 56. & 133. & in animad. ad to. 2. Ss. Sicul. pag. 4.* Panvinus *in epitom. Rom. Pontif. lib. 1. pag. 33. & in Chron. an. 687.* & in libro inscripto: *Romani Pontifices pag. 23.* Jo: Bap. de Cavaleriis *in Imag. Rom. Pontificum*, Arnaldus Wion *in ligno Vitæ lib. 2. cap. 3. pag. 165.* Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panorm. p. 75.* Aug. Inveges *in Panorm. Sacra p. 559.* Gabriel Bucellinus *in Aquila Imperii Benedictina pag. 112. & in Menolog. Bened. 8. sept. p. 624.* Franciscus Carrera *in Panth. Siculo p. 237.* Lucas de Linda *in Relat. lib. 6. pag. mihi 357.* Josephus Saens de Aghir S. R. E. Card. *in Collectione Max. Concil. omnium Hisp. tom. 1. p. 21.* Augustinus Oldoinus *in Necrologio Pontificum 9. Sept. pag. 186.* Hier. Ragusa *in Siciliæ Bibl. veter. pag. 242.* Petrus Ricordatus *in Hist. Monast. p. 43.* Paulus Morigia *in hist. Illustr. relig. lib. 1. p. 28.* Severinus Binius *in to. 3. Concil. pag. 133.* Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib. 3. c. 20. pag. 147.* aliique multi Siculi præsertim, & Panormitani, quos libens prætereo. Aliqui cum Morerio *in dict. to. 2. p. 1116.* & Hofmanno *in lex. to. 2. p. 341.* genere Syrum, & Panormi in Sicilia natum, vel saltem educatum dixere. Nonnulli natione Syrum, Antiochiæ exortum scripsere: at verò è Syria originem traxisse, & Panormi in lucem emissum putandum; ut rectè Augustinus Oldoinus *in vitis Pontif. tom. 1. p. 491.* Sergii enim pater Tiberius Antiochenus, cùm Panormi mercaturæ causâ domicilium fixisset, hic Sergium genuit, quod nonnulli ex adductis Scriptoribus tradunt. A teneris annis pietatis, & literarum studia amplexus, brevitèr doctrinâ, & virtutibus claruit; quibus mu-

sices

Digitized by Google

ſices peritiam innexuit: his verò ita eminuit, ut Romam veniens, cùm Adeodato Pontifici Sergii virtutes, animiq; dotes innotuiſſent, clericali militiæ ſtatim adſcripſerit, ac Sacris Eccleſiæ Cantoribus præfecerit. Ibi Sergii mores ita effulſere, ut Leo II. Pontif. Max. S. R. E. Cardinalem tit. S. Suſannæ an. 683. delegerit. Eo in dignitatis faſtigio magis efferbuit Sergii pietas, cum enim ad ſanctimoniæ culmina anhelaret, Sergio ſolenne fuit religionis ſtudia impenſiùs exercere; & Sacra Romæ Cœmeteria frequentare, ubi maximo amoris ſenſu rem divinam offerebat. Defuncto Conone Pontifice, jurgia pro eligendo ſucceſſore inter populum, Clerumque Romanum exorta ſunt: alii etenim, Theodorum Archipresbyterum, alii Paſchalem Archidiaconum delegere Pontificem: ut autem contentionem componerent Romanæ Urbis præſtantiores, major Cleri, Populi, & exercitus Romani pars, in unum convenit, & non ſine divini ſpiritus afflatu, unanimi conſenſu Sergium Pontificem conclamarunt anno 687. ad cuius pedes ſtatim ambitionis vota cæteri depoſuere: ideoque Pontifex ſolemniter inauguratus 26. Decembris eiuſdem anni, Petri Cathedram aſcendit. Multa, & præclarâ Sergii geſta Eccleſiam illuſtrarunt. Toletanum XV. Concilium confirmavit. Conciliabulum verò Conſtantinopolitanum anno 692. coactum, in quo contra Catholicam Fidem nonnulla irrepſerant, approbare conſtantiſsimè recuſavit. In Germaniam multos verbi Dei Præcones miſit, ut Friſonibus, Saxonibuſq; ac Hollandis Evangelii facē primùm deferrent. Ceaduvallam Saxonū Occidentalium Regē, Romā adventantē, benigniſsimè excepit, ac ſacro regeneravit lavacro. Sergii pietatem præclarâ illuſtrarunt monumenta. Baſilicam D. Petri Imagine, aureâ majori acerrâ, in qua feſtis diebus odores incenderentur, argenteo umbraculo in Baſilicæ abſide, pharis argenteis, aliiſque exornavit. Multa in eadem Baſilica, multaq: Divorum Templa, vel collapſa, vel penitùs diruta, inſtauravit; variiſque donis, & ornamentis ex auro, gemmiſque conditis, ditavit. S. Leonis Papæ corpus, divinitùs admonitus, in decentiorem locum tranſtulit; cui tumulum magnificentiſsimum excitavit. Cœleſti etiam monitu argenteam thecam invenit, in qua Dominicæ Crucis, haud exiguum fruſtum, gemmis ornatum, aſſervabatur. Multa etiam præclara decrevit, nempè: ut in Miſſarum ſolemniis *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi miſerere nobis*, ter decantaretur: quatuor anni feſtis, nempè Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis Deiparæ, ſupplicationem addidit. Aquilienſem Eccleſiam longo ſchiſmate à Catholica Sede ſejunctam, poſt annos 140. ad apoſtolicæ Sedis obedientiam perduxit. Sanctiſsimos Paſtores nonnullis dedit Eccleſijs; Ravennati Domitianum, Britanniæ B. Berectuvaldum: inſuper Trajectenſi apud Syros S. Clementem, ante Villibrandum dictum, Leodienſi S. Ubertum Epiſcopos conceſsit, quorum ſanctimoniam, Cœlo monente, cognovit. Sergii virtutes nec calumnia adumbrare valuit, cùm enim ſanctiſsimum Pontificem ſtupri rerum nonnulli, Dæmonis aſtu, inſimularent, puer novendio natus, publicè Sergii ſanctimoniam, ac puritatem, S. Althelmi juſſu, teſtatus eſt. Tandem ordinatis 97. Epiſcopis, Preſbyteris verò 18. Diaconis 4. vitam meritis plenam clauſit 9. Septembris anno 701. & in S. Petri Baſilica tumulatus eſt, hac inſcriptione inſignitus:

Limina quiſquis adis Petri metuenda Beati,
Cerne pii Sergii, excubiſq; Patri.
Culmen Apoſtolicæ Sedis is iure paterno
Electus tenuit, ut Theodorus obiit.
Pellitur Urbe Pater, pervadit ſacra Joannes,
Romuleoſq; greges diſſipat ipſe Lupus.
Exul erat patriâ ſeptem volventibus annis;
Poſt populi multis Urbe rediit precibus.
Suſcipitur Papa, ſacratur, ſede recepta
Gaudet, amat Paſtor agmina cuncta ſimul.
Hic invaſores Sanctorum falce ſubegit
Romanæ Eccleſiæ; iudiciiſq; Patrum.

Ex hac ſepuchrali inſcriptione rectè Card. Baronius deducit, multas Sergii notitias deſiderari, quas Scriptorum incuriâ præteriit. Ejus feſtum Panormi celebratur 9. Sep. prout in Martyrologio Romano; nam inter patriæ ſuæ Patronos relatus eſt. De eo Anaſtaſius Bibliothecarius *in Vitis Pontif.* Platina, Ciacconius, Panvinus, aliique, qui Pontificum vitas ſcripſere, Baronius *in tom. 8. annal. & in notis Martyrol. 9. Septemb. p. 446.* Octavius Cajetanus *in Vitis SS. Siculor. to. 2. p. 4.* Auguſtinus Inveges *in Panor. Sacr. p. 557.* Petrus Fortis *in Vitis SS. Panorm. p. 106.* Franc. Carrera *in Panth. Siculo pag. 237.* Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. p. 75.* Gulielmus Cave *in Scrip. Eccleſ. hiſt. literaria to. 1. pag. 330.* qui anno 702. 14. Auguſti deceſſiſſe tradit, Vincentius Auria *In Sicilia Inventrice cap. 15. §. 2. & 4. pag. 66. & 67.* & ego *in obſervationib. ad ipſum pag. 198. & 201.* qui ipſius vitam edidi, inter Sanctos Panormitanos anno 1708. aliiq; plures. Scripſit Sergius

Epiſtolam ad Cleofridum (aliis Ceolfridum) Abbatem Anglum, extat *in tom. 6. pag. mihi 1294. Conciliorum*, ut etiam *in tom. 8. annal. Baronii an. 701. n. 2.* & Gulielmum Malmsburienſem *de geſtis Regum Angliæ lib. 1. pag. 11.* Huius etiam meminere Auguſt. Oldoinus *in Atheneo Romano p. 600.* Ludovicus à S. Carolo *in Biblioth. Pontificia lib. 1. p. 197.* Gulielmus Cave *cit. pag. 330.* & Morerius *in dict.*

Epiſtolas ad Ethelredum, Alfridum, & Adulphum Angliæ Reges. Has publici iuris fecit Joannes Vaſtonus *in viti Aquilonia*; harum etiam meminit Oldoinus cit. Scripſiſſe etiam addit Ludovicus à S. Carolo *loc. cit.*

Decreta quædā apud Gratianum, Ciacconium, & alios. Sanè in Decreto Gratiani Canonicam Sanctionem habes *p. 3. de conſecr. diſtinct. 11. cap. 22.* Inter eccleſiaſticos Scriptores etiam recen-

Digitized by Google

recenſetur ab Antonio Poſſevino *in appar. ſacr. to. 3. pag. 209.* Ludovico Coccio *in Theſauro Catholico* & Philippo Labbeo *in SS. Patrum Bibliotheca Chronologica pag. 88.*

SERGIUS, Monachus Cœnobii S. Calogeri in monte Cronio, nunc S. Calogeri, apud Saccam. Regulari inſtituto Poëſis ſtudium addidit; ideoque Græcè carmina panxit circa annum 870. ſub Baſilio Macedone Imp. ac Leone, Alexandro, & Conſtantino filiis, ut non ſine gravissima conjectatione putat Octavius Cajetanus *in Animad. ad to. 1. SS. Siculor. pag. 105.* quem ſequitur Hieronymus Ragusa *in Elogiis Siculor. pag. 255. & Sicil. Biblioth. vet. pag. 245.* & Antonius Macrì *in not. Monaſt. Baſiliani Panor. pag. 26.* qui & Sacce civem renunciant. Ex S. Baſilii familia fuiſſe putandum, nam Baſiliani Monachi tunc in Sicilia efflorebant. Hujus ſuperſunt:

Hymni duo in laudem SS. Calogeri, Gregorii, & Demetrii, qui ex Codice Cœnobii S. Philippi Fragalatis extracti, & latinitate donati ab Auguſtino Florito Mazarienſi Soc. Jeſu, extant apud Cajetanum *cit. tom. 1. SS. Sicul. pag. 128. & 132.* eorumque memiit *pag. 126.* Idem *in animad. cit. pag. 105.* opinatur, Sergium *multa alia ſcripſiſſe carmina* in S. Calogerum, quod ex primo hymno edito deducit, ibi enim ait: *verùm ne dediguere laudes, quas tuus tibi famulus continenter decanto.* Sergii etiam memioere idem Cajetanus *in Idea operis SS. Sicul. pag. 25. & 89. & in Iſagoge cap. 42. pag. 353.* & Rocchus Pirrus *in Sic. Sacræ lib. 2. not. 9. pag. 460.*

Hunc Sergium, non alium, ſcripſiſſe puto:

Vitam S. Philippi Presbyteri. Ex Cajetano *in Iſagoge loc. cit.*

SEXTIUS CLODIUS Siculus, ac Panormitanus Rhetor inſignis, qui latinam, Græcamq; eloquentiam profeſſus eſt. Siculum fuiſſe, ex Svetonio Tranquillo *de claris Rhetoribus*, ſatis patet: Panormi verò exortum non obſcuræ ſuadent conjecturæ; nam ex duabus inſciptionibus Panormi adinventis, apud Georgium Gualterium *in Tabulis antiq. Siciliæ* in edit. Panormitana *n. 2. & 19. pag. 2. & 5.* & in editione Meſſanenſi *n. 160. & 177. pag. 24. & 27.* & apud Auguſtinum Inveges *in Panor. Sacra pag. 350. & 351.* habemus, Sex Clodium, ejuſque familiam Panormum incoluiſſe. In harum una legimus:

. . CLODIAE. SEX. F.
. . GRAVILIAE
. . CLOD. CASII.
. . CLOD. HERMADON.
FILIAE. DULCISSIMÆ
D D

In alia verò:

M. CORNELIUS. PIC. . .
SEX. CLODI. . . . . .
. . . . . .

Hunc Clodium in utraque inſcriptione memoratum, eumdem eſſe de quo Svetonius *de claris Rhetoribus cap. 5.* ſcribit, non immeritò putant Gualterius *in animad. ad prædictas Tabulas pag. 69.* ex editione Meſſanenſi, & Inveges *cit. pag. 352.* Ideoque ſi Sex. Clodium, ejuſque familiam Panormũ incoluiſſe Panormitanæ inſciptiones innunt, Panormi civem, haud futili ſanè conjectura putamus: ſicut & Jacobus Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib. 2. pag. 318.* ex ſolo habitationis argumento Archetimum Philoſophum, Syracuſanum fuiſſe tradit. Hinc rationi conſentaneus eruditiſsimus Vincentius Auria *de viris Illuſtr. Siculis, & in Theatro Literator. Panorm. m. ſs. apud me*, Panormitanum fuiſſe Sex. Clodium ſcribit. Fuit ex Svetonio *loc. cit. Siculus Latinæ ſimul, Græcaque eloquentiæ Profeſſor, malè oculatus, & dicax, par oculorum in amicitia M. Antonii Triumviri extitiſſe ajebat. Ejuſdem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflatior erat, acumen ſtyli tentare dixit, nec eo minus, immò vel magis ob hoc, Antonio gratus. A quo mox Conſule ingens etiam congiarium accepit, ut ei in Philippicis Cicero obiicit. Adhibes joci causâ magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum Rhetorem: cui conceſſiſti, ut in quem vellet, diceret, falſum omninò hominem: ſed materiâ facilis, in te, & in tuos dicta dicere. At quanta merces Rhetori eſt data? audite Patres Conſcripti, & cognoſcite Reipublicæ vulnera. Duo millia jugerum campi Leontini Sexto Clodio Rhetori adſignaſti, & quidem immunia: ut tantâ mercede nihil ſapere diſceres.* Hæc Svetonius. Tullii locus à Svetonio allatus, videre eſt *Philipp. 2.* & alibi in eadem Philippica addit: *Quid jam queror de agro Leontino . . . Medico tria millia jugerum quaſi te ſanum feciſſet: Rhetori duo, quaſi te diſertum facere potuiſſet.* Ex prima inſcriptione relata duos habuiſſe filios deducit Inveges, nempè Clodiam, & Clodium Caſsium: hic autem uxorem duxit Graviliam filiam Hermadonis, nobilitate generis clari, ut addit ex alia inſciptione Puteolana, apud Gualterium *in animad. pag. 6.* ex editione Panormitana. Ex Svetonio verò prodit, Sex Clodium, tum eloquentiæ præſtantiâ, tum divitiis, in Sicilia inter potentes emicuiſſe. Claruit circa annum Romæ 710. ante Chriſti Domini nativitatem 42. eo enim anno M. Antonius ad Triumviratus munus evectus eſt, ex Saliano *in annal.* De eo etiam Volaterranus *in anthropol. lib. 14. pag. 202.* Joannes Glandorpius *in Onomaſtico hiſt. Romanæ pag. 241.* Gerardus Joannes Voſſius *de Rhetorices natura, ac conſt. cap. 13. pag. 93.* Hofmannus *in lex. tom. 1. pag. 457.* Petrus Angelus Spera *de nobilit. Profeſſ. Gramm. lib. 4. pag. 366.* Carolus Stephanus *in dict. pag. mihi 712.* aliique infra citandi. Scripſit Clodius Græcè librum, quem Lactantius *lib. 1. de falſa relig. cap. 22.* citat, ubi de Dea Bona ſcribit: ait enim: *Sex. Cladius in eo libro, quem Græcè ſcripſit.* Hujus libri titulum prodit Arnobius *Contra Gentes lib.*

5.

5. ubi de Dea Bona; scripsisse enim ait opus *De Diis Græcorum*. En Arnobii verba: *Sex. Clodius indicat sexto de Diis Græcorum*. Vossius citatus *de histor. Græcis lib. 4. pag. 510.* Arnobii verba, legit: *de Diis Græco*; non Græcorum, ex veteribus libris, contra Fulvii Ursini editionem. Scripsit etiam

Indicem Temporum. Librum hunc citat Plutarchus initio *Vitæ Numæ*, ubi ait: *Cæterum Clodius quidam in Indice Temporum, (ita enim librum suum inscripsit) antiquos illos &c.* Hunc Clodium à Plutarcho citatum, nostrum Sex. Clodium, qui de Diis scripsit, verisimile putant Vossius, & Glandorpius loc. cit. Eumdem esse astruit Minutius Felix, qui *in notis marginalibus ad Arnobium*, citat Lactantium, Svetonium, & Plutarchum. Ex supra relatis, Vossii suspicionem admittere nequeo: suspicatur enim Clodium fuisse origine Græcum, & conditione Servum: sed ita vocatum, quia aliquis è gente Clodia eum manumisisset.

SEXTUS JULIUS FRONTINUS. Etsi inter Romanos Scriptores Frontinus relatus exhibeatur ab eruditissimo Propero Mandosio *in Biblioth. Romana vol. 2. cent. 10. n. 37. pag. 301.* attamen nostræ Bibliothecæ adscribere non ambigimus: Siculum enim fuisse renunciat Octavius Cajetanus *in animad. ad vitas SS. Siculor. tom. 2. pag. 106. & in Isagoge ad hist. Sicul. cap. 42. n. 7. pag. 351.* quem sequitur Hieronymus Ragusa tum *in elogiis Siculor. pag. 130.* tum *in Sicilia Biblioth. vet. pag. 124.* hoc verò roboratur ex codicibus veteribus Frontini, quibus Siculi nomen appositum observant: præsertim codex m.s. apud Franciscum Naccsium, ex Jo: Alberto Fabritio *in Biblioth. latina pag. 141.* habet: *Frontinus Siculus*: quamvis non me lateat, quòd Guilelmus Goesius *in notis ad Auctores de re agraria* Frontinus & Siculus legendum putet: nempè excerpta de re agraria ex Frontino, & Flacco Siculo esse. Samuel Temulius *in Epist. ad lectorè* præfixa libro strategematũ Frontini, etiã Julii Frontini Siculi nomẽ legit in fragmẽto quodã ejusdẽ. Fuit Frontinus, Vir Consularis, summus Juriscõsultus, ac militaris rei peritissimus. Præclara ipsius testimonia extant apud C. Plinium Secundũ *in Epistolis*, cum eo enim arctissimis amicitiæ vinculis adstrictus vixit, teste Joãne Maria Cataneo *in ejusdẽ Plinii vita*. Ex eodẽ Plinio *lib. 4. ep. 8.* Auguré fuisse intelligimus; cui & ipse Plinius successit. En eius verba: *Mihi verò etiã illud gratulatione dignũ videtur, quòd successi Julio Frõtino principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter Sacerdotes nominabat, tanquãm locũ sũũ cooptaret, quod nunc eventus ita comprobavit, ut non fortuitũ videretur.* Idẽ *lib. 5. ep. 1.* ait: *Adhibui in consilium duos, quos tunc Civitas nostra spectantissimos habuit, Corellium, & Frontinum.* Ex Cataneo citato *in com. Epistolar. Plinii lib. 4. epist. 8.* Gerardo Jo: Vossio *de histor. latinis lib. 3. par. 4. cap. 1. pag. mihi 737.* Vir fuit Consularis; ac Nervæ, & Trajani temporibus in pretio claruit. Ex eodem Voſſio, Martino Hankio *de Romanar. rerum Scriptorib. par. 1. cap. 16. art. 1. n. 2. pag. 104.* ex Tacito *lib. 4. hist.* aliisque, Urbanum Prætorem egit, Vespesiano II. & Tito Consulibus, nempè anno V. C. 823. Christi verò 70. Britanniæ etiam Proconsulem ante Julium Agricolam nonnulli putant cum Cataneo citato, ex eodem Tacito *in vita Agricolæ cap. 17.* ubi Frontinum magnum virum vocat: at in dubium hoc revocat Tennulius citatus. Eamdem ætatem Nervæ, & Trajani Frontino assignat Ælianus *in proœmio libri de instruenda acie*, quem Hadriano nuncupavit; nam, Frontinum, etatis suæ virum consularem, idem argumentum tractasse ait. Hoc etiam alii multi affirmant cum Ælianο *lib. cit. cap. 1.* idque aperte ex eodem Frontino *in præf. ad librum de aquæductib.* deducitur; nam, ut ipse tradit, à Nerva Romanarum aquarum Præfectus constitutus, ejus jussu de Aquæductibus libellum condidit. Sub Trajano verò vixisse innuit in prologo libri *de Agrorum qualitate*; ait enim: *de Maximo Imperatore, qui victoriam Dacicam proximè reseraſſet*: ubi teste Vossio, & Hankio Trajanum designat. Clarius hoc patet ex eodem Frontino, qui strategemmatum libros Trajano dicavit: eóque tempore claruisse multis confirmat Hankius citatus *pag. 105. & seq.* Eidem Trajano gratum fuisse tradit Vegetius *de re militari lib. 2. cap. 3.* Secessu Tarracinensi oblectabatur, teste Cataneo *cit.* & Bajano, ex Martiale *lib. 10. epig. 58.* Literarum amantissimus literatos fovit, inter quos ipse Martialis, ut idem Cataneus tradit. In belli studiis peritissimum fuisse haud obscurè probant ipsius de strategematibus libri, ut etiam Ælianus *in præfat. libri de instr. acie.* Hieronymus Magius *in miscell. lib. 4. cap. 2.* maximum Geometram vocat Frontinum. A Gaspare Bartio *in adversſ. lib. 2. cap. 2.* vir serius, & à loquacitate alienus appellatur: à Thoma Dempstero *in elencho Scrip.* Scriptor elegantiâ, & eloquentiâ clarus. Decessit Romæ sub laudato Trajano ex Fabritio *in Biblioth. latina pag. 111.* & Hankio *cit.* moriens verò, ut ait Plinius *lib. 9. ep. 19. vetuit extrui monumentum, sed quibus verbis? impensa monumenti supervacuum est, memoria nostri durabit, si vitam meruimus.* Ex hactenus dictis Frontinus circa annum 110. vivere desiit. Ideoque Jo: Baptistæ Ricciolii lapsum cave, nam *in Chronolog. ref. tom. 4. ind. 2. pag. 252.* ab anno 224. ad annum 240. statuit Frontinum. Ejusdem etiam cum laude meminere Jacobus Comes Durliliarum *in proœmio libri de re militari*, Balthasar Bonifacius *de Roman. hist. scrip. n. 12.* Carolus Sigonius *in judicio de historicis, qui res Romanas scripserunt n. 12.* Ludovicus Vives *de trad. discipl. lib. 5.* Justus Lipsius *de magnit. Roman. lib. 1. cap. 2.* Tobias Magirus *in Eponymologio critico pag. 84.* Thomas Pope-Blount *in censura celebrium author. pag. 128.* Hofmannus *in lexic. cont. to. 3. pag. 8.* Antonius Possevinus *in Biblioth. tom. 2. lib. 16. sect. 3. cap. 26. pag. 384.* aliique; quibus ad-

Digitized by Google

adde Albertum Fabritium *in Biblioth. latina pag.* 110. *& seq.* ubi latè de Frontino, ejusq; libuis. Scripsit Frontinus

Strategematicon, sive de selectibus Ducum factis, & dictis. Primùm, ut Vossius advertit, tres tantùm strategematum libros scribere decreverat, ut ex ejusdem operis præfatione patet; quibus & quartum addidit, ex præfatione ejusdem libri quarti. Pluriès prodiit opus: prima forsan editio ex Vossio fuit Bononiæ à Philippo Beroaldo castigata, apud Plasonem Benedictum 1495. exinde cum Vegetio *de re militari*, Parisiis apud Wechelum, & Coloniæ apud Cervicornum 1532. in 8. Cum Vegetio, & Æliano *de instruenda acie*, à Francisco Modio notis illustratum, Coloniæ apud Maternum Cholinum 1580. in 8. cum iisdem, & notis laudatis, Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum 1585. in 4. Cum Godefschalci Stewechii conjectaneis, & Francisci Modii notis, Vegetio subjunctis, Lugduni-Batavorum 1592. in 8. Cum notis Petri Scriverii inter rei militaris Scriptores, Antuerpiæ apud Raphelengium 1607. in 4. Lugduni-Batavorum 1607. in 4. & 1633. in 12. Cum notis Roberti Keuchenii Amstelædamî 1661. in 8. Cum notis Samuelis Tennulii, Lugduni-Batav. & Amstelædami ex officina Abrahami, & Adriani à Gaesbeeck 1675. in 12. & alibi. In Italicam linguam hos Frontini libros vertit Marcus Antonius Gondinus, ediditque Venetiis apud Bolognininum Zaltierum 1574. in 4. in Hispanam linguam Didacus Guillenus de Avila, Salamanticæ typis Laurentii Honrodeï 1516. in 4. ex Nicolao Antonio *in Biblioth. Hispana tom.* 1 *pag.* 221. *&* 420. & tandem in Gallicam Nicolaus Perrot ex Vincentio Coronello *in Biblioth. tom.* 1. *n.* 2534. *pag.* 514. Scripsit etiam

De Aquæductibus Romæ Commentarium. Basileæ apud Beochium 1530. in 4. Argentorati 1559. in 4. & Regii 1504. in fol. ex Indice Bibliothecæ Barberinæ *tom.* 1. *pag.* 435. Cum Vitruvio de Architectura, Florentiæ apud H. H. Philippi Junctæ 1523. in 8. Cum notis Joannis Opsopæi, Parisiis 1588. in 8. Studio Petri Scriverii Antuerpiæ apud Raphelengium 1607. in 4. unà cũ aliorũ libris *de re militari*. Cum notis Roberti Keuchenii Amstelædami 1661. in 8. & cum ejusdem notis in Tom. 4. Thesauri Antiquitatum Romanarum, congesti à Joanne Georgio Grævio. Lugduni-Batavorum 1697. in fol. Codex m. s. quo Poggius usus est ad evulgandum primùm hunc librum, servatur in Bibliotheca Montis Casini, ex Joanne Mabillono *tom.* 1. *Musæi Italici pag.* 133. Scripsit etiam librum inscriptum:

De Aquarum qualitate, sive expositio formarum, ad Celsum Penestris. Ita in editione Basileæ 1528. Hinc Fabritio judice *in Biblioth. cit. pag.* 139. falli videntur, qui per Celsum intelligunt Cæsarem. Parisiis liber hic excusus est anno 1554. in 4. Basileæ 1584. in 4. Antuerpiæ 1603. in 4. ex Augustino Fontana *in Biblioth. legali par.* 1. *pag.* 379. Cum notis Nicolai Rigaltii, Parisiis 1614. in 4. Prodiit inter Auctores Rei Agrariæ, ex editione Gulielmi Goesii, Amstelædami 1674. in 4. & Hagæ Comitis 1677. in 4. cum ejusdem Goesii notis. At Goesio opus hoc non videtur Frontini, sed partim M. Junii Nipsi, partim Gereberti Philosophi, qui ad Pontificatus apicem ascendit (Silvestri II. nomine) Consule ejusdem Goesii notas *pag.* 142. At Rigaltius, qui opusculi partem, in qua de mensuris agit, auctiorem edidit ex codice Memmiano, Balbo adscribi, ait, in duobus codicibus m. ss. Attamen nonnulla Frontini à Boetio laudari observat. Gaspar Bachetus huic opusculo notas addidit. Extat etiam liber

Julii Frontini de Limitibus, & Agrorum qualitate. Vide Boetium *lib.* 2. *Geom.* In hûc librũ Cõmentaria scripsit Aggenus Urbicus, cujus opus prodiit cum Theodosii codice, Basileæ apud Henricum Petrum 1528. in 4. & operâ Petri Scriverii Antuerpiæ apud Raphelengium 1607. in 4. & inter Auctores Rei Agrariæ, operâ Gulielmi Goesii, Amstelædami 1674. in 4. & Hagæ Comitis 1677. in 4.

In aliquot Capita legis Maniliæ. Prodiit inter Scriptores Rei Agrariæ: & Studio Petri Scriverii Antuerpiæ apud Raphelengium 1607. in 4.

Scripsit etiam ex Fabritio *cit. f.* 111. *&* 141.

De Coloniis libellum ex Commentario C. Julii Cæsaris. Extat inter Auctores Rei Agrariæ operâ Scriverii. Duplex edidit exemplar, in multis diversum Scriverius: prius exemplar prodiit commentariis de Rep. Romana Honuphrii Panvini subjunctum, Parisiis 1588. in 8. Samuel Tennulius *in epist. ad lectorem*, quam in editione Frontini *de strategem.* edidit, observat, alium Frontinum esse hujusce opusculi Auctorem, nam hoc in opere Imperatoris Commodi meminit. Qui verò Vespesiano II. Cos. fuit Prætor Urbanus, de Commodo scribere haud potuit. At non negat libello huic nomen Julii Frontini Siculi appictũ. Ideoq; vel Frõtino, de quo agimus, vel alio Frontino Siculo opusculum hoc adscribendum. Nec prætermittendæ hìc Rigaltii observationes apud eumdem Fabritium *in notis pag.* 138. ubi ait Fabritius. Videtur Rigaltio Frontinum duos libros *de re agraria* edidisse, quorum altero mensorem instituit, altero disputaverat de arte mensoria. Deinde artis ipsius tripartitionem explicasse sex libris assignationes scilicet, & partitiones agrorum, ac terminorum, postea verò controversias. Denique scripsisse libros *de Regionibus, deq; conditionibus agrorum Italiæ*, ex quibus ad nos pervenerunt fragmenta, quæ *de Coloniis* inscribuntur, quæ edita primùm ab Opsopœo ex Bibliotheca Puteani, deinde auctiora à P. Scriverio, & Rob. Kenchenio, denique à Rigaltio, & Goesio, cum non contemnenda ex Bibliotheca Palatina accessione. Plusculæ Frontini fragmenta in Arcerii, Nacesiique codicibus supersuisse viri docti testantur, quorum editio-

Digitized by Google

tionem promisit idem Vir Cl. Petrus Scriverius. Hæc Fabritius. Prodiere simul Frontini opuscula de Aquæductibus, de iisdem leges imperiales, ejusdem de Re Agraria cum Aggeni Commentariis, de limitibus cum legis Maniliæ aliquot capitibus, & de Coloniis à Petro Scriverio recognita, Antuerpiæ apud Raphelengium 1607. in 4. ex Philippo Labbæo *in Bibliotheca nummaria pag. mihi* 542. cui adiungenda ex eodem editio Petri Gallandi, & Hadriani Turnebi, Parisiis 1554 in 4. & alia Auctorum Finium Regundorum ex editione Rigaltii, cum ejusdem notis, & Glossis Agrimensoriis, Parisiis apud Joannem Libert 1614. in 4.

Scripsit etiam librum

De Scientia militari, ex Vegetio *lib. 2. cap. 3.* & ex eodem Frontino *in prologo Strategem.* quod opus diversum fuisse à quarto strategematum libro, rectè contra Stewechii suspicionem *in Vegetium loc. cit.* probat Vossius *de hist. latinis lib. 3. par. 4. cap. 1. pag. 669.* at liber hic temporis injuriâ periit teste Fabritio *cit. pag.* 112. Consule Naudæum *Bibliographiæ militaris pag.* 44.

Tractica, quæ erant in usu tempore Homeri. Hoc opus Gallicum factum est anno 1636. ex Francisco Claudio de Chales *in cursu mathem. tomi 1. in tract. proœmiali pag.* 38.

SIBYLLA Sicula. Sibyllæ, Mulieres fatidicæ, olim inter varias Orbis gentes inclaruere: at de earumdem numero, tempore, & oraculis multi multa eruditè scripsere; at diversa, ac pugnantia. Hos inter Honuphrius Panvinus *in lib. de Sibyllis, & earminibus Sibyllinis, cum Comm. de ludis Romanorum Sæcularibus*, Erasmus Schimidius *in Triga orationum Sibyllinarum*, Thomas Reinesius *in dissertatione de oraculis Sibyllinis critica*, Dan. Clasenius *in libris III. de oraculis Gentilium*, Georgius Greenius *in Triga disputationum de Sibyllis*, *Tob.* Wagnerus *in inquisitione in Sibyllarum de Christo oracula*, Gothofr. Vogtius *in disp. Gustrovienſi de Oraculis Sibyllinis*, Jo: Reiskius *in exerc. de Vaticiniis Sibyllinis, ad Is. Vossii de iisdem librum*, Isacius Vossius *in lib. de Sibyllinis, aliisq; quæ Christi natalem præcessere oraculis*, Jo: Marckius *in disp. XII. de Sibyllis*, Servatius Gallæus *in dissert. de Sibyllis*, Richardus Simon *in castigationibus*, Petrus Petitus *in lib. III. de Sibylla*, aliique quos Jo: Mollerus *in lib. de Scrip. Hononymis cap. 2. n. 20. & pag.* 271. digessit. Consule etiam Guilielmum Cave *in Scrip. Eccl. hist. literaria par. 1. pag. 25. & par. 2. pag.* 17. & L. Ellies Dupin *in Bibliotheca Auctorum Ecclesiastic. to. 1. p. 19. & seq.* Sibyllarum unam Siciliam incoluisse, ac Lilybœi decessisse certo certius: ejusque sepulchrum ibi diu perduravit. Etsi Samuel Bochartus *in Geograph. sacra par. 2. lib. 1. cap. 27. pag.* 510. fictitium vocet hoc sepulchrum; attamen meritò à Joanne Andrea Massa *in sua Sicilia par. 1. pag.* 220. reiicitur; multi enim tum veteres, tum recentiores Scriptores, hujus Sepulchri meminere. De Cumanâ Sibyllâ Solinus *Polyst. cap. 9.* ait: *hujus sepulchrum in Sicilia adhuc manet*, & cap. 11. *Lilybitano Lilibæum oppidum decus est, Sibyllæ sepulchro.* S. Isidorus *lib. 8. orig. cap. 8.* de eadem: *cujus Sepulchrum in Sicilia adhuc manet.* Honuphrius Panvinus *de Sibyllis* ait: *cujus Sepulchrum in Sicilia diu mansit.* De hujusce Cumanæ Sibyllæ incolatu apud Lilybœum, ejusque sepulchro meminere etiam Thot Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 6. cap. 5. pag.* 151. *& lib. 7. cap. 1. pag.* 152. Cluverius. *Sicil. Antiq. lib. 2. cap. 1. pag.* 234. Leander Albertus in Insulis *p.* 52. Vincentius M. Cimarellus *in Resolut. Philosophicis cap. 7. p. 61.* & Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. p.* 556. Hanc Cumanam Sibyllam Lilybœtanam, utpote Lilybœi defunctam, vocat Hironymus Ragusa tum *in elogiis Siculor. pag.* 257. tum *in Siciliæ Bib. vet. pag.* 246. Ex auctoribus allatis nullus Sibyllam hanc Siculam fuisse tradit: Jacobus Middendorpius *in Academiis Orbis Christ. lib. 1. pag.* 235. solùm Siculam vocat, qui de Sicilia loquens, ait: *ejus quoque Sibyllæ cujus libros propter divinam Sapientiam tantoperè venerabantur Romani Pontifices, & arduis in rebus semper consulebant, sepulchrum, in Sicilia permanere affirmant, ut omninò verisimile sit, quod hæc sapientiâ totam Siciliam repleverit viva, quâ sic Romanis profuit mortua.* Adhuc in Lilybœi promotorio Templum extat Divo Joanni Baptistæ sacrum, sub cujus absidè subterraneum observatur antrum, ex quo Sibyllam oracula protulisse tradunt; ibique puteum, & sepulchrum ejusdem extitisse. Antrum hoc apud veteres in honore fuit; puteus etiam vaticinandi superstitione celebris, teste Cajetano *in Isag. cap. 5.* & Jo: Andrea Massa *de Sicilia par. 1. pag.* 162. & *pag.* 219. qui specum, puteumque describunt. Hi autem rectè tradunt, haud verisimile videri, sepulchrum hoc apud Lilybœum, Cumanæ Sibyllæ excitatum; gravissimi enim Scriptores Cumis Sepulchrum Cumanæ Sibyllæ vidisse testantur, inter quos Pausanias *in Phocicis*, & S. Justinus *in admonit. ad Græcos.* Nonnulli Sibyllam Erithræam Siculam fuisse putant, teste Suida *tom. 2. pag.* 735. *Sibylla*, ait, *Apollinis, & Lamiæ filia secundùm verò quosdam, Aristocratis, & Hydoles, ut alii Crinagoræ, ut Hermippus, Theodori, Herythræa, quod nata sit in Herythrarum loco, qui vocabatur Botti. Nunc verò locus ille urbe condita munitus vocatur Erythræ: quidam verò tradunt ipsam fuisse Siculam.* Lil. Greg. Gyraldus *de Poet. hist. dial. 2. pag. 82.* tradit de Erythræa: *alij Sibyllam hanc Siculam, & in Sicilia ejus sepulchrum fuisse prodidit Solinus.* Ita etiam Vives *in l. 18. S. Aug. de Civ. Dei* Sabellicus *lib. 3. hist. Ennead. 2.* Genebrardus *in chron. an. mundi* 2930. Honuphrius Panvinus: *de Sibyllis nonnulli*, ait, *eam Erythræam fuisse tradunt, quidam Siculam.* Raymundus Breganius *de Theologia Gentium cap.* 16. ex Sisto Senensi *in Bibl. Sancta lib. 2.* quamdam Sibyllam Siculam inter alias extitisse scribit. Joannes Vigintimillius in Poetarum indice, quem

quem libro de Siculis Poetis præfixit, Siculam Sibyllam exibuit: immò Octavius Cajetanus *in Idea operis SS. Siculorum p. 6.* antrum, & Sepulchrum apud Lilybœum, non Cumanæ, sed Siculæ Sibyllæ fuisse putat. *Specus*, ait, *& celebre Sepulchrum juxtà Lilybœum, haud quaquam Cumanæ, sed Sibyllæ Siculæ fuisse*: quod *in Isagog. ad hist. sacram Siculam cap. 5. n. 5. pag. 40.* multis astruere nititur. Huic sententiæ Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 557. & Dominicus Stanislaus Albertus *in hist. Sicula Soc. Jesu par. 1. lib. 1. cap. 5. pag.* 40. adhærent. Quæ autem hæc Sicula Sibylla scripserit, quis divinare audebit? Sibyllarum enim oracula à veteribus confusa sunt, teste Lactantio *divin. instit. lib. 1. cap. 6. Sunt*, ait, *singularum singuli libri, qui quia Sibyllæ nomine inscribuntur, unius esse creduntur: suntq; confusi, nec discerni, ac suum cuique assignari potest, nisi Erythræ, quæ & nomen suum verum carmini inseruit.* Nec desunt multi, qui Sibyllarum vaticinia periisse putent, & quæ nunc circumferuntur à Judæis, vel Hæreticis, vel aliis conficta velint. Hæc delibasse satis: solùm addam, ut testatur Tacitus *lib. 6. annal.* & Alexander ab Alexandro *dicr. Genial. lib. 3. cap. 16. pag. mihi* 270. quòd, incenso Capitolo, ubi Sibyllina asservabantur Oracula, Augustus, dato Sacerdotibus negotio, per omnem Samum, Ilium, Erythras, Aphricam, *Siciliam*, & Italiam, omnia Sibyllæ carmina perquisivit. Nempè *iis locis*, ait Cajetanus *cit. pag.* 41. *in quibus Sybillæ vaticinatæ fuissent*. Quæ verò nunc extant *Sibyllarum Oracula*, sive vera, sive conficta, pluriès prodiere, in libros VIII. digesta. Ea primùm edidit Græcè Xystus Betuleus Augustanus ex patriæ Reipublicæ Bibliotheca cum annotationibus, Basileæ apud Ioannem Oporinum 1545. exinde Sebastianus Castalius in latinum heroico carmine vertit, ediditque etiam Basileæ apud eumdem 1546. Michael Neander, Ibidem 1564. Græco-latinè cum scholiis. Ioannes Opsopœus Græco-latinè evulgavit, notisque illustravit. Parisiis 1599. & 1607. in 8. Servantius Gallæus, Amstelædami 1689. cum aliorum notis, & proprio Commentario.

SICULUS FLACCUS. v. Flaccus Siculus *tom. 1. pag. 197.*

SICULUS, Poeta anthonomasticè hoc solo nomine Siculi designatus. Nonnulli putant sub Siculi nomine Ciullum Poetam Siculum Alcamensem latitare, ut Clarisi. Joannes Marius de Crescimbenis tradit *in Comm. ad hist. Poesis Vulgaris vol. 4. lib. 2. pag. 67.* at Siculus hic Poeta recentiori sæculo vixit, quàm Ciullus; nam Paulus Jovius *in epist. ad Hier. Scanapecum*, inter epistolas à Ludovico Dominici collectas, ac editas Venetiis 1560. *pag.* 8. narrat, Petrum Gravinam Siculum, Siculi conterranei, carmina, summâ eloquentiæ vi celebrasse. Hoc Siculi nomine non Ciullum, sed Ferdinandum Balamium, Siculum Poetam, celari putavit Leo Allatius *in epist. ad lectorem Poet. antiq. pag.* 37. At hanc opinionem reiieci, ubi de Ciullo, & Balamio *tom. 1. pag.* 140. *&* 194. opinor enim Siculi nomine intelligi Joannem Nasonem Corleonensem, Poetam clarissimum, Petri Gravinæ coævum; nam hic ob literarum præstantiam, ac poeticę gloriam, Siculi cognomen adeptus, ita passim vocabatur: quod apertè testatur Lucius Marinæus Siculus *in epist. lib. 5.* in ea ad Cataldum Parisium scripta, ait enim: *Obiit & Joannes Naso, cui Siculus fuit cognomen.* & Alphonsus Seguritanus *in epist. de laudibus Lucii Marinæi inter ipsius Marinęi Epistolas lib. 6.* de Marinęo ait: *Post annum inde Panormum ad Joannem Nasonem, Cognomento Siculum transit.* De Joanne Nasone, cognomento Siculo, vide, quæ scripsi *tom. 1. pag. 355.*

SIGYSMUNDUS CAPPELLUS Netinus, feudi Bonfalluræ Dominus, generis nobilitate, ac literarum gloriâ effulsit. Ingenii vires amœnioribus literis, & præsertim poeticæ facultati devovit. Vitam philosophorum more, ab omni forensium clamore sejunctam, traduxit: etsi pluriès à proceribus nonnullis accersitus, maluit cum Musis latitare, quàm in magnificentissimis Principum aulis clarior apparere. Floruit sub Ferdinando, & Carolo Siciliæ Regibus, nempè circa annum 1525. De eo Vincentius Littara *de Reb. Netinis pag.* 149. qui scripsisse testatur:

Carmina, tanta poeticæ artis, & eloquentiæ venustate composita, ut antiquioribus Poetis in elegiaco metro non cederent.

SIGYSMUNDUS DE INDIA Panormitanus, musices peritissimus. Vixit circa annum 1610. Hujusce vidi Italicè

Libro Primo, e Secondo de' Madrigali à 5. voci Venetiis apud Angelum Gordanum, & Fratres 1611. in 4.

SIGISMUNDUS ROSSIUS Narensis, Societatis Jesu, natus 21. Novembris 1628. Societatem amplexus est 17. Octobris 1643. in qua solemnia quatuor edidit vota 21. Novembris 1661. Non minus genere, quàm ingenio, morumque candore semper inclaruit. Disciplinis omnibus instructus, non sine laude Philosophiam docuit summa cum laude Syracusis; ibique etiam Scholasticam Theologiam, & Moralem, ut etiam Monte-regali professus est. Collegium Saccense, & Tyrocinium Panormitanum rexit. Præfuit etiam Domui Professorum Panormitanæ, & Vice-Provincialem Siciliæ egit. A Provincia Sicula Romam missus est Procurator. Decessit Panormi 20. Novembris 1705. In publicã lucem prodiit Italicè suppresso auctoris nomine:

Saggio di Panegirici, e Questioni Theologiche, furto innocente del Canonico D. Pietro Antonio Casaccio. Venetiis apud Antonium Tivanum 1680. in 4.

SILENUS CALACTINUS. Athenęus *lib. 12. cap. 11. pag.* 542. Calatianum vocat: ex Sicula Urbe Calacta progenitum putandum; ideoq;

Digitized by Google

inter Siculos recenſetur ab Octavio Cajetano *in animad. ad to.2. Ss. Sicul. pag.* 43. *n.* 21. Petro Carrera *de Ætna lib.*1.*cap.* 1. *pag.* 4. *& in memor. hiſt.Catanæ vol.*1. *lib.*3. *cap.* 7. *pag.* 277. *& in Dialogo inſcripto*: il Bonanni *pag.*53. Joanne Vigintimillio *in Poetis Siculis cap.* 28. *pag.* 267. Michaele de Judice *in obſer. ad appar. Siculor.annal. Auguſt.Invegii pag.*92.& Hier. Raguſa *in Siciliæ Bibl.veter.pag.* 247. Fuit Silenus hiſtoricus; at quo vixerit ævo non ſatis cõſtat: ideoque inter Hiſtoricos incertæ ætatis à Gerardo Joanne Voſſio *de hiſtoricis Græcis lib.* 3. *pag.* 413. relatus eſt. Scripſit ex Dionyſio Halicarnaſſeo *lib.* 1. *antiq.* Livio *lib.* 26. & Voſſio *cit.*

Res Romanas.

Conſignavit etiam opus:

De Rebus Siculis; cujus tertium librum citat Athenæus *lib.*12.*cap.* 11.*pag.*542.idem opus, ex Voſſio, quod à Laertio *in vita Anaxagoræ* adducitur: *Silenus in primo* (non in tertio, ut ait Voſſius) *hiſtoriarum.*

De Ætna. Forſan idem opus,ac illud de Rebus Siculis. De Ætna,ſecundum librum citat Stephanus *de urbibus pag.* 520.& ex eo Carrera loc. cit. & Andreas Maſſa *de Ætna. cap.* 1. *p.*2.

De Aphrodiſiade Inſula, ex Plinio *lib.* 4. *cap.* 22. & Voſſio: ſi lucubratio eſt à ſupradictis diſtincta.

Dubitat verò Voſſius ſitne noſter Silenus ille, qui ſcripſit

Gloſſas, quas citat Athenæus *lib.*11.*& lib.*14. & Scholiaſtes Apollonii *in lib.*1.ac etiam qui contexuit,

Hiſtorias fabuloſas, ex Tzetze in *Lycophronem pag.*111.

A Strabone *lib.* 3. Silenus hiſtoricus vocatur, eodem Voſſio laudato.

SILVESTER MAUROLICUS Meſſanenſis Sacerdos, celeberrimi Franciſci Maurolici ex fratre nepos: huius præſtantiſsimi viri virtutes, ac doctrinam,hæreditario veluti jure, accepit: in ſacris etenim literis, hiſtoriis, & mathematicis diſciplinis eruditiſsimus fuit. In ipſo ætatis flore in Hiſpaniam delatus, cùm Philippus Hiſpaniarum Rex anno 1583. refertiſſimam Bibliothecam in famigeratiſsimo S. Laurentii Cœnobio Eſcurialenſi inſtrueret, Silveſtrum adhibuit, ut ſelectiores Codices Græcos, latinos, Caldaicos, Arabicos, ac manuſcriptos ex tota penè Europa colligeret; ut ipſemet Silveſter *in Mari Oceano*, ait, *pag.* 203. Hinc inter Regios Capellanos cooptatus eſt, & anno 1586. Abbas S.Mariæ de Gala electus cum diſpenſatione Sixti V.Pontif.nõ dum enim Sacerdotali dignitate eminebat. Anno 1588. inſigniorem benevolentiam expertus, ex regiis literis 10. Auguſti 1588. ejuſdem Regis Capellanus, & familiaris declaratur. Anno tandem 1592. ad Abbatiam S. Mariæ Roccamatoris Ordinis Ciſtercienſis in Sicilia evectus eſt: cujus Cœnobium anno 1602. exornavit, ut ex inſcriptione in Capituli porta ibi præfixa patet, eãque exhibet Placidus Samperius *in Iconolog. M. V. lib.*2. *cap.*27.*pag.* 297. Anno 1613. adhuc ſuperſtes florebat. Hviuſce laudes lege apud Rocchum Pirrum *in Sic.Sacræ lib.*4.*de Abbatiis p.* 120. Hippolytum Marraccium *in Biblioth.Mariana p.*2. *p.*364. Petrum Ant. Tornamiram *de ſcrip. Marianis Ord. S. Benedicti p.* 139. Placidum Samperium *cit. lib.*1. *cap.*5. *p.*37.Hofmannum *in lexic. to.* 2. *p.* 404. Placidum Reinam *in notit.hiſtor. Meſſanæ par.* 2. *p.* 534. Philippũ Labbeum *in Biblioth.Bibl.p.*191.& Joannem Baptiſtam Ricciolium *in Chronol.Refor.to.*4 *ind.* 2. *p.*281. Edidit Italicè

Hiſtoria Sagra intitolata Mare Oceano di tutte le Religioni del Mondo. Meſſanæ apud Petrum Bream 1613. in fol. Cave Antonii Teiſſerii lapſum, qui *in Catalogo librorum p.*291. duos edidiſſe libros, ait, nempè: Mare Oceanum, & Hiſtoriam Sacram omnium Religionum, quòd falſum, unicũ enim eſt opus.Scripſit etiam hæc alia ex Marraccio, Tornamira, Samperio, & eodem Maurolico *in Mari Oceano pag.* 151.

Topographiam Sanctorum Chriſti Militum.

De Præcipuis Baſilicis Sereniſſimæ Reginæ Cœlorum dicatis, & Eccleſiis eidem Divino oraculo, & miraculosè erectis librum.

De Viris illuſtribus Ordinis Ciſtercienſium lib. I.

De Viris illuſtribus Siculis lib. I.

De Sanctis Claris, & Martyrio coronatis in Regno Siciliæ lib.I.

Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum.

Lucidarium continens XL. *Quæſtiones in materia Aſtrologiæ, & Philoſophiæ.*

SILVESTER RISICA Meſſanenſis, Politiores coluit literas. Muſis carus in Officinæ Academia Meſſanenſi floruit circa annum 1660. Scripſit

La Stella Poemetto. Prodiit ſeorſim, & in libro: *Poeſie Volgari degli Accademici della Fucina parte* 4. Neapoli apud Sebaſtianum Aleccem 1660. in 12.

SILVESTER SIGONIVS Leontinenſis, vir doctus, & Græcis, Latiniſque literis inſtructiſsimus. Poeta non vulgaris, multa cum laude latiis numeris condidit. Floruit circa annum 1553.Hujus meminit Chriſtophorus Scobar in opuſculis editis Venetiis 1522. qui Silveſtro opuſculum nuncupavit, ac direxit anno 1519. *De Dictionibus, quid quis, &c.* ibique *pag.* 18.*Eruditum virum* vocat, *Sermonis Græci, & Latini ſtrenuum profeſſorem*. Sigonii extat

Martyrium Ss. Trium Fratrum Alphii, Philadelphi, & Cirini. Panormi apud Antonium Maidã 1522.in 4.& apud Octavium Cajetanum *in tom.*1. *Ss.Siculorum à pag.* 65. *& ſeq.* qui *in animadverſionibus pag.* 51. ait: hujus Martyrii hiſtoriam anno 1517. inventam Leontini in arca Reliquiarum Sanctorum Græcè ſcriptam, & à Silveſtro latinitate donatam. Immo Petrus Carrera *in hiſt. Catanæ vol.*1. *lib.*2.*cap.*5. *p.*212. & Carolus Ant.Converſanus *in Æterea Leonti-*

no-

Digitized by Google

norum Gloria pag. 75. putant hanc martyrii historiam Græcè scriptam eamdem esse, quam S. Marcus Monachus Leontinus, testis oculatus, scriptis mandavit, ut suo loco de D. Marco tradidi. Scripsit etiam Sigonius:

De Immortalitate Gloriæ ad Illustr. Joannem Vegam Siciliæ Proregem Carmen. Romæ per Valerium, & Aloysium fratres 1553. in 4.

De Præstantia Monarchiæ, Carmen. 1553. in 4. sine loci, & typographi nomine.

O *De Concordia servanda inter Sum. Pontificem, & Imperatorem Carmine latino.* Romæ 1550. in 4.

SILVIUS BOCCONUS Panormitanus, Savonâ apud Ligures oriundus, Alphonsi Bocconi de quo *tom. 1. pag.* 21. frater. Genere clarus lucis usuram accepit 24. Aprilis 1633. Pauli nomine insignitus, à teneris adhuc annis literarum studiis operam dedit. Philosophica instructus doctrinâ, ac eruditione satis superque refertus, omnes ingenii vires perscrutandis naturæ arcanis adhibuit. Lapidum, fossilium, herbarum præsertim, studiosissimus, harum proprietatem, diversitatem, viresque omnes sedulò perquisivit; eoque labore magnam nominis sui opinionem apud doctissimos Medicos, Pharmacopolas, ac primæ notæ Philosophos, tum in Sicilia, tum in remotissimis etiam regionibus excitavit: ideoque inter præcipuos Botanicos, ac naturalis Philosophiæ penitissimos semper effulsit. Amœniores etiam literas coluit, ac omnigenæ eruditionis ornamenta non neglexit. Relictis sæculi curis, Cistercienſium Ordinem, ætate jam maturus, amplexus est; in quo relicto Pauli nomine, illud Silvii accepit, non minus regulari instituto, quàm studiis suis consonum. Eadem studia ardentiori quadam animi contentione prosequutus; ut à doctiorum consuetudine præstantiorem sibi doctrinam compararet, nedum Siciliam, verùm etiam Melitam, Italiam, Belgium, Britanniam, Ollandiam, Galliam, Germaniam, Poloniam, aliasque Provincias, & regna imperterrito labore emensus, ex diuturna hac peregrinatione in rerum naturalium cognitione mirabiliter profecit: insignium verò literatorum benevolentiam, ac venerationem, scientiarum, & eruditionis excellentiâ sibi conciliavit: & ubique egregia doctrinæ suæ vestigia reliquit. Apud Principes, ac Dynastas nonnullos, literarum Patronos, dum Orbem literatum peragraret, stetit aliquando; tum ut præstantiores viros audiret, tum etiam ut lucubrationes suas prælo paratas expoliret, quas summo studio, ac diligentiâ scripserat. Famigeratissimę Academię Naturæ Curiosorum in Germania fuit adscriptus, ex honorificentissimo diplomate dato Kal. Augusti 1696. apud eŭdem Bocconum *in Musęo Physicæ pag.* 205. & ab ejusdem Academiæ Principe non semel recentioris Plinii nostri ævi nomine vocatus est. A Leopoldo Imp. benignissimè exceptus est, qui no nnulla erga Silvium edidit æstimationis argumenta. Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis, Botanicum egit. In Patavino Lyceo publicè Simplicium lector, & doctor constitutus enituit summa cum laude. Demum in Patriam reversus, ab omnibus veneratus, in Cœnobium S. Mariæ Altifontis in oppido Parci, propè Panormũ, secessit, ibique ędes elegãti formâ sibi extruxit. Dum verò alia moliebatur ingenii monumẽta, senio cõfectus eo in oppido obiit 22. Decẽbris 1704. Ipsius cũ laude meminere Nicolaus Gervasius *in Succ edaneis pag.* 35. & 105. Franciscus Cupanus *in epist. ad lectorem Horti Catholici, & in epistola ad lect. supplementi ejusdem*, Joannes Haller vordius *in Biblioth. curiosa pag.* 305. Augustinus Oldoinus *in Athenęo ligustico pag.* 445. Franciscus Fulvius Frugonus in libro: *Cane di Diogene latr.* 5. *racc.* 10. *pag.* 403. & *seq.* Josephus Pitton Tournefort *in institutionibus rei herbariæ tom.* 1. *in Isagoge pag.* 65. Nicolaus Lanzonus *in Sylloge epistolar. Physico-medicar. epist.* 17. *ad celeberrimum virum D. Sylvium Boccone Sacri Ord. Cistercienſis, Acad. Nat. Curios. Germaniæ dignissimum Collegam*, Joannes Antonius Vanderlinden *de scripis medicis pag.* 867. Augustinus Dentices *in paraph. evang. in fine*, Antonius Bulifõ *in epist. memor. tom.* 3. *pag.* 196. Auctores Clariss. *diarij liter. Ital. t.* 8. *p.* 32. & 35. Edidit, aliqua sub Pauli, alia sub Silvii nomine, nempè:

Icones, & Descriptiones rariorum Plantarum Siciliæ, Melitæ Galliæ, & Italiæ; quarum unaquæque proprio charactere signata ab aliis ejusdem classis facilè distinguitur. Cum præfatione Roberti Morrisonii. Lugduni apud Robertum Scott. 1674. in 4. & Oxonis è Theatro Scheldoniano 1674. in 4. cum figuris.

Italicè

Della Pietra Belzuar minerale Siciliana Lettera familiare. Monteleoni apud Dominicum Ferrum 1669. in 4.

Novitiato alla Segretaria del Sig. D. Paolo Boccone Gentiluomo di Palermo, lettura grata non meno a' Principi, che a' loro Segretarj, per mostrare con facilità, e brevità l' arte d' un accorto Secretario. Genuæ apud Hæredes Calenzani in 12. sine anno.

Osservazioni Naturali, ove si contengono materie Medico-Fisiche, e di Botanica, Produzioni Naturali, Fossofori diversi, Fuochi sotterranei d' Italia, e altre curiosità, disposte in trattati familiari. Bononiæ apud Monolessos 1684. in 12. De hoc opere Acta Eruditorum Lipsiæ mensis Octobris an. 1686. *pag.* 478.

Museo di Piante Rare della Sicilia, Malta, Corsica, Italia, Piemonte, e Germania con figure 133. *in rame.* Venetiis apud Joannem Bap. Zuccarum 1697. in 4. Laudatur in Actis citatis *tom.* 3. *supplim. sect.* 5. *pag.* 199.

Museo di Fisica, e di Esperienza, variato, e decorato di Osservazioni Naturali, Note Medicinali, e Raggionamenti secondo i principj de' Moderni; con una dissertatione dell' Origine, e della prima

Digitized by Google

impreſsione delle Produzioni Marine. Ibidem apud eundem 1697. in 4. Celebratur in Actis laudatis Januarii 1692. *pag.* 46. *& in tom.* 3 *ſupplem. ſect.* 5. *pag.* 193.

Epiſtola Botanica. In libro inſcripto: *Bizarrie Botaniche di alcuni Sempliciſti di Sicilia publicate, e dichiarate da Nicolò Gervaſi.* Neapoli apud Novellum de Bonis 1673. in 4.

Gallicè

Recherches, & Obſervations Naturelles touchant le Corail, Pierre Eſtoileè, Embraſement du Mõt Etna. Pariſiis apud Baloin ad Palatiũ 1672. in 12. iterum auctiores Aſtelędami apud Joannem Janſon, & Waeſberg. 1674. in 8. In hoc libro, ex Diario literatorum Romæ anni 1672. epiſtolas obſervationum naturalium refertas, ad celebratiores viros edidit, in quarum una de Incendio Ætneo anni 1669. cui doctus quidam Gallus honorificè reſpondit, edito libro inſcripto: *Reſponce de M. L. Abbè Bourdelot a la lettre de M. Bocconi ſur l' Embraſement du Mont Etna.* Pariſiis 1672. in 12. Ex Oldoino citato ſecundam hujuſce operis partem eodem idiomate evulgandam habebat.

Germanicè etiam edidit:

Muſeum Experimentale-Phyſicum, complectens obſervationes Eruditis, & Curioſis in Germania viris dicatas. Francofurti apud Michaelem Rohrlachs 1697. in 12.

Nonnulla ex ſupra relatis lucubrationibus compendiariâ relatione celebrant Acta Eruditorum Angliæ.

Prælo paraverat etiam ex Oldoino citato Italicè

Iſtoria Naturale dell' Iſola di Corſica

SILVIUS TORNAMIRA nobilis Alcamenſis, Societatis Jeſu, parentibus Ioanne Vincentio Tornamira, Jaconiæ Barone, & Portia Sarzana, in lucem editus eſt 18. Novembris 1615. Adoleſcens Societatis inſtitutum amplexus 5. Maii 1634. ab initia Societate nedum literarum, verùm etiam virtutum ſtudiis incubúit. Humilitate, ſuique contemptu mirum in modum effulſit; omnes enim honorum ſpecies ſtudioſè declinavit: generis ſplendorem vilioribus miniſteriis, ac veſtium neglectu obtegere curavit. Interrogantibus de familiæ ſuæ nobilitate reſpondit; ſe ſutoris filium eſſe in publica Alcamenſi platea degentis: quod ad nutricis ſuæ ſponſum referebat. Ægyptiam gentem, vulgo *Zingari*, ſibi familarem habuit, ipſius enim artis filium ſeſe vocabat, ob nimium ferramentorum uſum; paupertatis etenim, ac humilitatis amantiſsimus, tum domeſtica, tum etiam urbana elaborabat: eâ tamen dexteritate hæc omnia diſſeminabat, ut fidem ejus dictis adhibere audientes non dubitaverint. Quos virtutis ſuæ laudatores deprehendebat, acerrimos ſui hoſtes putabat: ſpernentibus verò tanquam benemerentiſsimis gratiſsimus erat. Cùm à quodam familiari accepiſſet fore ut Joannes Paulus Oliva Societatis Præpoſitus Generalis, de Silvii metitis pleniſsimè edoctus, ad dignioreẽ provinciâ ipsũ trasferret, in lacrymas abiit: aitque, Generalem, Deum cogere velle, ut majora prioribus miracula patraret; ac ſi ipſum dignoſceret, ſtatim à Societate dimitteret. Per annos multos nunquam exuit indumenta, niſi verberandi, ac duriſsimè corporis dilaniandi cauſâ. In flagellis, jejuniis (in quibus panem, ac aquam tantùm adhibebat) aliiſque carnis macerationibus, frequens, & multus erat. Cibus ipſi tenuis, veſtibus opertus ſuper nudos aſſeres ſomnum carpebat. Urgente aliquando ægritudine, & obedientiâ, ut infirmo corpori ſtratum ſupponeret, illud paulò poſt detraxere ſodales ſui, ejuſdem enim aſperitate, & duritie moleſtia augebatur. Per annos 25. humaniores literas admirabili animi conſtantiâ docuit: in his verò tradendis ſingularem charitatem, ac animarum zelum detexit; exhortationum enim frequentiâ omnes ad chriſtianam pietatem excitabat. A' domeſticis operibus liber, ſemper orabat; & in ipſis operum omnium exercitationibus mentem ad cœleſtia elatam ſervabat. Ægrotantibus inſerviebat miris charitatis officiis, ut eorum animabus prodeſſet. SS. Euchariſtiæ cultui addictiſsimus, eamdem die, noctuque magno pietatis ſenſu venerabatur. Deiparam Virginem ſtudioſiſſimè percolebat, variiſque obſequiis amoris ſui flammas fovebat; præcipuè ſingulis ſabatis. Triennio Alcamenſe Collegium ſummâ prudentiâ rexit. Demum cum ulcus enatum ejus pectus ſæviſsimis doloribus dilaniaſſet; editis in extremo morbo pietatis, humilitatis, aliarumq: virtutũ exemplis, ac Jeſu, Mariæque nominibus ſanctè prolatis, ſpiritum Deo reddidit Alcami 27. Januarii 1681. Ad defuncti viri cadaver ingens hominum concurſus advolavit, ac certatim omnes Silvii aliquid expoſcebant, ut tanquam reliquias ſervarent. Adhibitis ejuſdem veſtium fragmentis nonnulla admiranda patrata narrant. Ipſius vitam lege in ejus opere poſthumo infra recenſendo, ipſumque laudant Antonius Fortis *in epigram. pag.* 27. & Hieronymus Raguſa *in hiſt. Paſſionis cap.* 7. *n.* 80. *pag.* 241. Edidit Italicè

La Compagnia di Gieſù da Dio illuſtrata con nuovi, e ſingolari Prodigj operati co' ſvoi Figliuoli nel Diviniſsimo Sacramento dell' Euchariſtia. Panormi apud Carolum Adamum 1676. in 12.

La Cõpagnia di Gieſù da Dio illuſtrata con ſingolari favori per la divotione della Ss. Vergine. Cento Vocationi inſigni fatte dalla Vergine Ss. a gli Huomini della Compagnia di Gieſù. Ibidem apud Barberam, & Rummulum 1679. in 12.

La Compagnia di Gieſù da Dio illuſtrata con ſingolari gratie concedute a' ſuoi Figliuoli per la divotione alla Paſſione del Redentore. Ibidem apud Petrum de Iſola 1680. in 12.

La Compagnia di Gieſù da Dio illuſtrata con favori ſtraordinarii per la divotione a' Ss. Angeli

Digitized by Google

del Paradiso; *Opera Posthuma*. Ibidem apud eundem 1682. in 12.

Alia etiam Italicè prælo paraverat, quæ in Alcamensi Collegio m. ss. asservantur, nempè:

Gli Annali della Compagnia di Giesù libri Tre.

Miracoli accaduti nella Primitiva Chiesa, e nelle più antiche Religioni, rinovati nella Compagnia di Giesù.

Ghirlanda di fiori, che contiene mille esempj raccolti da' Campi floriali della Compagnia di Giesù.

Trionfo della Fede Cattolica nella Conversione, e Battesimo di 125. tra Imperadori, e Rè, Imperadrici, e Reine, co' figliuoli per mezo della Compagnia di Giesù.

Origine della Provincia di Sicilia della Compagnia di Giesù, e de' suoi Provinciali, e Visitatori anno per anno: e degli Huomini Illustri della Sicilia: come pure degli esiti sfortunati di coloro, che sono stati licentiati dalla Compagnia in Sicilia.

Diario d'Elogj degli Huomini Illustri della Compagnia di Giesù.

Diario delle cose memorabili accadute alla Compagnia di Giesù diviso in Tre Parti.

SIMON ALGARIA Nobilis Panormitanus, vir amœnioribus literis ab adolescentia dicatus, quas inter domesticas curas impêsè coluit. Siculo, & Etrusco carmine poeticas ingenii dotes cum laude manifestavit. Inter Academicos Reaccensos Panormi claruit anno 1650. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis tom.2.par.2.pag.* 238. Scripsit vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *tom.2. par.* 2. Panormi typis Decii Cyrilli 1647. in 12. & ibidem apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

SIMON FIMIA Castroveteranēsis, ex privilegio Panormitanus, Sacrę Theologię, & Utriusque Juris Doctor, & Abbas S. Luciæ in Civitate Neti. Doctrinâ ornatissimus in rebus agendis permaximam dexteritatem detexit: ideoque primùm in Archiepiscopali foro Panormi Fisci Patronum egit; mox Vicarius ad pias causas constitutus à Petro Martinez Rubio Archiepiscopo Panormitano anno 1663. exinde post mortem Ægidii Martinez Rubio ejusdem Archiepiscopi Frater, & Vicarius Generalis, ad eamdem Vicarii Generalis dignitatē assumptus est. A Philippo IV. Catholico Rege Visitator Ecclesiasticus electus est Episcopatuum Cephalædensis, & Pactensis, ac Abbatiarum, Priorатuum, aliorumque Beneficiorum juris Regii Patronatus. Præfuit etiam in Agrigentina Diœcesi Vicarius, & Visitator Generalis sub Episcopo Francisco Josepho Crelpos de Escobar. Panormi anno 1663. Sodalitium Scholæ Practicæ Christianarum virtutum, unà cum aliis fundavit, in quo morum integritate, & virtutibus excultus, præfuit. Tandem doctissimi viri opinionem adeptus, meritis plenus Agrigenti decessit 15. Aprilis 1672. Ipsum laudant Bernardinus Masbèl *in descrip. gubernii Siculi pag.*& 126. Josephus Marchesius *in memoriale Sacerdotú schol.6.n.20. pag.*333. Scripsit ex Marchesio citato

Notitiam cunctorum Beneficiorum in Sicilia de Jure Patronatus Regio, quam obtulit Catholico Regi Philippo IV. Authographū m.s. in fol. extat apud Ioannē Bap. Notum Castroveteranensem Canonicum.

SIMON IMPELLIZZERIUS Nobilis Netinus, Parentibus Thoma Impellizzerio, S. Jacobi de Belmineo Barone, & Catharina Landolina, lucis usuram accepit anno 1632. Cùm annum ageret quadragesimum, posthabitis sæculi curis, clericali militiæ nomen dedit, ac Sacerdotali charactere insignitus in Hispaniam se contulit, ibique inter Regii Sacelli Capellanos adscriptus fuit; ac Abbatiâ S. Luciæ, cum dignitate Capellani Majoris Regni Siciliæ adauctus est. Fuit etiam Apostolicus Prothonotarius Referēdarius. Doctrinâ clarus, Philosophicis, Theologicis, ac Mathematicis disciplinis apprimè instructus floruit: ideoque inter domesticos parietes, singulis hebdomadis, bis Theologiæ Moralis Academiam habebat. Morum integritate conspicuus, pacis, ac publicæ quietis amantissimus vixit. Profusè in pauperes pecuniam erogavit. Orationis, solitudinis, ac pietatis studio insignis, nunquam extra domum pedem efferrebat, nisi ut charitatis officia exerceret. Venerationem apud omnes assequutus, vivere desiit Syracusis mēse Januarii 1704. Simonis meminere Bernardinus Masbèl *in descrip. gubernii Siculi pag.* 123. & Joannes Carrozza in libro inscripto: *Vulgò Scientias.* Edidit Italicè

Constitutioni Sinodali pro ejus Abbatia S. Luciæ. Messanæ apud Vincentium de Amico 1681. in 4.

Edendos reliquit

Theologiæ Moralis Tractatus varios.

SIMON DE HIERONYMO Corleonensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor. Graviores Disciplinas, amœnioresq; literas coluit. Vixit circa annum 1635. Edidit Italicè

Vita di S. Leone Luca Abbate di Corleone, tradotta in lingua Italiana. Panormi apud Decium Cyrillum 1637. in 12.

Madrigali in lode di S. Leone Luca Abbate di Corleone. Ibidem apud eumdem 1637. in 12.

SIMON LEONTINUS Ordinis Minorum Conventualiū S. Francisci, alius à Simone Leontino Ordinis Prædicatorum, Episcopo Syracusano, de quo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 166. Vincentius Maria Fontana *in Theatro Domicic.p ir.1.cap.5.n.770.pag.* 302. Jo: Michael Cavalerius in libro: *Galleria de' Sommi Pontefici &c. Domenicani tom.* 1. *Chronol.* 1. *pag.*45. aliique: hic enim claruit ab anno 1269. ad annum 1294. ille verò, de quo scribimus, vixit sub Friderico III. Siciliæ Rege anno 1358. cui à confessionibus fuit, & à concionibus. Apud ipsum etiam Majoris Capellani mu-

nus

nus exercuit: ejusque benevolentiam ob egregiam doctrinam, ac virtutum promerita expertus est, teste eodem Pirro *in lib. 2. Siciliæ Sacræ pag.* 455. in margine. Petrus Carrera *in hist. Catanæ vol. 1.lib.2.cap.2.pag.*155. vetustiorem fuisse innuit, dum à confessionibus Friderici II. Aragonii (Siciliæ Regis ab anno 1296. ad annum 1336.) ac etiam *pag.* 134. anno 1340. claruisse tradit: quod etiam Joannes Andreas Massa *in sua Sicilia par. 1. pag.* 5. confirmat; cùm etenim hic scripsisset ãno 1707. Simonẽ ante 400. annos vixisse scribit; nẽpè ante annum 1307. At ex Chronica ab eodem Simone scripta sub Friderico III. vixisse patet, ac vitam protraxisse comperimus usque ad annum 1377. historiam enim suam cum Friderici III. morte concludit. Scripsit Simon latinè *Chronicon Regni Siciliæ*, quod m. s. plurimorum manibus teritur; ipsumque nonnulli citant; præsertim Carrera *loc. cit. pag.*134. Franciscus Strata *in Gloriis Aquilæ Triump.pag.* 356. aliique. Opus hoc typis tradere promittit P.D. Michael de Judice Abbas Casinensis, de Siculis rebus benemerentissimus, quod testantur Auctores præclarissimi *Diarii litteratorum Italiæ tom.6.art.14.pag.*518.

Vernaculâ etiam linguâ scripsit anno 1358. ex historia *de acquisitione Regni Siciliæ, & Calabriæ per Normannos Gaufridi Malaterræ*:

Historia di Sicilia, teste Roccho Pirro. *in epistola ad Lectorem Siciliæ Sacræ n.5.in not.Eccl.Panor.pag.*90. *& lib.2. pag.*455. qui tunc asservatam testatur apud Abb. Martinum la Farina: nunc hic codex m.s. extat Panormi in refertissima Bibliotheca Vincentii la Farina Marchionis Madoniæ. Aliud Hujusce historiæ exemplar apud se habebat Jo: Baptista Paternionus Canonicus Catanensis, teste Carrera *cit. pag.* 134. qui ipsum etiam citat *pag.* 155. Nunc sive hic, sive alius ejusdẽ historiæ Codex, servatur ab Innocentio Roccaforte Panormitano, Canonico Catanensi, qui ut mihi testatus est per Epistolas datas Catanæ 15. Aprilis 1705. & 30. Novembris 1707. fuit anno 1601.5. Martii in tabulis Episcopalis Curiæ Catanensis exscriptus: & anno 1537. à Francisco Maurolico Messanense hæc historia in compendium contracta, ac latinitate donata; quæ etiam apud eumdem Innocentium asservatur. De ipsa Simonis historia ab eodem custodita meminit laudatus Ab. Michael de Judice *in addit. ad apparatum Siculorum Annalium Augustini Inveggij pag. 96.* Demum aliud hujus historiæ exemplar custodiebat in Panormitano Monasterio S. Martini Petrus Antonius Tornamira, ut ipse ait *in responsionib. ad petitiones pro D. Rosaliæ Vita pag.*44. *& in Progenie D. Rosaliæ pag.* 240. ipsum etiam citat *pag.*123. *&* 188. & nonnulla ejusdem fragmenta exscribit.

Vidi etiam librum, forsan authographum, apud Vincentium Auriam sæpè laudatum, vernaculâ linguâ exaratum, cui titulus:

Incumenza lu libru di la espositioni di l' Evangelii Dominicali per tuttu lu annu cumpostu per venerandu Frati Ximuni di lu Ordini di li Frati Minuri di Sicilia. m. s. in fol. In proœmio Dominicæ primæ Adventus hæc scribit: *Karissimi plaza a lu Patri, ed a lu Fighiu, & a lu Spiritu Santu, da li quali tri Pirsuni procheda ogni beni di Spiritari ad me Frati Simuni di Lintini oy di li Ordini di li Frati Minuri di Sichilia Cappillanu di lu S.R. di Sichilia, di cumponiri quista operella di li Evangeli in vulgari.* Extant & in operis fine aliqua ejusdem Simonis carmina vernaculâ etiam linguâ conflata. Ex his patet lapsus Caroli Antonii Conversani, qui *in Æterea Leontinorum gloria pag.*44. Dominicanis accenset hunc Simonem. Ex supra relatis etiam perpende, an solidè dicta, etsi non sine hęsitatione, quæ congessit Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Biblioth. veter.pag.* 248. *&* 249. ibi enim duos proponit Simonis Leontini nomine insignitos, Simonem I. ex Conversano citato, Ordinis Prædicatorum, Friderici III. Sacellanum, & Historicum insignem: additque ex Pirro, historiam Gaufridi Malaterræ reddidisse 300. ante annos: nempè anno 1333. At hic Simon historicus, & Friderici III. Capellanus Ordinis fuit Minorum, & posteriori vixit ęvo. Secundò Simonem, seu Simonectum Leontinum Episcopum Syracusanum Ord. Prædicatorum, sive Minorum alumnum exhibet, ex Pirro *in not. Eccl. Syrac. pag.*161. At Pirrus ex familia Prædicatorum tantùm hunc Simonem fuisse tradit. De hoc secundo addit Ragusa, duce Philadelpho Mugnòs *in Theatro Geneologico par. 1. pag.* 211. de familia Campo, Historiam Vesperis Siculi scripsisse; additq; à Mugnòs *tom.* 1. *Theatri*, inter auctores, quibus in contexendis Siculorum Geneologiis usus est, Simonem I. relatum. At Mugnòs his in locis nõ distinguit, fueritne I. an II. Ex Eodẽ Mugnòs *in raptu Proserpinæ pag.*10. subjũgit Ragusa, historiã suorum temporum anno 1350. scripsit Simon II. Mugnòs verò nec hic distinctionem primi, vel secundi proponit. Demum ex quodam Joanne Ritonio apud eumdem Mugnòs *tom. 3. Theatri de familia Blanco pag.* 439. Simon Episcopus Syracusanus Ordinis Prædicatorum historiam Siculam scripsit. Cùm autem Simon Episcopus Syracusanus annum 1294. non transcenderit, ut liquet ex Pirro, ab eodem Ragusa adducto, hinc Sole clarior, Scriptorem historiæ Siculæ anno 1350. vel 1358. clarum, Episcopali infulâ haud insignitum fuisse. Historiam verò Vesperis Siculi ab historia Sicula ne distinguas; Simon enim historiam suam à Normannorum adventu scripsit; ideoque Massa *cit.pag.*5. *&* 6. Simonem citat *in historia m. s. Comitis Rogerii*, & usque ad mortem Friderici III. anno 1377. deducit.

SIMON PARISIUS Panormitanus, Baro Milochæ, claro genere exortus, nedum doctrinâ, & eruditione, quàm bellica virtute claruit. In Catholici Regis obsequium per plures

anno

Digitized by Google

annos militiam exercuit, præsertim in Belgio, ubi strenuè pugnando egregia fortitudinis edidit argumenta; eminet inter alia facinus impavidè patratum, cùm 7. Januarii 1601. in obsidione Civitatis Ostendæ ad inimicorum perniciem stramentorum fascibus ignem admovit. Panormum regressus ter Senatoris munere annis 1614. 1618. & 1626. patriam rexit. Anno 1618. apud Panormitanum Senatum à Rationibus Magister constitutus est. In Civitatibus Drepani, & Erycis armorum Dux præfuit: ac Propugnaculorum, Turriumq; Siciliæ fuit Visitator. Cùm anno 1630. bellum inter Hispanos, & Gallos recrudesceret in Italia, Siculorum militum legiones delectæ sunt, ut Mediolanum traiicerent; in his Simon semel, & iterum Dux electus est, ac quinque legionum Præfectus. Ideoque in Mediolanensem regionem transvectus, ibi Urbis Laudis Pompei, vulgò *Lodi*, Gubernator eminuit: suamque animi fortitudinem in propugnatione Pontis Cariniani strenuè manifestavit. Ob hæc præclarè gesta, Trojanus Parisius ejus filius primogenitus militaris Ordinis Alcanteræ insignia accepit à Philippo Catholico Rege. Demum cùm Matriti eidem Regi Siciliæ descriptionem, ac Panormitanæ Urbis ichnographiam obtulisset, ab eo benignè exceptus, regii Castri Thermarum Præfectus electus est: at in patriam rediens, in itinere decessit circa annum 1631. nomenque suum posteritati clarissimum reliquit. Militari virtuti literarum studia copulavit; eruditione, poesi, & ingenio illustris. Historici etiam eximii laudem promeruit: ideoq; ipsum laudibus ornant Petrus Carrera *in epigram. lib. 2. pag. 79.* Philippus Paruta *in numismatib. in fine pag. 5.* Georgius Gualterius *in Tabulis Siciliæ pag. 37. & 41.* Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneolog. tom. 3. pag. 3.* Augustinus Inveges *in appar. Panor. Nobilis de familia Parisia*; Vincentius Auria *in hist. Chronol. Proregum Siciliæ pag. 95. & 278.* & Michael de Judice *in observ. ad appar. Siculor. Annal. Augustini Inveges pag. 99.* Edidit Italicè

Descrittione, ò Pianta della Sicilia. Panormi typis Joannis Baptistæ Maringhi 1610. Prodiit per plures folios æri insculta.

Scripsit opus, quod gravioribus curis occupatus ineditum reliquit, cujus titulus Italicè:

Apologia contro l'Apologia di Giuseppe Bonfilio Messinese. m. s. in 4. Cùm enim contra Siciliæ descriptionem Apologeticum opusculum edidisset Bonfilius, ejus cavillationibus plenè respondit. Hoc opus servabat Franciscus Baronius: at ubi nunc delitescat incompertum est.

SIMON PARMENSIS Panormitanus, Poeta clarus, & Orator gravis ex Joanne Jacobo Adria *de situ vallis Mazariæ.* Scripsit

Orationes.

Carmina.

SIMON RAUS Panormitanus Sacerdos; Joannis Franciscì Rai, Magnę Regi Curiæ Prę-sidis, filius, doctrinâ, pietate, meritisque inclaruit. Fuit in regia aula Catholici Regis Philippi III. Capellanus, mox Regni Siciliæ Supremus etiam Capellanus, & Abbas S. Luciæ de Milatio: Regio etiam beneficio S. Michaelis de Scupello, seu S. Angeli de Monte insignitus est. Anno 1609. Vicarius Generalis Capitularis sede vacante Ecclesiæ Montis-Regalis renunciatus, doctrinæ suæ opinionem excitavit, teste Roccho Pirro *in notitia Eccl. Montis-Regalis pag. 436.* & Michaele de Judice *in hist. Eccl. Montis-Regalis par. 3. pag. 96.* qui Simonem Poetam celeberrimũ vocat: at hunc cum Simone Rao Episcopo Pactensi confundit; hic etenim eodem anno 1609. lucis usuram accepit, ut infra planum faciam. De eo etiam idem Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag. 567.* & Josephus Silos *in hist. Cler. Regulor. tom. 2. lib. 5. pag. 236.* qui S. Andreæ Avellini ope saluti restitutum anno 1608. elegantèr, more suo, narrat: quod etiam tradit Joannes Bap. Castaldus *in vita Andreæ Avellini cap. 39. pag. 158.* Panormi tandem decessit 12. Martii 1616. & in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia sepultus quievit. Edidit

Responsiones ad Dubia super Immunitate, & Jurisdictione Ecclesiastica. Panormi apud Ioannem Antonium de Franciscis 1615. in 4.

SIMON RAUS, ET REQUESENS alter nobilis Panormitanus, vir elegantissimi ingenii, singularisque doctrinæ, ac Poeta celeberrimus. Panormi 18. Iulii 1609. in lucem editus est, Parentibus Josepho Rao, & Anna Isabella Requesens Ferulæ Marchionibus. Joannis Franciscì Rai, Magnę Regiæ Curiæ Præsidis fuit nepos, non filius, ut perperàm Paulus Ortalis *in Relatione familiæ Dentis pag. 20.* hujus enim filium non hunc, sed alium supra relatum facilè animadvertent omnes. Simon familiæ splendorem scientiarum luminibus augustiorem reddidit; à teneris enim ungiculis literarum studia amplexus, in his ita profecit, ut graviores disciplinas ferè omnes summâ sui nominis laude comparaverit. In Philosophicis lyceis precipuus, in Theologicis nulli secundus effulsit: ideoque Theologicâ Doctoris laureâ donatus eminuit. Mathematicis disciplinis, & astronomicâ præsertim doctrinâ excultus, inclaruit; quibus medicam, & chimicam facultatem addidit; nec musicorum modulationum inscius fuit. Amœniores literas ex naturali, egregiaq; indole, Francisco Balducio Panormitano, celeberrimo vate, præceptore, ac duce, ardentiori studio excoluit: ideoque Oratoris eximii, Poetæ verò, sapientum omnium calculo, admirabilis, gloriam assequutum doctiores fatẽtur. Hinc latiis, Etruscis, Siculisq; numeris, summa cum nominis celebritate cecinit: ejusq; ingenii monumenta in Academiis Romanis, Neapolitanis, Siculisque singulares promeruere laudes. Sicularum cantionum elegantiâ omnium plausus sibi conciliavit; à styli etenim maje-

Digitized by Google

majestate, acumine, cultu, admirandæ, ita ejus nomen illustrarunt, ut ejus fama nunquam cõseneſcet. Morum integritate refulſit, & ſeveriorem eccleſiaſtici ordinis rationem tenuit. Omnigenâ eruditione abũdè locupletatus enituit: inter ævi ſui viros à doctrina literiſq: illuſtriores meritò veneratus. His præſidiis inſignitèr munitus ad honores ſibi ampliſſimam aperuit viam: primùm enim Parochus, & Beneficialis Eccleſiæ Panormitanæ S. Nicolai de Kalcia à Panormitano Senatu electus eſt: mox novorum vectigalium Panormi, ut ajunt, Deputatus. In Generalibus Regni Comitijs quater interfuit, ac Regni Deputatus renunciatus, ab anno 1639. uſque ad annum 1642. hoc in munere eluxit: tunc verò cura numerationis animarum Siciliæ Simonis ſolertiæ demandata eſt. Patriæ amantiſſimus Panormi jura contra aliorum petiones eruditione, ac doctrinâ fortitèr propugnavit. A Io: Dominico Spinola S. R. E. Cardinale, et Epiſcopo Mazarienſe, & à Didaco Requeſens ejus patruo, qui in Epiſcopalẽ eã ſedẽ ſucceſſit, Vicarius Generalis diœcesis Mazarienſis electus eſt. In his aliiſque muneribus magni momenti negotia pertactãs, eximiæ prudentiæ, & inculpatæ vitæ edidit exempla. Firmiſſimi animi virum nulla unquã adverſa rerum facies deterruit; etenim ſæviẽtis fortunæ ęrumnas expertus, infracto pectore, ſerenoque vultu calumnias in ſui excidium cõſpirantes aſpexit. Cùm ad Regiam aulam Catholici Regis acceſſiſſet, ea ex cauſa, quam leges *in vita Ioannis Auſtriaci pag. 196. & ſeq.* ibi innocentiæ ſuæ candor enituit, regięq: benevolentiæ argumenta excepit, & fidelitatis ſuæ, ac meritorum præmia, non ſine bonorum plauſu, promeruit: ideòque inter Regios Capellanos cooptatus, quingentorum aureorum penſione donatus eſt: exinde Abbas S. Crucis electus; & tandem anno 1657. ad epiſcopalem Pactenſis Eccleſiæ ſedem evectus. Hinc relicto in regia aula ſui deſiderio, Romam velificavit; ubi à doctrina, e ſingulari eruditione veneratus, doctiores in ſui admirationem traxit. Tũc in Sacri Conciſtorij ſolemniis, ob canonizationem S. Thomæ de Villanova coacti, inter Præſules, ac S. R. E. Cardinales anno 1658. ſuum addidit ſuffragium, teſte Ioſepho Bonafide *in deſcrip. ejusdem Conciſtorij pag. 136.* Pactenſem Eccleſiam ingreſſus, ſtatim Eccleſiaſticam diſciplinam inſtaurare cogitavit, ac ut in ſuis morum honeſtatem eluceret ſtuduit. Ac dum multa ad Eccleſiæ utilitatem meditatur, & interim virtutibus animum excolebat, pauperumq. inopiam ſumma liberalitate ſublevabat, vix ſeptimo elapſo menſe ab inita Eccleſiæ gubernatione, viſcerum inflammatione ſuccenſus, mortalitatem explevit 20. Septembris 1659. Ingenti omnium dolore mortis nuncius exceptus: mox nedum in Eccleſia Pactenſi Præſulis funus celebratum, verùm etiam Panormi in Eccleſia Parochiali S. Nicolai de Kalcia, ubi Franciſcus Verranus Parochus, qui vicarias Simonis curas obtinuerat, 21. Octobris 1659. profuſâ magnificentiâ juſta perſovit; & inter Miſſarum ſolemnijs luculentâ oratione defuncti virtutes, reſque geſtas celebravit Philippus Setajolus Panormitanus Cler. Reg. celeberrimus Eccleſiaſtes, quam in ſecõda orationum ſuarũ parte editam leges *à pag. 252.* Reaccenſorum Academia etiam ſodali ſuo benemerentiſſimo parentavit: in ea funebrem oratione dixit Hyacinthus Maria Fortunius Orator diſertiſſimus: & apud me, funebria carmina ab eximijs viris condita, ſervantur, quæ tunc typis tradere meditabantur ejus gloriæ amantiſſimi. At ipſum emeritis laudibus ornant Raymundus de Puteo in libro: *Circulo Tuſculano pag. 135. & 136.* Ioſephus Maria Mazara *in Æternitate converſ. felic. p. 3.* Ioãnes Vigintimillius *in Epiſt. nuncupatoria Poetarum Siculorum*, Carolus de Gregorio, Vincentius Montana, et Ioannes de Natale in libro: *Stravaganze liriche degli Accademici della Fucina pag. 3. 254. 271. & 272.* Io: Bap. de Iudice *in carm. par. 1. pag. 92. & 405.* Vinc. Auria apud eumdem 480. Ioſephus de Flores *in carm. pag. 57.* Ioſephus Silos *in a nalectis Epiſtol. 82. pag. 220.* Ioſephus Galeanus *in lib. Diporti Giovanili pag. 136. & in Muſis Siculis par. 4. pag. 330.* Petrus Ansalonius *in ſua familia pag. 361.* Io: Bap. Vallegius *in Carmin. pag. 43.* Thomas Cornelius *in Progymnas. pag. 39.* Ioſephus Artalis in *Enciclopod. Poet. p. p. pag. 39.* Honorius Dominicus Caramella *in epiſt. nuncup. Carmin. lat.* Hyacinthus Gimma *in elog. p. 1. pag. 82.* Io: Marius de Creſcimbenis *in hiſtor. Poeſis Vulgaris lib. 1. pag. 82. & lib. 4. pag. 290.* aliique. Inter diuturos labores, & hypochondriacos dolores, bonis artibus adverſos, è Muſis ſolatium aliquando accipiebat: at è multis, quæ ſcripsit nonnulla amicorem operâ peruhumaniter collecta, Italicè prodiere, nempè:

Rime. Venetijs apud Juntas 1672. in 8. ibique etiam extant Siculæ Cantiones. iterum Neapoli apud Monachum 1690. in 12.

Canzoni Siciliane Sacre. In Muſis Siculis par. 4. Panormi apud Ioſephum Biſagnium 1653. in 12. harum cantionum magna pars recudit Antoninus de Michaele in libro, cui titulus: *la Chitarra*, Panormi apud Barberam, Rumul um, & Orlandum 1680. in 4. & apud Petrum Coppolam 1698. in 4. Carmina etiam nonnulla paraphraſtica ex lamentationibus Jeremiæ prodierunt unà cum aliis Alphonſi Salvi Panormitani in libro inſcripto: *Cetra Doglioſa del Profeta Geremia*. Panormi apud Ioſephũ Biſagnium 1656. in 4. Scripſerat etiam, hæc alia, quæ periere:

Poemetti Varij.

Tragedia della Paſſione di Chriſto N. S. ut ex editis Carminibus *pag. 240.* patet. Hoc tragicum opus ſummis laudibus extollit Silos cit. quod ut invenirent incaſſum deſudarunt multi: & aliqua quæ in editis carminibus ſupersũt admirationem ingerunt haud exiguam, teſte

Alla-

Digitized by Google

Allatio *in drammaturgia ind. 6. pag. 626.*

Lettioni Filosofiche sopra varie materie, particolarmente sopra Galileo Galilei.

Oratione funerale nella morte del Card. Gioannettino Doria detta nell' Accademia de' Racceſi.

SIMON SISTUS, Siculus incertæ Patriæ, Ordinis S. Augustini, Sacrę Theologię Magister, vir doctrinâ, & pietate insignis. Vivebat anno 1630. Hujusce mentio est apud Hippolytum Marraccium *in Bibliotb. Mariana p. 2. pag. 370.* & Nicolaum Toppum *in Bibl. Neapolitana pag.* 286. qui falsè Neapolitanum fuisse scripsit. Edidit ex Marraccio

Theatrum cultus Mariæ Virginis. Neapoli apud Hæredes Tarquinij Longhi 1624. in 4.

Ex Toppo verò Italicè

Trattato del Cielo di Maria Vergine Madre di Dio compoſto con molta diligenza, raccolto da molti fedeli Servi di Dio, e della Gloriosa Vergine sua SS. Madre spiegato in ventiquattro Capitoli. Neapoli apud eosdem 1624. in 4.

SIMON TUBALLINUS Panormitanus, amœnioribus literis ornatus clarvit anno 1590. Edidit Italicè

Tragedia di Carnevale, cioè Rapresentatione delle Vittorie della Chiesa contro il Mondo, la Carne, ed il Demonio. Romæ apud Iacobum Ruffinellum 1591. in 12.

SIMON VALGUARNERA nobilis Panormitanus, Hãnibalis Guderani Baronis filius, Hãnibal, qui prudentiâ, ac scientijs ornatissimus, Resolutorũ Academiã Panormi fundavit, Simonẽ gravioribus disciplinis, amœnioribusq. literis insignitèr instituit; ideoque in ipso ætatis flore, eidem Academiæ adscribi promeruit, etsi non dum ætatem ab ipsâ requisitam attigisset: nam eumdem tanquam virtutis, ac scientiarum prodigium demirabantur omnes. Ad id doctrinæ, ac eruditionis fastigium brevitèr ascendit, ut Romæ, & in tota penè Italia, sui admirationem excitaverit. Cùm enim ibidem aliquando incoluisset, à doctioribus tanquam Siciliæ lumen, & ornamentum venerabatur, ut habet Philippus Paruta *in Epist. m. s. ad Bartholomæum Sirillum* apud me, scripta ex oppido Iarratanæ 26. Februarij 1593. Arctissimam necessitudinem cum Ludovico Paterno, Angelo de Constantio, Hieronymo Mutio Justinopolitano, alijsque init, ut ex Simonis carminibus compertum est. Musas impensè coluit, & Etrusco carmine multa cum laude cecinit. Clarvit anno 1576. Ipsum laudat idem Paternus in libro: *Nuove fiamme lib. 3. pag. 262.* Extat apud me liber m. s. Simonis manu exaratus, cui titulus:

Rime di D. Simone Valguarnera Nobile Palermitano. m. s. in 4.

SIMON VIVACITUS Catanẽsis Iuris utriusque Doctor, à doctrina, & eloquẽtia laudatus. In Catanensi lyceo publicus legum interpres, nominis sui famam excitavit. Pluries in Magnæ Regiæ Curiæ subsellijs Iudex sedit. Vivebat anno 1499. ut ex Andrea Marchesio *in libro Comitiorum Siciliæ pag. 6.* patet; eodem enim anno præerat Iudex Magnæ Regiæ Curiæ. Ipsum laudant Ioannes Bap. de Grossis *in decac. Catan. tom. 2. cord. 9. pag.* 150. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Catan. pag.* 94. & Marius Cutellus *de donationib. tom. 1. tract. 1. dist. 2. partic. 11. n.* 81. *pag.* 353. Hujus extat

Lectura super Ritu Regni Siciliæ. In Commentarijs super Ritu collectis à Marcello Conversano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

SOPHOCLES Agrigẽtinus, vir disertissimus, teste Cicerone *act. 5. in Verrem.* Omni doctrinâ & virtute ornatissimus claruit ante Christum natum an. 70. Apud Pompeum Cos. pro tota Sicilia de Aratorum miserijs gravitèr, & copiosè dixit. De eo etiam Thomas Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 6. cap. 1. pag.* 136. Christophorus Scolar *de antiq. Agrigent. cap. 16. pag.* 16. qui Sophodoclem mendosè vocat, & Pirrus *in not. Eccl. Agrig. pag.* 332.

SOPHRON celeberrimus Poeta Syracusanus Agathoclis, e Damnasyllidis filius, ex Suida *to. 2. pag.* 785. Hesychio Milesio *de ijs, qui eruditionis famâ clarvere pag.* 765. Gyraldo *de Poet. hist. dial. 7. pag.* 273. alijsque. Hujus filius fuit Xenarchus Poeta Comicus, & Mimographus, teste Jacobo Bonanno *in Syrac. Illustr. lib. 2. pag.* 274. quem sequitur Laurentius Crassus *de Poetis Græcis pag.* 455. Inclaruit celebris tempore Xersis, ac Euripidis teste Suida, & Gyraldo, olympiad. 86. ante Christi Domini adventum an. 428. ex Bonanno. At Suidæ opinionem repellit Faber *de Poetis Græcis par. 1. p. 62.* quomodo enim, ipse ait, Euripidis tempore floruit, si hic natus est eodem anno cùm Xerses in Græciam transijt, ut antiqui scripsere? Morerius *in dictionario to. 2. pag.* 1153. & Hofmannus *to. 2. p.* 375. Olymp. 75. vixisse putant. Hujusce nomen variè distortum comperio. Matthæus Silvagius *de tribus peregrinis c. 46. pag.* 170. Sophonem: Golzius in *Sic. hist. post, pag.* 90. Sophanem, vel Sosiphanem: Lascaris apud Maurolicum *in hist. Siciliæ lib. 1. p.* 20. Sosiphanem vocant, ut Bonannus cit. & Crassus *pag.* 469. & 472. observant; qui & advertunt à Lascare cum Socicle Poeta Tragico Syracusano confusum: in eumdem errorem lapus est Goltzius, & forsan Paulus Manutius, qui *in adagijs* Tragicum Poetam Sophronem vocat. A Ravisio Textore *in offic. tit. 6. pag.* 293. inter Oratores recensetur: sed hũc errasse putat Bonannus. Scripsit Sophron Græcè doricâ linguâ

Mimos Viriles, & Mimos Muliebres, teste Aristotele *de Poetis* apud Athenæum *lib. 11. cap. 15: pag.* 505. De his Aristoteles etiam *in Poetic. par. 1. partic. 4.* ex Lud. Castelvetri divisione, *pag.* 17. Athenæus multis in locis infra notandis, Suidas *cit.* Julius Pollux *onom. lib. 4. cap.* 24. Esychius, Crassus, Goltzius, Lascaris, Volaterranus *in anthr. lib.* 19. Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 4. c. 1. pag.* 101. alijque. Isaacus Casaubonus *in Athenæum lib. 11. c. 8. pag.* 799. ait: *Sophronis Viriles, et Muliebres Mimi ex Athe-*

Digitized by Google

næo, & Stobæo noti omnibus. ij sunt tituli operum duorum, quorum utroq. plures, ut videtur, mimi continebantur, partim in viros, partim in mulieres scripti. Celebris est inter scriptores quæstio, hos Mimos scripseritne prosâ, an versu. Aristoteles *lib. de Poetis* apud Athenæum *lib.* 11. *c.* 15. *pag.* 505. versibus scripsisse ait. *Aristoteles libro de Poetis: nonne igitur, ait, quos Sophronis Mimos appellat, versibus comprehensos.* Quamvis autem apertè innuere videatur Aristoteles Sophronē versibus scripsisse; attamen alij Aristotelis allata verba aliter interpretantur. Ludovicus Castelvetrus *in Aristotelis Poet. part.* 1. *particul.* 4. *pag.* 19. *&* 21. Aristotelem, scribit, protulisse, Sophronis Mimos prosâ scriptos; ac contrariâ opinionem oppugnat. Prosâ scripisse etiam putant Suidas, Robortellus, *in Poet. Aristotelis*, Gyraldus cit. Barth. Lombardus *in Rhetor. Arist.* Volaterranus *cit.* Hesychius Milesius *loc. cit.* Antonius Minturnus *in art. poet. lib.* 1. *pag.* 3. *& lib.* 2. *pag.* 6. Hier. Magius *in var. lect.* & Antonius Riccobonus *in Poetic. cap.* 1. *pag.* 13. Alij verò versibus scripsisse volunt: ita Jul. Pollux *in onom. lib.* 4. à quo inter Doricos Poetas recensetur. Demetrius Phalareus *eloqut. lib.* 3. 6. *&* 7. qui nonnulla exhibet Mimorū carmina, Athenæus *lib.* 11. *cap.* 8. *pag.* 480. ait: *Sophrō in poemate, quod Mimum inscripsit*: Casaubonus in Athenæum *lib.* 11. *c.* 15. *pag.* 821. *ait*: *Sophron celeberrimus mimorum Poeta.* Petrus Victorius *in Poet. Aristotelis*, & Paulus Benius *in Arist. poet. cap.* 1. *part.* 7. *pag.* 6. *&* 61. *n.* 74. *&* 76. putant Aristotelem *in poetica* scripsisse, quòd Sophron versibus Mimos expresserit. His addo Crassum, Fazellum, Vossium *de poetis pag.* 28. qui Suidæ locum vel mendosum, vel Suidam errasse ait. Vide etiam eumdem Vossium *in arte poetica lib.* 1. *cap.* 2. ubi fusius de hac re. Frāciscus Patritius *in Petic. lib.* 5. *dec. disput. pag.* 103. *&* 104. Nicolaus Villanus *de ludrica poesi* sub nomine Academici Oldeani *pag.* 21. & Bonannus *cit. pag.* 274. illos, qui prosâ scripsisse putant, reprehendunt: Demetrius etenim Phalareus *de eloqunt.* nonulla mimorum carmina exhibet. Athenęus etiam pluriès Sophronē citat, & ipsius carmina adducit, præsertim *lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 86. & *lib.* 11. *cap.* 8. *pag.* 480. ubi ait: *Sophron in poemate quod mimum inscripsit*: alibi etiam sæpius. At si vera est Lascaris apud Scobar *de reb. Syrac. pag.* 14. & Jacobi Mazzonij *in defens. Dantis introd. n.* 37. opinio, quod Mimos versu, prosâque scripsit, horum scriptorū pugna evaveścit, utrique etenim verum scribunt. Plato, teste Laertio *in vita Platonis lib.* 3. omnium primus Athenas invexit Sophronis Mimos, antea neglectos: neglexere verò forsan ob obscuritatem, ut putat Bonannus *cit. pag.* 275. fuit etenim ex Gyraldo difficilis, & obscurus; ideoque à Statio *implicitus* vocatur. Addūt Suidas, Hesychius Milesius, Casaubonus *in Athen. lib.* 11. *c.* 15. *pag.* 821. alijque, Platonem usque adeo his Mimis delectatum, ut frequenter in eorum lectione obdormierit. Laertius verò, & cum eo Suidas, Quintilianus *lib.* 2. *cap.* 17. Valerius Max. *lib.* 8. *cap.* 7. Cœlius Rhodiginus *antiq: lect. lib.* 7. *c.* 1. *pag.* 424. tradunt; quòd moriens Plato sub ejus capite mimi Sophronis fuerint adinventi.

Scripsit etiam Sophron alia inscripta:

Halieuticon, nempè Ars piscandi, vel piscium capturæ dicatus, ex Athenęo *lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 86. & Jacobo Dalecampio *in annot. ad Ath. pag.* 720.

Puer ex eodem Athenæo *lib.* 7. *cap.* 21. *pag.* 324. & Patritio *Poet. dec. hist. lib.* 1. *pag.* 102.

Nymphoponus, sive Pronuba, eodem Athenæo teste *lib.* 8. *cap.* 16. *pag.* 362. Ex Casaubono in hunc Athenæi locum *pag.* 630. idem sonat ac *Ancilla ornatrix, vel alia mulier, cui cura ornandæ sponsæ.* Hujus etiam meminit Patritius *cit.* Hanc fabulam Comico Sophroni, non nostro mimographo adscribit Vossius *de poetis cap.* 8. *pag.* 63. eamq: citat Pollux *lib.* 10.

Agriotes, sive Rusticus. Ex Athenæo *lib.* 7. *cap.* 17. *pag.* 309. & Patritio *cit.*

Piscator. ex Athenæo *lib.* 7. *cap.* 10. *pag.* 288. & Patritio *loc. cit.* Putat Bonannus *cit. pag.* 274. Rusticum, & Piscatorem eadem esse fabulas ac Agriotem, & Halieuticum: at ego in Athenæi indice distinctè adnotatas invenio.

Socrus. ex Athenæo *lib.* 3. *cap.* 27. *pag.* 110. hujusce operis auctorem fuisse nostrū Sophronē ex eo patet, quòd Athenęus, citatis Mimis muliebribus, addit: *mentionem idem facit in fabula, cui titulus est Socrus.* Eidem Sophroni attribuunt Crassus, Bonannus, & Patritius: hinc in errorem lapsum puto Suidam, qui loc. *cit. pag.* 786. Sophroni Comico, alij à nostro, hoc opus adscribit. Scripsisse addit Bonannus aliud opus inscriptum:

Nuntius.

Sophronem citant, & ex eo nonnulla exhibent carmina Athenæus pluries, & Demetrius Phalareus, qui ait carmina Sophronis proverbialibus sententijs plena: quod confirmat & Joannes Vigintimillius *de Poetis Siculis cap.* 23. *pag.* 218. ideoque ipsis gravioribus Philosophis admiranda. Apollodorus Athenienśis edidit Commentaria in Sophronem, ex Athenæo *lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 89. *&* *lib.* 7. *cap.* 17. *pag.* 309. Addit & Casaubonus ibidem ex Porphyrio, Apollodorum summoperè Sophronem illustrasse, qui in mimis obscurisimus fuit: ideoque de eo Statius *in Sylvis lib.* 3. ait:

Implicituśq: Sophron.

Scripsit doricâ linguâ, ac cultiori stylo ex Commentarijs Theocriti in vita ejusdem apud Vigintimillium *cit. pag.* 151. & Vinc. Mirabellam *in Syracus. p.* 2. *pag.* 112. Propter mimorum opus, ait Bonannus, quod Comœdiæ accedit, à Suida Comicus poeta vocatur; sed à Crasso *de Poet. Græcis pag.* 476. refellitur; nam alius, ait, est Sophron Mimographus à Comico: & Suidas, & Athenęus de utroque distinctè eloquitur. At quamvis certū sit præter Sophronem nostrum, Sophronem Comicum inveniri, de quo Gyraldus, Vossius, Morerius, & Crassus; at-

Digitized by Google

attamen noſter mimographus fuit etiam & Comicus; hinc in Athenæi catalogo Sophroni mimographo nonnulla ex comœdijs ſupra allatis adſcribuntur. Craſſus verò, qui *pag.* 476. ait: Comœdias in Athenæi Catalogo Mimographo adſcriptas, Sophronis comici eſſe; *pag.* 473. easdem Mimographo accenſet. Apud Athenęũ locis citatis Comœdiæ inſcriptæ: Puer, & Socrus, noſtro attribuuntur, quod etiam concedunt Craſſus, Bonannus, alijque. Comicum fuiſſe etiam noſtrum Sophronem prædicant Laſcaris, Fazellus, & alij. Laſcaris ſcripſiſſe addit: *alia tum metro, quàm proſâ*: at ipſe Sophronem cum Soſicle confundens, cui hæc alia tribuenda incompertum eſt. Nonnulla Sophronis adagia exhibet Paulus Manutius, præſertim *pag.* 1798. ubi ait: *Tudiculum expoliuit, ideſt, Tudiculum dedolauit. Citatur à Demetrio Phalareo ex Sophone Mimographo, quem totidem fermè adagijs abundare, quot verſibus, ait. videtur quadrare in hominem plus juſto curioſum*. Extat & apud Stobæum *ſer.* 268. *pag.* 867. *de vituperio ſenectutis*, Sophronis carmen: at an ſit noſtri Sophronis non liquet. Certè Sophronem mimographum citat Ælianus *de animal. lib.* 15. *cap.* 6.

SOSICLES Syracuſanus, Poeta Tragicus, inter ſeptem Tragicos, quos ab excellentia Plejades dixere, non immeritò adſcriptus, teſte Suida *tom.* 2. *pag.* 783. cum Gyraldo *de Poetar. hiſtor. dial.* 7. *pag.* 293. Patritio *in Poetica dec. hiſtor. lib.* 1. *pag.* 117. alijſque. Claruit extremis Philippi Macedonis temporibus, vel ex alijs ſub Alexandro ejus filio, obijtque olymp. 111. ex Suida cit. juxta Bonannum *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 281. ante Chriſti Domini adventum an. 324. at ex computo meo 332. Ex alijs, quos ſuppreſſo nomine citat Suidas, deceſſit olymp. 184. Voſſio teſte *de Poetis cap.* 7. *pag.* 53. & Ricciolio *in Chronol. Reform. tom.* 4. *ind.* 1. *pag.* 134. claruit olymp. 110. Morerius *in dict. tom.* 2. *pag. mihi* 1155. & Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 376. ſub Philippo, & Alexandro ſtatuunt Soſiclem. At Gyraldus *loc. cit.* cur his temporibus adſcribatur haud plenè intelligere fatetur; ait enim, Poetas Plejades quaſi omnes eodem tempore claruere: nempè tempore Ptolomæi Philadelphi ex Hepheſtione apud eumdem Gyraldum *dial.* 3. *pag.* 110. Syracuſis extrema clauſiſſe voluit Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 111. cum Roccho Pirro *in not. Eccl. Syrac. pag.* 212. Nonnulli Soſiclem cum Sophrone confundunt, ut obſervant Bonannus cit. & Laurentius Craſſus *in hiſtor. Poet. Græcor. pag.* 480. Inter illos, qui hunc in errorem lapſi ſunt, reponendus Laſcaris apud Maurolicum *in hiſt. Sicil. pag.* 20. at ſuſpicor errorem fuiſſe Maurolici, non Laſcaris, hic enim apud Chriſtophorum Schobar *de reb. Syrac. pag.* 14. diſtinctè proponit Soſiphanem (idem eſt ac Soſicles, ut infra) & Sophronem. Alij cum Goltzio *in Sicil. hiſt. poſt. pag.* 90. (qui hunc cum Sophrone confundit) Fazello, & Pirro citatis Sophanem vocant. Gyraldus *dial.* 3. *pag.* 110. Soſiphanem appellat: at *dial.* 7. *pag.* 293. Soſiclem: & in utroq; loco inter Plejades accenſetur. De eo etiam Leander Albertus *in Inſulis pag.* 61. & Matthæus Silvagius *de trib. Peregrinis cap.* 46. *pag.* 170. qui Soſiphanum vocant. Scripſit

Tragœdias LXXIII. ex allatis auctoribus: ac ſepties vicit. Perperàm Bonannus LXX. ſcripſiſſe Tragœdias ait. Apud Stobæum *ſer.* 43. *pag.* 150. extant quædam Soſiphanis carmina: hic autem idem eſt ac Soſicles ex Bonanno, & Craſſo.

SOSIPHANES u. Soſicles.

SOSITHEUS Syracuſanus. Etſi Suidas *t.* 2. *pag.* 783. quem ſequitur Voſſius *de Poetis cap.* 8. *pag.* 68. & Morerius *in dict. tom.* 2. *pag.* 1155. tres de ipſius patria protulerit ſententias; ait enim Syracuſanum, vel Athenienſem, vel Alexandrinum fuiſſe: & Franciſcus Patritius *Poeticæ dec. hiſt. lib.* 1. *pag.* 115. Syracuſanum, vel Atheniẽſem putaverit: attamen Syracuſanum volvere Gyraldus *de Poet. hiſt. dial.* 7. *pag.* 293. Volaterranus *in anthropol. lib.* 19. Carolus Stephanus *in dict. pag.* 1869. Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 376. Leander Albertus *in Inſulis pag.* 60. Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 294. & Joannes Vigintimillius *de Poetis Siculis Bucol. pag.* 53. & 259. Poeta Tragicus fuit celebris, & ab excellentia illorum unus, quos Plejades vocavere: ac Tragici Homeri æmulus, ex auctoribus citatis. Inter Franciſcum Patritium, & Jacobum Mazonum longa excitavit pugna Soſitheus, ut Craſſus notat *de Poetis Græcis pag.* 480. diſputarunt etenim de ipſius patria: an duo vixerint Soſithei nomine: an comicus, tragicus, vel bucolicus fuerit: an Daphnis, & Lithyerſa Soſichei unum fuerit opus, an duo: ſitne opus tragicum, comicum, vel bucolicum: an Philadelphi, vel Philopatoris, tempore vixerit: an tandem Daphnis, ſub Soſithei nomine, ſit opus Soſibij. Patritius *in decad. hiſt. Poeticæ lib.* 1. *pag.* 104. & 115. duos exhibet Soſithei nomine, quod à vero alienum putat Bonannus *cit. pag.* 294. Tragicus fuit ex Patritio cit. *pag.* 104. at Mazonus *in defens. Dantis lib.* 3. *cap.* 20. *pag.* 492. opus de Daphnide, à Soſitheo ſcriptum, bucolicum fuiſſe tradit: cui Patritius reſpondit, Tragœdiam paſtoralem fuiſſe. Ex Athenæo *lib.* 10. *cap.* 3. *pag.* 415. & Arati Scoliaſte apud Craſſum *cit. pag.* 481. Tragicis accenſendus. Gyraldus *de Poet. hiſt.* in indice operis Comicum; at in ipſo opere *dial.* 3. *pag.* 110. & (*dial.* 7. *p.* 293. Tragicum vocat. Laertius *in vita Cleantis* ait, Soitheum carminibus ſuis Cleantem pupugiſſe: at ſpectatores, qui magnâ æſtimatione Cleantem proſequebantur, Soſitheum è theatro eiieciſſe: Sed Soſitheus facti pæniteus à Cleante benignè exceptus eſt, teſte Hesychio *de his, qui eruditionis famâ claruere*. Soſithei filia fuit Myro Bizantina Poetria inſignis, ex Patritio *cit. pag.* 115. ex ea verò natus eſt Homerus Tragicus Bizantinus, ut putat Gyraldus *dial.* 3. *pag.* 110. & 123. Suidas *to.* 2. *pag.* 783. & Voſsius. Hinc

Digitized by Google

Homerus Sofithei æmulator, ejusdē fuit nepos. Claruit Sofitheus olymp. 164. ex Suida, Gyraldo, & Bonanno, nempè an. 120. ante Christi Dñi adventum. Volaterranus, Hofmannus, Morerius, Vosius *de Poetis cap.* 8. *pag.* 68. & Io: Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor: tom.* 4. *pag.* 184. sub Ptolomæo olymp. 166. statuunt. Ex Laertio Cleantis tempore vixisse deducitur. Theocriti coævus fuit ex Vigintimillio, qui olymp. 124. vixit. Scripsit ex Suida:

Poemata oratione solutâ, vel potius & Poemata, & orationem solutam. Gyraldus verò ait: *Præter fabulas tragicas, scripsit & pedestri oratione Poemata.* Ex Patritio: *Prosâ scripsit Poemata.* Inter alia scripsisse volunt opus inscriptum:

Daphnis, vel Lithyersa. Patritius *cit. pag.* 104. duas fuisse lucubrationes putat, cujus opinionē amplexisse videtur Bonannus *pag.* 295. at Mazonus *in defens. Dantis pag.* 492. unum opus fuisse contendit, quod ex Joanne Tzetze *lib.* 2. *chil. cap.* 40. deducit: ex eo enim patet, quòd in Daphnide de Lithyersa agebatur. Huic addit Athenæum *lib.* 10. *cap.* 3. *pag.* 415. qui ait: *Sositheus Tragicus in Daphnide, aut Lithyersa.* Tragicum opus fuisse putat Patritius: at Mazonus bucolicum opinatur. Dubitat verò Sosibio, an Sositheo adscribendum; & an idem sit Sositheus ac Sosibius: eadē etenim carmina ex Daphnidis opere exhibent Athenæus, & Tzetzes; at primus Sositheo, secundus Sosibio accenset. De utroque distinctè Crassus *cit. pag.* 480. sed Vigintimillius *pag.* 281. Sositheum aliquando Sosibium vocatum putat. Jonsius *lib.* 2. *de Script. histor. Philosoph. cap.* 3. *pag.* 126. & 127. apud Joannem Mollerum *de script. Homonymis cap.* 3. §. 65. *pag.* 338. opus hoc Sosibio Laconi, Grammatico, Ptolomæi Philadelphi ætate celebri, adscriptum à scholiaste Theocriti *ad Idyll.* 10. & à Casaubono *in lect. Theocr. cap.* 12. Sositheo restituit. Ambigit tamen an Sositheus hic sit Poeta Theocrito, circa olymp. 130. synchrono, an alter Tragicus, inter Plejades annumeratus, olymp. 164. clarus: duos enim Sofithei nomine floruisse putat, Pastoritium Poema vocant idē Vigintimillius *loc. cit.* & *pag.* 53. & Clarissimus Justus Fontaninus *in Aminta defenso cap.* 1. *pag.* 9. Citatur hoc opus à Jano Parrasio in Claudianum *de Raptu Proserpinæ lib.* 2. & Scholiaste Theocriti apud Vigintimillium *pag.* 53. & 258. Scripsit etiam Sositheus opus, cui titulus:

Æthlius, ideſt, *Accensus.* Citatur à Stobæo *ser.* 168. *de audacia pag.* 576.

Sofithei *Fragmenta* edidit Hugo Grotius, cum alijs Veterum Tragicorum fragmentis, ex Mollero citato.

De Sositheo etiam Gesnerus *in Biblioth. pag.* 762. qui tragica ipsius scripta ab Higino, & Arati interprete citata testatur; quibus adde Plutarchum *parall. cap.* 38.

S. STEPHANUS III. dictus IV. Pontifex Maximus, Syracusanus. Alphonsus Ciacconius *in vitis Pontif. tom.* 1. *pag.* 539. nullo auctoris testimonio munitus, in oppido Tosinæ vallis Sicilianæ in ulteriori Aprutij provincia natum scribit: cujus vestigia sequutus Augustinus Oldoinus *in Athenæo Romano pag.* 622. Aprutinum vocat Stephanum. At idem Oldoinus *in addit. ad Ciaconium pag.* 542. Romanum ex Sicilia oriundum fuisse tradidit: Quotquot verò Pontificum gesta scripsere Stephanum Siculum testantur, inter quos Panvinus in libro: *Romani Pontifices pag.* 43. Ordericus Vitalis *in hist. Ecclesias. pag.* 453. Franciscus Petrarcha *in Chron. Pontif. pag. mihi* 43. Platina *in vitis Pontif.* Genebrardus *in Chron. an.* 768. Thomas Bzovius *in hist. Eccles. tom.* 1. *an.* 768. Raphael Volaterranus *in anthrop. lib.* 22. Philippus Bergomensis *in Suppl. Chron. lib.* 10: Franciscus Carrierus *in Chronol: Pontificum pag.* 138. Joannes Ant. Brandus *in Chr. Pontif. pag.* 96. Dominicus à Ss. Trinitate *in Biblioth. Theologica tom.* 3. *sect.* 4. *cap.* 12. *pag.* 235. Lud. à S. Carolo *in Biblioth. Pontif. lib.* 1. *pag.* 208. Ferdinandus Vghellus *in Italia Sacra tom.* 1. *pag.* 23. Jo: Bap. Ricciolius *in Chron. Refor. tom.* 1. *lib.* 9. *pag.* 382. *tom.* 2. *pag.* 107. & *tom.* 3. *pag.* 13. Josephus Saens de Aguirre *in collect. Max. Concilior. Hispaniæ tom.* 3. *par.* 51, Guilelmus Cave *in Script: Eccl. histor: literaria tom.* 1. *pag.* 349. alijque. Quòd autem Siculi nomine virum in Sicilia natum solummodo intelligatur, jam multis firmavi *in apparatu* §. 2. Anastasius verò Bibliothecarius *in vitis Pontificum*, ut omne ambiguitatis vestigium eliminaret, cùm Siculum vocasset Stephanum, addit: *ex insula Siciliæ Romam advenit.* Hieronymus Marafiotus *in Chron. Calabriæ lib.* 1. *cap.* 26. *pag.* 56. Stephanum hunc, & Leonē II. Sum. Pont. Calabros fuisse putat: at quâ inani ratione in hoc tomo 2. pag. 7. ubi de Leone, jam demonstratum. In Sicilia Syracusis natum renunciant Christophorus Scobar *de reb. Syracus. pag:* 16. Arnaldus Wion *in ligno Vitæ lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 137. & *cap.* 3. *pag.* 177. Gabriel Bucelinus *in Aquila Imperij Bened. pag.* 118. & *in Menologio Bened.* 31. *Ian. pag.* 82. Christophorus Scanellus *in Chron. Siciliæ*, Philippus Ferrarius *in Catalogo Ss. extra martyr. Rom. pag.* 53. 55. & 56. Leander Albertus *in Descrip. Italiæ pag*, 122. & *in Insulis pag.* 61. Josephus Carnilivarius *in descrip. Siciliæ lib.* 2. *pag.* 214. Thomas Porchaccius *in Insulis pag.* 5. Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 405. Inter nostros accensendi Thomas Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 106. Ottavius Cajetanus *in Idea Ss. Sicul. pag.* 58. & 105. & *tom.* 2. *Ss. Siculor. in animad. pag* 12. Silvester Maurolicus *in mari oceano lib.* 1. *pag.* 81. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Panor. pag.* 75. & *in not. Eccl. Syrac. pag.* 139. Simon Parisius *in descrip. Siciliæ*, Matthæus Silvagius *de trib. Peregrinis cap.* 46. *pag.* 170. Vincentius Littara *in Conrad. lib.* 3. *pag.* 140. Franciscus Carrera *in Panth. Siculo pag.* 28. Josephus Perdicarus *in vitis Ss. Siculor. pag.* 156. Hieronymus Ragusa *in elogijs Siculor. pag.* 265. & *in Sicilia Biblioth. vet. pag.* 254. & ut alios prætream, Michael Angelus Mancharusius

Digitized by Google

sus in Kalend. Syracus. Hoc autem à constanti Syracusanæ Ecclesiæ traditione firmatur; Stephanum enim, ut suum semper agnovit, ac præcipuo semper recoluit cultu, teste Cajetano cit. & Francisco Macedone in libro: *Divi Tutelares pag.* 191. Natus ideoque Stephanus Syracusis patre Olybrio, vel Olivo, ac Romam studiorum causâ missus, à Gregorio III. Sum. Pont. in Monasterium S. Chrysogoni sub S. Benedicti regula exceptus est. Ibi in regularis instituti legibus, literisque ita profecit, ut virtutum sanctimoniâ, & sacrarum literarum eruditione præ omnibus effulserit: ideoque ad Abbatis dignitatem evectum fuisse testatur Oldoinus. A Zaccaria Pontifice, vel ut alijs placet, à Gregorio III. cubiculo suo præficitur; mox à Paulo I. S. R. E. Cardinalis tit. S. Ceciliæ electus est. Defuncto Paulo Pontifice turbas in Ecclesiam intulit supremæ dignitatis ambitio: Constantinus enim, Ducis Nepesini frater, nullis initiatus ordinibus, fratris Toronis ope, vi, armisq. Pontificiam Sedem occupavit. At paulò post bonorum zelus tum Constantinum, tum etiam Philippum quemdam à seditiosis nonnullis Pontificem conclamatum, ab Apostolico Throno dejecit: ideoque compositis seditionibus, unâ omnium voce Stephanus noster electus, & consecratus est Pontifex 7. Augusti anno 768. Ejus jussu Lateranense Concilium coactum est anno 769. in quo Constantinum Pseudo-Pontificem ritè exautoratum decrevit; ac sanctè statuit, ne quis ad Pontificatus apicè eveheretur, nisi prius per ecclesiasticos gradus ad Cardinalis dignitatem perveniſſet. Sacrarũ Imaginum venerationem, contra decretum in Græco Conciliabulo editum, confirmavit. E Ravennate Sede Michaelẽ Sacerdotio haud insignitum projecit; & Leonem illius Ecclesiæ Archidiaconum delegit Archiepiscopum: Desiderio verò Longobardorum Regi, Michaelis defensori, sacerdotali constantiâ obstitit. Zelo ac charitate munitus Ecclesiam rexit; ejusq: operâ ecclesiastica disciplina instaurata refulsit. Ecclesiasticas traditiones acerrimè propugnavit: sacros ritus refecit. Statuit ut singulis dominicæ diebus septem Episcopi Cardinales in Divi Petri altare solemni ritu celebrarent: & ut missæ Sacrificio Angelicus hymnus adderetur: aliaque tanto Pontifice digna decrevit. Denique ordinatis mense Decembri Presbyteris 5. Diaconis 4. multosque Episcopos, sanctimoniâ clarus decessit primo Februarij anno 772. & in Divi Petri Basilica sepultus est. Inter Sanctos relatus recolitur; ejusq; festum Romæ, & Syracusis primo Februarij celebratur. De eo præter allatos auctores Baronius *tom. 9. annal ab an. 768.* Spondanus *in epitom. annal. an. 772.* Hieronymus Rubeus *lib. 5. histor. Raven.* & quotquot Romanorum Pontificum gesta scripsere. Edidit Stephanus

Epistolas plures. Quinque ipsius epistolæ à Baronio *an. 772. n. 2.* enumerantur. 1. ad Pipinum, 2. ad Carolomannum: 3. ad Carolum, & Carolomannum. (hanc integram habes apud Baronium *tom. 9. an. 770. n. 21.*) 4. ad Carolum, & matrem ejus, 5. ad eosdem Reges Frãcorum. Scriptas ad Carolum, & Carolomannum edidit Petrus Pithæus in pervetusto Chronico, ex Ludovico à S. Carolo *in Biblioth. Pontific. lib. 1. pag.* 208. & Oldoino *in addict. ad Ciacconium tom. 1. pag.* 543. Tres Stephani Epistolæ, unà cum decretis Concilij Romani, extant *in tom. 6. Conciliorum* (juxta recentiorem editionem *pag.* 1714.) ex Cave *in Script. Eccles. histor. Liter. pag.* 345. Varias exhibet Jacobus Gretserus *in volumine Epistolarum Pontificiarum.* Ingolstadij 1613. & inter Scriptores Francicos Andreæ du Chesne. Vna ad Constantinum Caponymum Imp. pro cultu Sacrarum Imaginũ commemoratur ab Hadriano I. Papa in epistola ab eodem scripta ad eumdem Constantinum, quæ in Concilio Niceno II. *act. 2.* recitata est ex Constantino Cajetano *in animad. ad tom. 2. Ss. Siculor. pag. 13. n. 17.* Aliam scripsit ad Michaelem Archiepiscopum Ravennatem ex Anastasio Bibliothecario, & Hieronymo Rubeo *lib. 5. hist. Raven. in Sergio Archiep.* 40. quod innuit Baronius *an. 769. n. 19.* Demũ epistolã ad Joannẽ Tergestinũ Patriarcham Gradẽsem, edidit Ferdinandus Ughellus *in Italia Sac. tom. 5,* at plures retulisse epistolas eumdem Ughellum observat Oldoinus *in Athenæo Romano pag.* 622. De Stephani epistolis vide etiã Coccium *in Thesauro Catholico,* Spondanum *in epit. Baronij an.* 772. Joannem Petrum Camum *in Actis Roman. Pontif.* & Franciscum à Coriolano *in Catalogo Rom. Pont.* Scripsit etiam Stephanus

Decreta nonnulla, quæ extant apud Gratianũ *in Decreto dist. 79. cap. oportebat, cap. nullus unquam, cap. si quis in Episcopis, cap. si quis ex sacerdotibus: & dist. 3. cap. fin.*

STEPHANUS ABBAS Panormitanus, natus primo Julij 1661. adolescens in Panormitano Clericorum Seminario literarum studijs operam dedit: & absoluto cum ingenij laude graviorum scientiarum curriculo, Philosophiæ ac Theologiæ lauream in Societatis Jesu Collegio obtinuit. Jurisprudentiæ etiam addictus, Doctoris insignia in utroque Jure promeruit, & accepit. Ad nonnulla ecclesiasti Ordinis munia, ac dignitates gradatim evectus est; virtute, doctrinâ, meritisque satis ornatus; nam primùm Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ Beneficiatus, &, ut vocant, Vivanderius electus, à sacris cæremonijs fuit Ferdinandi Bazan Archiepiscopi Panormitani. Andreæ Rigio Episcopo Catanensi gratissimus, Catanam ab eodem accersitus, Ecclesiæ Catanensis Canonicus constitutus est: ibique eximias ingenij, animique dotes abundè detexit: hinc non immeritó nonnullis honoribus cohonestatus enituit; Examinator enim, & Judex Synodalis, Assessor, Vicarius & Visitator Generalis, & Seminarij Catanensis Rector ab eodem Episcopo delectus, sui æstimationem concitavit: nam doctrinâ, insi-

insignitèt excultus, tum in scholastica, & morali Theologia versatissimus; tum etiam Cæsareis, ac Pōtificijs juribus apprimè imbutus, inter doctiores semper eminuit. Vivit nunc Catanæ vir eximius, eruditione, & morum integritate conspicuus, nunquam à graviorum disciplinarum studio sejunctus. Quę edidit hæc sunt:

Theologus Principis, seu Politia Moralis Principum, Ducum, Comitum, Marchionum. Catanæ ex typographia Bisagni 1700. in fol. Hoc opus laudant Monumenta Gallica Trevoltiana *anni* 1702. *tom.* 5. *pag.* 171.

Pax Attritionistrarum, & Contritionistrarum, seu ad eosdem Epistola pro concordia. Ibidem apud eumdem 1703. in 8.

Gladius utraque parte acutus, quo propugnatur Siculorum fides erga suos Principes, ac præsertim Philippum V. *Siciliæ, ac totius Hispanicæ Monarchiæ Regem, & Pietas erga Sanctam Sedem Apostolicam duabus Propositionibus. Primâ: Adeò gravem esse in Subditis obligationem erga proprium Principem ut nullam patiatur materię parvitatem. Secundâ: Pontificiam dignitatem in* Papa *adeò firmitèr sistere, ut nullo excogitabili eventu possit, etiam per totam Ecclesiam, seu Concilium Oecumenicum à Pontificatu deponi.* Dum Panormi excuderetur apud Dominicum Cortesium 1709. in 4. editionem interrumpere coactus est. Italicè suppresso nomine, aliorum pietate instante:

L' Anno Sagro ripartito in dodeci Esercitij Spirituali per ogni primo Mercordì di ciascun mese ad honore della Glorioßissima Vergine, e Martire S. Agata. Catanæ apud Bisagnium 1699. in 8. Alia edenda molitur; quæ in lucem emittet, præsertim *Theologiæ Moralis Tractatus.*

Compendium Theatri Vitæ Humanæ in tres tomos distributum.

STEPHANUS DE AMICO Panormitanus Monachus S. Benedicti Congregationis Casinensis. Natus an. 1572, Religionis habitum accipit 30. Octobris 1590. in Cœnobio S. Martini de Scalis juxtà Panormum. Vir sanè præstantissimus, cui nullus Casinensium ævi sui comparandus: inter præclarissimos enim mirum in modum eminuit. Doctrinâ insignis omnium scientiarum ornamento conspicuus effulsit: philosophicis præsertim, ac Theologicis facultatibus instructissimus, inter doctissimos recensitus inclaruit. Gravioribus disciplinis amœniores addidit: Poesim tum Etruscam, tum Latinam non sine laude coluit. Vitæ innocentiâ, ac virtutum splendore venerabilis, omnibus exemplo fuit. In regendo solertiam singularem, & monasticæ disciplinæ zelum; in gravioribus rebus agendis dexteritatem detexit eximiam. Nonnulla præclara obijt munia: in Cœnobio S. Martini primùm Prioris munere, inde anno 1625. Abbatis dignitate insignitus præfuit. Eo in regimine Monasterium argenteis ornamentis, ac sacrâ supelectili ditavit. Nobilissimam Bibliothecam omnium scientiarum libris elegantèr compactis, auroque linitis, refertissimam excitavit. Monasticam disciplinam instauravit, ac regularem perfectionem eximio vitæ exemplo promovere studuit. In pauperes liberalissimus fuit. Cœnobij ædificia ad magnificentiam provexit. Omne adhibuit studium ut novam Abbatiam, sub Ss. Benedicti, & Aloysij nomine, Panormi excitaretur; cui præfuit Abbas. Postquam quadriennio Cœnobium S. Martini laudabilitèr rexisset, in Ordinis Comitijs anno 1629. coactis, cùm de eo ad supremam Ordinis dignitatem promovendo ageretur, S. Martini Abbatiam in successoris beneficium renunciavit: at ad Generalem Præfecturam alio evecto, Patres omnes unanimiter volvere, ut saltem Monter egalensi Cœnobio præesset. Dum hoc regebat, defuncto Archiepiscopo Hieronymo Venero, Vicarius Generalis illius Ecclesiæ, sede vacante, electus est anno 1633. Iterum anno 1635. ad Cœnobium S. Martini, Abbatis dignitate insignitus, redijt: illudque egregio regimine, rebusq: præclarè gestis secundò illustravit; & in amplificanda præsertim rarioribus codicibus Bibliotheca novem aureorum millia impendit. Sed anno 1637. sibi solùm servato Abbatis titulo, pastoralis curæ onus sponte deposuit, ut quieti vacaret. At si tamquam unus ex Monachis viveret, ob singularem doctrinam veneratus, ad ipsum tanquam ad oraculum in difficillimis rerum quæstionibus confugiebant omnes. Tandem senio confectus Panormi decessit 2. Februarij 1662. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Montisregal. pag.* 437. *& lib.* 4. *de Abbatijs pag.* 192. 193. *&* 205. Petrus Ant. Tornamira *de Origine & Progres. Congreg. Casinensis tom.* 2. *lib.* 3. *pag.* 454. *&* 554. Vinc. Coronellus, me citato, *in Biblioth. tom.* 3. *pag.* 233. *n.* 994. Michael de Judice *in hist. Montisregal. par.* 2. *pag.* 106. Sub Phanesti Musica nomine edidit

Sacram Lyram variorum Auctorum cantionibus contextam in latina epigrammata conversis. Panormi apud Cyrillum 1650. in 12.

Scripsit etiam alia, quæ m. ss. reliquit, nempè

Epigrammata in Sanctorum laudem.

Anagrammatum de Sanctis libros IV. additis epigrammatibus, ac elogijs.

Italicè

Affetti Pij Tomi IV.

Raccolta di Secreti Medicinali.

Varij componimenti di Giochi.

STEPHANUS DE ANNA Cephalæditanus Sacerdos, sacræ Theologiæ, & Juris utriusque Doctor, Panormi Parochus, ac Rector Ecclesiæ S. Crucis. Tum graviores disciplinas, tum etiam amœniores cum sui laude coluit. Musas præsertim, inter Academicos Accensos Panormi, dilexit. Obijt Panormi primo Junij 1590. Edidit Italicè

Poesie. in libro: *Rime dell' Accademia degli Accesi di Palermo.* Panormi apud Matthæum Maidam 1571. in 8. & in libro secundo, ibidem apud eumdem 1573. in 8.

Della Sacra Theologia diligentemente osservata dal R. P. M. Gio. Antonio Brandi Siciliano di Sa-

leme

Digitized by Google

eme nel libro del Roſario Trattato. prodiit cum eodem Roſario Romæ apud Carolum Wlliettum 1601. in 16.

STEPHANUS MAURUS Meſſanenſis hiſtoricus, in peragendis Patriæ ſuæ negotijs verſatus, quæ nedum apud ſuos, verùm etiam in Hiſpania pertractavit: pluriès ad Catholici Regis aulam miſſus, præſertim an. 1673. Vivebat anno 1675. Edidit Italicè

La Meſſina difeſa. Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1666. in 4.

STEPHANUS MIRA Panormitanus Jurisconſultus doctrinâ clariſsimus. Inter primarios cauſarum Patronos accēſitus, laudem promeruit egregiam. Ad nonnullos honorum gradus virum eximium provexere doctrinæ prometita; pluriès enim Judex præfuit in Panormitano Prætorio, & in ſupremis Magnæ Regiæ Curiæ, & Conciſtorij ſubſellijs. A doctrina, & in rebus agendis dexteritate commendatus, in ſui laudem omnium ora reſeravit. In Magnæ Regiæ Curię Foro etiam Fiſci Patronus effulſit, & in Regij Patrimonij Senatu à Rationum Magiſter. Anno 1703. Tribanalis Conciſtorij Præſes electus, ſui opinionem firmavit. Demum apoplexia correptus, vivere deſijt Panormi 10. Octobris 1711. & in Eccleſia S. Citæ ſepultus eſt. Ipſum laudant Franciſcus Strata *in quietationib. pag.* 20. & Franciſcus Maria Cirinus *in Nexu rerum Eccleſ. Jurisdict. cap. 3. n. 77. pag.* 154. qui ibidem *à pag.* 160. & ſeq: Stephani edidit

Allegationes de Immunitate Eccleſiaſtica, quibus probare nititur, Laicos Ærarios Epiſcoporum non gaudere Immunitate Eccleſiaſtica. Panormi apud Ignatium Calatrum 1700. in fol

STEPHANUS MONSAPERTUS Nobilis Panormitanus, Iuris utriuſque Doctor. Cauſarum Patrocinium non ſine doctrinæ laude peragit Panormi, ubi nunc vivit. In lucem emiſit

Allegationes pro D. Joſeph Eſcalona Salamone Magiſtro Scholæ Regiæ Capellæ S. Petri Regij Palatij Urbis Panormi. Panormi typis de Anſelmo 1687. n fol.

STEPHANUS MONSREGALIS Panormitanus, vir in politioribus literis verſatus. Panormi inter Accenſos Academicos inclarvit anno 1573. Edidit Italicè

Poeſie. in libro: *Rime degl' Accademici Accesi di Palermo.* Panormi apud Joannem Matthæum Maidam 1573. in 8.

STEPHANUS PANORMITANUS Ordinis Carmelitarum, Theologus doctrinâ ornatiſſimus; ex Joanne Petro Creſcentio *in Præſidio Romano pag.* 108. ſcripſit

Contra Hæreticos.

STEPHANUS POLITIUS Alcamenſis, Philoſophus Doctiſſimus, cuius doctrinam in Patavino Lyceo longè latèque inclaruit; ibi enim gravioribus ſcientijs addictus, ingenij præſtantiam tum diſputando, tum ſcribendo manifeſtavit. Floruit anno 1566. quo edidit

De Interni, & Externi Hominis cura Placita varia ex varijs facultatibus deſumpta, Patavij publicè diſputationis gratiâ ſolertiſſimis Commilitonibus propoſita. Patavij Laurentius Paſquatus excudebat 1566. in 4.

STEPHANUS PORRUS Meſſanenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, Poeta eruditus. Clarvit anno 1600. Edidit opus, cui titulus:

Solzaniados, ſive Solzani laus, de familia Scaramucciæ, & lacus Sebinenſis deſcriptione Poema. Venetijs apud Joannem Antonium Rampazettum 1606. in 8.

STEPHANUS PROTHONOTARIUS Meſſanenſis. Inter vetuſtiores Poetas, qui Etruſcæ Poeſi operam dedere, ſine hæsitatione accenſēdus, quod ex ipſius carminibus, ruditatem redolentibus, in ipſo natæ linguæ Italicæ exordio, clarè liquet. Clarvit anno 1250. Hieronymus Frachetta *in expoſit. Cantionis Guidi Cavalcantis*, cujus initium: *Donna mi prega pag.* 39. hujus cognomen Prontum fuiſſe putat: Hujus meminere Vincentius Auria *in Sicilia Inventrice cap. 9. §. 5. pag.* 31. Joannes Marius de Creſcimbenis *in hiſt. Poeſis Vulgaris lib. 4. pag.* 289. *& in comment. vol. 2. par. 2. lib. 1. pag.* 21. Scripſit Italicè

Rime. Nonnulla ejus carmina extant in libro: *Poeti Antichi raccolti da Mons. Leone Alacci.* Neapoli typis Sebaſtiani de Alecce 1663. in 8. & apud eumdem de Creſcimbenis *in comment. cit. vol. 3. pag.* 27.

STEPHANUS TUCCIUS Societatis Jeſu ex oppido Monfortis diœceſis Meſſanenſis, ut auctores infra citandi unanimitèr tradunt: non Meſſanenſis, ut Joſepho de Ambroſio *in Relatione Solemnit. epiſtolæ Marianæ pag.* 322. placuit. Natus anno 1540. adoleſcens in externa corporis ſpecie inornatus videbatur; nam horrida pene facie, moribus inelegantibus, voce inſuavi, ac generis humilitate fœdatus, omnium oculos à ſe avertebat: at in ruſticanis his naturæ aſperitatibus egregiæ animi dotes, ingenij docilitas, mens rerum omnium capax, indoles ad virtutem prona, veluti è tenebris erumpebant. Ideoque anno 1558. in Societatem exceptus Meſſanæ, in ea tum doctrinæ excellentiâ, tum morum ſanctitate mirificè inclaruit. Humanioribus literis dicatus omnes ævi ſui ingenioſiores facilè ſuperavit. Per annos ſexdecim, non ſine magno diſcipulorum beneficio, mitiores literas, & eloquentiæ præcepta tradidit. Tunc, non alio quàm ſe ipſo duce, Philoſophiam, Theologiam, aliaſque ſcientias didicit: ac tantam ex ipſis auctorum fontibus eruditionis, & doctrinæ profunditatem hauſit, ut in ſacris prophaniſq: literis verſatiſſimus, ævi ſui eruditorum omnium opinionem æquaverit. Romam miſſus biennio Theologiæ operam dedit: at ex traditis à præceptore nec verbum unquam ſcriptis mandavit; omnia enim ingenij, ac inſigni memoriæ vi, facili negotio complectebatur, intimè penetrabat, ac tenaciſſimè retinebat. Hinc

ad

Digitized by Google

ad illud doctrinæ fastigium sese evexit, ut nedum condiscipulos, verùm etiam & magistros superaverit, Scholasticam Theologiam Patavij docuit, ac doctissimis viris successit: eoq: plausu excepta sunt, quæ de Trinitate dictavit, ut, ipso penitùs inscio, typis tradiderint. In Romano etiam Collegio eâdem facultatem magnâ nominis celebritate docuit, famigeratissimi Francisci Suarij Collega: ingenij etenim acumine, ac disputationum subtilitate mirabilitèr eminuit. Laureti à Superioribus suis constitutus est ut ijs respõderet, qui de conscientię rebus cõsilia expeterent. In Romano Collegio Studiorum Præfectum egit, ab omnibus ob doctrinæ excellentiam veneratus. Cum gravioribus scientijs alias etiam facultates sociavit: Oratoriâ, & Poetica arte insignitèr enituit. Concionator eximius inter præcipuos verbi Dei præcones connumeratus est; à severo, gravique dicendi genere, ad commovendos auditorum animos apto, summè laudatus. Latinam etiam eloquentiam gregiè coluit: ideoque pluriès cum omnium commendatione orationes habuit ad sũmos Pontifices, & S. R. E. Cardinales. Ob omnigenam eruditionis copiam Alphonsus Salmeron doctissimus sacrarum literarum explanator, cum Neapoli degeret, Stephanum persæpè consulebat in rebus antiquis Ecclesiasticis, ac Sacris Scripturæ arcanis: & in rebus dificillimis ad ipsum, quasi ad oraculum confugiebat. Franciscus Panigarola, Orbi literato satis notus, obstupuit, ejusq; ingenium propè divinum censuit, cùm interrogatus de arduis Sacræ Scripturæ locis, qui ipsius ingenium diu faticaverant, admirabili facilitate illicò omnia enodavit. Gravissimis rebus in Societatis propugnationem pluriès à Claudio Aquaviva Pręposito Generali adhibitus est. Anno præsertim 1584. idem Claudius sex electissimos Societatis viros, scilicèt Joannem Azorium Hispanum, Gasparẽ Gonzales Lusitanum, Jacobum Tirinum Gallũ, Petrum Busæum Belgam, Antonium Guisanum Germanum, & nostrum Stephanum Romæ collegit, ut collatis inter se consilijs, librum de studiorum ratione ederent, ne Societatis Sodales omni doctrinæ vento circumferrentur. De fidei catholicæ rebus quæstionem habuit cum Paleologo Græco Hæretico, qui Arrij errores innovare attentabat: at à Stephani rationibus victus, sua execravit deliramenta, & catholicam Fidem amplexus, libros, quos scripserat, in ignẽ projecit. Romæ eâ valuit doctrinæ opinione, ut Principes viri, Præsules, Cardinales, & ipsemet Clemens VIII. in rebus multi laboris, consilij causâ ipsum adirent. Persæpè in Sacras Cardinalium Congregationes admissus est, ut sententiam proferret suam. Examinator Episcoporum, ac eorum qui sacris initiandi essent, electus est, & Collegij Sacræ Pœnitentiariæ Rector constitutus: quibus in muneribus singularem semper doctrinam manifestavit. Inter tanta æstimationis suæ argumenta, ejus virtutes laudabilitèr effulsere: de se enim nimis demissè sentiebat: obedientiâ, orationis studio, patientiâ claruit. Durissimis pœnitentiæ regulis corpus edomuit. Quinquennio ante mortem ab omnibus terrenis abhorruit: ideoq: Superiorum, & Pontificis veniâ in Tusculanum recessum sese abdidit, ut soli Deo viveret, et virtutes jã longo usu adeptas expoliret: ibique rerum cœlestium contemplationi, jejunijs, vigilijs, flagellis, alijsque operibus sanctè obitis, reliquum vitæ dicavit. In hac solitudinis quiete Clemens VIII. Pont. Max. cui gratissimus fuit, ipsum latitantem invisit, ac ad ejus vitæ genus obstupuit: magnam de ipsius sanctimonia opinionem, jam antea conceptam, firmavit: dicere solitus: si in Societate Sancti efflorent, horum unus est Tuccius. Et sanè ejus morum sanctitas nedum Clementi, verùm etiã alijs Sum. Pontificibus semper admirabilis fuit, & metuenda. In vitæ prostremo exortus tumor quidam circa ceruicem, ita infra quinquennium excrevit, ut capitis magnitudinem æquaverit, ac penitùs omnem quietis speciem viro patientissimo eripuerit. Molestijs, ac cruciatuum angoribus enormiter affectus, cadavere simillimus, se ad majora toleranda paratum profitebatur; & æternas in purgatorio igne pœnas se amplexurum dicebat, ob Christi patientis amorem. Demum cum morbi tormenta nimiùm crevissent; ac tumor ille pellem gutturi inhærentem attraheret, admirabilis patientiæ virum faucium suffocatione peremit in Romano Collegio 27. Januarij 1597. Cadaver cilicio præcintum invenere: lumbos ferreo circu coarctatos. In funere Populi pietas in ipsum irruit: capillos, barbam, vestamenta discerpsit: omnes uno ore Beatum obijsse prædicabant: quibus calculum addidit Clemens VIII. qui audito mortis nuncio: ergo, dixit, *demum mortuus est Sanctus?* Publicâ oratione ejus virtutes sunt celebratæ. Innumeri ejus doctrinam, ac Sanctimonia commendant, quos inter Philippus Alegambe *in Bibliotheca Soc. Jesu pag.* 751. Joannes Nadasus *in anno dier. memor.* 27. *Jan. pag.* 48. Silvester Maurolicus *in Mari Oceano pag.* 410. Placidus Sampetius *in Iconologia M. V. lib.* 2. *pag.* 218. Joannes Rho *in varijs virt. histor. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. *pag.* 17. *cap.* 11. *n.* 7. *pag.* 159. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 4. *pag.* 349. *lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 464. *lib.* 6. *cap.* 4. *pag.* 685. *& lib.* 7. *cap.* 5. *pag.* 793. Felix Gerardus *in diario* 27. *Jan. pag.* 96. Hadrianus Lyreus *de Imitat. Jesu Patientis lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 132. *& lib.* 5. *cap.* 7. *pag.* 293. ubi mendosè Sebastianum vocat: Thomas Auriemma in libro: *Stanza dell' Anima cap.* 9. *pag.* 94. Janus Nicius Erythræus, sive Joannes Victor Roscius *in Pinacotheca Imag. Illustr. par.* 3. *n.* 7. *pag.* 34. *&* 302. Joannes Bap. Ricciolius *in Chro. Refor. tom.* 4. *ind.* 2. *pag.* 283. qui falsò 27. Junij obijsse tradit: Siluius Tornamira *in devot. ad Christi Dom. Passionem cap.* 3. *pag.* 45. *& cap.* 7. *pag.* 111. Philippus Labeus *in Pinacotheca scrip. Soc. Jesu pag.* 305. Augustinus Oldoinus *in addict. ad Ciacconium tom.* 4. *pag.* 26. Petrus Angelus Spera *de nobil. Profess. Gramm. lib.* 4. *pag.* 517. Dominí-

Digitized by Google

minicus Stanislaus Albertus *in historia Siculæ Soc. Jesu par. 1. lib. 6. pag. 234. & 235. alijque.* Multa scripsit Stephanus: at pauca publicæ luci sunt consignata; videlicet:

Christus Judex Tragœdia. Sæpiùs multis in urbibus audita, semperque cum admiratione, ac plausu. Joannis Laurentij Lucchesini Soc. Jesu operâ prodijt Romæ typis Nicolai Tinassij 1673. in 8. Italicis rhythmis concinnavit Antonius Cotrona Syracusanus, ediditque Romæ apud Antonium Herculem 1699. in 12.

Oratio in funere Gregorij XIII. P. M. Pluriès ob elegantiã typis evulgata; præsertim Romæ 1588. in 8. Duaci 1592. Parisijs apud Morellum 1585. in 8. & alibi. Edita est etiam ab Augustino Oldoino *in Vitis Pontificum tom. 4. à pag. 27.*

Orationes duæ de Christi Domini Cruciatibus. Prodiere in libro: *Orationes Quinquaginta de Christi Domini Morte habitæ in die Sancto Parasceves á Patribus Soc. Jesu in Pontificio Sacello.* Romæ typis Vitalis Mascardi 1641. in 12. Harum unam habuit ad Gregorium XIII. anno 1583. aliam ad Sixtum V. anno 1586.

Oratio ad Gregorium XIII. Pont. Max. cùm invisit Collegium Romanum. Ex Alegambe.

Tractatus de Trinitate, quem in Patavino Gymnasio dictavit, eoque inscio typis traditus est, teste Alegambe.

Ratio atque Institutio studiorum per sex Patres Soc. Jesu ad id jussu R. P. Generalis deputatos conscripta. Romæ 1586. ex Augustino Le Blanc *in histor. Congregationum de Auxilijs divinæ Gratiæ lib. 1.* apud Acta Eruditorum Lipsiæ *an. 1700. mense Aug. pag. 342.* Etsi à sex Societatis Theologis opus conditum, in eo haud modicam adhibuit operam noster Stephanus.

Scripsit etiam hæc alia, quæ inedita servantur, videlicet:

Chronicon ab Orbe condito ad Christi Natalem. Ex Alegambe, & Ricciolio.

Orationes plurimas, Drammata, & Actiones Sacras heroico carmine compositas. Harum duas tragicas Actiones commemorat Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib. 2. pag. 219.* quarum unam, cui nomen: *Nabucodonosor* adhuc juvenis conflavit Messanæ anno 1562. aliam anno sequenti, nomine *Goliat*, ibidem condidit. Utrãque Messanæ Populo, Proregi Siciliæ, ac Magnæ Regiæ Curiæ Senatui ad spectandum proposuit ijsdem annis. Alias etiam duas inscriptas: *Juditha: & Christi Nativitas*, Romæ compositas, & in Romano Collegio spectãtium oculis exhibitas, memorat Janus Nicius Erythræus *in Pinacotheca cit. pag. 38.* quarum exempla apud se habebat.

Scripsit etiam

Disputationes Variæ de Theologicis, Philosophicisque rebus, quæ in controversia versantur.

Ingens Volumen disputationum adversus nostri temporis Atheistas. At hæc ob mortem expolire non potuit. Asservantur denique nostri Stephani in Archivio Domus Professæ Soc. Jesu Tractatus varij, m. ſſ. nempè

De delectu opinionum pro Professoribus. in 4.

De Propositionibus definitis in libro studiorum. in 4.

De Propositionibus liberis Catalogi. in 4.

De Incarnatione, quæ in Scholis dictavit. in 4.

STESICHORUS Himeræensis, Poeta celeberrimus, unus ex septem præcipuis Poetis lyricis. Etsi aliquis nõ desit, qui Metauriæ, Calabriæ Civitati, adscribat; attamen receptior sententia docet, Stesichorum Himeræ exortum. Possem hic longum attexere auctorum catalogum, qui huic adhærent opinioni: at ne tædio lectorem afficiam, sint pro omnibus Ælianus *var. hist. lib. 4. cap. 26. & lib. 11. cap. 18.* Clemens Alexandrinus *lib. 1. stromat. pag. mihi 336.* Athenæus *lib. 12. cap. 1. pag. 512.* Gregorius Gyraldus *de Poet. hist. dial. 9. pag. 332.* Jul. Cæsar Scaliger *in Poetic. lib. 1. cap. 4. pag. 19.* Hanc opinionem comunem esse testantur Franciscus Patritius *in Poet. dec. hist. lib. 1. pag. 57.* & Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græc. pag. 487.* At Joannes de Flores *in Calabria Illustr. tom. 1. lib. 4. cap. 3. §. 4. pag. 370.* pro Metauria Calabriæ urbe jam deciſum ait; eoq; argumento id probare arbitratur: mimirum quod Himeræenses, ac Catanenses pro Stesichori patria contendentes, ad dirimandam litem Judicem delegere Phalaridem, qui, ex Gyraldo, perpendisse, ait, Himeram habitasse, Catanæ decessisse: ideoq: neutrobi natum: neutra enim urbs Stesichorum expetebat ab nativitatem. At bonus vir Gyraldũ sanè non vidit; hic enim *de Poet. histor. dial. 9. pag. 332.* non de Patria, sed de Stesichoti cineribus pugnasse tradit: en ejus verba: *Pugnam fuisse dicitur inter Himeræenses, & Catanenses de cineribus Stesichori.* Si verò standum Phalaridis sententiæ, hic pro Himerensibus pronunciavit; Phalaris etenim in epistola ad Himerenses, quã mox exscribam, Stesichorum Himeræ natũ apertissimè prodidit. Himeram vocavi, Stesichori patriam, non Nimeram, ut pluriès mendosissimè hanc urbẽ appellat de Flores. Fuit Stesichorus filius Euphorbij, vel Euphemi, vel Euclidis, vel Hyetis, vel Hesiodi, ut ait Suidas *tom. 2. pag. 804.* Ex Gyraldo cit. Esiodi, & Clemenis, vel Archipis filius: natus olympiade 37. teste Suida, quẽ sequitur Jo: Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom. 2. chr. 3. pag. 13.* ante Christum natum, juxta ipsum an. 632. In infantia lusciniam in ejus ore cecinisse, tradit Plinius *hist. nat. lib. 10. cap. 29.* cujus auspicio ejusdem poesis dulcedinem præmonstratam putat. Ineũte ætate literis operam dedit in Catanensi Gymnasio, ut Laurentius Beyerlinck *in Theatro Vitæ Hum. tom. 1. v. Academia pag. 33.* innuit. Lyrica Poesi excelluit, magnam adeoque nominis famam adeptus. Quintilianus *instit. orat. lib. 10. cap. 11.* poeticam ejus virtutem, ac ingenium celebrat; ait enim, quòd ingenio validus epici carminis onera lyrâ sustinuit; bella, ac ducum gloriam cecinit: at si modum tenuisset, Homeri gloriam æquasset. Heroicum fermè Poetam vocat Synesius apud Gyraldum cit. qui velut & Homerus

fus nobilius, ac illustrius heroicum genus suis carminibus reddidere: ideoque Alexander Macedo, ex Dione Alexandrino, inter eos Poetas Stesichorum reposuit, quos ut à Regibus legantur dignos censuit. Tisias primùm vocabatur; cum autem chorum adinvenisset, Stesichorus appellatus est: quasi stator choreæ: nempè ad citharæ cantum chorum instituit: ut tradunt Suidas, Hesychius Milesius *de ijs, qui eruditionis famâ claruere*, Franciscus Patritius *in Poet. dec. hist. lib.* 1. *pag.* 58. alijque innumeri. Ideoque à verò longissimè aberrat Franciscus Privitera *in annu. Catan. pag.* 62. qui hoc Stesichori nomen accepisse ait à calceis, soleis ferreis munitis. De hoc Chori inventione consule Vincentium Auriam *in Sicilia Inventrice cap.* 10. §. 7. *pag.* 45. & observationes, quas ad ipsũ addidi *pag.* 166. Oratoriâ etiam arte clarvit: ejusque orationis præstantiam plurimùm extollit Hermogenes apud Gyraldum citatum. Eloquentiæ vi Himeræusibus suasit, ne Phalaridi, tunc apud ipsos militiæ Præfecto, milites ad ejus custodiam cõcederentur: cùm enim prænosceret eumdem ad tyrandinem anhelare, proposito apologo, Himeræusium animos revocavit. Consule Aristotelem *lib.* 2. *Rhet. cap.* 28. Gyraldum cit. Fazellum *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 9. *cap.* 2. *pag.* 196. alioſque. Conon apud Photium *in Biblioth. cod.* 186. *pag.* 450. apologum in Gelonem, non in Phalaridem, recitasse scribit. Musices peritus quasdam ejusdem formas adinvenit, ex Plutarcho in *opusc. de musica*. Eâ valuit doctrinę opinione, eâque morũ integritate effulsit, ut ab eodẽ Phalaride, ejus inimico, æstimationem promeruerit: nam cùm in ejusdem manus Stesichorus, & Conon incidissent, Phalaris interfecto Cononе, Stesichorum in libertatem asservit, & ob ejus ingenij, ac doctrinæ præstantiam Himeræusibus restituit: ut ex Phalaridis epistolis (si ejus sunt) compertum est. Moralium virtutum studiosum, & mirè probitatis fuisse testatur Gyraldus: ideoq. dum apud Locrenses esset, ut ipsos à loquacitate, et obtrectationibus revocaret, persæpè ijs dicebat: Ne cicadæ humo canatis, ut Aristoteles tradit *in Rhet. lib.* 2. *cap.* 29. Cicadæ enim apud Locrẽses plurimæ sunt & multũ garrulæ, ex Plinio *lib.* 11. *cap.* 27. Pausania, Gyraldo, & Manutio *in adagijs pag. mihi* 1937. Fratres habuit doctissimos, nempè Mamertinum, sive Marinum, & Helionactem. De primo jam egimus *pag.* 28. de secundo in primo Bibliothecæ hujus tomo *pag.* 268. Filias etiam poeticâ gloriâ clarissimas habuit, de quibus vide *tom.* 1. *pag.* 197. Catanam profugus, ut Phalaridis insidias declinaret, ibi domicilium fixit: ac cùm doctrinâ claruisset, ab omnibus meritò veneratus, demum in eadem urbe decessit anno 1. olymp. 55. ex Eusebio *in Chron.* nempè ante Christi nativitatem an. 556. ætatis suæ anno 72. teste Vossio *de Poetis cap.* 3. *pag.* 16. Ex Ricciolio *in Chronol. Refor. tom.* 2. *Chr.* 3. *pag.* 14. obijt olymp. 56. ante Christum natum an. 556. at *tom.* 4. *pag.* 184. an. 560. Annos 85. vixisse putat Lucianus *in macrobijs*: at corrigendum an. 95. tradit Gyraldus. Eo defuncto pugna inter Himerenses, & Catanenses exorta de Stesichori cadavere: cui dirimendæ Phalaris electus est Judex, qui pro Catanensibus pronunciavit; nam apud Catanam, dixit, literarum studijs operam dedit. Ita Gyraldus. Cùm Himeræuses, ut Stesichori ossa haberent, arma accepissent, Phalaridis auxilium invocarunt, qui Himerenſibus epistolam, Stesichori laudibus plenam, rescripsit; hanc inter Phalaridis epistolas ultimã, hìc exscribere non gravabor.

Himeræusibus.

Ego quidem omnia Stesichori gratiâ facere paratus sum: ut tametsi contra ipsa fata arma sumere oporteret, de morte contendere non piget, ut divinum virum; & á vobis, & ceteris hominibus, carminis elegantiâ, laudatum, liberare, quem sanctissimæ Musæ omnibus prætulerunt vatibus: per quem & cantus & choreæ plurimum valuerunt. Verùm animaduertite: ubicunq; sepultus sit Stesichorus Himeræusem esse, & suarum virtutum gratiâ omnis etiam patriæ civis vocabitur. Manebit autem vester: neq; mortuum Stesichorum, sed in poematibus suis: quæ cum universo orbe communicavit uiuere arbitremini. Venit uobis in mentem Himeræuses apud uos eum genitum, educatum, eruditum in uersibus, poematibusq; consenuisse. Apud Cathanios autem, & quidem uolentes, naturæ cessisse. Et in Himera templũ Stesichoro immortalis virtutis ejus monumentum condatur. In Cathania sepulchrũ. Super hoc, ut satius uobis visũ fuerit, consultetis. Neq; pecunijs quantùm nobis erit facultatis, neq; armis egere uos arbitremini. Vnũ tamen aduertatis uelim: neq; decori uobis, quũ Siculi sitis, futurum in Sicilia ciuitatem capere: neq; si non caperetis tutum. Cæterũ nolite Stesichori obitum fletu, & planctibus prosequi: neq; illius casu solicitemini. Mortuum nanq; Stesichori corpus est, nomen autẽ perpetuò in uita quidem glorioſum: in memoria autẽ beatũ seruabitur. Præterea carmina, & uaria poematum ejus genera, & publicè in omnibus templis, & priuatim quisq; domi habeat, & hortor, & admoneo. Tunc enim uerè morietur Stesichorus, quũ carminum ejus monumenta non amplius extiterint. Quamobrem ad alios quoq; homines emittenda curetis diligenter: non ignari, longè majorem, quę talem uirum tulerit ciuitatem, quàm qui miserit, laudẽ consecutura.

Catanenses ut egregij viri nomen immortalitati commendarent, magnificentissimum sepulchrum Stesichoro extruxere ante portam, exinde Stesichoream vocatam: ex Suida. Sepulchrum octo gradibus, octo angulis, totidemq; columnis splendidissimè eminebat: cujus ruderа in æde S. Mariæ de Bethelem spectantur. Hujus sepulchri meminere Julius Pollux *lib.* 9. *cap.* 7. Suidas, Pausanias, Gyraldus, Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 65. Maurolicus *in hist. Sic. lib.* 1. *pag.* 35. & Lascaris apud ipsum *pag.* 22. Marius Aretius *de situ Siciliæ pag.* 23. Petrus Carrera *in hist. Catan. vol.* 1. *lib.* 4. *pag.* 403. & Joannes Bap. de Grossis *in decac.*

Digitized by Google

decac. Catan. tom. 2. cord. 6. mod. 9. pag. 33. & seq: qui ex Archangelo *in hist. m. s. Catanæ*, ejus imaginem exhibet; ac inscriptionem Græcè editam, quam Joannes Æmilius Valstermar Germanus latinitate donavit: eamque etiam exscribit Georgius Gualterius *in tabulis Siciliæ pag.* 10.

Ops ego Stesichori Ætnæis hic ossibus offa
Clausa tego Vatis, Cætera Mundus habet.

Julius Pollux cit. Cælius Rhodiginus *antiq. lect. lib.* 20. *cap.* 27. & Cælius Calcagninus, *de ludo taxillorum lib.* 3. *cap.* 7. apud Himeram hoc sepulchrum consignant; ideoque erraſſe notat Carrera *cit.* & de Groſſis *pag.* 35. Taxillorum ludum ex octo pūctis, ſive figuris conſtaſſe tradunt, inter quos unus Steſichorius nomine, nempè, octonarius, præcipuus erat, teſte Julio Pollice *loc. cit.* & Alexandro ab Alexandro *dier. genial. lib.* 3. *cap.* 21. *pag.* 291. ex quo natum adagium illud: *omnia octo*: ac dicitur cùm multa inter ſe ſimilia videntur; vel cùm nihil deeſſe ad perfectionem ſignificamus. Vide Eraſmum, & Manutium *in adagijs*. Himerenſes Civi benemerentiſſimo ſtatuam affabrè excultam poſuere, quæ Steſichorum ſenem incuruum, cum libro manibus præferētē exprimebat. Hāc in urbis excidio Hānibal Carthaginē aſportavit: at deletâ Carthagine, Scipio Africanus Thermitanis reſtituit: teſte Cicerone *in Verrē act.* 3. & 4. & Fazello *dec.* 1. *lib.* 9. *cap.* 1. *pag.* 193. & *dec.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 300. Scripſit Steſichorus Doricâ linguâ

Poemata libris XXVI. comprehenſa. Ex Suida, Gyraldo *loc. cit.* & Patritio *in Poet. dec. hiſt. lib.* 1. *pag.* 57.

Cantica. Ex Athenæo *lib.* 4. *cap.* 5.

In Calycem puellam Poema. Ex Athenæo, & Patritio *cit. pag.* 58.

Poema Epodicum. Tribus conſtabat, nimirùm, Strophe, Antiſtrope, & Epodo. Ita hoc poematis genus vulgatum produnt, ut ex eo natam tradant paræmiam: *Ne tria quidem Steſichori noſti*: quâ permagna alicujus inſcitia exprobatur: ut habemus ex Suida *tom.* 2. *pag.* 939. Eraſmo *chial.* 2. *cent.* 10. *pag.* 595. Manutio *in adagijs pag.* 1061. & Patritio *Poeticæ dec. hiſt. pag.* 58. & *lib.* 2. *pag.* 163. *et* 198. & *lib.* 3. *pag.* 211. hic verò omnia Steſichori Poemata epodica fuiſſe tradit, quo uſus eſt genere Pindarus, cui hanc inventionem quidam adſcribunt. At à Steſichoro primùm excogitatam liquidò conſtat, ut teſtatur Alexander Adimarus *in argumento ad od.* 1. *Pindari in olimpijs*: quod ex proverbio memorato probat. Hoc autem ex tempore, quo uterque Poeta floruit, clariùs elucet; Pindarus enim vixit annos circiter 110. ante Pindarum. Hinc licèt ex celeberrimo Pindaro nomen acceperit hoc poematis genus, quod Pindaricum vocant, at ejus inventionis gloria Steſichoro deferenda. De hac Steſichori inventione vide Vincentium Auriam *in Sicilia Inventrice cap.* 10. §. 7. *pag.* 45. & *obſervationes quas eidem addidi pag.* 166.

Helenæ Vituperationem, & Palinodiam. Cùm enim opus contra Helenam condidiſſet, luminibus captus, Palinodiam cecinit, Helenæ encomium ſcripſit, ac oculorum lumen recepit, ex Pauſania *lib.* 3. *in Laconicis pag.* 200. Heſychio Mileſio *loc. cit.* Suida, Philoſtrato *in vita Apollonij lib.* 7. *cap.* 6. Cononе *in narrationib* apud Photium *in Biblioth. cod.* 186. *pag.* 431. Iſocrate *in encomio Helenæ*, Dione Chriſoſtomo *orat.* 11. alijſque. Alitèr rem narrant, qui cæcitatem Steſichori fabulam eſſe putant. Conſule Ptolomęum Ephæſtionem *in hiſt.* apud Photium *cit. cod.* 190. *pag.* 482. & Jacobum Mazonum *in defens. Dantis lib.* 3. *cap.* 38. *pag.* 565. & *cap.* 42. *pag.* 591. Ex hoc natum proverbium: *Palinodiam canere*, teſte Manutio *in adagijs pag.* 556. Eraſmo *in adag. chil.* 1. *cent.* 9. *pag.* 346. & Andrea Schoto *in adag. cent.* 11. *n.* 56. *pag.* 509. Palinodiam à Steſichoro adinventam tradit Julius Cæſar Scaliger *in Poet. lib.* 1. *cap.* 54. & Hofmannus *in lex. tom.* 2. *cont. pag.* 361. Hujus Palinodiæ à Steſichoro ſcriptæ exordium exſcribit Plato *in Phedro*. Ejuſdem etiam fragmentum adducit Athenæus *lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 81. Scripſit etiam

Hymnos. Inter hos celebris fuit Hymnus Himeræus, ut ait Joannes Vigintimillius *in Poetis Bucolicis cap.* 8. *pag.* 59. contra Ælianum *var. hiſt. lib.* 10. *cap.* 18. qui, ut ipſe Vigintimillius putat, Steſichoro bucolici carminis cantum adſcribit; cùm materiam accepiſſet ex cæcitate Daphnidis. Antonius etiam Viperanus *in Poetica lib.* 3. *cap.* 7. Steſichorum omnium primum eclogas ſcripſiſſe tradit; eique argumentum exhibuit Daphnidis cæcitas. Hoc certum: himeręum hymnum de Daphnidis ærumnis egiſſe, quorum memini *tom.* 1. *pag.* 150. ideoque Scaliger cit. *lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 19. Daniel Heinſius *in emēd in Theocritum pag.* 4. & Vigintimillius *cit. pag.* 105. ſcribunt, Steſichorum primùm Daphnidis calamitatem cantaſſe: eoque ſenſu Ælianum intelligendum puto. Hic addam Steſichorum ex Clemente Alexandrino *lib.* 1. *ſtrom.* Hymnos inveniſſe. Scripſit quoque hæc alia inſcripta:

Sioteres, ſive Venatio Aprorum. ex Athenæo *lib.* 3. *cap.* 15. *pag.* 95. Patritio, & Craſſo cit.

Gerion Poema. ex Pauſania *lib.* 8. Patritio, & Craſſo.

Ilij Excidium. ex Pauſania *lib.* 10. & citatis Patritio, & Craſſo.

Pędia, & Pædica Poemata amatoria. Ex citatis Patritio, Craſſo, & Vigintimillio *cap.* 42. *pag.* 377. Hujuſmodi eſſe puto *illa* à Scaligero memorata *in Poet. lib.* 1. *cap.* 50. inſcripta: *Tale, & Calyca.* Ejus cantiones amatorias citat Athenæus *lib.* 14. *cap.* 27.

Epithalamia. Ex Patritio, & Craſſo: inter hęc *Epithalamium Helenæ.* Antiquus Theocriti Commentator *in Hypoth.* apud Vigintimillium *cit. cap.* 35. *pag.* 335. Gyraldus cit. & Cœlius Rhodiginus *lect. antiq. lib.* 28. *cap.* 15. tradūt, quod Theocritus in Idyllio inſcripto: Epithalamium Helenæ, multa ab Epithalamio Steſichori accepit.

Digitized by Google

Epithalamia à Steſichoro adinvēta ſcribit Alex. Sardus *de rer. invent. pag.* 48.

Cantilena Athletis propoſita. Ex Athenæo *lib.* 4. *cap.* 22.

Elegiæ: præſertim in laudem Clearistæ Nicodis Patritij Syracuſani, Phalaridis neptis; ideoque à Phalaride gratiarum actiones excepit, ut ex ejuſdem Epiſtolis patet.

Aſmata. ex Patritio, & Craſſo.

Certamina. Hoc opus Ibyci, vel Steſichori fuiſſe tradit Athenæus *lib.* 4. *cap.* 21. *pag.* 172. at paulò poſt ex Simonide, Steſichoro adſcribit. Strabo *lib.* 8. de Samo ſcribens, cui proxima eſt Rhadina, ait: *Extat Rhadina, in qua Steſichorus Poema ſcripſiſſe videtur*: at Stephanus *in dict. pag.* 1716. contra eamdem urbem ſcripxiſſe innuit; niſi editoris mendum irrepſerit; ait enim: *in quam Steſichorus Poema ſcripſiſſe videtur.*

Extant Steſichori fragmenta apud Athenæū, Stobæum, Plutarchum, aliosque. Ea collecta, ac edita habes in libro: *Carmina Novem Illuſtr. Fœminarum, & Lyricorum Græcè ex Bibliotheca Fuluij Vrſini, & latino uerſu expreſſa à Laurentio Gambara.* Antuerpiæ ex Officina Plantiniana, 1568. in 8. Græco-lat. etiam ibidem 1569. in 8. Pindaro ſubjuncta. In libro etiam: *Poetæ Veteres Græci, Tragici, Lyrici, Comici, Epigrammatarij.* Coloniæ Allogobrum typis Petri de la Roviere 1614. in fol. Ea etiā Hēricus Stephanus edidit, ex Joanne Friſio *in Philoſophorum Serie*, apud Joannē Gualterium *in Chron. Chronicor. lib.* 2. *pag.* 833. Ejus ſtylus ſublimis; ac majeſtate venerandus, ex Horatio, Dione, Halicarnaſſeo, Quintiliano, Hermogene.

Camaleon librum ſcripſit de Steſichoro. ex Athenæo *lib.* 14. *cap.* 3. *pag.* 620.

SYMMIAS Syracuſanus, Philoſophus clarus, diſcipulus primùm Ariſtotelis, exinde Stilponis Megarenſis, cui fuit ſummè familiaris: ideoque ejus filiam, etſi inhoneſtam, uxorem duxit ex Laertio *in uita Stilponis.* Hujus meminere Marius Aretius *de ſitu Siciliæ pag.* 17. qui mendosè Cimiam vocat, Matthæus Silvagius *de tribus Peregrinis cap.* 46. *pag.* 170. Leander Albertus *in Insulis pag.* 61. hic Sinemiam appellat, Chriſtophorus Scanellus *in Chron, Siciliæ*, à quo Simenias appellatur; Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 324. eoque teſte olymp. 114. claruit: nimirum an. 320. ante Chriſti Domini nativitatem. Vide etiam Conſtantinum Laſcarē apud Maurolicum *in hiſt. Siciliæ lib.* 1. *pag.* 20. & Goltzium *in Sicil. hiſt. poſt. pag.* 87. qui dubitat, an opus, *Ovi* nomine inſcriptum, ſit Theocriti, an hujus Symmiæ. At exquirunt auctores: ſitne Theocriti, vel Symmiæ Rhodij, ut vedere eſt apud Voſſium *de Poetis cap.* 8. *pag.* 60. Franciſcum Patritium *in Poet. dec. hiſt. lib.* 1. *pag.* 119. alioſque: hic enim Poeta, noſter verò Symmias Philoſophus tantummodo fuit. Quæ ſcripſerit Symmias adhuc incompertum eſt.

Digitized by Google

T



ERPSION Syracusanus Poeta, Archestrati Poetæ etiam Syracusani Præceptor, & ut ipse ciborum, ventrisque studiosus: discipulis ideoq; suis, quibus abstinẽdũ esset eduliis docere curavit; ut habet Athenęus *lib.* 8. *cap.* 3. *pag.* 337. Jacobus Bonannus *in Syracusa Illustr. lib.* 2. *pag.* 273. & Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græcor. pag.* 511. dubitant, sitne ille à Platone *in Theæteto* introductus, ubi de scientia cum alijs Philosophis alloquitur. Claruit circa olympiadẽ 80. ante Virginis puerperium annis 450. ex Bonanno, sive 456, ex meo computo. Omnium primus scripsit

Gastrologiam, sive opsoniorum apparatum, ex Athenæo citato, Suida, alijsque citatis. Quædã ejusdem operis carmina habentur apud Athenæum. De eo etiam Vincentius Auria *in Sicilia Inventrice cap.* 6. §. 5. *pag.* 11.

THALES Calactianus: ex Calacte antiqua, ac diruta Siciliæ urbe; Rhetor, & Orator clarissimus. Hujus meminere Laertius *in vita Thaletis Philosophi*, Aretius *de situ Siciliæ pag.* 22. Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 21. Matthæus Silvagius *de trib. Peregrinis cap.* 45. *pag.* 169. Goltzius *in Sicil. hist. post. pag.* 88. Petrus Angelus Spera *de nobilit. Professor. Grammaticæ lib.* 4. *pag.* 318. alijque. Scripsit

Successiones Philosophorum, & Sectas Sapientũ. Ex Lascare. Ex Spera verò: *Homerum magis, quàm Pisistratus illustravit ejus poemata describendo, atque ordinando.*

THELESTES Selinuntinus, ex Diodoro Siculo *lib.* 14. *n.* 47. Athenæo *lib.* 14. *cap.* 2. *pag.* 616. *& cap.* 3. *pag.* 625. Vossio *de Poetis cap.* 7. *pag.* 46. alijsque. Inter Poetas Comicos, & Dithyrambicos claruit, ut ex ejus operibus & infra dicendis compertum est. Histrionica arte peritus, in Tragœdijs agendis summâ valuit opinione: ideoque Æschylus celebris Tragicus in exponendis Tragœdijs suis, ejus operâ usus est: teste Patritio *in Poet. dec. histor. lib.* 1. *pag.* 77. qui & addit, quòd cùm ejusdem Æschyli Tragœdiam inscriptam: *Septem duces ad Thebas*, in theatro perageret, ita ad vivum actione, ac gesticulatione rem totam exposuit, ut oculis auditorum tanquam ueram exhibuerit. Claruit ex Vossio Olymp. 95. mimirum an. 396. ante Christi Salvatoris adventum. Ejus sepulchrum à Nicomacho pictore eximio depictum tradit Plinius *lib.* 35. *cap.* 10. Varias Græcè scripsit Comœdias, inter quas:

Argum. Ex Athenæo *lib.* 14. *cap.* 2. *pag.* 616.
Æsculapium. Ex Eodem *loc. cit. pag.* 617.
Palladem, & Marsiam. Ex Patritio *cit.*

Scripsit etiam

Dithyrambos. Thelestis opera dithyrambica ob eorum elegantiam ab Harpalo missa sunt Alexandro, cum alijs Poetarum excellentium libris, ut Plutarchus tradit *in Vita Alexandri*, quem sequitur Vossius *cit. pag.* 47. addit Gyraldus *de Poet. hist. dial.* 9. *pag.* 347. Alexandro gratissima fuisse. Vnam ex operibus dithyrambicis citat Athenæus, inscriptam:

Hymenęus. Hujus etiam meminit Patritius. Dubitat verò Gyraldus, an duo claruerint Thelestis nomine Poetæ, unus Comicus, dithyrambicus alter: at eò propendit, ut eumdem fuisse judicet: ut eumdem fuisse putant Patritius, & Crassus. Apertissimâ ratione id ipsum probat Crassus, observat enim ab Athenæo Comœdiam inscriptam: *Argus*, Thelesti Selinuntino adscribi: ideoque comicus existimandus: idem verò Thelestes Selinuntinus Dithyrambicus à Diodoro Siculo appellatur. Hinc eumdem Thelestẽ Comicum, & dithyrambicum fuisse liquet.

Nonnulla Thelestis fragmenta exscribit Athenæus. Julius Cæsar Scaliger *in Poet. lib.* 1. *cap.* 19. *pag.* 76. aliqua ejusdem Carmina exhibet *De armonia phrigia.*

THEMISTOGENES Syracusanus, historicus clarissimus: celebris vixit circa olymp. 92. nẽpè an. 408. ante Virginis puerperium. De ea auctores multi, præcipuè Constantinus Lascaris apud Maurolicum *in hist. Siciliæ lib.* 1. *pag.* 20. Suidas *tom.* 1. *pag.* 1296. Gerardus Joãnes Vossius *de histor. Græcis lib.* 4. *cap.* 8. *pag.* 458. Raphael Volaterranus *in anthrop. lib.* 20. *pag.* 279. Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 298. Goltzius *in Siciliæ hist. poster. pag.* 91. Augustinus Inveges *in appari Siculorum annal. sect.* 2. *cap.* 1. *pag.* 39. alijque. Scripsit ex auctoribus citatis:

Cyri expeditionem, quæ extat in Xenophontis Hellenicis. Hujusce historiæ meminit etiam Xenophon initio *lib.* 3. *hist.* Laurentius Ducius *in arte histor.* pluribus in locis scribit, Xenophontis opus de Cyri expiditione, non hujus, sed nostri Themistogenis fœtum esse. At multis rejcitur à Bonanno: ac inter alia observat ex Plutarcho *in opusc. Bello, an pace clariores fuerint Athenienses*: quòd cùm Xenophon in eodem bello mi-

Digitized by Google

lo militari gloriâ clarui ſſet, ac quæ egregiè geſſiſſet, in hiſtoria ſua enarrare opus eſſet, ut fidē aſtrueret ſuam, à Themiſtogene hiſtoriam ſcriptam prodidit. Scripſit etiam librum

De Rebus Syracuſanis. Ex Suida, Laſcare, Goltzio, Bonanno, & Inveges. Chriſtophorus Scanellus *in Chron. Siciliæ* Philiſtogenem vocat.

THEOCRITUS Syracuſanus celeberrimus Poeta Bucholicus; immò Buchelicorum Poetarum Princeps, ut à nonnullis cum clariſſ. Juſto Fontanino *in Æminta defenſo pag.* 161. appellatur. Syracuſis natum innumeri tradunt: ideoque nō audiēda cujusdā Ambronis ſententia, quam innuit, & rejcit Gyraldus *de Poet. hiſt. dial.* 3. *pag.* 110. ait enim, Chium fuiſſe Theocritum: at noſtrum Theocritum, cum Theocrito Chio, Philoſopho, & Oratore confundit. In eumdem errorem lapſus eſt Joannes Tzezes *Chil.* 1. *hiſt.* 67. meritò ab Iſaacco Caſaubono *in lect. Theocr. cap.* 23. *pag.* 149. oppugnatus. Omiſſis ſexcentis, qui Theocritum Syracuſanum fuiſſe produnt; ſit præ omnibus idem Theocritus; ſcripſit enim:

Hæc ego compoſui, non ille Theocritus, ortu
Chius, at è media plebe Syracuſius.
Praxagoræ genitore ſatus, claraq. Philina,
Externo cecini carmina nulla ſono.

Ex his falſa eſſe videtur illorum opinio, à Suida relata *tom.* 1. *pag.* 1302. quæ Coum fuiſſe docet: vel ab ambiguitate Coum cum Chio confundens, vel ab argumento idyllij ſeptimi ejuſdem Theocriti decepta; in eo enim actionē apud Coum accidiſſe confingitur, ut obſervat Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis Bucholicis cap.* 14. *pag.* 115. Non alio nomine vocatus eſt Moſchus, ut falsò tradidere Volaterranus *in anthrop. lib.* 20. *pag.* 277. Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 101. Vincentius Mirabella *in Syrac. par.* 2. *pag.* 111. & Scholiaſtes Theocriti in editione Cammellini, & Veneta anni 1539. *pag.* 3. erroris enim arguūtur à Jacobo Bonanno *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 283. & Vigintimillio *cit. pag.* 116. alius etenim eſt Moſchus à Theocrito. Ex allatis Theocriti carminibus patrem habuit Praxagoram, matrem verò Philinam. Literis fuit inſtructus à Philippiade, & Aſclepiade, ut ejus expoſitores obſervant. A Gyraldo verò *de Poet. hiſtor. dial.* 3. *pag.* 110. & Andrea Divo *in Theocr.* diſcipulus Philetæ, & Aſclepiadis vocatur. Artiſſimis amicitiæ vinculis adſtrictus vixit cum Nicia medico Mileſio, cui nonnulla inſcripſit idyllia. Extra Siciliam velificavit, ut in Ægyptū contenderet: ibique in regia Ptolomæi aula, magnam æſtimationem aſſequutus eſt: ideoque carminibus ſuis Ptolomæum ſummoperē extollit, ut ex idyllijs ſuis ſedulò dedūcit Vigintimillius. Immò Franciſcus Patritius *in Poet. dec. hiſtor. lib.* 4. *pag.* 119. ait, quòd magnā vitæ ſuæ partē apud Ptolomæum non inglorius traduxit. Dum in Ægyptum navigabat, in Inſulam Coum appulſus, amicitiam inijt cum Phraſidamo filijsque Antigenis, ut ex argumento idyllij ſeptimi perpendit Joannes Criſpinus. Joniam etiam fortaſſe petijt, ut in idyllio, cui nomen: *Colus*, innuit, teſte Vigintimillio *cit. pag.* 376. Arati Solenſis, phœnomenorum ſcriptoris, amicitiā coluit, cui alloquitur in idyllio inſcripto: *Bucholici Cantores*, ut habet Vigintimillius *cit. cap.* 25. *pag.* 240. & *cap.* 34. *pag.* 335. An ex Ægypto in Siciliam remeaſſet, incompertum eſſe, ait Bonannus *cit. pag.* 285. De ipſius mortis genere varia narrantur. Multi laqueo ſuſpenſum, è mortalium numero avulſum arbitrantur: ita Fulvius Urſinus *in imagin.* Petrus Opmeerus *in opere Chron.* Domitius Calderinus, Zarotus, & Aſcenſius *in Ovid.* Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 101. Mirabella *cit. pag.* 113. Gyraldus cit. Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 444. Morerius *in dict. tomo ult. pag.* 27. *alijque*: de eo enim ſcripſiſſe putant Ovidium *in Ibin*:

V tue Syracuſio præſtricta fauce Poetæ,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Cùm enim, ut quidam tradunt, Hieronis, Syracuſarum Regis, filio obtrectaſſet, eo ſupplicio multatus eſt. Zarotus ex vetuſto Ovidij interprete, caput eidem amputatum tradit: quam etiam opinionem inūnit Gyraldus. At hac pœnā Theocritum multatum falsò putant Bonannus *cit. pag.* 288. & Vigintimillius *pag.* 129. nam ab homonymia ſunt decepti auctores: id enim ſupplicium Theocrito Chio inflictum declarant, juſſu Antigoni Regis in obtrectationis pœnam: quod Macrobius *ſatur. lib.* 7. *cap.* 3. Plutarchus *in opuſc. de educat. liberorum*, Gyraldus cit. & Franciſcus Petrarcha *rerum memorabilium lib.* 2. liquidò produnt. At Bonannus, qui Theocritū à laqueo ſubduxit, veneno damnavit; ait enim *pag.* 286. & 290. quòd, propinato veneno, perijt. Sed in errorem lapſum probat Vigintimillius; ſibi enim ſuaſit, idyllium Moſchi Poetæ Siculi, inſcriptum: *Epitaphium Bionis*, quo Bionis mortem deplorat, in Theocriti mortem concinnatum, ſub ejuſdem Bionis nomine collacrymatum. Attamen, Vigintimillius *loc. cit. pag.* 131. & *cap.* 45. *pag.* 406. idyllium prædictum, in Bionis Poetæ Syracuſani laudem, editum oſtendit: ut & innui *tom.* 1. *pag.* 111. ideoque non laqueo, non veneno ſublatum, deceſſiſſe patet. Bonannus ex Philetico *pag.* 290. contra Octavium Cleophilum in ipſo ætatis flore obijſſe tradit: at Vigintimillius *cit. pag.* 133. rem incertam, & indeciſam relinquit. Claruit ex Iſaacco Caſaubono *in lect. Theocr. cap.* 23. *pag.* 149. olymp. 120. ex Voſſio *de Poetis cap.* 8. *pag.* 61. olymp. 123. ex Gordonio *in Chron.* olymp. 122. alij alijs temporibus Theocritum conſtituunt, eorumque ſententias eruditè expendit Vigintimillius *cit. cap.* 15. *à pag.* 122. à quo circa olymp. 122. conſtituitur, nimirùm ante Chriſti Domini nativitatem an. 288. Quantam aſſequutus fuerit gloriam bucolicò carmine Theocritus, omnes probè tenent: literarum enim ſcientiſſimi unanimitèr inter præcipuos Poetas Græcos eūdē reponere nō dubitant cū Homero, & Heſiodo, ut obſervat Vigintimillius *cit. cap.* 17.

pag.

Digitized by Google

pag. 133. & 134. Inter præstantiores Poetas, quos ab excellentia Plejades vocant, omnes primum semper concessere locum Theocrito: Consule inter alios Gyraldum *de Poet. histor. dial.* 3. *pag.* 110. Isacium Tzetzē *in Lycophronem*, Raphaelem Volaterranum *in anthrop. lib.* 16. *pag.* 233. Vossium *de hist. Græcis lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 75. *& de Poetis pag.* 64. alioſque. A Quintiliano in *inst. orat. lib.* 10. *cap.* 1. vocatur: *Admirabilis in suo genere Theocritus*: additque, ipsius Musam, etsi rusticam, ac pastoralem, non detrhare, sed adaugere ejus gloriam. Gellius *noct. Att. lib.* 9. *cap.* 9. admirabilem, ac suavem vocat. A Servio *in Virgil.* omnibus Bucholicis præfertur. Gauricus *de lege Poetica* ait: *magno Doricæ linguæ successu Bucholica composuit: quæ frustra pleriq; conati sunt imitari.* Huic etiam sententiæ adhærent Gaspar Bartius *in adverſ. lib.* 41. *cap.* 26. *& lib.* 15. *cap.* 20. Franciscus Patritius *in Poet. dec. hist. lib.* 1. *pag.* 119. alijque cum Vigintimillio *cap.* 17. *pag.* 140. qui scitè, ac latè ejus præstantiam detegit, ac Virgilio superiorem prodere studet, contra Julij Cæsaris Scaligeri, aliorumque censuram. Celeberrimus Virgilius in Bucolica conscribenda Theocritum, tanquam exemplum, sibi imitādum proposuit, ut exponit Scaliger *in Poetica lib.* 5. *cap.* 5. ac meliùs Vigintimillius cap. 18. & seq; qui eumdem haud superasse demonstrat. Henricus Stephanus apud Pontanum *in Virgil. lib.* 1. *pag.* 26. inter Theocritum, & Virgilium æqualitatem suadere nititur: at fatetur, quod Virgilius, etsi Theocriti vestigia studiosè sequeretur; attamen nunquam super eumdem excelluit; à bucolica enim dictione deflectit, quæ in Theocrito mirificè elucet: ideoque non immeritò concludit, non solùm non superasse, verùm etiam nec perfectè æmulatione consequutum esse. Id ipsum confirmant Jo: Antonius Viperanus *in Poet. lib.* 3. *cap.* 8. Pontanus *in inst. poet. lib.* 2. *cap.* 23. Ludovicus Carbonus *de eloq. orat. lib.* 3. *disp.* 12. Benedictus Varchus *lect.* 2. *de Poesi pag.* 620. Gyraldus *de Poet. hist. dial.* 1. *pag.* 39. *&* 40. Gaspar Bartius *adverſ. lib.* 41. *cap.* 26. *& lib.* 15. *cap.* 20. Antonius Lullus *de orator. lib.* 6. *cap.* 19. Minturnus *in Poet. lib.* 2. *pag.* 166. Vdenus Nisielus, seu veriùs Benedictus Florettus *in prog. Poet. prog.* 16. 17. *&* 18. Faber *de Poetis Græcis par.* 1. *pag.* 134. ac præ cæteris Vigintimillius *cap.* 18. *& seq:* qui nedū Virgilij imitationem, verùm etiam omnia à Theocrito desumpta, quibus idyllia sua illustravit, apertissimè detegit. At alijs omissis, quæ scripsit hic solùm addam. Edidit celeberrimus Theocritus Græcè Doricâ linguâ:

Idyllia. Piget innumeras editiones, ac versiones hìc omnes recensere: præcipuas innuere satis erit. Edita sunt Græcè Venetijs 1495. in fol. ibidem etiam Græcè cum Scholijs 1543. *in* 8. *& Oxonij in* 8. Andreas Divus Justinopolitanus omnia hæc idyllia latinitate donavit, ac pluries prodiere Venetijs, & Basileæ. Vitus Vuinsemius latinè edidit Francofurti apud Michaelem Neādrum 1536. apud Petrum Brumachium 1553. in 8. Græcè prodiere curâ Henrici Stephani 1561. in 4. & cum ejusdem notis 1586. in 12. idem Stephanus latinè etiam edidit aliquot Theocriti idyllia cum Moscho, & Bione 1555. in 4. In lucem etiam sunt emissa Lipsiæ apud Jacobum Apelium 1596. in 8. cum alijs Poetis, & cum expositione grammatica Michaelis Neandri. Greco-lat. cum alijs Bucholicis editis à Joāne Crispino Genevæ 1570. & Coloniæ Allobrogum apud Joannem Vignon 1612. in 8. cum Isacij Hormoni libello Theocritarum lectionum. Latinè transtulit Andreas Divus, Basileæ 1537. & 1554. in 8. Hugo Grotius latino carmine expressit; ut etiam Helius Eobanus, Haganoæ 1530. & Basileæ apud Cratandrum 1531. Extant in corpore Poetarū Græcorum Henrici Stephani 1566. in fol. & inter Poetas Græcos Veteres carminis heroici, editos curâ, & recentione Jacobi Lectij. Aureliæ Allobrogum 1606. in fol. Greco-lat. etiam edidit Daniel Heinsius, cum Moschi, Bionis, & Simmiæ operibus ex typographia Cōmelliana 1596 in 4. Greco-lat. cum ijsdem Moscho, & Bione, auctore Davide Whitfordio, prodiere Londini apud Thomam Roycroft 1659. in 4. Greco-lat. cum Moscho, & Bione in lucem emisit Josephus Scaliger 1596. in 8. Nonnulli scholijs, & annotationibus hæc Theocriti Idyllia illustrarunt: horum aliquot temporis iniuriâ periere, quos ex libris Græcis eruit Isaaccus Casaubonus *in lect. Theocr. cap.* 2. *pag.* 23. Hi sunt: Amaranthus Alexādrinus, Asclepiades Myrleanus Apollonij discipulus, Amerias Macedo, Munatus, Neoptolemus Parius, Nicanor Alexandrinus. Ex Jacobo Frisio *in supplem. Biblioth. Gesneri pag.* 776. in Bibliotheca Imp. Viennensi asservantur aliqua Theocriti idyllia m. ſſ. in 4. cum expositione laudati Amaranthi. Ex Jacobo Pontano *in Virg. eclog.* 1. Theon celebris Græcus Theocriti Idyllia commentario illustravit. His Bonannus, & Vigintimillius Simplicium addunt. Phalecus commentaria etiam scripsit in Theocritum, teste Gyraldo *de Poet. hist. dial.* 9. *pag.* 357. Extant nunc inter egregios Theocriti explanatores Zaccarias Colligerus, qui Scholia Græca edidit Basileæ 1541. in 8. & in primum idyllio Martini Crusij Scholia Sturmiana, Argentorati apud Blasium Fabritium in 16. Isaacus Casaubonus edidit *Lectiones Theocriticas*, Josephus Scaliger *Emendationes in Theocritū*, & Daniel Heinsius *Commentationes, & Notas in Theocritum.* Prodiere simul Heidelbergæ apud Cāmellinum 1596. & 1604. in 4. & Oxoniæ è Theatro Sheldoniano 1699. in 8. Joannes Meursius typis tradidit *Specilegium Theocriticum.* Lugd. Batavorum 1597. in 8. quo ejus idyllia, & epigrammata elucidavit. Cl. Salmasius posteris reliquit Fistulam Theocriti cum notis. Parisijs 1619. in 4. Jacobus Pomerius explicavit nonnulla Theocriti, in libro Exercitationum in optimos ferè auctores Græcos. Lugd. Batavorum ex officina Da-

Digitized by Google

Danielis, Abrahami, & Adriani à Gansbeeck 1668. in 4. Marianus Romanus iambis 3150. Metaphrasim Theocriti scripsit, ex Suida, Crasso *de Poetis Græcis pag.* 324. & Patritio *in Poet. dec. histor. lib.* 1. *pag.* 127. Vincentius Marineus Valentinus scripserat, Interpretationem Theocriti, ejusque Scholiastis, versu, & prosâ latinâ, ut ait Nicolaus Antonius *in Biblioth. Hisp. tom.* 2. *pag.* 263. at opus non edidit. Italico carmine expressit vir eximius Antonius Maria Saluinus, ut innuit Joannes Marius de Crescimbenis *in Arcadia lib.* 6. *pag.* 220. Franciscus Redus vir etiam clariss. Pharmaceutriam, secundum Theocriti idyllium, Italico versu reddidit. Extat apud Ægidium Menagium *in miscell. pag.* 309. ut observat Justus Fontaninus *in Aminta defenso cap.* 3. *pag.* 68. & 69. Scripsit etiam Theocritus

Epigrammata. Hæc pluriès cum idyllijs in allatis editionibus prodiere, Scholijs, notisq; illustrata: præsertim in editionibus Joannis Crispini Coloniæ Allobrogum apud Joannem Vignon Grec-lat. 1612. in 8. Joannis Meursij. Lugd. Batavorum 1597. cum Moschi, Bionis, & Simmiæ carminibus, ex officina Commeliana 1604. in 4. Oxoniæ è Theatro Sheldoniano 1699. in 8. & alibi. Nonnulla eorumdem, recusa sunt in Anthologia, ex editione Jac. Lectij Aureliæ Allobrogum 1606. in fol. Elaboravit etiam alia brevia, inscripta:

Syrinx, Ara, Bipennis, Ovum, Alæ, aliaque. Hæc à nonnullis Simmiæ Rhodij adscribuntur; at Franciscus Patritius *in Poetica dec. hist. lib.* 1. *pag.* 119. Andreas Divus, & Joannes Trimanius *in versione Theocriti*, Aram, Bipennem, & ovum nostri Theocriti fuisse tradunt. Gesnerus *in Biblioth. pag.* 776. Bipennem, Alas, & Aram Theocrito concedit. De Bipenne idem putant Gulielmus Canterus *in Lycophronem pag.* 205. at Casaubonus *in Athenæum lib.* 10. *cap.* 22. *pag.* 770. vel Simmiæ, vel Theocriti esse putat. Caterus *loc. cit. pag.* 169. Aram Theocriti fœtum existimat. Pomponius Gauricus *de lege Poetica* inter nostri Poetæ poematia Ovum, *Fistulam*, Bipennem, Cupidum Alatum: Gyraldus *de dijs Syntag.* 4. *pag.* 119. Alas reponunt. Hæc in nonnullis editionibus, idyllijs subiuncta, invenies. Præsertim in editione Hannoviæ à Secerio, & Basileæ à Catrandro. 1530. edita. Joannes Pediasimus Syringam exposuit, ex Gyraldo *de dijs syntag.* 15. *pag.* 383. eamdem in latinum vertit A. Thilesius ex eodem. Fortunius Licetus edidit: *Encyclopædiam ad Syringam Theocriti.* Utinæ 1655. Vitus Winsemius declarationem Syringæ Theocriti, cum idylliorum versione. Francofurti Greco-lat.

Scripsit etiam Theocritus:

Prætidas, Elpidas, Hymnos, Heroinas, Epicedia, Carmina, Elegias, & Jambos. Ex Suida *tom.* 2. *pag.* 1302. Gyraldo *de Poet. hist. dial.* 3. *pag.* 110. Francisco Patritio *in Poet. dec. hist. lib.* 1. *pag.* 119. & Pomponio Gaurico *de lege poetica.* Hymnorum meminit etiam Scaliger *in Poet. lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 21. Poematium inscriptum: *Berenices*, citat Athenæus *lib.* 7. *cap.* 7. & ex eo aliquot exscribit versus. Casaubonus verò *in lect. Theocr. pag.* 23. putat, partem esse illius, cujus nomen: Heroinæ. Hanc opinionem amplectitur Vigintimillius *cit. pag.* 397. & 398. qui, non sine ratione opinatur, *librum Heroum* scripsisse.

Extant demum apud Joannem Stobæum nonnullæ Theocritiæ sententiæ, præsertim *ser.* 78. *pag.* 279. *ser.* 98. *pag.* 322. *ser.* 144. *pag.* 454. *ser.* 147. *pag.* 485. *ser.* 184. *pag.* 611. *ser.* 185. *pag.* 623. & 625. & *ser.* 261. *pag.* 854.

Joannes Donatus, dictus Bitontinus, *in Prologo Temporis*, Theocritum *Tragœdias* scripsisse, ait. At hoc novum videtur Bonanno *pag.* 291. & Vigintimillio *pag.* 399. nisi hoc ob Prætidas dixerit, quæ tragicum argumentum includebat.

Denique addam, Ambronem Theocriti Vitam scripsisse, teste Laertio *in vita Aristotelis.*

THEODORIDAS Syracusanus Poeta, quem etiam Theodoridem, Theoridem, & Theodoritam vocant, ut observat Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 295. Quo vixerit ævo incertum est, ex eodem: ideoque inter Poetas incertæ ætatis à Vossio recensetur in libro *de Poetis pag.* 96. Poeta dithyrambicus ab Isaaco Casaubono *in Athenæum lib.* 7. *cap.* 14. *pag.* 530. vocatur. De eo etiam Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græcor. pag.* 591. & Ludovicus Nogarola *in epist. de viris illustr. Italiæ*, edita post *Commēt. Ocelli Lucani.* Julius Pollux *in onom. lib.* 10. *cap.* 50. Gyraldus *de Poet. histor. dial.* 3. *pag.* 130. Ex Clemente Alexandrino *Strom. lib.* 5. Euphorio scripsit contra Theodoridam. Edidit fabulas nonnullas, inter quas:

Centaurum. Ex Athenæo *lib.* 15. *cap.* 18. *pag.* 699.

Seplasiarium, sive Tridentem. Ex eodem loc. cit. qui nonnulla ejus carmina exscribit.

Ipsum etiam sine operis nomine citat Athenæus *lib.* 6. *cap.* 3. *pag.* 229. & *lib.* 7. *cap.* 14. *pag.* 302.

THEODORUS Syracusanus, inter Oratores eximios claruit. Ejus ætas adhuc latet. De eo Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. pag.* 20. Leander Albertus *in Insulis pag.* 61. Matthæus Silvagius *de trib. peregrinis cap.* 46. *pag.* 170. Christophorus Scanellus *in Chron. Siciliæ*, Cl. Marius Aretius *de situ Siciliæ pag.* 18. A Thomâ Fazello *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 103. Rocco Pirro *in not. Eccl. Syrac. pag.* 212. & Goltzio *in hist. post. Sicil. pag.* 87. Philosophus vocatur. Auctores citati cum Laertio *in vita Aristippi*, & Morerio *in dict. tom. ult. pag.* 33. scripsisse testantur librum

De Re Militari. Dubitat Iacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 345. an fuerit opus historicum, vel de præceptis militaribus.

Lascaris cit. *Alia* scripsisse tradit. Ioannes Iacobus Adria in libro m.s. *de situ Vallis Mazariæ* ex Eusebio *in Chron.* scripsisse etiam ait:

Historiam Græcam.

THEODORUS ARIANUS Messanensis, Ordinis

dinis Carmelitarum; vir gravioribus scientiis instructus, quas Regentis munere docuit. Sacræ Theologiæ Magister constitutus, doctrinâ claruit. Obiit Messanæ 31. Octobris 1663. Ipsum laudat Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmelitar. tom. 2. par. 5. lib. 5. n. 3751. pag.* 1074. Edidit Italicè

Piena Notitia di tutte quelle cose, che sono concernenti al Sacro Habito della Beatissima Vergine Maria del Carmine. Messanę typis Jacobi Matthæi 1655. in 12.

Vita, e Miracoli di S. Alberto Confessore. Ibidem apud eumdem 1656. in 4.

THEODORUS BELLEUS Racusanus, Doctor Medicus, claro genere exortus; fratrem habuit Carolum Belleum, de quo *tom. 1. pag.* 123. Subtilissimi ingenii vir, inter doctissimos effulsit. In Patavino gymnasio Medicinam docuit: at post multos annos cùm ad patriam rediisset, antequam urbem ingrederetur, de ejus uxore, ac filiis exquisivit: at cùm percepisset, uxorem ad secundas nuptias transiisse, (rumor enim inanis falsò Theodori mortem nunciaverat) patriis laribus invisis, ad Patavinam Urbem regressus est: ibique decessit circa annum 1600. Edidit

In Hippocratis Coi Aphorismos Commentarium Primum. Panormi apud Joannem Matthæum Maidam 1571. in 4.

THEODOSIUS civis, & Episcopus Syracusanus, hujus nominis Tertius, Syracusanam rexit Ecclesiam circa annum 700. Literis, ac poeticâ peritiâ instructus enituit. Hujus meminere Christophorus Scobar *de Reb. Syrac. pag.* 15. Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 139. & Octavius Cajetanus *in Isagoge ad hist. sac. Siculam cap.* 42. *pag.* 355. Græcè scripsit

Troparia, quæ canuntur in vesperis jejuniorum.

THEODOSIUS Syracusanus, Monachus, pietate, & doctrinâ conspicuus. Oratoriâ, & poeticâ facultate eruditus, sui æstimationem promeruit: ideoque è suo eductus Cœnobio; in Syracusanæ Ecclesiæ Clerum adscriptus est. Obsessâ, & occupatâ à Saracenis Syracusarum urbe anno 880., Theodosius unà cum Sophronio Episcopo Syracusano, catenis vinctus Panormum deductus est, ubi Saraceni regiam sedem constituerant; ibique in atrum carcerem detrusus, tum in obsidione, & urbis excidio, tum in ergastulo, innumeras, ac diuturnas perpessus est ærumnas. Christianâ fortitudine mortis nuncium expectavit; ac durissima carceris incommoda, & contumelias ob Catholicam Fidem constantissimè toleravit. Octavius Cajetanus *in Idea SS. Siculorum pag.* 21. *& in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag.* 107. *n.* 32. non sine rationis præsidio probabiliter putat; in Religionis odium tandem Panormi interfectum, cum laudato Episcopo: etsi mortis annus ignoretur. De Theodosio etiam idem Cajetanus *loc. cit. pag.* 102. *& seq.* & Silvester Maurolicus *in Mari Oceano pag.* 69. E' Panormitanâ custodiâ Græcè scripsit

Epistolam ad Leonem Archidiaconum Syracusanum, de excidio Syracusarum. Hanc ex m. s. codice Bibliothecæ Cœnobii S. Salvatoris Messanæ eductam, ac latinitate donatam, primùm edidit Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 144. exinde prodiit *in tom. 2. SS. Siculor.* Cajetani *pag.* 272. latinè redditam, ait Joannes Franciscus Abela *in Melita Illustrata lib. 3. not. 1. pag.* 301. à Josaphat Azzalo Spartano. Ejus partem in Italicam linguam vertit Augustinus Inveges *in Panor. Sacra pag.* 654. Scripsit etiam

Anacreontea de excidio Syracusarum ad S. Sophronium: itemque alia hujusmodi Poematia. Ea Cajetano *cit. pag.* 102. *& in Isagoge ad hist. Sicul. cap.* 42. *pag.* 353. Hæc servabat apud se idem Cajetanus, ac nonnulla exscribit ejus carmina.

Opusculum adversum vituperatores vitæ Monasticæ. Græcè versibus jambis. Extabat apud Cajetanum, & in Bibliotheca Vaticana, ut ipse ait *in Isag. cap.* 36. *pag.* 268. *& cap.* 42. *pag.* 353.

THEOGNIS Siculus Megarensis. Etsi Vossius *de Poetis cap.* 4. *pag.* 21. ex Valerio Harpocratio, & Scaligero, ut etiam Hofmannus *in lex. tom. 2. pag.* 449. Morerio *in dict. tom. ult. pag.* 38. aliique, Megaris non Siciliæ, sed Acticæ fuisse putent: attamen Megarensem Siculum volunt Plato *Dial. 2. de legibus*, Suidas *tom. 1. pag.* 1298. Raphael Volaterranus *in anthropol. lib.* 20. *pag.* 278. Tobias Magirus *in eponymologio critico pag.* 195. ex Ammiano Marcellino *lib. 29. cap. 5.* Franciscus Patritius *in Poetica dec. hist. lib. 1. pag.* 69. Hubertus Goltzius *in Sicil. hist. post. pag.* 90. Josias Simlerus *in epit. & addict. ad Biblioth. Gesneri pag.* 785. Constantinus Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib. 1. pag.* 21. Christophorus Scanellus *in Chron. Sicil.* Gyraldus *de Poet. hist. dial. 3. pag.* 101. ex auctoritate ejusdem Theognidis. Inter alios, Siciliæ adscribunt Theognidem Philippus Brietius *in annal. par. 2. tom. 1. pag.* 109. Ludovicus Nogarola *in epist.* apud Diarium Literatorum Italiæ *tom. 9. ar. 2. §. 4. pag.* 116. & ut alios prætream Faber *de Poetis Græcis par. 1. pag.* 41. qui Harpocratii, aliorumque sententiam reiicit: hos enim Auctores deceptos ait; nam nostrum Theognidem cum Theognide alio Poeta Megarense confundunt, qui Platonis tempore claruit: ideoque oculatè idem Plato, ut nostrum à Poeta cœvo secerneret, Megarensem Siculum vocavit. Nostrates etiam scriptores Siculum fuisse tradunt; hos inter Thomas Fazellus *de Reb. Siculis dec. 1. lib. 3. cap. 4. pag.* 78. Aretius *de Situ Siciliæ pag.* 27. Matthæus Silvagius *de urb. peregrinis pag.* 138. Joannes Jacobus Adria *in topographia Mazariæ*, Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 261. Octavius Cajetanus *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag.* 43. aliique. Inter Poetas, qui Græcè carmina edidere, claruit olymp. 59. ex Eusebio *in Chron.* In lucem editus est eadem olymp. 59. teste Suida. Cresi temporibus floruit, ac diù supervixit, usque ad initiam belli Persici, teste Vossio, Augustino Inveges *in appar. ad annal. Sicul. cap. 2. pag.* 28. an-

te Christum natum an. 540. ut rectè Jacobus Tirinus *in indic. Auctor. in Sacr. Scrip.* vel 541. juxtà Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 26. Non olymp. 39. ut, ex typographi forsan errore, habet Matthæus Silvagius *loc. cit.* nec olymp. 70. ut ait Borrichius *de Poetis pag.* 20. apud Thomam Pope-blount *in censura celebr. Auctor. pag.* 6. qui ante Christum an. 538. statuit Theognidem. Joannes Jacobus Adria Philosophum, & Scanellus cit. Historicum vocant Theognidem. Scripsit Græcè Dericâ linguâ

Elegiam in Syracusanos in obsidione servatos. Ex Suida, Gyraldo, Patritio, aliisque citatis.

Sententias versibus Elegiacis ad carmina 2800. Ex Suida, & Crasso. Ex Patritio *cit. pag.* 69. carmina 3000. Plutarchus *in opusc. quomodo audiendi sint Poetæ*, ait: Empedoclis, & Parmenidis versus, Nicandri Theriaca, ac Sententiæ Theognidis, orationes sunt potiùs, quàm poemata; etsi carmine hi lucubrationes condiderint. De hac controversia, an dicendus Versificator, an verò Poeta noster Theognis, ob editas Sententias, consule Auctores, quos laudavi *tom.* 1. *pag.* 175. ubi de Empedocle.

Poema ad Cyrnum amasium. Teste Suida, Gyraldo, cum aliis. Non ad Cyrum, ut perperàm Goltzius, quem corrigit Crassus *in hist. Poet. Græc. pag.* 507. corrigendi etiam Volaterranus, Fazellus, & Pirrus, qui ad Cyrum Regem, hoc Poema direxisse tradunt.

Gnomologiam Elegiacam. Ex Suida cit.

Præcepta Adhortatoria. Ex Suida.

Admonitiones. Suidas,& Gyraldus observant in harum admonitionum medio immixta esse impura flagitia, Puerorum amores, aliaque à morum honestate, ac sanctimonia abhorrentia. Ideoque Athenæus apud Gyraldum inter eos collocat, qui voluptatibus mancipati vixere; ac quædam ejus carmina exhibet id ipsum comprobantia. At Lascaris apud Maurolicum *pag.* 21. Theognidem Poetam vocat moralissimum, & admonitivum: hinc Suidæ adversari videtur, ut Crassus observat. A Balthassare Bonifacio *in hist. ludicra lib.* 15. *cap.* 8. Gnomicus Princeps vocatur, moribus formandis, unà cum Phocylide aptissimus, & vel Isocrate judice, admodum necessarius. At distinguendum ex sententia Borrichii apud Pope-blount cit. ait enim, quòd Theognis, Gnomis suis, & Elegiis luculentam famam assequutus est; ideoque juventuti necessarius scriptor, ut qui mores corrigat pravos, à crapula, ac turpibus abstrahat; ad honores rectâ viâ procedendum moneat, & honestatis curam ubique suadeat. Hæc de ejus Gnomologia; nam Admonitiones ejusdem, ut flagitiis hinc inde respersas, aversantur boni omnes, ac feliciter tenebræ occulunt. Ideoque de Gnomologia forsan intelligenda ea, quæ Faber innuit *in epit. Vit. Poet. Græc. pag.* 42. apud eumdem Pope-blount *pag.* 7. ait enim, Theognidem cum utilitate legi posse, eumque in Græcia pueros memoriter addiscere jussos. Has etiam Parænescs laudat Aphtonius *in progymnas.* apud Gyraldum *cit. pag.* 101.

Scripsit etiam ex Crasso:

Amorum libros septem.

Gorgiam. Poema.

Titan.

Raptum Ganymedis.

Addit Athenæus *lib.* 8. *cap.* 15. *pag.* 360. scripsisse opus:

De Sacris, quæ Rhodi fiunt, cujus librum secundum citat.

Theognidis extant: *Sententiæ Elegiacæ Græcè.* Basileæ apud Frobrenium 1521. cum Æsopi fabulis. A Joachimo Camerario integritati restitutæ, & commentario Græco illustratæ, prodiere Basileæ apud Joannem Oporinum 1551. Jacobus Schegius latino carmine expressit, ediditque Basileæ apud eumdem 1550. & Antuerpiæ ex officina Plantiniana 1572. in 8. In lucem etiam emisit Henricus Stephanus cum Homero, aliisque in fol. & Basileæ in 8. Græco-lat. cum scholiis Eliæ-Vineti. Lipsiæ 1588. in 8. & Parisiis 1543. in 4. Græco-lat. à Friderico Sylburgio. Heidelbergæ apud Cammellinum 1597. in 8. In corpore Poetarum Græcorum Græco-lat. curâ,& recentione Jacobi Lectii. Aureliæ Allobrogum 1606. in fol. Alia ibidem etiã extant in Anthologia *lib.* 1. *cap.* 12. *epig.* 8. *& cap.* 16. *epig.* 3. Nonnulla etiam extant ejusdem fragmenta apud Joannem Stobæum, & Athenæum.

Marcus Antonius Petilius Theognidis Paræneses latinas fecit, teste Leone Allatio in libro *Apes Urbanæ pag.* 187. Antonius Maria Salvinus Italico carmine concinnavit, ex Joanne Mario de Crescimbenis *in Arcad. lib.* 6. *pag.* 221.

THEOPHANES CERAMEUS Archiepiscopus Tauromenitanus. Ejus patria in obscuro est. Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Melit. pag.* 590. coniicit, in loco quodam, cui nomen Ciarramis, in agro Netino, aliquod oppidum, Ceramis nomine, fuisse, à quo forsan originem traxit Theophanes. At Auctorum nullus hujus oppidi meminit. Nec in oppido Ceramis, quod extat non longè à Troyna, in Messanensi Diœcesi, natum dici potest; nam ut rectè Franciscus Scorsus *in præmio* 2. §. 3. *in Theophanis homilias*, hoc oppidum recens, Theophanis tempore non extasse observat: immò, *Cerameus*, familiæ nomen, non patriæ fuisse putat; cui adhæret Octavius Cajetanus *in Vitis SS. Siculorum tom.* 1. *in animad. pag.* 16. Ex validiori conjectatione elicimus, Theophanem exortum in loco quodam juxtà oppidum Mascalis, à Tauromenio 8. mil. pas. dissito, vel in ipsa Thauromenii urbe: nam *in homil.* 50. *de S. Andrea*, quam in Ecclesia ejusdem Sancti habuit, ibidem se natum prædicat. *Non enim*, ait, *huc veni, ut ornatus eloquentiâ conspicerer, neque ut lepore, & pompâ orationis honorem patriæ aucuparer*& paulò post: *sed quoniam sacra hæc ædes Apostoli ejus, qui primus vocatus est, me veluti nutrix puerum educavit, & primarum institutionum mammam præbuit, sacrarumque literarum doctrinam quasi lac instillavit.* Addit in fine: *& unà vobiscum, ò Cæ-*

Digitized by Google

tus Deo dilectissime, concelebro solemnem hunc diem, & patriam charam solum aspiciens tam religiosè Sanctorum memoriam celebrantem, efferor gaudio, & exulto. Templum hoc S. Andreæ, ubi natus, & educatus est Theophanes, illud esse probabiliter censetur, de quo S. Gregorius *in epist. 57. lib. 2. ad Secundinum Tauromenii Episcopum*, ait: *Pridem percepimus ut de Monasterio S. Andreæ, quod est super Maschalas.* De eo etiam Fazellus *de reb. Siculis in addit. ad dec. 1. lib. 2. cap. 3. pag. 55.* qui à Joanne Randatii Duce instauratum tradit *dec. 2. lib. 9. cap. 5. pag. 531.* Vel est Ecclesia S. Andreæ Tauromenii, quæ adhuc extat in vertice rupis, mari imminentis; ideoque S. Andræ Promontorium locus vocatur. Hæc ex Scorso *loc. cit.* quem sequitur Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 394.* Gregorium Cerameum etiam vocatum comperimus; nam in variis codicibus eædem homiliæ Theophani, & Gregorio Cerameo adscribuntur, ut observat Scorsus *in proœmio cit. §. 2.* Cajetanus *in Vitis SS. Siculor. tom. 1. in animad. pag. 16.* Sed L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Eccl. tom. 7. cap. 17. pag. 196.* Theophanem à Gregorio secernit: at *tom. 8. cap. 12. pag. 111.* eumdem fuisse tradit: additque vel amanuenses erasse, vel binominem auctorem fuisse. At Scorsus variis probat argumentis eumdem Theophanem, Gregorium vocatum: ideoque in errorem incidisse dicendum, qui de Theophane, & Gregorio distinctè scribunt; ac unum ab alio diversum putant: ut sunt Rocchus Pirrus *in Not. Ecclesiæ Taurom. pag. 442.* Antonius Possevinus *in appar. sacro tom. 1. pag. 562. & tom. 3. pag. 288.* Marraccius *in Biblioth. par. 1. pag. 518. & par. 2. pag. 394. & in Antist. Marianis pag. 244. & 532.* Hieronymus Ragusa *in Siciliæ Biblioth. vet. pag. 135. & 271.* aliique. Casmirus Oudin *in supplem. de Script. Eccles. à Bellarmino omissis pag. 278.* de utroque, tanquam diverso scribit, adducto in testimonium Francisco Combefisio *in Auctorib. recensitis ad Biblioth. PP. Concionator, pag. 14. & 46.* at denique dubitat, unum, eumdemque binominem fuisse. In aliquo codice m. s. Philippus Ceramita appellatur, ex Cajetano cit. *in Idea SS. Siculor. pag. 82.* Eo nomine extant nostri Theophanis homiliæ Romæ in Bibliotheca Barberina, teste Bernardo de Montfaucon *in Diario Italico cap. 15. pag. 210.* At cùm in nullo ex præstantioribus codicibus hoc nomine notetur, dicendum, vel errorem id in nomen irrepsisse, vel nomen amanuensis esse, ut suspicatur idem Scorsus; quòd confirmat Cajetanus *in animad. ad tom. 1. SS. Siculor. pag. 16.* seipsum corrigens. In Bibliotheca Imperatoris Viennæ homiliæ m. ss. habent *Joannis Cerameï*, ut innuunt Josias Simlerus *in epit. Biblioth. Gesneri pag. 420.* & Possevinus *in appar. sacro tom. 2. pag. 133.* at errorem amanuensis censendum esse non ambigo. Theophanes, igitur, Cerameus non minùs doctrinâ, sacrisque literis eruditus, quàm pietate, morumque sanctimoniâ, in memorato Cœnobio S. Andreæ monasticam vitam professus est; in quo virtute excelluit, ac sacrâ eloquentiâ mirabiliter enituit. Ineunte ætate, ac præclaris animi dotibus apprimè ornatus, ad Archiepiscopalem Tauromenitanæ Ecclesiæ sedem evectus est. In moderanda Ecclesia sibi credita, virtutibus laudabiliter insignitus omnibus præfulsit. Charitate eminuit, & inter eximios Deiparæ cultores inclaruit. In declamandis ad populum sermonibus, animarum zelum nō obscurè detexit: pietatem fovere, vitia evellere impigrè studuit. Catholicam Fidem propugnavit; ac pastorali ergà gregem suum amore summè æstuavit. Sanctimoniâ clarus vixit; ejusque virtutes in homiliis, quas habemus, apertissimè elucent. Pietate impellente peregrinationes nonnullas aggressus, sacra Hierosolymitana loca perlustravit. Hæc ex ejusdem homiliis colligere curavit Scorsus citatus. Vixit ex Jacobo Gretsero *de Cruce tom. 2. in notis ad homil. ejusdem Theophanis pag. 2716.* eo tempore, quo adhuc Sicilia, vel certè ejus pars, Imperatoribus Constantinopolitanis parebat. In Bibliotheca Patrum inter Auctores noni sæculi collocatur. Eodem sæculo floruisse putat Dominicus Gravina *de Catholicis præscriptionib. adversus hæreses nostri temporis.* Joannes Baptista Ricciolius *in Chronol. Refor. tom. 4. ind. 2. pag. 286.* ad annum 810. statuit. Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Taurom. pag. 443.* anno 842. claruisse ait. Franciscus Scorsus inter annos recurrentes ab anno 842. ad annum 893. deguisse probat; nam post annum 842. vixisse colligitur ex homilia in festo Restitutionis SS. Imaginum; nec annum 893. in Archiepiscopatu præteriit: eo enim anno Tauromenium à Saracenis captum opinatur ex Joanne Diacono. A Casimiro Oudino *in supplem. ad Bellarminum de Scrip. Eccl. pag. 278.* & Philippo Labbæo *in Sanctor. PP. Biblioth. Chronolog. pag. 108.* in annum 880. collocatur. Longè ab aliis discedit Marraccius *in Bibl. Marian. par. 2. pag. 394.* qui ad annum 712. rejcit Theophanem. L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Eccl. tom. 7. cap. 17. pag. 196.* in fine noni sæculi claruisse censet: at re accuratiùs perpensâ, *tom. 8. cap. 12. pag. 111.* ad undecimum sæculum transtulit: nam, ut observat, Theophanes Metaphrastem citat: & homiliam in Dominica Palmarum, ante Rogerium dixit: hunc autem non alium, nisi Rogerium Siciliæ Comitem judicat, quem Græcorum more, Regem, vel Imperatorem vocat. Gulielmus Cave *in Script. Eccles. histor. literaria pag. 421.* cùm alibi ad annum 870. retulisset, ex allatis à Du-Pin rationibus, aliisque à Leone Allatio *de script. Sineon. pag. 63.* excusis, in annum 1040. Theophanem affigit: ac Scorsi sententiam rejcit. Obiit senectutem adeptus: at ubi decesserit, quove anno incompertum est. De eo Auctores citati, & præcipuè Franciscus Scorsus *in Proœmiis ad Theophanis homilias*, qui omnia Theophanis summâ eruditione expendit. Ipsum etiam cum laude citant Franciscus Turrianus *lib. 2. contra Magdeburgenses, cap. 6.* Baronius *annal. tom. 9. n. 60.*

Digitized by Google

Gretserus *de Cruce tom. 1. cap. 14. & in syntag. de Imaginibus*, post Codinum Curapolatam, *cap. 5. & 18.* Jacobus Pintus *de Christo Crucifixo tit. 1. loc. 1.* aliique. Scripsit Græcè Theophanes *Homilias*, quarum nonnulla prodiere, nempè:

Homilia de Sanctis Imaginibus in die festo earum dicta. Hanc edidit Baronius *tom. 9. annalium an. 842. n. 61.* à Francisco Turriano Soc. Jesu latinitate donatam; recusam à Gretsero in opere *de Cruce*, in secunda editione, *tom. 2.*

Homiliæ duo de Cruce, quas vertit, & in lucem emisit idem Gretserus *de Cruce tomo 2.* extant & in Bibliotheca Patrum editionis Colonien sis.

Homilia de Indictione, sive anni principio. Græco-lat. edidit Dionysius Petavius una cum Historia Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani. Parisiis apud Sebastianum Chappelet 1616. in 8. *pag. 258.*

Fragmentum homiliæ in festo S. Pancratii. Typis tradidit Octavius Cajetanus ab Augustino Florito Soc. Jesu traductum *in Vitis SS. Siculor. tom. 1. pag. 10.*

Hymnus in Annunciatione SS. Deiparæ. Extat *in Bibliotheca Patrum tom. 9.* at dubiè an Theophanis Ceramei, vel Theophanis Nicæni. A' Jodoco Coccio *in Thesauro Catholico*, nostro Theophani tribuitur. Demum Franciscus Scorsus Panormitanus Soc. Jesu, omnes Theophanis Homilias ex multis codicibus m. ss. Galliæ, Hispaniæ, Panormi, & aliarum Bibliothecarum alibi existentium, collegit, latinè reddidit, notisque illustravit, ac hoc titulo evulgavit:

Sapientiss. & Eloquentiss. Theophanis Ceramei Archiepiscopi Tauromenitani Homiliæ in Evangelia Dominicalia, & festa totius anni Græcè, & Latinè nunc primùm editæ, & notis illustratæ ex multorum m. ss. fide, cum Vaticano exemplari collatæ à P. Francisco Scorso Panormitano Soc. Jesu. Lutetiæ Parisiorum apud Sebastianum Cramoisy 1644. in fol.

Aubertus Miræus *in Auctario ad Biblioth. Eccl. cap. 253. pag. 230.* scripsisse, ait, Theophanem nostrum: *Annales à temporibus Diocletiani usque ad Michaelis Imp. Constantinopolitani ævum.* Miræi sententiam sequuntur Balthassar Corderius *in Catena SS. Patrum Græcor. in S. Lucam n. 61.* & Jac. Gottfredus Olearius *in Abaco Patrologico pag. 450.* At Theophanem nostrum cum Theophane Constantinopolitano confundunt, cui adscribendi Annales, ut notant Scorius *in proœmio 2. §. 1.* Cajetanus *in animad. ad tom. 1. SS. Siculor. pag. 16.* & Guilelmus Cave *in Scrip. Eccles. histor. liter. pag. 351. & 421.*

THEOPHANIUS MANCIUS ex oppido Claramontis, ex Roccho Pirro *in Not. Eccl. Syrac. pag. 259.* edidit

Moralia.

THEOPHILUS Siculus historicus, vixit ante annum 530. ut observat Augustinus Inveges *in appar. annal. Siculor. sect. 2. cap. 1. pag. 46.* nam à Stephano Byzantino memoratur, qui Justiniani Imp. tempore vixit an. 530. Inter Historicos incertæ ætatis recensetur à Gerardo Joanne Vossio *de histor. Græcis lib. 3. pag. 419.* Scripsit

Descriptionem Siciliæ, cujus librum undecimum citat Stephanus laudatus *de Urbib. ver. Palice pag. 520.* ubi de Palicorum lacu: & ex eo Philippus Cluverius *in Sicil. antiq. lib. 2. cap. 9. pag. 343. & 345.* Raphael Volaterranus *lib. 6. Geogr. pag. 89.* Petrus Carrera in Dialogo, cui nomen: *Il Bonanni pag. 18. & 39.* & Leander Albertus *in Insulis pag. 62.* Non alium locum ex hoc Theophili opere citatum comperimus apud Scriptores, nisi hunc de Palicorum lacu: opus verò periisse certo certiùs. Quamvis autem à Philadelpho Mugnòs *in suo novo Laertio* edito Panormi anno 1654. passim ad testimonium vocetur *Sicilia Theophili*, hoc purum commentum ab emunctæ naris literatis censetur; cùm deperditum hoc Theophili opus satis exploratum sit. Consule oculatissimum Vincentium Auriam in opusculo inscripto: *La Verità Historica svelata*, Panormi typis traditum anno 1702.

THEOPHILUS PIUS. v. Benedictus Dini *tom. 1. pag. 100.*

THESEUS CAPOTIUS Lilibœtanus. Joannes Vigintimillius *in tabula Poetarum Siculorum*, inter Siculos Poetas Theseum recenset, ac meritò; fuit etenim Priami Capotii, de quo *pag. 192.* filius, Juris utriusque Doctor insignis, ac Poeta egregius, ex Joanne Jacobo Adria in libro m. s. *de Valle Mazariæ.* Laudatur etiam à Hieronymo Manzonio *in carmin. pag. 57.* Claruit anno 1520. Scripsit ex Adria *cit.*

Epigrammata.

THOMAS AFFLICTUS Nobilis Panormitanus, literis ornatus claruit. Nonnullis in patria perfunctus est muneribus: præsertim anno 1636. & 1641. inter Senatores adscitus Urbem patriam rexisse comperio. Edidit Italicè

Idea dell' Apparato per la Canonizatione de' SS. Ignatio Lojola, e Francesco Xaverio nella Casa Professa della Compagnia di Giesù di Palermo. Panormi typis Joannis Baptistæ Maringhi 1622. in 4.

Ragvaglio degli Apparati, e Feste fatte in Palermo per la Canonizatione de' SS. Ignatio Lojola, e Francesco Xaverio l'anno 1622. Ibidem apud eumdem 1622. in 4. Hæc descriptio recusa legitur apud Franciscum Baronium in libro *de Majestate Panormitana lib. 3. à pag. 36.*

THOMAS AGNUS Leontinensis, Ordinis Prædicatorum, vir undique insignis, ac præclarissimum Religionis suæ ornamentum. Leontinensem fuisse non uno scriptorum testimonio comprobatur. Leontino adscribunt, ex familia Agno progenitum, Leander Albertus *de viris illust. Ord. Præd. lib. 3. pag. 83.* Joannes Michael Pius *in Vitis vir. illustr. Ord. Præd. lib. 1. pag. 263.* Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominic. par. 1. cap. 3. tit. 4. pag. 45. tit. 61. cap. 4. pag. 85. cap. 5. tit. 8. pag. 114.* & alibi, Ambrosius Altamuranus *in Biblioth. Dominic. pag. 45.* Dominicus Maria Marchesius *in Diario Domin. tom. 3. pag. 81.* Joannes Michael Cavalerius in libro *Galleria de' Sommi Pontefici &c. dell' Ord. de' Predic.*

Digitized by Google

dic. tom. 1. Chron. 1. cent. 1. pag. 34. Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom. 2. n. 1420. pag. 233.* Henricus Spondanus *in annal. Eccles. an. 1272. n. 2. & alii.* Ex Siculus Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Messan. pag. 335. & in Not. Eccl. Syrac. pag. 240.* Carolus Antonius Conversanus *in Ætherea Leontinor. Gloria pag. 43.* Hieronymus Ragusa *in Elogiis Siculor. pag. 284. & in Sicil. Biblioth. vet. pag. 274.* Philadelphus Mugnòs *in hist. familiæ Columnensis pag. 137.* & alibi, Philadelphus Maurus *in histor. SS. Alphii, Philadelphi, & Cirini cap. 10. pag. 71.* Cirinus Maurus in libro: *Leontini abbattuto da' Tremuoti pag. 35.* A nonnullis, Fratrum Regularium more, Thomas Leontinus, vel de Leontino vocatur; nempè à Ferdinando Ughello *in Italia Sacra tom. 9. pag. 295.* Seraphino Razzo *in histor. vir. illustr. Ord. Præd. pag. 66.* & Gerardo Joanne Vossio *de histor. latinis lib. 2. cap. 17. pag. 480.* Attamen Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib. 1. cap. 15. pag. 97. & lib. 2. cap. 14. pag. 236.* Stephanus Maurus *in sua Messana cap. 26. pag. 254.* Josephus Ambrosius *in descrip. solemnit. epistolæ Marianæ pag. 316.* & Benedictus Chiarellus *in monum. sacris Messanæ pag. 42.* omnes hi Messanenses, Thomam Messanensem, ex familia Leontino, fuisse putant. At viri omni affectione immunes, Leontinum non familiæ, sed patriæ nomen esse censent: Agnum verò familiæ nomen. Claruit Thomas celeberrimus, doctrinâ apprimè ornatus, in gravioribus scientiis versatissimus. Inter verbi Dei declamatores disertissimos enituit. Præstantiores virtutes summo studio adeptus, regularis observantiæ, ac sanctimoniæ exemplar in omnium oculis præfulsit. Diffusâ nominis sui famâ à Gregorio IX. Sum. Pont. Neapolim missus est Evangelii Præco: ibique Primus Quæsitor Generalis contra hæreticam pravitatem ab eodem Pontifice constitutus est anno 1227. vel ut aliis placet anno 1224. eoque in munere diù eximiam adhibuit curam. In eadem Urbe Regium S. Dominici Cœnobium fundavit; quod decennio Prioris munere gubernavit. Dum eidem præesset, Ordinis insignia, ac nomen S. Thomæ Aquinati, Doctori Angelico, tribuit. Lombardiæ Provinciam, ac Romanam rexit, cùm hæc Neapolis, ac Siciliæ Provincias complecteretur. Ab Alexandro IV. circa annum 1260. vel juxta alios à Clemente IV. ad Episcopatum Bethleemiticum evectus est: ac Apostolicæ Sedis Legatus ad Orientales regiones, & Transmarinas partes destinatus. Eo in munere multa in animarum beneficium, ac Ecclesiæ Catholicæ gloriam per aliquot annos impigrè patravit. In Italiam regressus, Cusentinus Archiepiscopus renunciatus est anno 1268. 19. Aprilis, ab eodem Clemente IV. Ad Archiepiscopalem Sedem Messanæ transiit, hujus Urbis Pastor electus anno 1272. à Capitulo: at Gregorius X. electioni obstitit; cùm enim Pontifex bellum in Syriam mittere meditaretur, ut exinde Hierosolymitarum urbem, ac loca à Christo Domino sacrata repeteret, eodem anno 22. Aprilis in Hierosolymitanum Patriarcham nostrum Thomam assumpsit, ut sacræ expeditioni adjumento esset, utpotè illarum regionum gnarissimus. Ideoque iterum Apostolicus Legatus Orientalium Provinciarum renunciatus, Acconensis Ecclesiæ regimen consequutus est. Tunc Gregorius datis ad Galliarum Regem literis Thomæ promerita his testatus est laudibus: ait enim: *Cùm præsentem haberemus in Curia Ven. Fratrem nostrum Thomam Hierosolymitanum Patriarcham, quem de Fratrum nostrorum consilio nuper Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfecimus, virum quidem profundi pectoris, alti consilii, virtutum claritate conspicuum, & experientiâ multâ probatum, &c.* Meritis plenus decessit vir doctissimus, ac sanctitatis gloriâ clarissimus, anno 1276. ex Ughello, Cavalerio, Fontana, Altamurano, aliisque: vel 1277. ex Pio, Alberto, Castillo infra citando, quorum sententiam nonnulli amplectuntur. De eo etiam, præter Auctores in locis supra citatis, Fontana *in Theatr. Domin. par. 1. cap. 4. tit. 36. pag. 71. tit. 88. pag. 140. & par. 2. cap. 2. tit. 2. pag. 354. & in Monumentis Dominic. par. 1. cap. 2. pag. 21. cap. 3. pag. 41. & cap. 6. pag. 87. 96. & 101.* Ferdinandus Castillus *in Chron. Ord. Prædic. par. 1. lib. 2. cap. 44. & 69. pag. 296. & 355. & lib. 3. cap. 44. pag. 504.* Ferdinandez *in Concert. Prædic.* Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 411. & in Antist. Marianis pag. 608.* L. Ellies Du-Pin *in Biblioth. Eccl. tom. 10. cap. 4. pag. 82.* Marchesius etiam *in Diar. Domin. tom. 2. pag. 17.* Pius *in vitis ill. Dom. par. 2. lib. 2. pag. 35.* Aubertus Miræus *in mantissa ad Biblioth. Eccles. pag. 305.* Casimirus Oudin *in supplem. ad Bellarminum de Scrip. Eccl. pag. 548.* aliique apud ipsos. Thomam nostrum cum Raynaldo Agno Leontino ejus fratre confundit Spondanus *in annal. Eccl. an. 1272. n. 2.* ut advertit Fontana *in Theatr. par. 1. cap. 3. tit. 4. pag. 45.* In nonnullis erraße etiam comperies Coronellum *loc. cit.*, Mugnòs sequutum. Beati titulum nostro Thomæ concedunt Maurus, & Clarellus. Scripsit instante Joanne Vercellensi Ordinis Prædicatorum Generale:

Vitam S. Petri Martyris ex Ordine Prædicatorum. Prodiit primùm apud Laurentium Surium *in Vitis SS. Aprilis.* Coloniæ Agrippinæ sumptibus Joannis Kreps. & Hermanni Milii 1618. in fol. exinde apud Danielem Papebrochiũ, & Godefridum Henschenium *in Actis SS. Aprilis tom. 3. à pag. 686.* In Comitiis Generalibus Ordinis Prædicatorum apud Pisas coactis anno 1276. decretum fuit, ut hanc S. Petri Vitam in singulis Cœnobiis haberetur, & legeretur, ex Altamurano, & Castillo. De ea etiam Thomas Truxillus *in Thesauro Concionatorum*, & Baronius *in notis ad Martyrolog. Rom. 29. Aprilis pag. 209.* Scripsit etiam

Volumen Concionum de Tempore, & de Sanctis.

Sermones in Magnæ Dei Matris festivitates. Ex Marraccio *in Biblioth. Mariana par. 2. pag. 411. & in Antist. Marian. pag. 608.*

THO-

THOMAS AVERSA Miſtrectenſis. A primo ætatis exordio Panormum ſe transtulit, literiſque addictus, hac in urbe majorem vitæ partem inter literatos inſumpſit. Majori animi contentione amœnioribus literis operam dedit; præſertim poeticis, comicis, ac tragicis ſtudiis ingenii vires devovit. Inter aulicos Jannettini Doriæ, S. R. E. Cardinalis, & Archiepiſcopi Panormitani, Aloyſii Moncatæ, Montisalti Ducis, ac demùm Didaci Aragoniæ, Ducis Terrænovæ inclaruit: quorum benevolentiam expertus eſt. Cum eodem Terrænovæ Duce Hiſpaniam adiit, ubi virorum eruditione præſtantium æſtimationem promeruit maximam. Catholici Regis Philippi IV. Orator electus idem Dux, ad Ferdinandum III. Imp. & ad Alexandrum VII. Sum. Pontif. cum eodem Viennam Auſtriæ, & Romam contendit; ac ubique egregiis ingenii monumentis, eruditione, morumque comitate literatorum amorē ſibi conciliavit. In Academiis Reaccenſorum Panormi, Humoriſtarum, & Anfiſtilium Romæ recenſitus effulſit. Romæ clericali militiæ nomen dedit, & Sacerdotali charactere inſignitus, Panormum remeavit, ubi à Petro Martinez Rubio Archiepiſcopo Panormitano, in æſtimationis argumentum, Eccleſiæ S. Mariæ de Fornice, vulgò *la Volta*, Capellanus conſtitutus eſt. Demum apoplexiæ ictu conſternatus, Panormi vivere deſiit 3. Aprilis 1663. & in Eccleſia S. Petri ad Vincula ſepultus eſt. Ipſum laudat Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis par. 2. tom. 2. pag. 266.* Edidit Italicè, & vernaculâ linguâ:

Piramo, e Tisbe. Idyllium Siculâ linguâ. Panormi apud Joannem Baptiſtam Maringum 1617. in 8.

Gli Avventuroſi Intrichi Comedia. Ibidem apud Antonium Martarellum 1637. in 8.

La Notte di Palermo, Prima Comedia in lingua Siciliana. Ibidem apud Decium Cyrillum 1638. in 8.

Il Giorno di Meſſina Comedia. Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ 1644. in 8?

Il Pellegrino, overo la Sfinge debellata Tragedia Sacra. Panormi apud Alphonſum de Iſola 1641. in 8.

Il Sebaſtiano Tragedia Sacra. Ibidem apud Nicolaum Buam, & Michaelem Portamnovam 1645. in 4.

Il Bartolomeo, overo il Selim Coſtante Tragedia. Meſſanæ apud hæredes Petri Breæ 1645. in 8. & Tridenti apud Carolum Zannettum 1648. in 8.

Il Primo Tomo dell'Eneide di Virgilio tradotta in Rima Siciliana. Panormi apud Nicolaum Buam 1654. in 12.

Il Secondo Tomo dell'Eneide di Virgilio tradotto in ottava Rima Siciliana. Ibidem apud eumdem 1657. in 12.

Il Terzo Tomo dell'Eneide di Virgilio tradotto in ottava Rima Siciliana. Ibidem apud eumdem 1660. in 12.

In Portento Canzone Panegirica all'Illuſtriſs. & Eccel. Signore Conte Guglielmo Stavata Conſigliero di Stato, e Cameriero di Sua Maeſtà Ceſarea. Viennæ Auſtriæ apud Matthæum Coſmerovium 1647. in 4.

Idea, overo Ordine delle Scene per la Rappreſentatione della Tragedia del Sebaſtiano: con un diſcorſo Academico detto: Il diſinganno. Romæ apud Dragondellum 1659. in 12.

Il Padre Pietoſo Comedia Morale. Ibidem apud eumdem 1656. in 12.

L'Alipio, overo la Colomba frà le Palme, Poema drammatico ſopra il meraviglioſo arrivo dell'Oſſa benedette del P. F. Alipio di S. Giuſeppe Agoſtiniano Scalzo Palermitano, alle ſpiaggie di Palma in Sicilia l'anno 1653. Ibidem apud Lazarum 1657. in 12.

La Corte nelle Selve. Trattenimenti modeſti, ed utili, diſtinti in più veglie per gli ultimi dì di Carnevale. Con gli Diſcorſi di Tomino d'Amiſtrato (hic idem eſt Thomas Averſa) *ed Oſſervationi di lui ſopra la Comedia titolata: Notte, Fato, ed Amore.* Ibidem apud eumdem 1657. in 12. In operis calce editum eſt opus Comicum inſcriptum: *Notte, Fato, ed Amore.*

L'Ormindo Tragicomedia Reale per la felice naſcita del Sereniſſimo Infante D. Carlo Giuſeppe d'Auſtria Prencipe delle Spagne. Panormi apud Coppolam 1662. in 12. In operis fine recuſus eſt diſcurſus Academicus inſcriptus: *Il diſingáno.*

Canzoni Siciliane. In Muſis Siculis *par. 2. tom. 2.* Ibidem apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

Scripſit etiam hæc alia, à Joſepho Galeano *in Muſis Siculis par. 2. tom. 2. pag. 250.* Leone Allatio *in drammaturgia indic. 6. pag. 627.* & Cæſare Columna *in idea Sebaſtiani pag. 21.* memorata, quæ inedita periere; nempè:

Il Mancomale.
Le Finte Nozze.
Il Maſcherato.
Gl'Incolpati ſenza colpa.
L'Adone.
} Comedie.

THOMAS BALLUS Nobilis Panormitanus, Antonini Balli Juriſconſulti, Regii Patrimonii Rationum Magiſtri filius. Fuit Thomas Poeta clariſſimus, & amœniorum literarum cultor eximius. In Academia Accenſorum Panormi non ſine maxima laude refulſit. In album Equitum Ordinis Equeſtris S. Stephani relatus, magnam ſui opinionem excitavit. Digladiatoriâ arte peritiſſimus, pluriès in ſingulari certamine fortitudinis argumenta edidit; non enim erat, qui ejus enſis ictu obſiſtere poſſet. Panormi vivebat anno 1612. ſenectutem adeptus, ut ex epiſtola nuncupatoria ad Coſmam II. Magnum Etruriæ Ducem, quam Poemati ſuo, infra notando, præfixit, apertiſſimè colligitur. Ipſum laudant Octavius Potenſanus *in Poem. Decem Mill. Mart. can. 5. ſt. 28.* Vincentius de Joanne *in Panor. Triumph. lib. 12. pag. 123.* Argiſtrus Joffredus *in Carm. Accenſor. lib. 1. pag. 47.* Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom. 5. n. 695. pag. 223.* qui falsè Vincentium vocat, & clariſs.

Joan-

Digitized by Google

Joannes Marius de Crescimbenis *in comment. histor. Poes. vulgar. vol. 4. lib. 2. pag.* 109. Edidit Italicè

Palermo liberato. Poema Heroicum. Panormi typis Joannis Baptistæ Maringhi 1612. in 4. Cùm opus Cosmæ laudato nuncupasset, idem Alteratorum Academiæ demandavit, ut ejus Alumni Poema ad examen revocarent: ideoque Octavius Rinuccinus, Franciscus Venturus, & Jacobus Soldanus Academiæ Censores idem Poema approbaverunt, ac prædicto Duci dilaudavere, qui datis ad Thomam literis grato animo accepisse oblatum opus eidem significavit.

Rime. In libro: *Rime dell'Accademia degli Accesi di Palermo.* Panormi apud Matthæum Maidam 1571. in 8.

Ineditas etiam *Tragœdias duas* m. ss. reliquit.

THOMAS BELLOROSIUS Panormitanus, vir doctrinâ, & pietate insignis. A teneris unguiculis Romam se transtulit, ubi literarum studiis dicatus, omnium scientiarum encyclopædiam adeptus, præstantiorum doctorum merita coæquavit. Amœniores literas, Musasque coluit: ideoque ejus epigramma editum vidi in topographia Mazariæ Jo: Jacobi Adria. Petri Sveglies S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopi Rhegyni, exinde Messanensis, fuit à secretis; qui ab Alexandro VI. Sum. Pont. Sanctæ Sedis Legatus in Pannoniam missus, ob bellum in Turchas, secum duxit Thomam, itineris, ac oneris comitem. Quâ æstimatione prosequutus effulserit, ex eo deducere licet, quòd in epistola nuncupatoria vitæ S. Angeli, de Rege Pannoniæ loquens idem Thomas, ait, eumdem Regem quandoque, dum esset infâtulus, in ulnis suis tenuisse. Triennio exacto cùm laudatus Cardinalis Romam remeasset, Thomas ejusdem vices gessit in administratione Episcopatus Vesprimiensis in Pannonia, ac Cœnobiorum Pechivacadiomensis, & Sassardiensis. Dum eumdem Episcopatum regebat, principem ejus Ecclesiam refecit, ornavitque, ac Divo Michaeli Archangelo dicavit. Post decennium Romam, & excurso biennio, Panormum regressus est. In patrio solo haud minoribus æstimationis argumentis inclaruit; Prothonotarius enim Apostolicus, Ecclesiæ Panormitanæ Canonicus, ac Vicarius Generalis Francisci Remolini S.R.E. Cardinalis, & Archiepiscopi Panormitani cōstitutus est. Anno 1532. Vicarius Generalis etiā Archiepiscopatus Mōtis-Regalis, Sede Vacante, fuit electus, teste Rocchio Pirro *in Not. Eccl. Montis-Regalis pag.* 440. Dum Vicarium Ecclesiæ Panormitanæ agebat anno 1516. Imaginem Septem Angelorum ante Thronum Dei adstantium reperit, cujus Inventionis historiam latè scripsit Octavius Cajetanus *in Vitis SS. Sicilor. tom. 2. à pag.* 266. Cornelius à Lapide *in Apocal. cap. 4. ver. 4.* aliique. Hinc eorum cultum Panormi, & alibi propagare summoperè studuit. Vixit Thomas usque ad annum 1535. at quo decesserit anno incompertum est. De eo Cajetanus *cit. pag.* 266. & 268. & *in animad. pag.* 64. & 92. Thomas Cantonus *in Vita S. Angeli pag.* 485. & Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmel. tom. 2. n. 1237. pag.* 349. & *n. 1247. pag.* 352. Cùm Panormum appulisset Carolus V. Cæsar, scripsit Bellorosius, & eidem Imperatori obtulit, opusculum inscriptum:

De septem Spiritibus in conspectu Throni Dei astantibus ad Carolum V. Imperatorem. Panormi typis Antonii Maydæ 1535. in 4. Edidit etiam

Vitam S. Angeli Martyris Carmelitani. Ibidem apud Antonium Maydam Panormitam, & Petrum Spiram Messanensem 1526. in 4. Vita hæc primùm anno 1227. à B. Enoch Patriarcha Hierosolymitano scripta, fuit à Bellorosio in ordinem, & capita digesta; cui addidit: *Epistolam de Miraculis, Fonteque vivo, & fluxu olei medicinalis in loco sepulturæ D. Angeli Martyris.* Prodiit etiam *in Vitis SS. Siculorum* Octavii Cajetani *tom. 2. à pag.* 184. seorsim etiam edidit Daniel à Virgine Maria, Bruxellis 1666. & *in Speculo Carmelitarum tom. 2.* Anversæ 1680. A Joanne Baptista la Rosa Panormitano Italicè reddita, ac edita Panormi typis Joannis Antonii de Franciscis 1597. in 4. ut etiam ab Ægidio Leondelicato iterum Italica veste donata, typisque tradita *in Viridario Carmelitano par. 4. à pag.* 155. & à Josepho Maria Fornaro *in Anno Memorabili Carmelitarum edito Mediolani* 1688. *à pag.* 385. Etsi Daniel Papebrochius huic vitæ S. Angeli adversetur, eamque reiiciat *in Actis SS. Aprilis tom. 2. à pag.* 24. attamen à Joanne Baptista Lezana *in annal. Carmel. tom. 4. an.* 1186. *& seq.* relata à Daniele *cit. tom. 1. par. 3. disser. 24. pag.* 788. à Fornaro *in anno cit. pag.* 384. propugnatur: præcipuè verò à Thoma Cantone in libro inscripto: *Vita S. Angeli Martyris Ord. B. Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo an. 1227. à Rev. D. Enoch Patriarcha Hierosolymitano teste oculato conscripta, an. 1527. à Thoma Belloroso Canonico Panormitano digesta in capita, & Panormi edita: an. 1687. ab adversantibus Danielis Papebrochii jaculis vindicata, suoque Auctori asserta per F. Thomam Cantone Carmelitam Medicinensem.* Bononiæ typis Petri Mariæ de Montibus 1691. in 4.

THOMAS BONIOANNES Panormitanus Ordinis Prædicatorum, Philosophus, ac Theologus insignis, claruit doctrinâ exultissimus anno 1342. Scripsit ex Bernardo Lucemburgensi, apud Joannem Michaelem Pium *de viris illust. Ord. S. Domin.*

De rerum proprietate librum.

THOMAS BUSCEMUS Saccensis, Societatis Jesu. Natus anno 1619. Societati nomen dedit anno 1637. in qua votorum quatuor professionem emisit 16. Julii 1654. Doctrinâ clarus, pietate clarior, magnam promeruit laudem. Eximiæ charitatis non obscura edidit argumenta, cùm grassante peste in Insula Melitę anno 1676. ad serviendum morbo infectis se exposuit. Decessit Saccæ 14. Julii 1687. relicto magno sui desiderio, tum quia Collegii Saccensis benemeritus; tum etiam quia omnibus gratissimus vixit. Edidit suppresso nomine

Bre-

Brevem ; & Apologeticam Tractatiunculam de Peſte, quæ anno 1676. Melitenſem Inſulam invaſit. Panormi typis Petri de Iſola 1681. in 8.

THOMAS CALONA Panormitanus, Ordinis Capuccinorum, Franciſci Calonæ frater, de quo *tom.* 1. *pag.* 210. natus anno 1599. in Regularem familiam adſcitus eſt Caſtroveterani 15. Novembris 1620. Vir ob doctrinę profunditatē, & ingenii acumen meritò laudum præconiis efferendus. Concinator diſertiſſimus, ſacram eloquentiam è ſuggeſtu mirificè effudit, magno cum auditorum beneficio, ac ſui commendatione. Gravioribus ſcientiis ornatiſſimus, Scholaſticam Theologiam in Panormitano Cœnobio, & alibi pluriès docuit. In ſacris literis, Sanctorumque Patrum libris apprimè verſatus inclaruit. Hæbraicam linguam calluit, ac eruditione plurimùm valuit. Multis naturæ, ac gratiæ donis cumulatus, vivere deſiit Drepani 14. Decembris 1644. Thomam laudant Lucas Wadingus *in Script. Minorum pag.* 323. qui etiam de eo iterum agit *pag.* 327. ſub nomine Thomæ Panormitani, tanquam diverſo: & Dionyſius Genuenſis *in Biblioth. Capuccinor. pag.* 304. Evulgavit opus inſcriptum:

Sacra Ariſtocratici Principatus Idea, ſive Samuel expoſitus in Librum hiſtorialem Judicum, & Catena Moralis articulis efformata conceptuum, aureis anulis difficultatum, dubitationum, ſpeculationum, doctrinarum, eruditionum, Scripturæ Sacræ, SS. PP. ſententiarum complexorum. Ex conceptandi modo noviſſimo, opus noviter excogitatum. Tom. I. Panormi typis Alphonſi de Iſola 1641. in fol. Wadingus, & Dionyſius citati ſcripſiſſe etiam teſtantur

Commentaria Moralia ſuper duodecim Prophetas Minores. Ibidem apùd eumdem 1644. in fol.

THOMAS CALORIA, paſſim THOMAS MESSANENSIS vocatus, utpotè Meſſanæ natus: à conſuetudine, quam cum celeberrimo Franciſco Petrarcha intimè coluit, ſatis notus. Etſi Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.* 1. Thomam Caloriam à Thoma Meſſanenſe diverſum eſſe innuat; nam de his diſtinctè ſcribit: de Thoma enim Meſſanenſe (cujus familiæ nomen ſe haud aſſequutum fatetur) *pag.* 34. de Thoma Caloria *pag.* 37. agit: at ex ejus memoria excidit, id quod Joſephus Bonfilius *in ſua Meſſanæ lib.* 4. *pag.* 32. prodit: nimirùm, Thomam Meſſanenſem, à Petrarcha laudatum, ex familia Caloria Progenitum. Hoc etiam confirmant Franciſcus Flaccomius *in Sicelide ſect.* 2. *pag.* 34. & Petrus Anſalonius *in familia Anſalonia pag.* 207. Eumdem eſſe Thomam Caloriam, ac Thomam Meſſanenſem firma eſt eruditorum ſententia. Thomas itaque Caloria patria Meſſanenſis, claro eſt exortus genere, eodem Anſalonio teſte. Literis ornatiſſimus, ac præſertim humanioribus ſtudiis addictus vixit: ideoque à Bonfilio *cit. lib.* 7. *pag.* 54. & Samperio *cit. lib.* 1. *pag.* 37. inter celebres ævi ſui humanarum literarum candidatos recenſetur. Muſis etiam gratus, Latinè, & Italicè nonnulla cecinit, ut ex dicendis liquidò patet. Bononiæ Juriſprudentiæ operam dedit, Franciſci Petrarchæ ſocius, ex Franciſco Alumno *in Fabrica Mundi pag.* 12. & Joanne Andrea Geſualdo *in expoſit. cap.* 4. *triumphi Amoris Petrarchæ*, quod obtigit circa annum 1323. nam ab anno 1323. ad annum 1325. Petrarcha ſub Joanne Calderia, & Bartholomęo Oſſa Juriſprudentiæ vacavit, ut habet eruditiſſimus Ludovicus Muratorius *in Vita Petrarchæ.* Ibi cum eodem Petrarcha amicitiam contraxit arctiſſimam: quod idem Petrarcha teſtatur *in epiſt. famil. lib.* 4. *epiſt.* 4. *pag.* 630. indolis enim, & ſtudiorum ſimilitudo inter ipſos animi nexum irreſolubilem ingeneravit. Hinc cùm perpendiſſet Hercules Joanninus *in Petrarchiſtæ pag.* 28. quòd pauci in Petrarchæ animo inſedidiſſent, rectè deducit, Thomam magnæ doctrinæ virum fuiſſe. Bononiâ profectus Petrarcha, ut Avinionem rediret, à Thoma viatico eſt adjutus, ut tradit Hieronymus Squarzaficus *in Vita Petrarchæ*. Atſi corpore disjuncti, animo conjunctiſſimi, conceptam benevolentiam mutuis epiſtolis fovere curarunt. Petrarchæ epiſtolas ad Thomam habes inter epiſtolas familiares libri primi, & tertii: has inter præcipuè percurrenda *epiſt.* 1. *lib.* 1. *pag.* 571. cui, ſæculi literarum minus æſtimatoris indignatione execranti, reſpondit, nominis famam ante mortem non eſſe appetendam: & magnum Thomæ ingenium laudans, eidem ſubdit: quod acceſſum ad Robertum Neapolis Regem, ingeniorum, ſtudiorumque æquiſſimum æſtimatorem, Thomæ ſuaderet, niſi non tam freti, quàm belli obice prohiberetur: patria enim Thomæ Meſſana, immò Sicilia tota, inimici Regis imperio ſubjacebat. *In epiſt.* 10. *lib.* 3. *pag.* 612. Thomam honoris, & gloriæ avidum; potentem, ac nobilem; juvenem, & robuſtum, excitare nititur, ut Martis ſtudia amplecteretur, ne otio torperet, ex occaſione belli inter Galliam, & Angliam exorti. Hoc verò anno 1337. accidiſſe docent Philippus Brietius *in annal.* aliique. Idem Petrarcha *in epiſt.* 7. *lib.* 3. *pag.* 610. Amicum ſuum vocat Thomam, cui ejuſdem Petrarchæ animus notus erat. *In epiſt.* 8. *ejuſdem libri pag.* 611. Thomam Poetam eſſe prodit. Romam aliquando incoluit Thomas: eoque tempore accitus Romam Petrarcha, & Pariſium per epiſtolas eodem die acceptas, ut coronationis ornamento ad ſumma efferretur, ancipiti in bivio ſtetit: ac dubius ubinam oblatum honorem reciperet, fluctuante animo conſilium ab amico Thoma expetiit; ejuſque ſententiam amplexus, ut Romæ Poeticam lauream aſſumeret, deliberavit. Romam adiit Petrarcha, non minùs honoris deſiderio, quàm ſummâ cupidine amplectendi Thomam ſuum exſtimulatus: quem veluti unicum ſui gaudium, ac ſummum gloriæ ſuæ ornamentum intuebatur: ſine ipſo enim tanquam ubique exulem ſe putabat Petrarcha; ac paucos annos, quibus ad invicem diſtracti vixerant, multorum ſæculorum vicem tenuiſſe eidem videbatur. Romam appulit Petrarcha in ipſa hyemis ſevitie;

Digitized by Google

ac pelagi furentis æstu: at de omnibus difficultatibus triumphavit amor. Cùm verò egregii Poetæ oculi dulce, ac venerabile sui objectum avidissimè perquirerent, ut solatio esset Thomas eidem, variis curis, rebusque adversis exagitato; is Thomam jam Româ discessisse comperit, in Vasconiam provinciam profectum: ideò à fortunæ insidiis se deceptum censuit, magnumque animi dolorem concepit. Hæc de se ipso habet Petrarcha *in epistolis editis tom.* 3. *operum suorum pag.* 3. *&* 4. Postquam lauream Romæ accepit Petrarcha anno 1341. Thomas Messanam remeavit: ac paulò post Messanæ decessit ex Gesualdo citato. Obiit anno ætatis suæ circiter 37. nam si par erat Thomæ, & Petrarchæ ætas, ut hic innuit *in epist.* 4. *lib.* 4. dum anno ætatis suæ 37. laureâ donatus est Petrarcha, ut ejus vitæ Auctores testantur, circa hunc ætatis annum vivere desiit Thomas: ideoque meritò idem Petrarcha immaturâ morte, in ipso ætatis flore defunctum tradit, *in ep.* 4. *lib.* 4. Messanæ sepulturæ traditus est in Ecclesia S. Mariæ de Monte Carmelo, ex Bonfilio *in sua Messana lib.* 4. *pag.* 32. ibi enim sacellum familiæ Caloriæ fuisse prodit Samperius *in Iconologia lib.* 2. *cap.* 9. *pag.* 182. Mortis nuncium diro animi dolore excepit Petrarcha, ejusque acerbitatem aperuit *in epist.* 4. *lib.* 4. *pag.* 629. *ad Peregrinum Messanensem*, ait enim: *Gravissimam quærelam, epistolæ finibus non contemnam, differre compulsus sum, non est usitatum animi mei vulnus, aut vulgato medicamine revelandum, altiùs in præcordia descendit; observavit enim nocendi locum, ac tempus, & toto pondere ferox incubuit fortuna. Thomamque meum, nunquam mihi sine lachrymis nominandum, eximio flore raræ indolis, fructus uberrimos, & magna rerum incrementa pollicitum. Primo, ut sic dixerim, ætatis verè præripuit. Cujus immaturo obitu, ipse mihi fateor, mortalia cuncta viluerunt. Video quanta rerum nostrarum firmitas, quid mihi nunc sperandum sit, exemplo conjunctissimi fratris admoneor, una ætas erat, idem animus, summa studiorum paritas, incredibilis identitas voluntatum. Unum eramus, uno calle gradiebamur, unum terminum petebamus, unus labor, una spes, una erat intentio, unus utinam finis esset. Hanc acerbissimam fati vim deflere mecum, & profundissimo simul vulneri meo, paria si possum adhibere remedia, meque ipsum meis literis, & justo volumine consolari propositum est mihi. Fecit hoc primus in morte dilectissimæ filiæ M. Cicero, divino illo quidem, & inaccessibili quodam stylo. Fecit idem multis post sæculis in morte fratris Ambrosius: tentare libet modò, si per occupationes liceat, quid in amici morte possit stylus humilior. Interim epigramma, quod postulas, udum fletu accipe: placet, ut super sepulchri lapidem, breve carmen, & super amici corpus dolor meus emineat. Vale.*

Indolis, atq; animi, fœlicem cernite Thomam,
Quem rapuit fati præcipitata dies.
Hunc dederat mundo tellus vicina Peloro,
Abstulit hæc eadem munus avara suum:
Florentemque nova juvenem virtute repentè
Succidit, misero mors inimica mihi.
Anne igitur grates referam pro munere tanto:
Carminibus Siculum littus ad astra ferens?
Anne gemam potiùs simul, indigùorque rapinam
Phœbo? Nihil miseris dulciùs est gemitu.

Idem Petrarcha *in sequenti epist.* 5. *ad Jacobum Messanensem pag.* 630. addit: *Post Thomam meum, fateor, mori volui, nec potui, speravi, sed elusus sum.. Infœliciissimis rumoribus affecto, & optimâ mei parte amissâ, vitam sine illo verè solitariam, atque anxiam, perosus; peropportuna febris affuit, quâ duce, latus usque ad ipsum limen mortis accessi; sed cùm transire vellem, in foribus scriptum erat. Noli adhuc, nondum venit hora tua: continui gradum, & repulsus inde mœstus ad vitam redii. Atque ita sum, ut facilè cernentibus appareat, me invitum vivere; vivo tamen, quòd omnes metuunt, solus sperans, & dolorem meum brevitate consolor.* Demum *in cap.* 4. *triumphi Amoris* Italicè cecinit:

E poi convien, che'l mio dolor distingua:
Volsimi a nostri, e viddi 'l buon Thomasso
Ch'ornò Bologna, ed hor Messina impingua.
O fugace dolcezza, ò viver lasso;
Chi mi ti tolse sì tosto dinanzi,
Senza 'l qual non sapea mover un passo?

Id est, ut Petrarchæ expositores expendunt: Bononiam vivens literarum studiis exornavit; patrium Messanæ solum moriens saginavit. Hìc repellenda Herculis Joannini sententia, qui *in Petrarchista pag.* 34. Thomam nostrum Romanum censuit: cùm enim in epistola Petrarchæ, ante ejus coronationem scripta, legisset: *Itaque tametsi Romam tuam, propriam, & communem omnium*: hæc Italicè reddidit: *quantunque tu fussi andato a Roma tua propria patria, e commune di tutti*: ideoque patriâ Romanum fuisse putavit. At ex dictis, ac præsertim ex ipso Petrarcha satis exploratum est, Thomam Messanæ natum. Celeberrimus Joannes Marius de Crescimbenis *in Comment. histor. Poesis vulg. vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 78. cùm Thomam hunc Messanensem ex amicorum sententia, ex familia Saxo progenitum exhibuisset; attamen rectè ob styli ruditatem, Thomam Saxum alium à Thoma Messanense fuisse dubitavit; ac eximio, quo pollet judicio, Saxum vetustiorem fuisse conjecit. Ex notitiis hactenùs relatis, quas à me in hoc posteriori Bibliothecæ tomo edendis, egregius vir se expectasse prodidit, clariùs horum diversitatem elucere puto: unus enim ex familia Caloria, alium ex stirpe Saxo progenitos; primum recentiorem, secundum vetustiorem fuisse compertum est. De primo satis, de secundo infra suo loco. Ideòque alium ab alio secernit Joannes Vigintimillius *in indice Poetarum Siculorum*. Thomæ Caloriæ vitam edidisse tradit Angelicus Aprosius *in Bibliotheca Aprosiana pag.* 432. Antoninum Mirellum, & Moram Messanensem anno 1666. at nunquam vidi; nec unquam vidisse Messanensium eruditi testati sunt. Scripsit Thomas Italicè

Rime. Ex Alumno, & Gesualdo *loc. cit.* Aliqua ejus carmina extant apud Mauritium de Gregorio *in Rosario Centum Poetarum pag.* 177.

Latinè verò scripsit

Carmina : nam ex citatis Alumno, & Gesualdo Messanæ asservabatur ejus ingens volumen Carminum latinorum

Epistolas. Ex Petrarchæ epistolis.

Hic advertendum puto inter Francisci Petrarchæ epistolas familiares aliquot inveniri ad Thomam Messanensem scriptas, nimirùm in libro 4. *epist*. 9. 10. 11. 12. & 13. in libro 6. *epist*. 6. 7. & 8. in libro 7. *epist*. 2. & 9. Hunc alium à Thoma Caloria fuisse non unâ ratione coniicio, ut ex ipsis epistolis colligere quisque poterit. Cum eo literarias contentiones habuit Petrarcha. Etsi doctrinâ excultissimum, ac ingenio ampliſſimum vocet; attamen, Patrem, Senem, ætate venerabilem, professione clarum appellat. A discipulis cum plausu auditum, ac ab ipsis omniscium existimatum renunciat. Hęc autem Thomæ Caloriæ, in ætatis flore defuncto adaptari haud posse, etiam cœcutientes vident. In graviorum auctorum lectione versatum prædicat idem Petrarcha *in epist*. 9. *lib*. 4. ac sacros, profanosque scriptores studiosè percurrisse prodit. In *epist*. 10. ejusdem libri *pag*. 637. opus elucubrasse ait, in quo S. Hieronymum, D. Augustino præferre conabatur: *In quodam opere tuo probasse te dicis disputatione longissima*. Quis autem alter hic Thomas Messanensis, & quæ peculiariter scripserit, incompertum est.

THOMAS CAMPAILLA Patritius Motycensis, in lucem editus est 7. Aprilis 1668. parentibus nobilibus Antonio Campailla, & Hadriana Jardina. In ipsa pueritia stupidum propè ingenium accepisse videbatur: at cùm ætatis annum undecimum attigisset, quasi è somno excitatus, ingenii vires induit validissimas: ideoque eâ celeritate brevitèr humaniores literas amplexus est, ut supra omnes condiscipulos mirificè sese extulerit, ac tempus frustra absumptum redemerit. Hinc ingenio satis maturo, non inepto, se ornatum prodidit. Aristotelicæ Philosophiæ dicatus inter socios eminuit. At dum huic facultati operam dabat, ab omnium consuetudine abhorrens, in eo totus erat, ut subcesivis hõris, ad animi relaxationem, amœniorum literarum libros, historicos, ac Poeticos sedulò perlustraret. Vir multarum rerum capacissimus, nullo alio nisi se ipso duce, ac magistro, Arithmeticæ, ac Rhetoricæ præcepta didicit: mox Etruscam Poesim, Philosophiam, ac Teologiam Moralem, Geographiam, aliasque scientias mentis vi complexus est. At præcipuũ Scholasticæ Philosophiæ studium non neglexit. Anno ætatis suæ 16. Jurisprudentiæ se tradidit in Catanensi Gymnasio: at quia nulla ipsi inerat ad illud studium animi propensio, huic facultati nuncium remisit. Per aliquot annos Astronomicæ, ac Astrologicæ disciplinæ adhæsit: ac ad summam hujus notitiam se extulit; ut ex centum gentiacis figuris, quas pleno volumine exposuit, videre licet. At cùm hujusce facultatis vanitatem, ac fallaciam animadvertisset, ab eâ animum avertit. Totam elegantissimi ingenii vim Italicæ Poesi intendit, cui animi indoles mirificè propendebat: eoque processu, ut inter egregios Poetas non immeritò sit collocandus. Non dum quartum attigerat ætatis lustrum, cùm Motycensem Academiam eximiis ingenii monumentis fovere curavit: poeticis enim propositionibus, ac responsionibus Poetas omnes excitabat. Anno ætatis 18. drammata nonnulla condidit, non sine plausu audita. Lyrica ejus carmina nedum in Sicilia, verùm etiam in Italia; præsertim Romæ in Academia Cardinalis Petri Octoboni exposita, ac summis laudibus excepta. Decem, & octo ab hinc annis ad recentiorem Philosophiæ methodum, quam summoperè diligit, animum adjecit: eoque præsidio ad naturales, physicas, mechanicas, medicas, chimicasque scientias evectus, insigni eruditione, ac doctrinâ animum locupletavit: tantaque utilitate, ut nõnulla adinvenerit pharmaca saluberrima. Hinc etsi nunquam medicam facultatem exercuisset; attamen in ea ita excellet, ut in gravioribus morbis medicinæ candidati ipsum cõsulere soleant. A publicis Patriæ muneribus semper abhorruit, ne literarum studia intermitteret. At septies Senatoris partes subire coactus est. Vivit vir peregregius ob diuturnam studiorum contentionem, ac corpus nõ satis firmum, stomachi infirmitate, ac hypochondriaca affectione vexatus: doctrinâ, morumque suavitate ornatissimus. Ipsum laudant Balthassar Pisanus *in armoniis ferialib. pag*. 245. & Ignatius de Mazara *in carminib. lyric. pag*. 25. & 46. Edidit Italicè

L'Adamo, overo il Mondo Creato Poema Filosofico. Parte Prima. Catanæ apud Bisagnium 1709. in 8. Cùm autem Josephus Moncata discursum edidisset, in quo sententiæ nostri Thomæ de fermentatione, quam in hoc Poemate cecinerat, se opposuisset; eidem respondit hoc edito opusculo:

Discorso, in cui si risponde alle Oppositioni fattegli dal Signor Dottore D. Giuseppe Moncada, sopra la sua Sentenza della Fermentazione. Panormi apud Antonium Pecoram 1709. in 8.

Del Moto degli Animali, discorso. Parte Prima de' Movimenti Interni. Ibidem apud eumdem 1710. in 12.

Prælo etiam paravit hæc alia:

L'Adamo, overo il Mondo Creato Poema Filosofico. Parte Seconda, Terza, e Quarta.

La Pace tra' Pastori. Dramma.

L'Unione Ipostatica. Dramma.

L'Elmira.
Il Ciro in Babilonia.
Il San Giorgio.
Il San Guglielmo.
Melodrammi.

I Vagiti dell'Ingegno Poesie Varie.

Gli Emblemi.

THOMAS CHAULA, sive CHIAULA Claramontanus, Poeta laureatus, ingenii præstantissimi fœlicitatem egregiè detexit; nam poeticâ vená dives, multa latino carmine cecinit. Claruit ex Thoma Fazello *de reb. Siculis dec*. 1. *lib*.

lib. 10. cap. 2. pag. 228. & Roccho Pirro *in Not. Eccl. Syrac. pag. 259.* ſub Martino Siciliæ Rege, circa annum 1410. At vitam protraxiſſe uſq; ad Alphonſum Aragonium, Siciliæ Regem, nimirùm ad annum 1416. ex opere infra recenſendo clariſſimè patet. Deceſſit in Civitate Raguſæ, ut audivi à Franciſco Paternione Raguſano. Scripſit ex Auctoribus citatis:

Tragœdiarum opus.

Bellum Macedonicum verſu heroico XXIV. libris feliciter abſolutum. Hæc m.ſſ. apud ſe in ſua Bibliotheca aſſervabat idem Fazellus citatus, manu ipſius Thomæ exarata.

Scripſit etiam teſte Antonino Auguſtino opus inſcriptum:

Thomæ Chaulæ Siculi Claramont. De Bello Cimbrico à C. Mario Arpinate geſto lib. X. carmine heroico ad Alphonſum Aragoniæ, & Siciliæ Regem. m.ſ. in fol. in membranis in ſua Bibliotheca cuſtodiebat Auguſtinus laudatus, ut ipſe teſtatur *in Biblioth. Græca, & Latina* m. ſ. *n.* 510.

THOMAS COMES Meſſanenſis, vir pius, qui claruit anno 1618. quo Italicè edidit

Faſcetto fiorito di varii affetti. Meſſanæ apud Jacobum Matthæi 1618. in 12.

THOMAS CORVAJA Tauromenitanus, vir nobilitate, eruditione, & politioribus literis clarus: in poeticis ſtudiis, ac rebus agendis verſatus vixit. Anno 1600. ſenectutem adeptus, annum ætatis ſuæ 72. agebat, ut ex ejus libro apud me m.ſ. infra notando, deducitur. Edidit librum, cui titulus:

Thomæ Corvaæ Siculi in Catonis Præcepta Moralia, & Carmina Commentarius. Neapoli apud Horatium Salvianum 1578. in 4.

Scripſit etiam Italicè

Diſcorſi intorno la deſcritione, & regimento del Regno di Sicilia, & altre notabili particolarità della Politica. m. ſ. in 4. cujus authographum olim Abbatis Antonini Agraz, nunc extat apud me.

Diſcorſi del modo, e cognitione di ſervire nelle Corti di Gran Signori, opera diviſa in tre Parti. Parte Prima. Governo della Corte. Parte Seconda. Avvertimenti, e converſatione civile tra Padrone, e Servidori nel famigliare governo. Parte Terza. Avvertimenti a' Servidori con li loro Padroni. m. ſ. extat apud Blaſium Corvajam Tauromenitanum.

THOMAS FARDELLA Drepanitanus, filius nothus N. Fardellæ Equitis Hieroſolymitani. Juriſprudentiæ dicatus Doctoris inſignia obtinuit. Panormum, ubi ſtudiorum literis operam dabat, deſerere coactus, ob libellum infra recenſendum typis traditum, Meſſanam ſe contulit: ubi Rhetoricæ præcepta docuit in publica illius Urbis Academia. Aliquando Meſſanenſis Magiſtratus fuit à Secretis: & amœnioribus literis inſtructus, Academiis Officinæ, & Radicatorum nomen dedit. Anno 1674. in illius Urbis defectione fedè involutus, exinde profugus Galliam petiit. Cùm Italiam repetiiſſet, Mutinenſis Ducis filios erudivit. Demum Venetiis inſedit, ubi clericali militiæ adſcriptus, ac Sacerdotio initiatus, vivere deſiit circa annum 1694. Edidit Italicè ſub nomine Andreæ Lamoſtolfi

Catania Vindicata, Riſpoſte Apologetiche alle Conjetture, & Argomenti addotti dal P. M. F. Fulgentio Arminio Ageſtiniano, in prova, che la Gran Vergine, e Martire S. Agata ſia nata nella feliciſſima Città di Palermo. Maceratæ apud Sebaſtianum Combum 1656. in 4. at re vera Catanæ apud Biſagnium 1659. Huic libello pleniſſimè reſpondit Joſephus Bonafides Lucenſis Ord. S. Auguſtini in libro inſcripto: *Palermo Patria di S. Agata*, edito Panormi anno 1664. quod advertit Angelicus Aproſius in libro: *La Viſiera Alzata, pag.* 89. ſub Joannis Petri Jacobi Villani nomine typis tradito.

THOMAS FANNUTIUS PICENUMBRUS. Etſi Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag. 556.* quem ſequitur Hieronymus Raguſa *in elogiis Siculor. pag.* 289. & Vincentius Nobilis *in Theſauro Abſcondito de Virgine Drepanitana pag.* 785. Drepanitanum fuiſſe tradat; attamen Leonardus Orlandinus *in deſcrip. Drepani* in addictione, ad operis calcem rejecta, ac *pag.* 37. ſubjungenda, Thomam haud Drepanitanum fuiſſe prodit: at ubi natum non innuit: Poetam verò elegantiſſimi ingenii fuiſſe narrat. In Sicilia natum non una aſtruit conjectura. Edidit ex allatis Auctoribus

Carmina de Drepano dicata Juratis Drepani anno 1518. Hæc ſe legiſſe, ait Leander Albertus *in Inſulis pag.* 52. quorum nonnulla exhibet Joannes Andreas Maſſa *in ſua Sicilia par.* 1. *pag.* 211.

THOMAS FAZELLUS Saccenſis Ordinis Prædicatorum hiſtoricus celeberrimus. Natus anno 1498. Panormi adhuc adoleſcens in Cœnobio S. Dominici Prædicatorum familiæ adjunctus eſt: in qua omnium virtutum, ſcientiarumque ornamento excelluit. Emenſo ſtudiorum curriculo, Philoſophicas, ac Theologicas facultates, quibus inſtructiſſimus fuit, aliis diù addiſcendas tradidit. Patavii Magiſtri lauream aſſequutus, magnâ doctrinæ opinione claruit. Panormi publico ſtipendio Philoſophiam docuit. Amœnioribus etiam literis eruditus, oratoria, hiſtorica, ac poetica gloria enituit. Sacrâ eloquentiâ plurimùm valuit; ideoque per annos ferè quinquaginta in cinerali jejunio egregii concionatoris partes explevit, ab eloquutionis copiâ, ac vi ſummè laudatus; non vulgarem nominis commendationem, animarumque fructum aſſequutus eſt. Studiis ita addictiſſimus vixit, ut ſæpiſſimè in his protrahendis integras noctes inſomnis traduceret. Quotidie inclinatâ jam die vires cibo reficiebat, tenui victu contentus. A plurimis in Ordine obitis honorificè muneribus inſignitèr claruit. Decimum Prioris munere præfuit Cœnobio Panormitano. Semel, & iterum Siculam Provinciam rexit. Anno 1558. in Comitiis Romæ coactis, ad ſupremam Ordinis dignitatem aſſumere Thomam ardenti ſtudio electores exoptabant; ac ſummis precibus, ne electioni

Digitized by Google

obsisteret, virum eximium obsecrarunt: at oblatam Præfecturam constantèr rejecit, ne à literarum studiis avocaretur. Hìc adveni, orantibus respondebat, non ut Generalis essem, sed ut Generalem eligerem. Primus Consultor in S. Officii Tribunali fuit constitutus, postquam Siculi Quæsitores defecere. Saccæ Cœnobium S. Dominici sub Prædicatorum instituto anno 1538. à fundamentis excitavit; ut etiam Monasterium Monialium ejusdem Ordinis. Ejus quoque operâ Cœnobium S. Dominici in Civitate Ennæ constructum est. Morum integritate, prudentiâ, ac consilio plurimùm valuit: ideoque à Siciliæ Dynastis magno amore, magnaque æstimatione prosequutus est. Nec aliæ virtutes religiosissimo viro defuere, quibus mirificè inclaruit. Demùm Panormi piissimè decessit in Cœnobio S. Dominici 8. Aprilis 1570. ejusque funeri, Clerus, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ interfuere; ut eidem defuncto emeritum honorem deferrent. Licèt Jacobus Bosius *in histor. Melitensi par. 3. lib. 9. pag. 171. & lib. 16. pag. 317.* perperàm obtrectetur Fazello; attamen prudentiores ea, quæ contra eumdem scripsit, falsa omninò putant: advertunt enim Bosium, studio propagandi Religionis suæ gloriam, contra Fazellum scripsisse, ut ejus auctoritatem enervaret: ideoque fingit, quòd Fazellus à Hierosolymitano Equite verberibus contusus, indignationem contra Hierosolymitanam Religionem concepit; ac eidem Religioni in historia Sicula detraxit; at paulò post editionem historiæ suæ miserè decessit ab alta turri prolapsus, dum lagænas quasdam fune extollere nitebatur. Ex his à Bosio traditis apertissimè ipsius calumniam conijcere licet; etenim in candidissimo hoc scriptore, viroque tam gravi efficta indignatio, ac mortis genus fidem excedit. Adde in his Bosii lapsum; ait enim, quod Fazellus paulò postquam historiâ edidit, supremum diem obiit: at certò certius post operis sui editionem duodecim annos supervixisse: prodiit enim primùm ejus historia anno 1558. Auctor verò decessit anno 1570. ut ex libris defunctorum Cathedralis Ecclesiæ Panormitanæ patet. Denique in Cœnobio S. Dominici Panormi nullam extitisse turrem pro certo accepi. Contra Bosium Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Agrigent. pag. 337.* Panormi obiisse Fazellum, ac perhonorificè sepultum tradit. Nec ejus laudes reticuere Antonius Senensis *in Biblioth. Ord. Prædic.* Joannes Michael Pius *in progenie S. Dominici in Italia lib. 1. pag. 115. & de viris Illustr. Ord. Prædic. par. 2. lib. 4. pag. 283. & 417.* Antonius Possevinus *in appar. sacr. tom. 3. pag. 305.* Auberus Miræus *de scriptor. sæculi 16. cap. 73. in calce,* Ambrosius Altamuranus *in Biblioth. Ord. Præd. pag. 317.* A Martino del Rio *in disq. magic. lib. 2. quæst. 15. §. hæc ille:* historicus insignis vocatur. Ab Alberto Picciolo *de antiquo jure Eccl. Siculæ, in epist. ad lectorem,* ejus Sicula Historia celebratur: *& par. 2. cap. 21. pag. 149.* appellatur: *Integerrimus testis, in quem nihil dicere possit invidia.* Philippus Cluverius *in epistola ad Siculos,* in ipso Siciliæ antiquæ limine, hæc de suo opere prodit: *Licèt ea re haud perinde opus erat post admirandam illam, ac penè incredibilem nobilissimi patriarum rerum Scriptoris Thomæ Fazelli diligentiam, cui ego paras alios in illustrandis patriarum terrarum antiquitatibus valdè desidero, nec reperio.* Passim verò in toto opere eximium, ac eruditissimum vocat. De eo etiam Pirrus cit. *in Not. Eccl. Catan. pag. 97. & in Not. Eccl. Agrig. pag. 339.* Franciscus Flaccomius *in Sicelide sect. 3. pag. 37.* Ludovicus Morerius *in dict. tom. 1. pag. 1231. & tom. ult. pag. 48.* Gesnerus *in Biblioth. pag. 795.* Joannes Lopez *in histor. S. Domin. par. 5. lib. 2. cap. 60. pag. 370.* Joannes Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom. 4. ind. 2. pag. 287.* aliique. Cùm Romæ esset circa annum 1535. noster Fazellus, Pauli Jovii Episcopi Nucerini precibus, ejusdem Fazelli familiaris, Siculam Historiam scribendam aggressus est, in cujus lucubratione per annos ferè viginti diversatus est: etenim ad explorandam historiæ veritatem, Urbesque, vetustate penitus obrutas, ad historiæ lumen revocandas, Siciliam totam quater, ac plus, sedulò permeavit: eamque ad umbilicum deductam edidit hoc titulo:

F. Thomæ Fazelli Siculi Ord. Prædicatorum, de Rebus Siculis Decades duæ. Panormi typis Matthæi Maidæ 1558. in fol. iterum ibidem apud Matthæum Maidam, & Franciscum Carraram, 1560. in fol. & in volumine inscripto: *Rerum Sicularum Scriptores, & recentiores præcipui.* Francofurti ad Moenum apud And. Wechelum 1579. in fol. Italicè redditum est opus à Remigio Florentino, ac editum Venetiis apud Dominicum, & Joannem Baptistam Guerram 1574. in 4. ac curâ Abb. Martini la Farina Panormitani à mendis expurgatum, iterum prodiit Panormi apud Ciottum 1628. in fol.

Scripsit etiam ex Pio, Possevino, & Altamurano opus

De Regno Christi. At Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Agrig. pag. 337.* Hieronymo Fazello ejus fratri adscribit, ut innui *tom. 1. pag. 276.*

Ex Altamurano etiam *in append. Biblioth. pag. 540.* scripsit

Conciones.

THOMAS GIGLIUS Siculus Musicus. Claruit anno 1600. Hujus extant nonnulla musicis notis condita in libro inscripto: *Infidi lumi, Madrigali a 5. voci di diversi Autori Siciliani.* Panormi apud Joannem Baptistam Maringum 1603. in 4.

THOMAS DE GREGORIO nobilis Messanensis, Eques Ordinis Hierosolymitani, ac Stellæ Messanæ, Commendator, ut vocant Melicucchæ, & Fossani, & Venetiarum Prior. In Equitum Hierosolymitanorum album relatus anno 1618. nedum armis, verùm etiam literis claruit. Amœniores literas coluit, & inter Academicos Officinæ Messanensis effulsit. Floruit anno 1665. De eo Fulgentius Arminius *in vostra Officina lib. 1. pag. 73.* sub nomine Academici

Con-

Digitized by Google

Congl aciati, Silvius Bocconus *in Muſæo Phyſicæ pag.* 203. & Andreas Minutolus *in monumentis Prioratus Meſſ. pag.* 48. & 106. Edidit Italicè

Orazione Funerale nella Morte del Sereniſſimo Cardinale Infante d'Auſtria. e

Panegirico in lode del Glorioſo S. Antonio di Padova. Extant in Proſis Officinæ lib. 2. Neapoli apud Andream Colicchiam 1669. in 4.

Poeſie. In libro: *Le Stravaganze Liriche degli Academici della Fucina. Parte Prima.* Bononiæ apud Joannem Baptiſtam Ferronum 1642. in 4. & in Parte Tertia. Neapoli typis Sebaſtiani de Alecce 1661. in 12. & in libro: *Poeſie Volgari degli Academici della Fucina. Parte Terza.* Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12.

THOMAS JACONA, Hiſpanè *Chacon*, Panormitanus, origine Hiſpanus, claro genere exortus: Patrem habuit Joſephum Jaconam Inſpectorem Generalem Siciliæ, vulgò *Veditore Generale*. Martis, & literarum ſtudia ſequutus, ſui æſtimationem promeruit. In Sicilia Ducem egit tum peditum, tum etiam equitum levis armaturæ. Claruit anno 1665. quo tempore Hiſpanâ linguâ edidit

Breve Relaçion de la Solemniſſima Fieſta, que el Tribunal del S. Officio del Reyno de Siçilia hizo çelebrando la Beatificacion del Gl. Martyr Pedro de Arbues. Panormi apud Didacum Buam 1665. in fol.

THOMAS LEONTINUS. v. Thomas Agnus *pag.* 252.

THOMAS MANNARINUS Panormitanus, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, vir omnibus ſcientiis ſingulariter excultus. A teneris annis cùm inſitum à natura literarum amorem detexiſſet, in Panormitanum Clericorum Seminarium exceptus eſt; ibique in Philoſophiæ, Theologiæ Scholaſticæ, & Moralis ſtudiis, inter condiſcipulos primas obtinuit: ingenio etenim præſtantiſſimo inſtructus, magnam adeptus doctrinam, Philoſophiæ, ac Theologiæ laureâ exornatus eſt. In Regio Sacello S. Petri Palatii Panormitani, Corrandati, ut vocant, beneficio inſignitus, ad Cæſareas, ac Pontificias ſanctiones ſtudium contulit ſuum; ideoque Juris utriuſque lauream aſſequutus, magna de ſe promittere videbatur. At, ut totum Deo ſe conſecraret, abdicatâ rerum temporalium ſpe, ac deſpectis ſæculi honoribus, in Caſinenſi Monaſterio S. Martini de Scalis religioſum inſtitutum amplexus eſt. Ibi in omnium ſcientiarum ſtudio ita profecit, ut celebre ſibi nomen comparaverit. Eruditione, ac eloquentiâ ornatiſſimus emicuit. Virtutibus etiam egregiis animum religioſiſſimè exornavit. Extra Siciliam digreſſus doctrinâ, ac probitatis opinione longè, latèque inclaruit: ideoque à Friderico Borromeo S.R.E. Cardinale, & Archiepiſcopo Mediolani, inter S. Officii Mediolanenſis Conſultores, & Cenſores relatus eſt. Mox in Gebennenſem provinciam ab eodem miſſus, ut in profligandis, ac convertendis ad Catholicam Fidem Hæreticis ſedulò laboraret: non ſine fructu injunctum ſibi munus, impigrè deſudando, peregit. Graviores ſcientias in publicis Patavii, & Bononiæ Academiis per multos annos docuit magnâ nominis celebritate. At cùm Ferdinandus II. Imperator novam Salisburgenſem Academiam fundare meditaretur, ut eamdem Hæreticorum infaniis obiiceret, in Germaniam ab Imperatore accitus eſt: ac in novo Gymnaſio annos ſexdecim omnes ſcientias docuit, ſumma cum doctrinæ laude. Publicâ diſputatione inſtitutâ Imperatoris juſſu coram eodem Imperatore, ejuſque Supremo Concilio, ac ſapientioribus Imperii viris; poſtquam noſter Thomas oppugnationes omnium Religioſorum, ac doctiſſimorum hominum, ad Magiſterii dignitatem anhelantium, doctiſſimè rejeciſſet, Magnus Cancellarius, & Comes Palatinus electus eſt: ipſeque ſolus â Benedictinis honorificentiſſimo Lectoris titulo inſignitus fuit. Poſtquam diù Imperii Academiis præfuiſſet, ac eaſdem doctrinæ ſplendore illuſtraſſet, Fundi Epiſcopus in latio conſtituitur. At honores, quos nō immeritò obtinuit, odium, invidiam, rabiemque ſuccendere Hæreticorum, quos nefarios ſui, & Fidei hoſtes ſemper habuit: ideoque cùm in ſui perniciem conſpiraſſent, ad magicas artes confugere, quibus virum undique egregium, ſtupidum, paralyticum, ac manibus, pedibuſque trementem effecere. Hinc honoribus omnibus, quibus in Germania mirificè effulſerat, in Monachorum ſuorum beneficium renunciatis, Panormum remeavit; & in Cœnobium S. Martini ſeceſſit, ubi aliquando ſemimortuus vixit: ac demum magno literatorum, amicorumque dolore anno 1636. extrema clauſit. Hæc ex Rocchо Pirro *lib.* 4. *Sicil. Sacræ pag.* 200. & Relatione PP. ejuſdem Monaſterii. Typis parata hæc reliquit volumina doctiſſima, nimirùm:

Commentaria in Summam Divi Thomæ.
Commentaria in XII. Prophetas Minores.
In Regulam S. Benedicti Commentarium.
De Privilegiis Congregationis Caſinenſis libri.
De Religionis Nobilitate librum.
Concordiam Juris Canonici, & Civilis in tres tomos digeſtam.
Sermonum, Orationum funebrium, & diſcurſuum hiſtoricorum volumina plura.

Horum nonnulla in Bibliotheca S. Martini m.ſſ. aſſervantur; alia Salisburgi edenda reliquit, & Imperatoris juſſu in Bibliotheca Salisburgenſi ſervata ſunt.

THOMAS MARIA VAGINELLUS. v. Petrus Martyr Scandariatus *pag.* 150.

THOMAS MESSANENSIS, ſive DE MESSANA. v. Thomas Caloria *pag.* 256.

THOMAS DEL MONACO nobilis Drepanitanus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter dictiſſimus. Vir præſtantiſſimo munitus ingenio, in omni ſcientiarum genere apprimè verſatus, excelluit: potiſſimùm verò Philoſophicis, ac Theologicis ſtudiis mirificè eminuit; has enim facultates in Panormitano Lyceo S. Dominici annos quinquaginta docuit, ma-

Digitized by Google

magno cum plausu, ac auditorum concursu. Ea veneratione ejus doctrinam prosequuti sunt viri docti, ut post ejus mortem, nihil aliud in Siciliæ Studiis Philosophiæ, ac Theologiæ Professores discipulis tradidere, nisi, quæ in scholis Thomas noster dictaverat. Per annos etiã quinquaginta claruit S. Officii Consultor, & Censor, & Ordinariorum Vicesgerens. Cœnobium S. Dominici Panormi tertiùm Prioris munere gubernavit; nimirùm an. 1565. 1583. & 1589. Ob singularem doctrinam apud Principes viros, Dynastas, ac Siciliæ Proreges magnâ æstimatione valuit. Doctrinam vitę integritate plurimùm exornavit: virtutes enim omnes impensiùs colere studuit: abstinentiâ præsertim singulari, ac mirâ humilitate effulsit: ideoque à Siciliæ Proregibus ad Catholicum Regem propositus, ut Catanensis Episcopus, ac Panormitanus Archiepiscopus deligeretur; & à Sum. Pontificibus ad Sacri Palatii Magisterium assumptus, ampliſſimas dignitates constantissimè respuit. Panormi in eodem Cœnobio S. Dominici anno 1613. vir celeberrimus sanctè decessit, anno ætatis 95. Thomam meritò laudant Leonardus Orlandinus *in descrip. Drepani pag.* 51. Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 555. Joannes Michael Pius *de viris Illustr. S. Domin. par.* 2. *lib.* 4. *pag.* 377. Joannes Lopez *in hist. S. Domin. par.* 5. *lib.* 2. *cap.* 60. Augustinus Oldoinus *in addit. ad Ciacconium de vitis Pontif. tom.* 2. *pag.* 288. & Vincentius Nobilis *in Thesauro abscondito de Virg. Drep. cap.* 23. *pag.* 790. Scripsit ex Pirro, & Pio cit.

Logicam. Cursum Philosophicum.

Nonnulla Theologica, & alia.

Mauritius de Gregorio in libro: *Condottiero de' Predicatori pag.* 263. citat nostri Thomæ

Commentaria in 1. 2. *&* 2. 2. *D. Thomæ.*

In Bibliotheca Seminarii Panormitani hæc asservantur m. ſſ.

Summulę ex libris Petri Hispani, & Post. in 4.

Expositio Prædicamentorum Aristotelis. in 4.

Dilucidissima expositio in libros Posteriorum Aristotelis. in 4.

In Geographiam liber. in 4.

THOMAS MONCATA. v. *tom.* 1. *pag.* 366. Joannes Antonius Moncata: at corrige Typographi incuriam, ac lege: Joannes Thomas Moncata.

THOMAS PANORMITANUS. v. Thomas Mannarinus *pag.* 261.

THOMAS SANCHEZ DE HARO Patritius Syracusanus, ex privilegio Messanensis, Juris utriusque Doctor, ac Poeta eximius. Obiit repentina morte sublatus Syracusis 14. Martii 1687. & in Ecclesia Capuccinorum sepultus est. Edidit Italicè

La Verità Repudiata, componimento drammatico musicale. Venetiis apud Joannem Jacobum Hertz 1670. in 12.

Alia scripsit Poetica, quorum nomina non sum assequutus.

THOMAS DE S. RAYMUNDO Cephalæditanus, ex nobili familia Federici, Ordinis Reformatorum Excalceatorum S. Mariæ de Mercede. Natus anno 1617. Religionis habitum accepit Messanæ 23. Junii 1632. ac solemnia emisit vota 24. Junii 1634. Gravioribus studiis dicatus, acceptam doctrinam exinde Sodalibus suis tradidit, Philosophiæ, ac Theologiæ Lector constitutus. Concionatorem etiam egit, in nonnullis Siciliæ Civitatibus: ideoque ob doctrinam in scholis effusam, & ob eloquentiam è suggestu diffusam, haud modicam sibi laudem comparavit. Pluribus Cœnobiis præfuit: Vice-Provincialis, & Provincialis munere in Sicilia effulsit: ac ad Definitoris Generalis gradum evectus, sui æstimationem assequutus est. Inter S. Officii Consultores relatus etiam inclaruit. Obiit Panormi 30. Julii 1680. Ipsum laudat Placidus Reina *in hist. Messanæ par.* 2. *pag.* 107. Typis tradidit Italicè

La destra favoreggiante. Discorso sopra la Lettera mandata alla Nob. ed Esemp. Città di Messina dalla Genitrice di Dio sempre Vergine Maria. Messanæ apud Jacobum de Matthæis 1651. in 4.

THOMAS SAXUS Messanensis, Poeta ex antiquioribus, qui Etrusco carmine cecinere. Alius à Thoma Messanense, Francisci Petrarchæ intimo amico: Primus enim antiquior, Secundus recentior: hic, de quo agimus, ex familia Saxo, alius ex familia Caloria fuit. Unum ab alio distinguit Joannes Vigintimillius *in Indice Poetarum Siculorum*. Oculatissimus Joannes Marius de Crescimbenis *in comment. histor. Poesis vulgaris vol.* 2. *par.* 2. *pag.* 78. dubitationem hujus diversitatis concepit; rectè enim ob styli formam penitus inornatam, alium esse Thomam Saxum à Thoma Messanense indicavit. De hac re vide superiùs dicta, ubi de Thoma Messanense *pag.* 257. Claruit Thomas Saxus circa annum 1220. nam, ut idem de Crescimbenis *loc. cit.* ait, ejus carmina tempus Petri de Vineis, & Guidi Guinicelli olent, qui eo vixere tempore: nempè quando Italica Poesis adhuc rudis oriebatur: quod ex stylo omnimodè incultu doctissimè conjecit. Rectè Hieronymus Ragusa *in elogiis Siculor. pag.* 289. *& in Siciliæ Biblioth. Vet. pag.* 274. eo tempore floruisse tradit, quando Italica Poesis vagiebat in cunis: at, carmina scripsisse, addit, jucunda quidem, & lacteæ venæ: quod non concedet nec idem de Crescimbenis, nec alius ex doctioribus Poetis: inculta etenim ejus carmina non sine animi nausea leguntur: etsi citatus Crescimbenius, hæc, si Thomæ Messanensi ætate posteriori debentur, suspicetur ab amanuensibus, barbaris, & longobardis vocibus fœdata. De eo etiam laudatus Auctor *in hist. Poes. Vulg. lib.* 4. *pag.* 290. Extant Thomæ Saxi

Rime. In libro: *Poeti Antichi raccolti da' Codici m. ſſ. della Bibliotheca Vaticana, e Barberina da Monſ. Leone Allacci.* Neapoli apud Sebastianum de Alecce 1661. in 8. & ex eo Crescimbenius *in comm. hist. Poes. Vulg. vol.* 3. *pag.* 83.

THOMAS SCHIFALDUS nobilis Lilybœtanus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, Orator egregius, ac Poe-

Digitized by Google

ta laureatus. Doctrinâ apprimè excultus, ac virtutibus ornatissimus, maximam apud omnes æstimationem assequutus est: ideoque in Sicilia S. Officii Quæsitor fuit constitutus, ut ex Rocco Pirro *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 562. Joanne Michaele Pio *in Progenie S. Domin. in Italia lib.* 1. *pag.* 115. Joanne Baptista de Franchis *in indice auctorum ante vitam B. Petri Hieremiæ deducimus*; quibus adde Hieronymum Ragusam *in elogiis Siculor. pag.* 290. *& in Sicilię Biblioth. Vet. pag.* 275. Alia subjungam ex Joanne Jacobo Adria, qui in libro m. s. *de Valle Mazariæ*, tradit, quòd Schifaldus amœnioribus literis planè instructissimus claruit: his autem eruditus fuit à Francisco Patritio (seniore videlicet, qui anno 1460. Cajetanus Episcopus renunciatus est. Consule Ferdinandum Ughellum *in Italia sacra tom.* 1. *pag.* 587. & Jacobum Gaddum *de scriptorib. tom.* 2. *pag.* 148.) Politioribus literis multos instruxit; inter quos idem claruit Adria; qui addit, tępore Schifaldi, ejus operâ linguæ latinæ nitorem in Sicilia mirificè efflorvisse: omnesque illius ævi Doctores, ac Vates ab ipso humaniores literas didicisse, qui ex ejus schola doctissimi prodiere. Cùm autem anno 1494. Alphonsus Neapolis Rex Mazariam appulisset, ibi Schifaldum docentem invenit, cujus consuetudine Rex jacentem animum reficiebat. Tunc Alphonsus secum deduxit Albinum quemdam Poetam suum: qui honestâ æmulatione poetica studia Schifaldi plurimùm fovit; alter enim alteri multa latino carmine scripsit. Hæc ex Adria. Claruit Schifaldus usque ad annum 1495. at ubi, quove anno decesserit, incompertum est. Scripsit

Vitam B. Petri Hieremiæ Panormitani Ordinis Prædicatorum. Hanc prodiit primùm *in Vitis SS. Siculorum Octavii Cajetani tom.* 2. *à pag.* 254. sed tacito Auctoris nomine; ait enim Cajetanus, conditam à Scriptore Anonymo, sed Synchrono. Exinde recusa est *in Actis SS. Marcii Joannis Bollandi tom.* 1. *à pag.* 294. At ejus Auctor fuit Schifaldus, ut testantur citati de Franchis, & Ragusa. Scripsit etiam ex his, ut etiam ex Pirro cit.

De Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum. m. s. in 4. servatur in Bibliotheca Cœnobii S. Dominici Panormi. Hoc etiam, vel aliud alterius operis exemplar, apud se habebat Andreas Hortolanus Jurisperitus, cui titulus: *Chronicon Provinciæ Siculæ de Illustribus S. Dominici Viris*, teste Francisco Baronio *de majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 146. Hujus operis fragmenta quædam exscribit citatus de Franchis *in Vita B. Petri Hieremiæ pag.* 75. 76. 150. 151. 179. 185. *&* 206. Scripsit etiam ex Adria cit.

Bucolicam in plures Eclogas distributam.

De Adventu Caroli Magnanimi Regis Franciæ, qui expulit ex Neapoli Regem Alphonsú, librú.

Artem Metricam, de mensura pedum metri cujuscumque generis.

Commentaria in Psalmos.

Epigrammata in Albinum Regis Alphonsi Poetam.

Elegias.

Commentaria in Juvenalem Poetam.

Sebastianus Bagolinus in libro m. s. cui nomen; *Il Moncada*, scripsisse ait:

Commentariolos in Persium Satyricorum Principem, ad Joannem Thomam Montecatinum Illustrissimum, Regiumque Adolescentem, anno à Jesu Christo MCCCCLXI. cujus operis epistolam nuncupatoriam Bagolinus exscribit. Servatur opus m. s. Alcami; ut ex relatione mihi transmissa habeo; in cujus fine legitur: *MCCCCLXXII. mensis Julii* 11. *ind. anno à Nativitate Domini Alcami hoc opus transcripsit Jacobus Adragna terræ Alcami.* Et Bagolini manu additum est, etiam elucubrasse Schifaldum

Commentum in Horatium.

THOMAS SPATAFORA Messanensis, Eques Hierosolymitanus, Academicus Officinæ Messanensis. Musas egregiè coluit, claruitque anno 1670. Edidit Italicè

Rime. In libro: *Il Duello delle Muse, overo Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento I. e II.* Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1668. in 4. *Trattenimento III.* Neapoli typis Andreæ Colichiæ 1670. in 4. & *Trattenimento V.* Ibidem, apud eumdem 1671. in 4.

THOMAS TAMBURINUS Calatanissetensis, Societatis Jesu, in lucem editus 6. Martii anno 1591. Societatis institutum amplexus est 25. Septembris 1606. & votorum quatuor professionem emisit. Ingenii præstantissimi beneficio ita in gravioribus disciplinis addiscendis profecit, ut exinde biennio Rhetoricæ præcepta Societatis Junioribus tradiderit: doctrinâ verò cumulatissimus, quatriennio Philosophiam, septemnio Scholasticam Theologiam, ac septemdecim annis Moralem Theologiam magno cum discipulorum progressu, ac plausu in Collegiis Panormitano, & Messanense docuit. Diù etiam claruit Studiorum Præfectus. In S. Inquisitionis Siculæ Senatu fuit Consultor, & Censor; ac Archiepiscopalis Curiæ Panormi, & Montis-Regalis Examinator. Prudentiâ ornatus Collegia Panormi, Messanæ, Montis-Regalis, & Calatanissetæ Rectoris munere gubernavit. A Sicula Provincia electus, Romæ Undecimæ Congregationi Generali interfuit. Doctrinam sanè egregiam virtutum splendore plurimùm illustravit: ideoque morum sanctimoniâ omnibus præfulsit, tanquam regularis observantiæ exemplar. Etsi maximis distractus curis, rerum divinarum meditationes, ac preces nunquam neglexit. Admirabilem conscientiæ candorem studiosissimè illibatum servavit; qui, ex ejus facie, oculis, ac sermone prosiliens, elucebat. Hinc Confessarius quid in illo absolveret persæpè desudabat. Summâ vigilantiâ instituti sui leges adamussim custodire curavit: nec aliquid, etsi parvi momenti, sine Superiorum veniâ aggrediebatur. Patientia in eo eluxit eximia; ejusque animi lenitatem nunquam res adversæ labefactarunt. Pietatem coluit summam; & ne la-

Digitized by Google

tum quidem unguem à divina voluntate ſecedebat: quod in extremo morbo facilè dexerit; cùm enim quidam in ſpem vocaret Thomam, fore, ut breviter ad priſtinam valetudinem revocaretur, reſpondit: ſive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. Anno ætatis ſuæ 84. deceſſit vir celeberrimus in Panormitano Collegio 10. Octobris 1675. Pietatis ſuæ monumentum, & amoris erga literarum ſtudia, moriens reliquit; ſacellum etenim Deiparæ ſacrum in Eccleſia Collegii Calataniſſetenſis, ac ejuſdem Bibliothecam annuis redditibus adauxit. Ipſum laudant Natanael Sotuellus *in Biblioth. Soc. Jeſu pag.* 769. Antonius Fortis *in epigramm. pag.* 120. & Franciſcus Marcheſius *in Sacerdote in Villa cap.* 1. *ſect.* 3. *ſubſect.* 5. *n.* 286. *pag.* 232. Tamburini opera, cùm Doctiorum manibus paſſim terantur, præcipuas ipſorum editiones indicare ſat erit. Ejus opuſcula ſeorſim primùm prodiere, variis in locis edita: at exinde in unum collecta volumen typis tradita ſunt; hoc appoſito titulo:

Opuſcula Tria de Confeſſione, Communione, & Sacrificio Miſſæ. Panormi apud Petrum Coppolam 1649. in fol. Lugduni 1669. in fol. & alibi. Ex his: *Methodum expeditæ Confeſſionis*, vicies recuſam vidit Auctor, ut notat Sotuellus. Edidit etiam hæc alia inſcripta:

Juris Divini, Naturalis, & Eccleſiaſtici expedita moralis Explicatio, complectens Tractationes Tres, de Sacramentis, quæ ſunt de Jure Divino, de Contractibus, quos dirigit Jus Naturale, de Cenſuris, & Irregularitate, quæ ſunt de Jure Eccleſiaſtico. Panormi apud Didacum Buam 1661. in fol. Duaci 1663. Coloniæ 1665. in 4. Lugduni 1669. in fol.

Expedita Decalogi Explicatio, libris decem digeſta. Venetiis apud Turrinum 1654. in fol. & Lugduni 1669. in fol.

Tractatus de Bulla Cruciatæ, cum Additionibus ad omnia Opera Auctoris. Panormi apud Andream Colicchiam 1663. in 4.

Germana Doctrina R. P. Thomæ Tamburini, edita à R. D. Lucio San Marco Calataniſſetenſi. Ibidem typis Auguſtini Boſſii 1666. in 4. Opus hoc, etſi ſub nomine dicti Lucii, ejuſdem Tamburini diſcipuli, prodierit, attamen nemo dubitat Tamburini fœtum eſſe.

Hæ omnes Tamburini lucubrationes ſimul collectæ, ac duobus Tomis compræhenſæ, pluriès typis evulgatę ſunt Venetiis apud Blaſium Malduram 1694. in fol. Ludguni 1689. & alibi.

Scripſit etiam

Tractatus Quinque in Quinque Eccleſiæ Præcepta. Opus Poſthumum. Panormi apud Dominicum Angleſem, & Leonem 1694. in 4. Venetiis apud Nicolaum Pezzanam 1696. in fol. Mediolani 1695. in 4. Dilinguæ 1697. in 4. Exinde in recentioribus editionibus opus hoc aliis Tamburini lucubrationibus ſimul editis, additum eſt.

Italicè reddidit

Della Conſolatione della Filoſofia di Anicio Manilio Boetio libri cinque. Panormi apud Joſephum Biſagnium 1657. in 12.

Ragguagli delli Ritratti della SS. Vergine Noſtra Signora più celebri, che ſi riveriſcono in varie Chieſe nell' Iſola di Sicilia. Opera poſtuma del R. P. Ottavio Cajetano della Compagnia di Gieſù. Traſportata nella lingua volgare. Ibidem apud Andream Colicchiã 1664. in 4. ſuppreſſo nomine. In Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jeſu, ſervantur etiam m. ſ.

Tractatus de Jubileo. Italicè

L' Anno de' Giorni Memorabili ſcritto dal P. Gio: Nadaſi della Compagnia di Gieſù, tradotto in Italiano.

THOMAS TEDESCHIUS nobilis Catanenſis, Sacræ Theologiæ Doctor; gravioribus diſciplinis apprimè excultus, Scholaſticam Theologiam in publica Catanenſi Academia per plures annos docuit. Examinatorem etiam Synodalem egit in Diœceſi Catanenſi. Claruit anno 1669. Edidit Italicè

Brieve Ragguaglio degl' Incendii di Mongibello avvenuti nell' anno 1669. Neapoli apud Ægidium Longum 1669. in 4.

THOMAS TROPIANUS Panormitanus, Beneficiatus, &, ut vocant, Vivanderius Cathedralis Eccleſiæ Panormi. Sacerdos à virtutum ornamento laudatus: in execratione peragenda contra malos genios peritus, charitatis officia piiſſimè exercuit. Obiit Panormi 11. Julii 1599. & ante portam meridionalem ejuſdem Cathedralis ſepultus eſt. Evulgavit

Compendium Conjurationis contra Dæmones vexantes humana corpora, in quo continentur quatuor exorciſmi, ſeu conjurationes pulcherrimæ. Panormi typis Joannis Baptiſtæ Maringhi 1598. in 8.

THYRSIS Ætnæus Paſtor, & Poeta Bucolicus, ex Plotio *de metris tit. de Exametro Bucolico*, adinvenit *Bucholicum Exametrum*, quod carminis genus, ut obſervat Joannes Vigintimillius *de Poetis Siculis Bucolicis cap.* 8. *pag.* 60. exinde è Siculis tuguriolis in Græcas, ac Latias Regias invectum, eaſdem mirificè exornavit. Eâ nominis famâ claruit, ut Bucolicorum rerum Scriptores hunc in eorum idyllis dulciter canentem propoſuerint. Inter hos Theocritus *in idyll.* 1. qui ait:

Incipite Bucolicũ, o dulces Muſæ, incipite carmen,
Thyrſis hic ille ab Ætna, & Thyſidis hęc vox eſt.

Hoc in idyllio funebri lamentatione Daphnidis mortem deflentem introductum notat idem Vigintimillius *cit. cap.* 9. *pag.* 76. Id etiam præſtitit Virgilius *eclog.* 7. De Thyrſo etiam Antonius Mancinellus *in eclog.* 5. *Virgilii*, apud Vigintimillium *cap.* 20. *pag.* 164.

TIMÆUS Tauromenitanus. Tauromenitanum fuiſſe tradunt Strabo, & Lucianus apud Bonannum *in Syrac. ill. p.* 301. Athenæus *lib.* 2. & alibi, Plutarchus *in opuſc. de exilio*, Suidas *tom.* 2. *pag.* 910. Joſias Simlerus *in epit. Biblioth.* Conradi Geſneri *pag.* 176. Volaterranus *in anthrop. lib.* 20. *pag.* 282. Fazellus *de reb. Sicul. dec.* 1. lib.

Digitized by Google

lib. 2. *cap.* 3. *pag.* 54. Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 19. Goltzius *in hist. post. Sic. pag.* 91. Vossius *de hist. Græc. lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 82. aliique. At ex Diodoro Siculo *in eclog. lib.* 21. Syracusanum fuisse tradit Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 301. Longè ab his discedit Petrus Ricordatus, qui *in histor. monast. die* 4. *pag.* 447. Panormitanum fuisse voluit, ac Thimoteum vocavit. Hoc nomine etiam vocatum comperies à Lascare cit. & Vincentio Littara *in Corrad. lib.* 3. *pag.* 153. sed à Bonanno reiiciuntur. Patrem habuit Andromacum, ex Diodoro Siculo *lib.* 16. *n.* 7. Plutarcho *in vita Timoleontis*, aliisque, qui ex Naxi reliquiis Tauromenium condidisse tradunt. Philistum Milesium audivit Suida teste. Vincentius Mirabella *in Syracus. par.* 2. *pag.* 14. Timæum Philosophum vocat, ex Strabone: at Bonannus *cit. pag.* 302. observat, Timæum à Strabone *lib.* 6. citari, non ut Philosophum, sed ut Historicum; Timæus verò Philosophus, à nostro diversus, patriâ Locrensis, ante Siculum Timæum claruit; eumque Plato loquentem proponit in Dialogo, cui ejus nomen imposuit. At veniâ dignum putat Mirabellam idem Bonannus; fortasse enim Strabonis codice usus est, ex versione Guarini Veronensis, qui latinè vertit: *Timæum Philosophum*. Lascaris, Littara, & Ricordatus, Oratorem fuisse renunciant, ac meritò; nam Philistum Milesium audivit, qui ex Suida oratoria arte excelluit, inter Isocratis discipulos recensitus: quod prodit Carolus Stephanus *in dict. pag. mihi* 1591. & ab operibus à Timæo scriptis, facilè deduditur. Ab Agathocle Syracusarum Rege Siciliâ expulsus, exul Athenas appulit; ibique majorem operum suarum partem scripsit, ex Plutarcho *de exilio*, & Suida cit. Historias suas partim laude, partim vituperatione dignas censuit Diodorus *lib.* 5. *n.* 1. in temporum enim supputatione exquisitam adhibuit curam; & ut varia abundaret rerum cognitione, solicitè desudavit: at ob intempestivas, ac verbosas reprehensiones, jurè etiam ipse reprehensus est. Ob nimiam censurandi libidinem, & acerbitatem, Epitimæus, id est Taxator, & objurgator, à nonnullis vocatus fuit. Idem Diodorus *lib.* 13. *n.* 90. ejus acerbitatem, quâ usus est in taxandis historicorum peccatis, objurgat. Hanc ipsam Timæi dicacitatem in carpendis historicorum scriptis, ac nomen prædictum ab Athenienſibus adeptum, notat Suidas. A Strabone *lib.* 14. invidus, calumniator, ac veritatis inimicus vocatur: & ob maledicentiam Epitimæi nomen sibi comparasse addit. Hoc nomine etiam vocatum tradunt Lascaris, Goltzius, Fazellus, Gesnerus, aliique. Eâdem maledicentiæ, & mendacii notâ fugillatur à Polybio *lib.* 12. Clemente Alexandrino *strom. lib.* 1. Plutarcho *in Dione*, Cornelio Nepote *in Alcibiade*, Photio *in Biblioth. cod.* 245. & Cœlio Rhodigino *in lect. antiq. lib.* 10. *cap.* 17. Ex nonnullis colligit Bonannus cit. Timæum aliorum errata detexisse, ac acerbissimè insectasse; præsertim Ephori, Homeri, Aristotelis, & Dionysii minoris. De Ephoro idem notat Suidas: de Aristotele Isaacus Casaubonus *in Athenæum lib.* 8. *cap.* 6. *pag.* 595. Eam de se ipso opinionem conceperat, ait Plutarchus *in Nicia*, ut Tucydidem, & Philistum se in historiis superasse jactaverit: at vituperatione se dignum prodidit, cùm descendisset ad res penè pueriles describendas, ab historica gravitate alienas: ut etiam quia conviciis suis non pepercerit Philisto, Aristoteli, & Platoni. Laertius *in Empedoclis vita*, hunc etiam momordisse scribit. Hesychius Milesius *de iis, qui eruditionis famâ claruere*, Suidas, Vossius, & Gesnerus tradunt, quòd vocatus est covitio Graosylectria, idest Anus collectrix, eo quod trivialia, & obvia quæque colligeret, & in historiis referret, velut anilia fabulamenta. Fabulosum fuisse censuit Cato *in orig.* Vossius *loc. cit.* censuram Longini exhibet, qui Timæum frigidum fuisse putavit: at laude dignissimum in aliis historicę artis partibus: ac styli magnificentiâ aliquando non caruisse existimavit: eruditione, & prudentiâ valuisse; nimis verò propensum ad reprehendendos aliorum errores; ideoque nimium puerilem fuisse opinatus est. Attamen non prætermittam Tullii laudes, quibus Timæum perbellè exornat; is enim *de Oratore lib.* 2. ait: *Post Callisthenem Timæus longè eruditissimus, & rerum copiâ, & sententiarum varietate, & ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit.* Et *in Bruto: Genera*, inquit, *Asiaticæ dictionis duo sunt: unum sententiosum, & argutum, sententiis non tam gravibus, & severis, quàm concinnis, & venustis; qualis in historia Timæus.* Claruit Timæus sub Ptolomæo Lagi filio, & Ptolomæo Philadelpho, ex Vossio *cit. pag.* 81. nimirùm olymp. 120. ex Bonanno *cit. pag.* 303. ante Christum natum an. 292. vel ex Augustino Invegio *in appar. ad annal. Sicul. pag.* 38. an. 296. At ulterius supervixisse proditum est; nam Polybius *lib.* 1. ab eodem Bonanno citatus *pag.* 301. tradit, Timæum historiam suam produxisse usque ad olymp. 129. ante Virginis puerperium an. 260. Decessit anno ætatis suæ 96. ex Luciano *in Macrobiis pag. mihi* 635. Scripsit Timæus ex Suida *to.* 2. *pag.* 911. Gesnero, Vossio, Lascare, Fazello, Bonanno, aliisque

Collectionem, & Compendium Rhetoricorum Argumentorum lib. LXVIII. Id ipsum habet Petrus Angelus Spera *de nobil. Profess. Grammatica lib.* 4. *pag.* 313. qui *pag.* 271. ex typographi errore libris XVIII. hoc opus comprehensum tradidit. Lascaris, & Ricordatus scripsisse addũt

Alia ad Artem Oratoriam necessaria.

Majorem nominis celebritatem adeptus est ex historiis ab eo scriptis. Ex Dionysio Halicarnassæo *lib.* 1. *hist. Res priscas complexus est universali Historiâ.* Præcipuè verò scripsit

De Syria, & ejus Urbibus, & Regibus libros III. Ex Suida, Vossio, & Gesnero.

Olympionicas, seu Acta Chronica. Ex auctoribus citatis.

De Rebus Italicis, & Siculis libros VIII. Ex

ſdem, cum Laſcare, Goltzio, & Bonanno. At Fazellus, & Ricordatus, libros XX. ſcripſiſſe volunt. Sanè Diodorus Siculus *lib.* 13. *n.* 83. librum 15. citat.

Græca, & Sicula. Ex Suida, Geſnero, & Voſſio. In hoc & ſuperiori opere Hiſtoriam Siculam complexus eſt: in primo verò Romanas etiam hiſtorias narravit, eaque à Romanis in Sicilia patrata, tempore primi belli Punici: in ſecundo bella inter Græcos, & Siculos habita. Voſſius ab Antigono *lib.* 1. & Parthenio *cret.* 29. citari notat: at quod ex his duobus operibus citent, non ſatis liquet. In ſecundo opere ubi res geſtas Græcorum, & Siculorum ſcripſit, veritatis candorem ſtudiosè dilexit: at in ultimis quinque libris, ubi Agathoclis Regis geſta narranda aggreſſus eſt, à veritate deflexit: nam ab Agathocle in exilium pulſus, ut injuriam acceptam vindicaret, undique occaſionem arripuit calumniandi omnia, ab eo perpetrata; bellicam ejus gloriam obumbrare curavit; & conceptum in eumdem odium effudit: ut habent Suidas, Voſſius *loc. cit. & lib.* 1. *cap.* 11. *pag.* 69. Polybius *lib.* 12. & Diodorus in fragmentis ab Henrico Valeſio editis cum aliis aliorum fragmentis *pag.* 259. De hoc opere intellige Volaterranum *lib.* 20. *anthropol pag.* 180. & Joannem Raviſium Textorem *in offic. tit.* 6. *de Hiſtoriographis*, ubi *Res Græcas* ſcripſiſſe tradunt.

De Romanorum Bello cum Pyrro Epirotarum Rege Commentarium: teſte Dionyſio Halicarnaſſæo *in præf. antiq. Roman.* à quo etiam citatur *lib.* 1. Hoc opus à Tullio memoratur *lib.* 5. *epiſt.* 12. *ad Luccejum*, & à Voſſio *cit. pag.* 83. qui à Gellio citari putat *in noct. Atticis lib.* 11. *cap.* 1. ubi ait, Timæum ſcripſiſſe *de Rebus Populi Romani.* Volaterranus, cum Raviſio, & Fazello *cit. pag.* 51. ſcribit, à Timæo ſcriptum *Bellum Thebanum*, quod auctoritate Ciceronis ex loco nuper citato firmat: at, ut Voſſius obſervat, eo in loco Cicero opus *de Romanorum bello* citat.

De Hiſtoricorum Erroribus librum. Ex Laſcare, Goltzio, & Ricordato. Natalis Comes *in indice mythol.* Timæum ſcripſiſſe ait, præter hiſtorias de rebus Siculis, & Italicis

De Rebus Deliacis. Edidit etiam

De Deorum Progenie librum. Ex Macrobio *in Somn. Scipionis lib.* 1. *cap.* 2.

Græcorum, & Perſarum Res geſtas. Ex appendice ad *Biblioth. Geſneri pag.* 101.

De vocibus apud Platonem alphabeti ſerie breve Opuſculum. Ex Photio *in Biblioth. cod.* 151. *pag.* 322. Putat Voſſius *de hiſtor. Græcis lib.* 4. *cap.* 8. *pag.* 459. & Reineſius *lib.* 3. *var. lect. cap.* 2. *pag.* 345. hujuſce operis auctorem non fuiſſe Timæum Locrum; ſed vel Timæum noſtrum, vel alium ab utroque diverſum; atque iis juniorem. Joannes Meurſius *in notis ad Nicomachi lib.* 1. Timæo Locro adſcribit: quod non approbat Joannes Mollerus *de Scriptorib. Homonymis cap.* 3. *n.* 75. *pag.* 344. At Timæo Cyziceno, Platonis Auditori, Demochari memoraro apud Athenæum *lib.* 11. *cap.* 15. deberi conjectat Joannes Jonſius *lib.* 1. *de ſcrip. hiſt. Philoſoph. cap.* 6. *pag.* 32. ut idem Mollerus obſervat.

Fazellus ait, Hiſtorias Timæi inveniri ſolùm linguâ Græcâ, quas ſe non vidiſſe fatetur: at deperditas puto; nullus enim ubi nam exſtent indicavit. Fragmenta quædam invenies apud Zenodotum à Bonanno allatum *pag.* 303. Apud Natalem Comitem *lib.* 1. *mythol. cap.* 10. *pag.* 24. Apud Athenæum *lib.* 6. *cap.* 18. *pag.* 264. ubi ejus nonum librum citat; ut etiam *lib.* 4. *cap.* 17. *pag.* 163. Alibi quoque nonnullos Timæi libros hiſtoriarum in teſtimonium adducit, nimirùm: librum primum, *lib.* 4. *cap.* 13. *pag.* 153. librum tertium, *lib.* 6. *cap.* 20. *pag.* 272. librum ſeptimum, *lib.* 13. *cap.* 3. *pag.* 573. *& lib.* 12. *cap.* 11. *pag.* 541. librum decimumtertium, *lib.* 7. *cap.* 22. *pag.* 327. *& lib.* 13. *cap.* 6. *pag.* 589. librum vigeſimumſecundum, *lib.* 6. *cap.* 13. *pag.* 250. librum vigeſimumoctavum, *lib.* 11. *cap.* 6. *pag.* 471. alibi etiam ſine libri peculiaris notâ. Ex Timæo nonnulla excerpſit Joannes Stobæus, quæ in ſermonibus ſuis retulit, teſte Photio *in Biblioth. cod.* 167. *pag.* 372. Librum Timæi trigeſimumoctavum citat Suidas apud Bonannum *cit. pag.* 301. Auguſtinus Inveges *in appar. ad annal. Siculor. pag.* 38. ſcripſiſſe tradit libros hiſtoriarum XL. ex Polybio *lib.* 3. at apud Polybium id non invenies in libro citato. Timæum etiam citant Cicero *de nat. Deorum lib.* 2. Strabo *lib.* 4. 5. 6. & alibi, Joſephus *contra Appionem lib.* 2. Parthenius de Nicæa *de amator. affect. cap.* 29. *pag.* 47. Porphyrius *in vita Pythagoræ*, Plinius *in hiſt. nat. lib.* 3. *cap.* 7. *lib.* 4. *cap.* 13. 17. *&* 22. *lib.* 5. *cap.* 9. & alibi, Stephanus *de urbibus v. Argyrini pag.* 104. *v. Atabyron pag.* 133. *& v. Maſſalia pag.* 447. aliique multi. Conr. Rittershuſius *in notis ad Malchum*, Joannes Meurſius *in notis ad Nicomachi lib.* 1. & Joannes Jonſius *de ſcrip. hiſt. Philoſ. lib.* 1. *cap.* 6. noſtro Timæo adſcribunt *Vitam Pythagoræ*: at Timæo Locro reſtituunt Voſſius *de hiſt. Græcis lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 82. *& lib.* 4. *cap.* 8. *pag.* 459. Raineſius *lib.* 3. *var. lect. cap.* 2. *pag.* 345. & Joannes Mollerus *de Scrip. Homonymis cap.* 3. *n.* 75. *pag.* 344. cum Suida. Polemon ex Athenæo *lib.* 11. & alibi, & ex Voſſio *cit. lib.* 1. *cap.* 18. *pag.* 120. ſcripſit *Commentaria in Timæum.* Iſter Callimacus ſcripſit *librum contra Timæum*, teſte Athenæo *lib.* 6. & Voſſio *cit. lib.* 4. *cap.* 12. *pag.* 468.

TIMAGORAS Gelenſis, Philoſophus doctiſſimus: primùm Theophraſtum, exinde Stilponem audivit, ut Laertius prodit *in vita Stilponis*, Laſcaris apud Maurolicum *in hiſt. Sicil. lib.* 1. *pag.* 21. Thomas Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *pag.* 123. Goltzius *in Sicil. hiſt. poſt. pag.* 87. Joannes Jacobus Adria *in topographia Mazariæ*, aliique. Timagoræ ætas ab ejuſdem Theophraſti tempore plana fiet: hic enim cùm olymp. 114. philoſophicę ſcholę prefuiſſet, ex Laertio *in vita Theophraſti* circa eamdem ætatem, ac paulò poſt etiã claruit Timagoras; nimirùm circa olymp. 118. ante Virginis Deiparæ partum an. 304. Quę ſcripſerit Timagoras, nullus auctorum, quos ſupra retuli, innuit. Stephanus Byzantinus *de urbibus ver. Sparta pag.* 615. Timagoram citat.

Tho-

Digitized by Google

Thomas de Pinedo *in commentariolo auctorum, quos ad testimonium vocat Stephanus pag.* 775. allatum Stephani locum expendens, ait: *quis fuerit Timagoras ille, quem noster advocat loco citato, & quæ scripserit, latet in antiquitatis sepulchris.* Plutarchus *de fluviis*, ut etiam Stobæus *ser.* 242. *de morbis pag.* 793. citant Timagoram:

De Fluviis. Operis hujus ex libro primo fragmentum exscribit Stobæus; nec alium à nostro hunc Timagoram puto.

TIMOCLES Syracusanus, Poeta antiquus, sed incertæ ætatis. Suidas *tom.* 2. *pag.* 340. de operibus Orphei Thracii loquens, ait: *Soteria, id est Gratiarum actio pro salute data: hæc Timoclis Syracusani, & Pergini Milesii esse dicuntur*. Ita etiam Gyraldus *de Poet. hist. dial.* 2. *pag.* 56. Franciscus Patritius *in Poetica dec. histor. lib.* 1. *pag.* 21. Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græcor. pag.* 516. Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 296. & Josephus Barberius *de miseria Poet. pag.* 26. Observat idem Bonannus, duos Timoclis nomine apud Athenæum, & Suidam inveniri; Athenienſem unum, alium sine patriæ distinctione: at dubitat, an hic sit à Syracusano diversus. Hujus incerti, ait ipse, extant carmina quædam ex ejus libris.

TIMOTHEUS FULCUS Thermitanus, Ordinis Carmelitarum Primi Instituti Montis Sancti: natus 26. Augusti 1608. cùm ad Religionem accessisset, Matthæi nomen, in baptismate acceptum, cum Timothei nomine commutavit. Doctrinâ, & eruditione satis instructus, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam docuit. Nonnullis Ordinis Cœnobiis præfuit; & Provinciam Montis Sancti sedulò gubernavit. Pietate, animarum zelo, & austerioris vitæ rigore conspicuus, inter suos haud exiguam æstimationem promeruit. Obiit Neapoli 7. Februarii 1680. Hunc laudant Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmelit. tom.* 2. *par.* 5. *lib.* 5. *n.* 3752. *pag.* 1074. & Franciscus Petronius *in Geneolog. SS. Joachim, & Annæ tom.* 2. *pag.* 101. Evulgavit Italicè

Breve, & Universale Croniſtoria del Mondo Creato. Neapoli apud Hyacinthum Passarum 1668. in fol. Iterum cum addictione, ibidem apud eumdem 1677. in fol.

Anni felicissimi del Mondo, Trattato pio sparso di documenti spirituali, e profittevoli; e di Divotioni, ed Indulgenze. Panormi typis Petri de Isola 1674. in 8.

TISIAS Syracusanus, Orator celebris, quem Constantinus Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sicil. lib.* 1. *pag.* 20. & Hubertus Goltzius *in hist. post. Sicil. pag.* 87. Ctesiam vocant. Josephus Bonfilius *in hist. Sicil. par.* 1. *lib.* 1. *pag.* 28. Ctisiam: & Leander Albertus *in descrip. Sicil. pag.* 61. mendosissimè Tigliam appellant. In oratoria arte magistrum habuit Coracem celeberrimum Oratorem Syracusanum. Hìc iterum litem inter Coracem, & Tisiam exortam pro institutionis mercede repetere, haud necesse puto, cùm latè narratam invenies *tom.* 1. *pag.* 146. ubi de Corace. Solùm hic addam, quòd Tisiam sub Coracis disciplina oratoriâ arte eruditus, nedum Præceptorem æquavit, verùm etiam excelluit: ideoque cùm oratoriam artem perfecisset, cum eodem Corace Rhetoricæ inventor renunciatus est. Tullius *lib.* 1. *de oratore*, Coracem, & Tisiam Rhetoricæ artis *Inventores, & Principes* vocat. Non me fugit Laertium *in vita Empedoclis, & Zenonis*, alioſque, quos laudavi, ubi de Empedocle *tom.* 1. *pag.* 176. huic Rhetorices inventionem adscribere: at intelligendum puto, nonnulla tantummodo ad hanc artem spectantia Empedoclem adinvenisse, ut innuit Quintilianus *in instit. orat. lib.* 3. *cap.* 1. Polydorus Virgilius *de rer. invent. lib.* 1. *cap.* 13. & Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 306. Eo sensu expendendus Franciscus Patritius *in Poetica dec. hist. lib.* 1. *pag.* 72. ubi tradit: Coracem, Tisiamque ab Empedocle Rhetoricam didicisse: nimirùm aliqua de Rhetorica ab eodem accepisse. Coraci, & Tisiæ, clari nominis in Sicilia, & Græcia, hujusce inventionis gloriam assignant Cicero etiam *de claris oratorib.* ex Aristotele, Volaterranus *in anthropol. lib.* 14. *pag.* 203. Octavius Cajetanus *in animad. ad tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 43. Hubertus Goltzius *in Sicil. histor. post. pag.* 87. Leonardus Cozandus *de magist. antiq. Philoſoph. lib.* 5. *cap.* 3. *pag.* 331. Bonannus *cit. pag.* 309. Fazellus *de reb. Siculis dec.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *pag.* 101. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 212. Christophorus Scobár *de reb. Syrac. pag.* 13. Alexander Sardus *de rerum invent. pag.* 20. Hofmannus *in lex. tom.* 1. *pag.* 453. *& tom.* 2. *pag.* 510. Petrus Victorius *in Demetr. Phalar. in epist. ad lectorem*, qui Coracem, & Tisiam hujus facultatis Inventores, & Patres vocat. Soli Tisiæ hujus inventionis beneficium acceptum refert Plato *in Phedro pag. mihi* 315. Exinde Gorgias Leontinus Tisiæ discipulus, & sectator, ex Quintiliano *in inst. orat. lib.* 3. *cap.* 1. & Polydoro Virgilio *loc. cit.* egregiis addictionibus hanc artem numeris omnibus absolvit, ut videre est in Gorgia *tom.* 1. *pag.* 258. *& seq.* Corax, & Tisias omnium primi hanc artem publicè docuere, & Rhetorices scholam tenuere, ut prodit Quintilianus *in inst. orat. lib.* 2. *cap.* 17. *Doctores artis*, ait, *jam circa Tisiam, & Coracem primo repertos*: nempè ut exponit Petrus Masellarius *in comm. ad Quintil. pag.* 54. *Tisiam, & Coraca primos præceptores artis benè dicendi*. Nec officit, quòd ex contentione inter Coracem, & Tisiam eluceat, Coracem Tisiæ præceptorem fuisse; nam sine contradictione confirmatur, utrumque Rhetorices artem adinvenisse: in omnibus enim scientiis, artibusque, ferè semper inventionis primordia infirma; exinde nova accessione paulatim ad perfectionis metam deducuntur. Ideoque dicendum, Coracem primùm Rhetoricam adinvenisse, Tisiam novis à se regulis excogitatis perfecisse: hinc meritò uterque inventor proclamatur. Hæc ut innui *tom.* 1. *pag.* 146. Vincentii Mirabellæ auctoritate firmatur, *in antiq. Syrac. par.* 2. *pag.* 118. quod ex Manutio deducitur *in comm. ad Cicer. lib.* 1. *de orat. pag.* 20. E Tisiæ

Digitized by Google

schola prodiere Oratores egregii,ab eo insignitèr edocti, inter quos eminent præstantissimi Lysias Orator celeberrimus Syracusanus, ex Plutarcho *in vitis x.Rhetorum*: Isocrates Orator insignis, ex eodem Plutarcho *loc. cit.* Dionysio Halicarnassæo *de antiq. Rhetor.* & Vossio *de Rhetor. natura, & constit. cap.* 11. *pag.* 79. ideoque ad Isocratis sepulchrum tabella apposita est, in qua insculptus videbatur Tisias ejus Præceptor, teste eodem Dionysio.Gorgias etiam Leontinus Tisiam audivit, ut prodit Lascaris *cit. pag.* 19. Tisiam celebrat Pausanias *lib. 6. sive in Eliacis post. pag.*376. tanquam Oratorem ita eximium, ut eumdem Oratoribus omnibus coævis præferre non dubitaverit:ejusque excellentiæ argumentum apertissimum esse ait, oratio illa subtilissima, edita in lite pro muliere quadam Syracusana. Claruit doctrinâ exculti ssimus inter Græcos Oratores,& Sophistas,ut testis est Dionysius Halicarnassæus *loc. cit.* A Martiano Cappella *de nuptiis Philologiæ lib.* 5. *cap.* 1. *cunctis vetustior,atque elatior* vocatur. At Plato *in Phedro* Tisiam, Gorgiamque spernit, *qui verisimilia veris antepostuerunt,ac vi orationis efficiunt,ut parva esse magna, & magna vicissim parva; vetera item nova,& novissima vetera videantur. Brevitatem quoque loquendi concisam, rursusque infinitam verborum prolixitatem invenerunt.* Attamen egregium Tisiæ ingenium,ea in inventione apprimè elucet. Pausanias *loc.cit.* cum Vossio *de Rhet.natura cap.*10.*pag.*70.& Morerio *in dict. tom.*2.*pag.* 70. tradit, quòd Tisias Gorgiæ socius profectus est orator ad Athenienses, ut ab eis suppetias assequeretur pro Leontinis contra Syracusanos hostes. At reiicitur â Bonanno *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 309. nam ex Diodoro *lib.* 12. *n.*53. & Platone *in Hippia majore*, deducit, Gorgiam solum hanc legationem obiisse: ac verisimilitudine carere putat, quòd inardescente bello inter Syracusanos, & Leontinos, Tysias Syracusanus socius additus sit Gorgiæ Leontino, ut auxilium contra patriam exoraret; cùm nullibi eluceat, Tisiam patriæ proditorem fuisse. Claruit celebris olymp.83.ante Christi Domini nativitatem an. 440. ex Bonanno cit. juxtà computationem meam 444. Scripsit

*Artem Rhetoricam.*Ex Aristotele *lib.*2.*Rhet.* Cicerone *de claris Orator.* Quintiliano *lib.*3.*inst. orat. cap.* 1. Leonardo Cozando *de magist.antiq. Philos. lib.* 5. *cap.* 3. *pag.* 331. aliisque.

*Orationes.*Harum unam commemorat subtilissimam pro muliere Syracusana Pausanias *lib. 6. sive Eliac. post. pag.* 376.

TITUS JULIUS CALPHURNIUS, sive CALPURNIUS celebris Poeta Bucolicus. Siculum fuisse innumeri tradunt Scriptores: præcipuos recensebo, nempè Petrum Crinitum *de Poetis Latinis lib.*5.*pag.*98. Gyraldum *de Poetar. histor. dial.* 4. *pag.*190. Vossium *de Poetis latinis cap.*4.*pag.*53. Antonium Possevinum *in Biblioth. lib.* 17. *cap.* 29. *pag.* 527. Gesnerum *in Biblioth. pag.* 805. Bartholomæum Riccium *de imitat.lib.* 2. *pag.* 38. Franciscum Moggium *in lect. novantiq.ep.*17. Joannem Frisium *in Biblioth.Phil.*apud Joannem Gualterium *in Chron. Chronicar. tom.*2. *pag.*904. Joannem Glandorpium *in onomast.hist. Rom. pag.*187. Tarquinium Gallutium *de Comœdia cap.* 23. *pag.* 381. Joannem Ravisium *in offic. tit.* 4. *de Patria vir. illustr. & tit.*6. *de Poetis latinis*, clariss. Justum Fontaninum *in Aminta defenso cap.*8. *pag.*160. Joannem Albertum Fabritium *in Biblioth. latina pag.* 152. ac omnes, qui Carphurnii meminere. Ita etiam omnes editiones operum Calphurnii: & Scriptor vitæ, editæ à Griphio an.1537.cum ejusdem Eclogis. Hinc inanitèr dubitat, an sit Siculus, Gaspar Bartius *in adverss. lib.* 34. *cap.* 4. quem,meritò reiicit Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis Bucolicis cap.* 48. *pag.* 435. & 436. Nullus auctorum, quos retuli, innuit, in qua Sicula urbe primam aspexerit lucem Calphurnius. Solùm Vigintimillius *cit. pag.* 437. Petri Carreræ sententiam exscribit, qui *in Sicilianismo m. s. lib.*5. ait, quòd Joannes Jacobus Adria,Calphurnii patriam Panormum fuisse prodidit: cui idem Carrera objecit, Adriam confundisse T. Calphurnium vetustiorem, cum Antonio Calphurnio recentiore, Eclogarum Pastoralium scriptore. Addit Vigintimillius, sibi displicuisse, quòd locum, ubi id scripserit Adria, non invenerit, ut Carreræ censuram ad examen revocaret:& in codice m. s. Adriæ *de descriptione Mazariæ*, apud se, quod manu ipsius auctoris exaratum putabat, inter illustres viros Panormitanos Calphurnium non adinvenerit: ideoque alio in opere à Carrera perlustrato,allatam opinionem scripsisse Adriam opinatur. At Adriæ librum *de Valle Mazariæ*, Vincentius Auria *in observat. ad Battillum Jo: Baptistæ de Judice pag.* 331. se vidisse testatur in Bibliotheca Aloysii la Farina Marchionis Madoniæ,& authographum esse ait Augustinus Inveges *in Panor. antiqua pag.*82.In eo legit Auria inter Poetas, & Oratores Panormitanos: *Calphurnius Panhormita Poeta, qui composuit librum Bucolicorum*. Eadem verba extant in alio hujus operis exemplari m. s. apud me. Auria *in obser. cit.pag.*332. eruditè notat,Calphurnii patriam duabus inscriptionibus perantiquis, Panormi adinventis,roborari. Harum una apud Georgium Gualterium *in antiq. Tabulis Siciliæ*, in editione Panormitana *n.* 74. *pag.* 18. sepulchro Calphurnii Flammæ, millitum Tribuni in Sicilia, appositæ est, ut exponit Gualterius *cit. in animad. pag.* 58. ex Plinio *lib.* 22. *cap.* 6. Alia apud eumdem in editione Messanensi *n.* 205. *pag.* 58. Calphurnio Asprenæ dicata est, ut exponit idem Auria, ex Tacito *lib.* 17. & 18. & Joanne Glandorpio *in onomast.hist.Rom.pag.*187. His firmatur, familiam Calphurniam Panormi claruisse; ac Adriæ sententia plurimùm communitur. Nec officit Carreræ censura,quâ enervare putat Adriæ opinionem; nam cùm Calphurnio,Antonii nomen non prepositum,unum ab alio rectè secernit. Ideoque T. Julius Calphurnius Panormi natus est, sed ex Romana,ac nobili familia Calphurnia, ex Glandorpio in-

onos

onomaſt. hiſt. Romanæ pag. 187. ejuſque familia Panormum, Reipublicæ adminiſtrandæ causâ, forſan tranſiit, ut & aliis etiam familiis contigiſſe ſcimus. Claruit ſub Diocletiano, & Conſtantio Impp. teſte Crinito citato, quòd ex Flavio Vopiſco *in Numeriano* deducit, qui celebrat Olympium Nemeſianum, Chari, Charini, & Numeriani tempore clarum; cui Olympio eclogas ſuas miſit Calphurnius: ideoque illorum ſententiam reiicit, qui Cæſaris Auguſti ætate floruiſſe ſcripſere. Sub Diocletiano etiam collocatur à Nicolao Angelo Caferrio *in Synth. vetuſtatis pag.* 400. & Tarquinio Gallutio *de Comœdia cap.* 23. *pag.* 38. Rectiùs ſub Charo, Charino, & Numeriano, qui in imperio Diocletianum præceſſere, vixiſſe probat Gyraldus *de Poet. hiſt. dial.* 4. *pag.* 190. Ita etiam Janus Ultius *de venatione pag.* 432. Sanſovinus *in Chronolog. pag.* 286. Voſſius *de Poetis latinis cap.* 4. *pag.* 53. Morerius *in dict. tom.* 1. *pag.* 675. & Vigintimillius *cit. pag.* 430. & 431. nimirùm anno Chriſti 284. Hinc reiiciendi, qui apud Robertum Titium *in eclog.* 1. *Calph. pag.* 70. & 75. ſub Octaviano, vel Germanico ſtatuunt Calphurnium: ut etiam Joannes Raviſius *in offic. tit.* 2. *de Poetis*, & Joannes Felix Aſtolfus *in Vitis Philoſoph. pag.* 78. qui ſub Domitiano deguiſſe ſcripſere. Aliquandiù adverſæ fortunæ injurias expertus eſt; ac inopiâ confectus vixit, ex Crinito. Hinc forſan fratrem ſuum, cujus meminit *in elog.* 4. ut obſervat Gyraldus, à poeticis ſtudiis avertere ſtudet. At ſub Numeriano, viro nedum literis addicto, quàm literatorum amante, grato animo exceptus eſt, ut notat Vigintimillius *pag.* 431. qui *pag.* 433. ejuſdem Numeriani Imp. benevolentiam ſibi comparaſſe putat. Addit ex quorumdam conjecturis, illum eſſe Junium Calphurnium à Vopiſco memoratum, qui in aula Chari Imp. non ſine munere diverſabatur, cùm in Perſicis caſtris inopinatâ morte Charus ipſe ſublatus eſt. In hęc etiam conſentiunt Bartius *in adverſ. lib.* 49. *cap.* 14. & Gyraldus *loc. cit.* qui ut obſervat Vigintimillius, pro Vopiſco falsè Pollionem in vita Bonoſi citat. Fuit Calphurnius Poeta Bucolicus, & in eo Poeſis genere, ut eſt recta eruditorũ ſententia, excelluit; tum carminis venuſtate, & elegantiâ, tum etiam verborum proprietate. Olympii Nemeſiani, celebris ævi ſui Poetæ, amicitiam coluit, ex Crinito *in vita Calphurnii, & in vita Nemeſiani*. Eruditè perpendit Vigintimillius, magnâ æſtimatione complexa ejus carmina eo, quo claruit, tempore: nec Virgilii bucolica Calphurnii gloriam offudit. Eo vivente laudes, ac plauſum à Numeriano, ac Nemeſiano, tunc inter literatos præcipuis, promeruere. Denique in Barbarorum illuvie, etſi latinæ linguæ elegantia deceſſerit; attamen ſupervixit celebris Calphurnii nomen. Ex Bartio *cit. lib.* 4. *cap.* 24. eâ celebritate valuit Calphurnii Bucolica, ut in publicis ſchołis prælegeretur; veluti nunc Virgilii Eclogæ. Mos hic etiam ab ævo Caroli Magni Imp. vigebat, teſte Voſſio *de Poetis latinis cap.* 4. *pag.* 53. ex Hincmaro Archiepiſcopo Rhemenſi: cui adde Morerium *in dict. tom.* 1. *pag.* 675. ac etiam Gyraldi ævo adhuc perdurabat; ut ipſe *loc. cit.* teſtatur. Vigintimillius *cit. pag.* 439. *& ſeq.* Calphurnium mordicùs defendit à cenſuris Udenii Niſieli *in progym. Poet. vol.* 3. *prog.* 18. Gyraldi *loc. cit.* & Scaligeri *in Poet. lib.* 6. *cap.* 5. At ſummis laudibus Calphurnium extollunt Robertus Titius *in epiſt. nuncupat. Bucolicæ Nemeſiani, & Calphurnii*, qui politiſſimum vocat; & *lib.* 8. *cap.* 6. *de locis controv.* ejus ingenii felicitatem, ac in bonis Poetis imitandis ſtudium ſingulare celebrat: adeò ut locum inter Principes Scriptores obtinuerit. Ab hoc judicio non diſcedunt Bartius *cit. lib.* 34. *cap.* 2. Franciſcus Moggius *in lect. novantiq. epiſt.* 17. à quo elegantiſſimus appellatur. A Thoma Dempſtero *in ſupplem. ad antiq. Rom. Roſini lib.* 3. *cap.* 21. terſiſſimus, & elegantiſſimus renunciatur: & apud Tobiam Magirum *in eponymologio critico pag.* 46. generoſæ venæ Bucolicus. Jacobus Pontanus *in eclog.* 7. *Virg.* & Bartholomæus Riccius *de imitat. lib.* 2. *pag.* 38. ejus imitationem Virgilianam commendant. Hinc non deſunt, qui ſecundum, poſt Virgilium, locum Calphurnio concedant inter Bucolicos Poetas; ut Scaligerus, & Auctor vitæ in editione anni 1537. fatentur. Nonnulli etiam Virgilio Calphurnium prætulere, & Bucolici carminis Principem exiſtimarunt; etſi à Niſielo irridentur. Demum Calphurnium laudant Angelus Politianus *in nutric.* Bartius *cit. lib.* 4. *cap.* 24. *lib.* 12. *cap.* 10. *& lib.* 49. *cap.* 4. & Honorius Dominicus Caramella *in Muſæo Illuſtr. Poet. pag.* 380. Auctor incertus, qui notas addidit Poematibus, & epigrammatibus veterum Poetarum, editis Lugduni 1596. *pag.* 593. Voſſius *de Poetis latinis cap.* 4. *pag.* 53. & Jo: Albertus Fabritius *in Biblioth. latina pag.* 152. tradunt, Georgium Logum Sileſium omnium primum edidiſſe Calphurnii carmina, cum Gratio, & Nemeſiano; nam Actius Sincerus Sanazarius, codicem vetuſtum, ex Galliis in Italiam attulit, deſcriptumque Logo tradidit, qui Paulo Manutio anno 1538. excudendum conceſſit. At ante Sanazarium Italia Calphurnii Eclogas jam habebat; nam Franciſcus Petrarcha *ep.* 30. *varior.* Gulielmo de Paſtrenga ſcribens, eidem denuntiat, quòd Calphurnii eclogas expectabat: id etiam obſervaſſe comperio Laurentium Pignorium *in epiſt. Simol. ep.* 16. Ante annum 1538. excuſas videbis ex editionibus infra notatis. Scripſit Calphurnius

Eclogas VII. hoc titulo paſſim editæ: *T. Julii Calphurnii Siculi Bucolica*. Prodiere primùm Florentiæ apud Philippum Junctam 1504. in 4. Cum Virgilii, Nemeſiani, Franciſci Petrarchæ, Joannis Bocacii, Pomponii Gaurici, & Baptiſtæ Mantuani eclogis, Venetiis operâ Benedicti Florentini 1504. Bononiæ cum commentario Diomedis Guidalotti apud Caligolam de Balzaleris 1504. in 4. Lugduni apud Sebaſtianum Griphium 1537. in 8. Venetiis apud Aldum Manutium 1538. Florentiæ typis Philippi Junctæ, cum Nemeſiano, & Commentariis Roberti

+ folio

Ti-

Titii Burgenſis, & Annotationibus Hugolini Martellii Epiſcopi Glandatenſis 1590. in 4. Inter Epigrammata, & Poematia vetera, ſtudio Petri Pithæi, Pariſiis apud Jacobum Chovët 1596. in 8. Bremæ 1612. & Hannoviæ 1611. in 8. operâ Gaſparis Bartii, ex Joanne Hallervordio *in Biblioth. Curioſa pag.* 109. Lugduni Batavorum 1640. in 12. cum Gratio, & Nemeſiano, & Commentario de Venatione Jani Ultii: & iterum ex officina Elvetiana 1643. ubi Ultius *pag.* 472. varias lectiones in Calphurnium edidit. Tiguri, & Baſileæ ex Geſnero *in Biblioth.* & alibi. In Choro Poetarum *to.* 2. edito Genevæ 1611. in 4. & Lugduni 1616. in 4. Franciſcus Mogius ſe editurum promiſit commentaria in Bucolicam Calphurnii *in epiſt.* 17. *novantiq. lect.* Erycius Puteanus ſcripſit in Calphurnium notas, ex Hieronymo Ghilino *in Theatr. par.* 2. *pag.* 73. Felix Oſius Mediolanenſis Curas primas elucubraverat in T. Calphurnii, & Nemeſiani Eclogas, ut habent Ghilinus *cit. pag.* 77. Jacobus Gaddus *de ſcriptorib. tom.* 2. *pag.* 99. & Philippus Pucinellus *in Athenæo literat. Mediolanenſ. pag.* 187.

Hic non prætermittam Eclogas quatuor ſub nomine M. Olympii Nemeſiani Carthaginenſis, ſæpiùs cum Eclogis Calphurnii editas, à nonnullis noſtro etiam Calphurnio adſcribi: in Codice enim anno 1460. Janotii Maneti, exinde Bibliothecæ Palatinæ, tum ſeptem Calphurnii Eclogæ, tum etiam quatuor Nemeſiani, Calphurnio clarè vindicantur, ex Bartio *cit. lib.* 34. *cap.* 2. *& lib.* 43. *cap.* 4. Hanc ſententiam tenuit Petrus Carrera apud Vigintimillium *de Poet. Siculis Bucol. cap.* 49. *pag.* 419. Robertus etiam Titius *in comm. ad Eclog.* 1. *Nemeſ. pag.* 4. etſi diversè opinetur; attamen nonnullos idem judicium amplexiſſe prodit. Vigintimillius *loc. cit.* quibuſdam conjecturis hoc firmare enititur: obſervat præſertim, quòd Vopiſcus *in vita Numeriani* ait, Nemeſianum res piſcatorias, venaticas, ac nauticas ſcripſiſſe: at ſi paſtorales etiam Eclogas ſcriptis mandaſſet, ſilentio Vopiſcus non præteriiſſet. Vopiſco conſentiunt Raphael Volaterranus *in anthropol. lib.* 17. Joannes Raviſius *in offic. tit.* 6. *de Poetis latinis*, & Carolus Stephanus *in dict. pag.* 1470. Addit Vigintimillius, Numerianum in quatuor Eclogis Africanam regionem vituperare: ideoque non immeritò ſuſpicatur, has Eclogas non à Numeriano conditas; nam haud facilè Scriptores patriam provinciam improbant. Ex adverſo verò invocatione Veneris Erycinę, quâ ut propriù numen veneratur, ſe Siculum auctorē eſſe innuit. Styli inſuper ſimilitudo, & repetitio earumdem ſententiarum, & carminum in Eclogis Calphurnii, & Nemeſiani, magnum rationis pondus huic ſententiæ addunt: omnes enim ejuſdem Scriptoris fœtum fuiſſe videntur: non quòd unus alteri furatus ſit, ut ſuſpicatur Jacobus Gaddius *de Scriptorib. tom.* 2. *pag.* 99. & Scaliger *in Poet. lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 824.

Ex opinione, quòd de noſtro Calphurnio intelligendus ſit Vopiſcus, ubi *in vita Numeriani* Junii Calphurnii meminit, ſcripſit etiam:

Epiſtolam de morte Chari Imp. ad Præfectum Romæ. De ea Gyraldus *de Poetar. hiſtor. dial.* 4. *pag.* 190. & Joannes Glandorpius *in onomaſt. hiſt. Rom. pag.* 187.

Nicolaus Noux Argentinenſis *in ſelectis epitetis*, in indice auctorum, ait, Calphurnium præter Eclogas *Cynegeticon, ſive de Venatione* opus edidiſſe: at paſſim cum Scaligero *in poet. loc. cit. pag.* 825. Nemeſiano adſcribunt Auctores.

TOBIAS, ſive ut aliis placet, TOBIOLUS BONFARIS Panormitanus, ex Joſepho Gaelano *in Muſis Siculis par.* 1. *pag.* 274. etſi Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 544. Mazarienſem fuiſſe putet. Juris utriuſque Doctor inſignis: ob ingenium, quo planè excelluit, ac ſtudii contentione in Juriſprudentiæ ſpatiis, eâ excultus doctrinâ enituit, ut inter præcipuos cauſarum Patronos habitus, celebre ſibi nomen in Sicilia adeptus ſit. Judicis munere in Panormitano Prætorio, & in Magnæ Regiæ Curiæ Senatu effulſit; aliiſque miniſteriis honorificè obitis inſignitus eſt. Ad animi relaxationem, Muſas tum Etruſcas, tum vernaculas, magna cum literatorum approbatione coluit. Deceſſit Panormi 21. Septembris 1609. non 1621. ut habet Pirrus: nam in allegationibus pro D. Antonia de Bononia, apud Vincentium Auriam, ita Fridericum Auriâ Doctorē coævuū, propriâ manu adnotaſſe comperi. *Deceſſit iſte doctiſſimus vir die* 21. *Septembris* 1609. *& fuit ſepultus die* 22. *ejuſdem in templo Divæ Mariæ de Carmelo.* Ita etiam in libris defunctorum Cathedralis Eccleſiæ Panormi. Tobiam laudant Pirrus, & Galeanus *loc. cit.* Octavius Potenſanus *in Poemate de decem mill. martyribus cant.* 5. *pag.* 71. & Joannes Baptiſta Vallegius *in Lelvagio pag.* 119. Multa ſcripſit, at ſolùm extant:

Conſilia Deciſiva, ſive Allegationes tres, apud Petrum Lunam *in Selectis Conſiliis.* Panormi apud Eraſmum de Simeone 1627. in fol.

Conſilium. Apud Franciſcum Baronium in libro: *Conſilia diverſorum Siculorum ſuper privilegium fœl. Urbis Panormi, quod Fiſcus non poſſit principaliter agere contra Cives.* Ibidem apud Maringum 1656. in 4.

Allegationes pro D. Antonia de Bononia, contra Andream Salazár. Ibidem apud Joannem Antonium de Franciſcis 1607. in fol. Notat Pirrus, quòd ejus Allegationes etſi m. ſſ. magnæ ſunt auctoritatis, & nominis.

Siculâ linguâ ſcripſit:

Conzoni Siciliane. In Muſis Siculis *par.* 1. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12. & in libro: *Raccolta di Canzoni Siciliane di diverſi buoni Autori.* Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ 1638. in 12. Ex his nonnullas recuſas habes in Muſis ſupradictis.

Canzoni Siciliane Burleſche. In Muſis Siculis *par.* 3. Panormi apud Biſagnium 1651. in 12.

VA-

Digitized by Google

V

VALENS QUARESIMA Siculus Sacerdos, literarum ſtudiis dicatus, doctrinâ claruit. In ſacris literis, Pontificiis ſanctionibus, Sanctorum Patrum libris, ac hiſtoriis, ſe verſatum detexit. Fuit à confeſſionibus Iſabellæ Gonzaghæ, Marchioniſſæ Piſcariæ. Claruit anno 1576. Edidit

Convivium Quadrageſimale. Neapoli apud Joſephum Cocchium 1572. in 8.

Italicè

Diſcorſi de i ſignificati delle Veſti, Atti, Geſti, & altre Cerimonie della Meſſa. Ibidem apud eumdem 1572. in 8. & ibidem apud Horatium Salvianum 1576. in 12. & Mantuæ apud Franciſcum Hoſannam 1578. in 12.

Hìc adverte alium eſſe Valentem Quareſimam Thermitanum, ætate poſteriorem, qui ex relatione apud me, natus 7. Octobris 1586. obiit Thermarum Archipresbyter anno 1646. Hujus meminit Vincentius Solitus *in hiſt. Thermar. tom. 2. par. 6. cap. 1. pag. 132.*

VALENTINUS VITALIS Meſſanenſis, Ordinis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis. Natus 24. Februarii 1654. Regulare inſtitutum amplexus eſt anno 1672. Decurſis Panormi Philoſophiæ, & Theologiæ ſpatiis, ſacræ eloquentiæ operam dedit, non ſine conſpicui Oratoris laude. Scillæ domum gubernavit: ac Meſſanæ hoc anno 1713. vivit. Edidit Italicè

Il Fato Mamertino. Panegirico ſopra la Sacra Lettera di Maria Vergine a' Meſſineſi. Meſſanæ ex typographia Munitionis 1694. in 4.

Alia Oratoria typis parata habet, quæ lucem forſan aſpicient.

VALERIANUS BULZEUS Aidonenſis, Poeta non indoctus. Vixit Muſis impensè addictus anno 1646. Edidit Italicè

L'Orifele Amante, e il felice Erice Tragicomedia. Venetiis apud Bertanos 1640. in 12.

Geruſalemme deſtrutta da Antiocho Illuſtre, overo il Machabeo. Poema Eroico. Venetiis apud eoſdem 1646. in 12.

VALERIANUS DE FRANCHIS Catanenſis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis. Divinis, humaniſque literis apprimè inſtructus; ac in Mathematicis ſcientiis verſatus claruit. Ceramenſis Prior electus, morum integritate conſpicuus vixit. Anno 1600. Eccleſiam S. Agathæ de Carcere, ubi Panormitana Virgo Agatha ſpiritum Deo reddidit, Catanę martyrii corona inſignita, nonnullis ornamentis piiſſimè illuſtravit. Obiit Valerianus Catanę anno 1625. De eo Joannes Bap. de Groſſis *in decac. Catan. tom. 1. cord. 2. mod. 5. pag. 130.* & Franciſcus Privitera *in Anno Catan. pag. 217.* Scripſit Italicè

Cronica della Città di Catania. Tomi due. m. ſ. in fol. Authographum extat apud Innocentium Roccafortem Panormitanum, Catanenſem Canonicum.

VALERIUS RUSSUS Corleonenſis, Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor. Panormi vixit uſque ad annum 1602. doctrinâ, & eruditione conſpicuus. Italicè ſcripſit anno 1590.

Deſcritione di tutti i luoghi Sacri della felice Città di Palermo, libri ſei. Nel primo ſi dà piena notitia di tutte le Parochie, e nell'altri de' Conventi, Monaſterj, Confraternità, Compagnie, & altre Chieſe, che ſono in detta Città. m. ſ. in 4. Authographum extat apud me. Opus hoc citant Petrus Tognoletus *in Paradiſo Seraphico par. 1. lib. 3. cap. 4. pag. 223.* Vincentius Auria *in Vita S. Roſaliæ pag. 7. & in Roſa Cœleſti pag. 59.* Antonius Ignatius Mancuſus *in Vita S. Roſaliæ pag. 16.* & Abb. Michael de Judice *in obſervat. ad appar. Sicul. annal. Auguſtini Inveggii pag. 102.*

Succeſſi di Palermo. m. ſ. Ex Auria laudato in libro: *la Gioſtra pag. 48. & 49.*

UBERTINUS DE MARINIS Panormitanus, vir nedum nobili genere, quàm literis clarus. Juriſprudentiæ laureâ inſignitus inter præcipuos cauſarum Patronos effulſit: à doctrina ſummè laudatus, magnâque æſtimatione proſequutus. Fuit Gulielmi de Perno celebris Juriſconſulti Syracuſani præceptor, ut legere eſt in calce *conſil. 3.* ejuſdem de Perno. Doctrinæ meritis ſatis illuſtris, variis eſt auctus honoribus; nam in Magnæ Regiæ Curiæ ſubſelliis præfuit Judex. Fuit etiam Regius Conſiliarius, ac Siciliæ Vice-Cancellarius. At neglectis ſæculi dignitatibus, Eccleſiaſticæ militiæ nomen dedit. Ob doctrinam, virtutem, ac ſingularem ejus prudentiam Martinus Siciliæ Rex anno 1409. primam in Regno inſulam vacaturam eidem promiſit. Anno verò 1414. ad iteratas preces Blancæ Siciliæ Reginæ, à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Panormitanæ, Patriæ Archiepiſcopus electus, à Joanne XXIII. Pont. Max. conſecratus eſt. Eâ valuit prudentiâ, & in rebus agendis dexteritate, ut paulò poſt in Generalibus Regi Comitiis, ad magni momenti negotia pertractanda, Orator electus ſit ad Ferdinandum Regem, unà cum Philippo Ferrario Epiſcopo Pactenſe, & Joanne Moncata. Ab eodem Rege ad Concilium Conſtantienſe miſſus eſt; ac Magnus

Digitized by Google

gnus Siciliæ Cancellarius constitutus. Majorem Cathedralis Ecclesiæ januam, è marmore affabrè exculptam, cōdidit: ex Roccho Pirro *in addic. ad tom. 1. Sicil. Sacræ pag.* 482. ut etiam meridionalem, ex inscriptione ibidem insculpta. Ideoque Augustini Invegii *in Panor. nobil. pag.* 449. & 451. lapsum adverte, qui utramque portam ab Octaviano Labro cive, & Archiepiscopo Panormitano, factam prodidit. In actu quodam edito 22. Januarii 1431. *in tabulis Archiep.* quo Ubertinus assensum præstitit in fundatione Hospitalis Magni Panormi, Papæ Cubicularius vocatur. Dum Panormitanam Ecclesiam moderabatur, etiam in Magnæ Regiæ Curiæ subselliis Ubertinum Judicem egisse videtur: anno enim 1433. 12. Maii in causa Sclafani sententiam pronunciasse, cum aliis Judicibus Collegis, patet ex Mario Muta *in Capit. Regni Siciliæ tom. 1. cap.* 39. *n.* 17. *pag.* 269. ait etiam Joannes Antonius Caunetius *in extravag. Volentes Friderici Regis pag.* 36. *n.* 16. *attestante hoc Archiepiscopo Ubertino de Marinis, qui fuit magno tempore Judex Magnæ Curiæ, & summus feudista, ut testatur Proton. in dicta causa Sclafani.* Per annos viginti vigilantissimi Pastoris partes laudabiliter explevit; ac demum corporis exuvias Panormi deposuit anno 1434. Jacet in Cathedrali æde, hac ad marmoreum ejus sepulchrum adjectâ epigraphe.

Requies Ubertini de Marinis Præsulis Panormitæ.

De eo Pirrus *cit. in Not. Eccl. Panor. pag.* 162. *in Not. Eccl. Pact. pag.* 408. *in Chronolog. Regum pag.* 89. *& in disq. de Elect. Præsul. pag.* 41. Franciscus Baronius *de majest. Panorm. lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 138. Petrus Ansalonius *in familia Ansalon. pag.* 94. *&* 95. Hieronymus Surita *in annal. Arag. tom.* 3. *lib.* 12. *cap.* 36. *pag.* 102. Petrus Antonius Tornamira *in Respons. ad petitiones de vita S. Rosal. pag.* 36. & Vincentius Auria *in Chronol. Archiep. Panor. in calce hist. Crucifixi Cath. Ecclesiæ Panor. pag.* 204. Scripsit

Interpretationem ad Capitulum Volentes 28. *Regis Friderici de alienatione Feudorum.* Citatur à Petro de Gregorio *de concess. feudi par.* 3. *quæst.* 6. *n.* 1. *pag.* 80. *& par.* 4. *quæst.* 13. *n.* 7. *pag.* 160. & à Francisco Milanense *in decis. lib.* 1. *decis.* 8. *n.* 6. *pag.* 42.

Allegationes super intellectum Capituli 38. *Regis Jacobi, quod incipit ad novas communantias.* Citantur à Petro de Gregorio *loc. citato par.* 2. *quæst.* 10. *n.* 4. *pag.* 58. & Mario Muta *in Capit. Regni Sic. tom.* 1. *cap.* 38. *n.* 69. *pag.* 357.

Consilium contra Baronem Castriveterani. Ex Josepho Cumia *in Regni Cap. si aliquem de successione feudalium n.* 401. *pag.* 381.

Ipsum etiam citant, sine peculiari operis nota, Milanensis *cit. decis. 9. n.* 107. *pag.* 68. Muta *cit. tom.* 1. *in cap. Regis Jacobi n.* 11. *pag.* 440. *& tom.* 2. *cap.* 28. *n.* 77.

VESPESIANUS SPUCCES Panormitanus, Jurisconsultus doctissimus. Inter causarum ævi sui Patronos eminuit; & in Magnæ Regiæ Curiæ Senatu præfuit Judex. Regii Consiliarii titulo effulsit: ac familiam amplificavit, cum oppidum Calamonacis à familia de Thermis, pretio soluto, comparasset, teste Vincentio de Joanne *in Panor. instaur. m. s. lib.* 2. Decessit Panormi primo Maii 1606. & in Ecclesia S. Dominici sepultus est. Ipsum laudat Garsias Mastrillus *decis.* 8. *n.* 17. Scripsit *Allegationes*; at solùm extant:

Consilium. In selectis Consiliis collectis à Petro Luna. Panormi apud Erasmum de Simeone 1627. in fol.

Consilium. Apud Franciscum Baronium *in Consiliis diversorum Siculorum super Privilegio fœl. Urbis Panormi, quod Fiscus non possit principaliter agere contra Cives.* Ibidem apud Maringum 1656. in 4.

VICTORINUS AUCELLUS Messanensis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, ex Panormitano Cœnobio S. Martini de Scalis: vir morum sanctimoniâ, & vitæ innocentiâ conspicuus, tanquam regularis perfectionis exemplar in omnium oculis præfulsit. Sæpissimè in eodem Cœnobio sedulò tyrones instituit; ac non semel Prioris munus exercuit. At, ut arctiùs in virtutum studiis proficeret, depositâ Cœnobii gubernatione, omnibus curis solutus in cellulæ angustias secessit; ibique per annos viginti rerum cœlestium contemplationi, sacrorumque librorum lectioni unicè vacavit. Supremum verò diem quotidiè expectans, ad mortem piissimè obeundam semper se parabat. Hinc virtutibus ornatus sanctè decessit Panormi anno 1642. ætatis suæ 80. De eo Rocchus Pirrus *lib.* 4. *Siciliæ Sacræ pag.* 199. & Petrus Antonius Tornamira *in Scriptorib. Marianis Ord. S. Bened. pag.* 144. Fuit Victorinus Theologus doctissimus, Poeta egregius, ac Orator eximius: ideoque multa scripsit, quæ m. ſ. in eodem Cœnobio asservantur: nimirùm

De educatione Tyronum librum.

Hymnos Sacros.

Tragœdiam S. Flaviæ V. & M.

Martyrium S. Placidi, & Fratrum.

De Partu B. Virginis, seu de Nativitate Domini Dialogos.

De Judicio Universali Tragœdiam.

Tragœdiam admodùm piam, & delectabilem, quæ coram D. Margarita ab Austria relata est diligentissimè.

Tragœdiem Martyrii S. Catharinæ.

De SS. Eucharistiæ Sacramento libros duos.

Sermonum Volumina IV.

Italicè

Sonetti Sacri.

Itinerario d'Italia. Italiam perlustravit, ac memorabilia hujus Regionis descripsit anno 1616. ut ait Tornamira *cit. in Origin. & Progr. Congreg. Casinens. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 137. qui hìc, & alibi, varia hujus operis fragmenta exscribit.

VICTORIUS LAUDUS Alcarensis, Musices peritissimus; in Cathedrali Ecclesia Messanensi præfuit Musicorum Magister, & Moderator. Claruit anno 1597. Edidit Italicè

Pri-

Digitized by Google

Primo libro de' Madrigali a 5. voci, con un dialogo ad otto. Panormi apud Joannem Bap. Maringum 1597. in 4.

In libro inscripto: *Infidi lumi, Madrigali a 5. voci di diversi Autori Siciliani.* Ibidem apud eumdem 1603. in 4. aliqua etiam extant ejusdem Victorii musicis modulis condita.

VICTORIUS PANORMITANUS, Ordinis Capuccinorum; Sacræ Theologiæ Professor doctissimus, ac Concionator eximius. Vir admirabilis eloquentiæ, acutissimi ingenii, ac profundissimæ doctrinæ: ideoque in omni disciplinarum genere insignitèr versatus, sapientissimi nomen sibi comparavit, circa annum 1636. tunc enim celebris claruit. Ipsius cum laude meminere Dionysius Genuensis *in Biblioth. Capuccinor. pag.* 316. & Sebastianus Bagolinus *in epigram. pag.* 70. Scripsit *multa Philosophica, ac Theologica*; at solùm excudendâ permisit suppresso nomine

Declarationem dilucidam in Artem Raymundi Lullii. Venetiis 1636. in 8.

VINCENTIA MARIA LANDOLINA nobilis Narensis, Vincentii Landolinæ, & Entionæ Caetanæ filia, lucem aspexit primo Januarii 1636. Probè educata, & patrium Monasterium SS. Salvatoris, Ordinis S. Benedicti, ingressa, regularem habitum accepit 22. Novembris 1658. ac Gratiæ cum Vincentiæ nomine commutavit. Editâ professione 2. Augusti 1662. vitam sanctè obeundam, ad perfectionis leges composuit. Vulgari cibo contenta, jejunia ad monasticæ vitæ austeritates, aliasque pœnitentiæ sævitias addebat. Orationis studio dicata, sæpiùs Imaginem SS. Trinitatis supra Rosetum domestici viridarii collocabat; ipsa verò expansis in crucem brachiis, inter ejusdem Roseti spinas, flexis genibus per plures horas orationi vacabat, magna cum omnium admiratione: quod etiam in Choro, & Cella efficiebat. Paupertatis amantissima, & regularis observantiæ studiosa, alias, tum verbo, tum exemplo, divino succensa ardore, à tepiditate excitabat. Pluriès Abbatissæ munus respuit: & tanquam perfectionis exemplar in omnium oculis eluxit. Virtutibus cumulata sanctè decessit 22. Junii 1689. Hujus extat opusculum Italicè scriptum, cui titulus:

Espressioni divotissime dirizzate dalla divozione della Signora Suor D. Vincenza Maria Landolina, e Caetano, Religiosa Benedittina nel Monastero maggiore di Naro. Neapoli apud Pitantem 1692. in 16. opus posthumum, ab ejus sorore Entiona, etiam moniali in eodem Monasterio, editum.

VINCENTIUS ABBATISSA Messanensis, Canonicus secundarius Ecclesiæ Messanèsis. Pietate insignis claruit anno 1650. Edidit Italicè

Vita di S. Placido. Messanæ apud Jacobum de Matthæis 1654. in 4.

VINCENTIUS DE AGRIGENTO Panormitanus, patre Francisco de Agrigento à Secretis Regni Siciliæ, in lucem editus est Panormi 23. Novembris 1587. ut satis compertum est ex baptizatorum libris Ecclesiæ S. Nicolai de Kalcia Panormi; & ut notat Vincentius Auria *in Chronol. Proregum Sicil. pag.* 300. Ideoque rejiciendus Joannes Paulus Chiarandaus, qui *in hist. Platiæ lib.* 4. *cap.* 4. *pag.* 270. Platiæ natum falsè prodidit. Jurisprudentiæ studiis dicatus, cum doctrinæ, & eruditionis laude causarum Patronum egit. Emeritis honoribus pluriès insignitus emicuit; nam in Panormitano Prætorio, & in Magnæ Regiæ Curiæ Senatu Judicis, & Regii Consiliarii munere effulsit. Præfuit etiam Regiarum Rationum Magister; ac 20. Junii 1643. Præses in Regii Patrimonii Magistratu constitutus inclaruit. His in muneribus justitiæ partes magnâ integritatis opinione laudabilitèr explevit. Amœniores literas, Jurisprudentiæ studiis interposuit; Græcas enim, ac Latias Musas mirificè coluit. Meritis, & honoribus cumulatus obiit Panormi 4. Februarii 1647. & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum, Fratrum Observantium S. Francisci sepultus est. Filios reliquit Franciscum de Agrigento Panormitanum, qui postquam Congregationem Oratorii Panormitani semel, & iterum gubernasset, ac Vicarias curas Archiepiscopi Panormitani gessisset, Episcopus Pactensis electus, obiit Pactis anno 1701. & Petrum de Agrigento Clericum Regularem, qui Apostolico ardore succensus, insignis Evangelii operarius, in Asiæ missione pro Orthodoxæ Fidei gloria impigrè desudavit. De his alibi. Vincentium laudant, præter auctores citatos, Philadelphus Mugnòs *in Theatro Geneolog. par.* 1. *pag.* 28. Petrus Anfalonius *in familia Anfalonia pag.* 287. & Franciscus Strata *in quietationib. pag.* 17. qui ait: *Multa elegantèr scripsit, quæ per Bibliothecas vagantur.* Publici juris sunt:

Allegationes pro Illustribus D. Anna, & D. Ignatio Moncada, & Caetano, Marchionibus Sortini, contra Illustrem D. Cæsarem Gaetano Principem Cassari. Extant in calce *tomi* 2. *de donationibus* Marii Cutelli, *à pag.* 163. *ad* 186. ex editione Veneta apud Bertanos 1668. in fol. quòd verò sint nostri Vincentii patet ex eodem Cutello *tomo cit. special.* 12. *n.* 319. *pag.* 68. ubi eumdem Vincentiũ emeritis laudibus extollit. Vidi etiam

Consultationem de armorum gestatione respectu famuli. m. s. in fol.

Annotationes ad Homeri Iliadem. m. s. Harum meminit Angelus Capitellus Soc. Jesu *in epist. nuncup. Panegyr. Joannis Peregrini Turri*, ex editione Panormitana.

VINCENTIUS ALCAMENSIS. v. Ciullus dal Camo *tom.* 1. *pag.* 140.

VINCENTIUS ALIAS Messanensis, Societatis Jesu, natus 21. Octobris 1624. Societatis institutum amplexus est 9. Junii 1640. ac solemnia emisit vota primo Novembris 1658. Absoluto studiorum curriculo, Mathematicis disciplinis insignitèr excultus, has diù docuit; immò semper, magna cum laude, ac plausu, explanavit in Collegiis Messanæ, ac Melitæ. Eam nominis celebritatem adeptus est, ut à diffitis etiam provinciis ad ipsum difficillimas quæstiones, de rebus mathematicis, dissolvendas mitterent,

Digitized by Google

Græcè peritissimus, exoticis nonnullis linguis instructus vixit. Morum suavitate clarus, ingentem sui æstimationem promeruit. Decessit Melitæ anno 1704. Ipsum laudant Joannes Evangelista Panormitanus *in anagram. pag.* 162. & Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis Bucolicis pag.* 40. 49. 388. *& alibi*, qui nonnulla Græcorum auctorum fragmenta, ab ipso latinitate donata, exscribit. Multa scripsit, at solùm edidit

Trigonarithmum. Neapoli apud Novellum de Bonis 1670. in 4.

VINCENTIUS ALPHONSUS Panormitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Juris utriusque Doctor. Sacrâ eloquentiâ innotuit, & eximii concionatoris partes explevit. Politiori literaturâ ornatus vixit circa annum 1632. Edidit Italicè

Prima Centuria delle lettere. Neapoli apud Joannem Dominicum Montanarum 1635. in 8. Prælo paraverat

Seconda Centuria delle Lettere.

Prediche.

VINCENTIUS AMATUS Ciminnensis, natalem diem vidit 6. Januarii 1629. Adolescens Panormitanum Clericorum Seminarium ingressus, cùm studiorum curriculum confecisset, Sacræ Theologiæ laureâ cohonestatus est. Sacris ordinibus initiatus, musices studio animum adjecit, ac ita profecit, ut hac in facultate peritissimus evaserit: ideoque anno 1665. Cathedralis Panormitanę Ecclesię Mulices Moderator electus, quæ armonicis modulis expressit, summa cum laude audita semper, ac probata sunt. Anno ætatis suæ 41. ad plures abiit 29. Julii 1670. Funeri interfuit Musicorum omnium cœtus, ac Capitulum, & Clerus laudatæ Cathedralis: & in Ecclesia S. Nymphæ Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis sepultus est. Evulgavit

Sacri Concerti a 2. 3. 4. *e* 5. *voci, con una Messa a* 3. *e* 4. *Libro Primo, Opera Prima.* Panormi apud Bisagnium 1656. in 4.

Messa, e Salmi di Vespro, e Compieta a 4. *e* 5. *voci. Libro Primo, Opera Seconda.* Ibidem apud eumdem 1656. in 4.

VINCENTIUS ARNAUS Mazarienſis, Poeta insignis; etsi luminibus orbatus, ingenii splendore illustratus, multa latino, & etrusco carmine laudabilitèr panxit. Anno 1625. ætatis suæ 63. è vita migravit. De eo Leonardus Orlandinus *in Imaginib. pag.* 73. & Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 543. qui scripsisse testantur

Anagrammata.

Cantiones.

VINCENTIUS AURIA Panormitanus. Hujus vitam celeberrimæ Academiæ Arcadum mandato scripsi, quam habes in tertia parte Vitarum Illustrium Arcadum, Romæ edita hoc anno 1713. Nonnulla etiam in ipsius laudem prodidi in observationibus ad Siciliam Inventricem ejusdem Auriæ: ideoque hìc multa paucis concludam. Prodiit ex nobili familia Auria, quæ originem traxit suam è Genuensi Republica, ubi Doriæ, vel Auriæ nomine adhuc avitum splendorem servat. Patrem habuit Fridericum Auriam, de quo *tom.* 1. *pag.* 244. In lucem editus Panormi 5. Augusti 1625. etsi à teneris unguiculis patre orbatus, egregias ingenii partes, quibus se munitum perpetuò detexit, humanioribus primùm literis, mox Rhetoricæ, & Philosophiæ studiis impigrè addixit: ideoque inter condiscipulos insignitèr eminuit. Jurisprudentiæ dicatus brevitèr eâ felicitate hanc disciplinam arripuit, ut inter causarum Patronos effulserit: adeptâ etenim in Catanensi Academia Doctoris laureâ anno 1652. magni momenti causas feliciter propugnavit; adeout spem conceperint omnes, ad Jurisprudentiæ honores celeri cursu Vincentium properare. At ipse omnium fefellit opinionem: cùm enim ex innata propensione politioribus literis, inter Juris utriusque studia ab adolescentia operam impendisset, hæ mitiorem ejus animum, à forensibus jurgiis abhorrentem, sensim abstraxerunt: ideoque ineunte ætate, honoribus neglectis, penitus à Foro deflexit. Musas Latias, Etruscas, Siculasque habuit familiares: & à tenera adhuc ætate egregia edidit ingenii monumenta. Hinc cum præcipuis poeticæ gloriæ candidatis honestâ æmulatione decertavit. Omnigenâ eruditione locupletatus enituit. In historiis Siculis, ac præsertim Panormitanis versatissimus, abdita antiquitatis arcana sedulò penetravit: ideoque Patriæ amantissimus, multa in ejus gloriæ propagationem scripsit: multa in tenebris sepulta in veritatis lucem eduxit. Ob peculiarem in rebus Siculis studium, eam eruditionis æstimationem assequutus est, ut ad ipsum, tanquam ad oraculum, omnes confugerent in rebus difficillimis; nec aliquis rerum Sicularum coævus Scriptor aliquid molitus est, quin ejus operam non imploraret, ut lumen ab ejus eruditione mutuaretur. Non dum annum ætatis suæ vigesimum attigerat, cùm in Reaccensorum Academia Panormitana exceptus est; in qua quicquid prosâ, vel versu profudit, laudem, plausumque promeruit summum. In ea diù præfuit à secretis, & censuris: & inter præcipuos literatos eminuit; quibus intimè gratus fuit. Evulgatis ingenii sui lucubrationibus, ita ejus nominis fama undique pervolavit, ut innumeri, omni literarum genere ornatissimi, tum in Sicilia, tum etiam in Italia efflorentes, cum ipso amicitiam contraxerint arctissimam: ideoque nonnulli, multa ad Siculam historiam spectantia, ac de viris illustribus Siculis, ab eo exquisiere; ut Ab. Michael Justinianus, Augustinus Oldoinus Soc. Jesu, & Angelicus Aprosius, ab editis libris celebres. Aprosius præsertim ita Auriæ addictissimus vixit, ut multis Italiæ literatis ejusdem promerita detexerit: inter multos primæ notæ literatos retulerit *in Bibliotheca Aprosiana pag.* 206. ac inter illos, qui eamdem Bibliothecam, elargitis munificè libris, locupletarunt. Pluriès ejus imaginem enixè efflagitavit, ut inter virorum illustrium effigies collocaret,

Digitized by Google

caret, ad ejuſdem Bibliothecæ ornamentum, quam in Civitate Vigintimillii à fundamentis excitaverat. Apud Siciliæ Moderatores, Præſules, ac Dynaſtas magnâ eruditionis opinione valuit. Petro Valero Diez, Siciliæ Viſitatori Generali, viro doctrinâ, & eruditione claro, nihil fuit Vincentio cariùs; ejuſque egregias dotes Franciſco de Benavides, Comiti S. Stephani, Siciliæ Proregi, patefecit; cui propoſuit, ut ad Regiæ Cancellariæ Siculæ inſtaurationem, eidem Auriam præficeret. Ab eodem Prorege magnâ benevolentiâ complexus eſt: ac ingenti conceptâ de Vincentio opinione, ipſi Hiſtoriam Chronologicam Moderatorum Siciliæ ſcribendam demandavit. In Academiis Solidatorum Lilybœi anno 1661. Incurioſorum Barii anno 1705. operâ doctiſſimi, egregiique viri Hyacinthi Gimmæ, perpetui ejuſdem Academiæ Promotoris; & Arcadum Romæ eodem anno, ex beneficio Joannis Marii de Creſcimbenis, celeberrimi hujus Academiæ Fundatoris, ac Cuſtodis, adſcriptus eſt. A Bernardo Triviſano, viro egregiè docto, ac celeberrimo, dignus meritò exiſtimatus, qui inter primæ notæ literatos accenſeretur, quorum ope novam Rempublicam literariam inſtitueret in Italia, ut ſcientias, artesque ad ſaniorem rationem redigeret: quod patet ex fine ejus libri, cui titulus: *Riflessioni ſopra il buon Guſto intorno le Scienze, e le Arti di Lamindo Pritanio*, Venetiis edito anno 1708. Morum integritate, animi candore, modeſtiâ, & pietate conſpicuus, venerationem promeruit. Vir oppidò felicioti fortunâ dignus, inter duriores rerum ærumnas (quibus paſſim ſubjeciſſe viros ampliſſimos, ac literis clariſſimos, exploratum eſt) animi conſtantiam ſervavit infractam. Eidem in adverſis ſolatio erant Muſæ, ac libri, quos uſque ad vitæ extrema numquam depoſuit. Cùm incorruptâ valetudine etiam ſenex viguiſſet; ac memoriæ vim ſanè admirandam ſemper retinuiſſet; demùm lætali morbo affectus, magno literatorum dolore piiſſimè deceſſit Panormi 6. Decembris 1710. anno ætatis ſuæ 85. Senatus Panormitanus benemerentiſſimo civi in æſtimationis argumentum juſta decrevit. Nobilium Societas, cui à Pace nomen, Sodalis fui eſequias proſequuta eſt: & ad Majorum ſuorum ſepulchrum in Eccleſia S. Franciſci deductus fuit. Ejus imago ære inſculpta edidi, hâc adjectâ inſcriptione:

D. Vincentius Auria Panormitanus J. V. D. Poetica, & Hiſtorica eruditione clarus, de Patriis, Siculiſque rebus benemerentiſſimus, devixit Panormi 6. Decembris 1710.

Auctores, qui Auriam plenis laudibus extollunt, hìc reſcribere ſupervacaneum puto, cùm omnes invenies in ejus vita edita, ut innui, *inter Vitas Illuſtrium Arcadum par.* 3. Typis tradidit Italicè

Il Martello di Claudio Mazzeo, per la marmorea Inſcrizione, eretta dal Pubblico di Meſſina nel Piano di S. Maria l'anno 1648. *in falſa offeſa della Felice Città di Palermo, Capo, e Metropoli della Sicilia.* Anconæ apud Franciſcum Salvionem 1649. in 4. ſub ficto nomine, ut vides, Claudii Mazzei.

Ragguaglio delle Feſte fatte in Palermo a 13. 14. e 15. di Luglio 1649. *nell'annual memoria del Ritrovamento di S. Roſalia Vergine Palermitana.* Panormi apud Decium Cyrillum 1649. in 4. Sub anagrammatica larva Andreæ Zuonvicini.

I due Martirii d'Aleſſandria, Racconto Hiſtorico del Martirio di S. Giuliano Nobile Aleſſandrino, e di S. Cronione Euno ſuo Seggiattiero. Ibidem typis Petri de Iſola 1651. in 12.

Vita di Giuſeppe Fiore, e Annotationi all'Alloro, ode Pindarica dello ſteſſo. Prodiere cum carminibus ejuſdem de Flores, quæ idem Auria curavit, ut evulgarentur Venetiis apud Turrinum 1651. in 12.

Oratione recitata nell'Accademia de' Sig. Riaceſi di Palermo nell'Allegrezze fatte in eſſa Città per le Vittorie di Sua Cattolica Maeſtà in Italia, in Catalogna, e in Fiandra. Panormi apud Nicolaum Buam 1653. in 4. & iterum in fine libri inſcripti: *Applauſi di Palermo &c. di Giacinto Maria Fortunio.* Ibidem apud eumdem 1654. in 4.

Dell'Origine, ed Antichità di Cefalù Città Piacentiſſima di Sicilia, Notitie Hiſtoriche. Ibidem apud Cyrillos 1656. in 4.

Relatione della Machina alzata in Palermo a dì 15. di Luglio 1660. *celebrandoſi la Feſta di S. Roſalia, Nobiliſſima Palermitana, dal Sig. Pandolfo Malgonnelli, Nobile Fiorentino, con il Dialogo in muſica recitato in detta Machina.* Ibidem apud Joſephum Biſagnium 1660. in 4. ſub nomine Academici Uniti: & Florentiæ apud Vincentium Evangeliſtam 1660. in 4.

Relatione della Machina alzata in Palermo a dì 15. di Luglio 1661. *celebrandoſi la Feſta dell'Inventione di S. Roſalia, Nobiliſſima Vergine Palermitana, dal Sig. Pandolfo Malgonnelli, Nobile Fiorentino, con il Drama muſicale, e un Compendio nel fine della Vita di S. Roſalia.* Panormi typis Joſephi Biſagni 1661. in 4. Sub nomine Andreæ Zuonvicini.

Il Vero, & Original Ritratto di Chriſto Noſtro Signore in Croce, Narratione Hiſtorica dell'Origine del SS. Crocifiſſo della Maggiore, e Metropolitana Chieſa di Palermo. Ibidem apud Petrum de Iſola 1669. in 8. iterum cum additione ibidem apud Hæredes de Iſola 1690. in 8. & tertiò cum aliis additionibus, & Chronologia Archiepiſcoporum Eccleſiæ Panormitanæ, ibidem apud Dominicum Corteſium 1704. in 8. Hujuſce hiſtoriæ compendium edidit etiam in folio expanſo, Panormi apud Petrum de Iſola 1670. quod ampliori narratione prodiit in libro inſcripto: *la Perpetua Croce* P. D. Caroli Tomaſii, in editione Panormitana apud eumdē 1674. in 8.

La Roſa Celeſte, Diſcorſo Hiſtorico dell'Inventione, Vita, e Miracoli di S. Roſalia Vergine Palermitana. Panormi apud Petrū de Iſola 1668. in 4.

Vita di S. Roſalia Vergine Romita Palermitana. Ibidem apud eumdem 1669. in 4. Hanc in Hiſpanam vertit linguam Martius Albergus Sa-

cerdos Panormitanus, cujus authographum extat apud me.

La Giostra, Discorso Historico sopra l'origine della Giostra in varie parti dell'Europa, e della sua introdutione, ed uso antico, e moderno nella felice, e fedelissima Città di Palermo, Reggia di Sicilia, fino all'anno 1690. Ibidem apud Hæredes de Isola 1690. in 4.

Il Gagino Redivivo, overo Notitia della vita, ed opere di Antonio Gagino nativo della Città di Palermo, Scultore famosissimo. Ibidem apud Josephum Gramignanum 1698. in 4. Extant etiam in operis calce : *Memorie di Vincenzo Romano famoso Pittore Palermitano.*

Historia Cronologica delli Signori Vicerè di Sicilia, dal tempo, che mancò la personale assistenza de' Sereniſſimi Re di quella. Cioè dall'anno 1409. *fino al* 1697. *Aggiuntovi un Indice Cronologico de' Re, e Vicerè di Sicilia, e un discorso dell'Officio, e Prerogativa del Pretore, e Senato di Palermo, e l'Indice de' Giustitieri, e Presidenti de' Tribunali del Regno di Sicilia, de' Regenti del Supremo Consiglio d' Italia, Consultori de' Vicerè, e Generali delle Galee di Sicilia.* Ibidem apud Petrum Coppolam 1697. in fol.

La Verità Historica Svelata, overo Avvertimenti, e Correzioni al Nuovo Laertio di D. Filadelfo Mugnòs, sopra alcune vite di Filosofi, e altri Huomini Illustri Siciliani, scritte a disinganno de' troppo creduli. Ibidem apud Felicem Marinum 1702. in 4. Opus hoc laudant Monumenta Trevoltiana an. 1702. *art.* 19. *pag.* 186.

La Sicilia Inventrice, overo le Invenzioni lodevoli nate in Sicilia. Ibidem apud eumdem 1704. in 4. Cui addidi Observationes, & Addictiones. Hanc lucubrationem laudant Acta Eruditorum Lipsiæ *an.* 1707. *pag.* 465. *& an.* 1708. *pag.* 538. & Auctores operis inscripti : *Galleria di Minerva tom.* 5.

Il Beato Agostino Novello Palermitano, Opera Apologetica, in cui si prova, che il B. Agostino fu di nascita Palermitano della nobile famiglia Termine, contro le opposizioni di Bernardino Affcalco, ed altri Autori. Ibidem apud Dominicum Cortesium 1710. in 4. Laudant opus hoc, & approbant Auctores clarissimi Diarii Literatorum Italiæ *tom.* 5. *art.* 22. *pag.* 402. *&* 403.

Vita della Gloriosa S. Venera, o Veneranda. Addita est Legendario Sanctarum Virginum edito Panormi apud Petrum Coppolam 1661. 1676. & 1678. in 8.

Osservationi all'Autunno, o vero alla Gelosia, Egloga Terza del Battillo di Gio: Battista Basile. Ideſt Joannis Baptistæ de Judice. Prodiit cū eodem Battillo Panormi apud eumdē 1686. in 12.

Relatione delle Reliquie de' Santi Martiri Palermitani venute da Roma in Palermo, cioè di S. Mamiliano, Cittadino, ed Arcivescovo Palermitano, S. Ninfa, S. Eustetio, Proculo, e Golbodeo. Ibidem apud Buam, & Camagnam 1666. in 4. suppresso nomine.

Siculâ lingua

Canzoni Belliane. In Musis Sicuiis *tom.* 2. *par.* 2. Ibidem apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum cum addictione apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. In Musis Siculis *par.* 3. Ibidem apud Bisagnium 1651. in 12. sub nomine Andreæ Zuonvicini.

Canzoni Siciliane Sacre. In dictis Musis *par.* 4. Ibidem apud eumdem 1653. in 12.

Latinè etiam edidit

Adnotationes ad Vitam B. Augustini Novelli Nobilis Panormitani, ex familia de Thermes, Authore Bernardo Riera J. C. Siculo Drepanense. Panormi typis Petri de Isola 1664. in 4.

Epistolam de origine Motucæ Urbis Siciliæ. In lucem emisit Placidus Carafa in Motuca Illustrata, edita Panormi typis Nicolai Buæ 1653. in 4. *à pag.* 12. *usque ad* 24.

Scripsit etiam, ac m. fl. reliquit hæc alia

Carmina, & Elogia.

Italicè

Historia di Sicilia, e continuatione dell'Historia di Sicilia di Tomaso Fazello dall'anno 1556. in fol.

L'Agata Palermitana, Historia Apologetica della Patria di S. Agata Vergine Palermitana. in fol. Hujus meminere Joannes Bap. de Judice *in carmin. par.* 1. *pag.* 393. Joannes Bap. Vallegius *in carmin. pag.* 38. & Joannes Andreas Malla *in sua Sicilia par.* 2. *pag.* 192.

Teatro degli Huomini Letterati di Palermo. in 4. Hoc opus memoratur à Joanne Bap. de Franchis *in Vita B. Petri Hieremiæ*, & à Josepho Galeano *in Musis Siculis par.* 4. *pag.* 335.

Discorsi Historico-Apologetici in difesa di varii Santi Palermitani, contro le oppositioni di Bernardino Affcalco Messinese, nel suo libello intitolato, Termine rimessa in Stato. in 4.

Historia Varia di Palermo. in 4.

Discorsi Historici di Palermo, e di Sicilia. in 4.

Elucidario Siciliano, overo Sicilia Antica, e Moderna, Narratione Historica dell'antiche Città di Sicilia, cioè di quelle, che perirono, e che oggidì sono in piedi, con l'aggiunta de' Nomi de' Fiumi, Monti, e Promontorii della Sicilia. in 4.

Notitie Historiche degli Huomini Illustri di Sicilia. in 8.

Discorso dell'origine delle Rime Italiane in Sicilia. in 4.

Diario Historico di Palermo. Tomi due. in 4.

Giunte, e Osservationi alla Cronica di Sicilia di Cristoforo Scanello, detto il Cieco di Forlì. in 4.

Discorsi Accademici, Tomi due. in 4.

Rime, Tomi tre. in 4.

Osservationi Historiche al Tomo Primo degli Annali di Palermo di D. Agostino Inveges. in fol.

Discorso Historico dell'origine de' Parlamenti, e lor donativi nel Regno di Sicilia. in fol.

Osservationi varie della lingua Italiana. in 8.

Le Maraviglie della Sicilia, cioè delle cose Naturali, e marauigliose della Sicilia. in Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jesu. in 4.

L'Acque di Palermo: etimologia de' nomi, qualità, e corso de' fiumi, e fonti di Palermo. in 4.

Di-

Discorsi Historici di varie Città di Sicilia. in 4.
Metamorfosi di Ovidio in Prosa. in 8.
Et alia similis argumenti. Hæc magna ex parte extant apud me.

VINCENTIUS BARBARUS Drepanensis, vir politioribus literis excultus; Græcis, latinisque literis ornatus inclaruit. Poeta egregius, at nimiùm obscurus. Vixit circa annum 1550. Hujus cum laude meminere Leonardus Orlandinus *in descrip. Drepani pag.* 50. *in disc. Siciliæ pag.* 80. *& in carmin. Accensorum par.* 1. *pag.* 131. qui Præceptorem suum vocat; Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 555. & Vincentius Nobilis *in Thesauro abscond. de Virgine Drepan. cap.* 23. *pag.* 788. Adhuc juvenis edidit

Divi Alberti Confessoris Vitam. Panormi apud Antonium Maydam 1536. in 4. iterum ibidem apud Thomam Romulum 1688. in 4. edita est etiam *in Vitis SS. Siculorum Octavii Cajetani, tom.* 2. *à pag.* 219.
Scripsit etiam

Hymnos, Epigrammata, & Elegias.

VINCENTIUS BELANDUS, sive CATALDUS SICULUS. Edidit ex Leone Allatio *in Drammaturg. pag.* 27. *&* 559. & Bibliotheca Exotica *pag.* 202. Italicè

Gli Amorosi Inganni Comedia piacevole. Parisiis typis Davidis Silii 1609. in 12.

VINCENTIUS BONANNUS Ennensis, amœnioris literaturæ cultor eximius. Inter Panormitanæ Academiæ Reaccensorũ innotuit. Obiit Panormi anno 1702. Edidit vernaculâ linguâ

L'Orfeo Rinovato. Venetiis apud Joannem Antonium Bonfilium 1668. in 8.

VINCENTIUS DE BOSCO Panormitanus, vir amplissimâ nobilitate clarissimus, Medii justii, & Risalini Baro, ac primus Vicaris Comes: patrem habuit Franciscum de Bosco Baidæ, Vicaris, & Misilmerii Baronem. Avitum familiæ splendorem, literis, muneribusque amplificavit. Ad Catholicum Regem Philippum II. Urbis Panormi Orator accessit, ut patriæ munus viginti millia aureorum eidem deferret; ac ejus nomine fidelitatis sacramento sese obstringeret. Philippus verò eidem Vincentio Oratori juramentum præstitit de servandis ejusdem Urbis Privilegiis 6. Novembris 1556. in oppido Gandavi, ut ex Privilegiis Urbis Panormi *pag.* 422. clariùs patet. Ab eodem Rege Comitis Vicaris titulum assequutus est, ex diplomate dato 23. Decembris 1556. Prudentiâ, & consilio plurimùm valuit; ideoque Patriam etiam Prætoris munere gubernavit anno 1555. ac Magnum Siciliæ Justitiarium egit. Sardiniæ Proregem Vincentium designaverat laudatus Philippus Rex, ut eidem renunciavit Marcus Antonius Columna, Siciliæ Moderator, cùm extrema ægritudine laborantem inviseret: at mors ejus honoribus invidit; nam ingravescente morbo, extrema clausit Panormi 31. Julii 1583. & ad Misilmerii oppidum delatus est. Prudentiæ, ac animi dotibus, quibus inclaruit, literarum studia adjunxit. Poeta egregius, Italicâ, ac vernaculâ linguâ multa laudabilitèr scripsit: & in Academiis Solitariorum, & Accensorum Panormi elimatissimas ingenii vires probè detexit. Hunc summis laudibus extollunt Franciscus Baronius *in Siculæ nobil. amphit. pag.* 6. Augustinus Inveges *in appar. Panor. Nobilis pag.* 44. Josephus Galeanus *in Musis Siculis par.* 1. *pag.* 303. Vincentius de Joanne *in Panor. triumph. lib.* 12. *pag.* 123. Rocchus Pirrus *in Chronol. Regum Siciliæ pag.* 113. Argistrus Joffredus, Bartholomæus Bonannus, Hieronymus de Rape, & Antoninus Alfanus *in Carm. Accensorum lib.* 1. *pag.* 27. 66. 79. *&* 94. idem Bonannus, & Hippolytus ab Hippolyto *in carmin. cit. lib.* 2. *pag.* 5. *&* 38. Citatus Hippolytus *in emblem. pag.* 53. Vincentius Auria *in Chronol. Proregum Sicil. pag.* 298. aliique. Vincentii extant Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *par.* 1. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12. ut etiam in libro: *Raccolta di Canzoni Siciliane di diversi buoni Autori.* Mediolanæ typis Hæredum Petri Breæ 1638. in 12.
Scripsit Italicè, sed non edidit

Dell'Effetti della Fortuna Opera Morale. Ex Vincentio de Joanne *in Panor. Restaurata lib.* 2. m. s. Circumferuntur etiam

Sonetti, Capitoli, e Stanze. Ex his pauca invenies *in Carminib. Accensor. lib.* 1. *pag.* 80. in libro: *Rime di diversi belli Spiriti della Città di Palermo in morte della Signora Laura Serra, e Frias.* Panormi 1572. in 8. & apud Rocchum Gambacurtam *in Foro Christiano par.* 3. *cap.* 10. *pag.* 193.

VINCENTIUS BONINCONTRUS Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, genere clarus, sed doctrinâ, & dignitate clarior. Panormi in Dominicanam familiam adscitus, eâ animi contentione ad graviores disciplinas ingenium addixit, ut exinde Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam summa cum laude docuerit; ac Magistri laureâ exornatus meritò effulserit. Prudentiâ, & in rebus agendis dexteritate apprimè excultus, Prioris munere Cœnobium Panormitanum S. Dominici tertiò rexit, ac Siculam Provinciam moderatus est. Cùm Romam se contulisset, ac doctrinæ præstantiam detexisset, Theologum, & familiarem suum delegit Camillus Borghesius S. R. E. Cardinalis, qui ad summum Ecclesiæ fastigium evectus, Pauli V. nomine, ab eo Archiepiscopus Amalphitanus electus est: mox eodem instante ad Episcopalem Agrigentinæ Ecclesiæ sedem anno 1607. translatus. In Ecclesia regenda sedulì Pastoris partes impigrè exhibuit; Seminarium enim Clericorum, ædium magnificentiâ, & dotatione adauxit. Mulierum Repentitarum Monasterium excitavit: aliud S. Mariæ de Raccomandata dictum, aliò transtulit, & à paupertatis ærumnis liberavit. Ob profusam liberalitatem erga suos in multorum odium incidit; ideoque apud Paulum V. accusatus, ut se ab omni labe immunem probaret, ipsum adiit: ac innocens declaratus, Panormum remeavit, ab omnibus honorificentis-

Digitized by Google

tissimè exceptus. Multa in Ecclesiæ suæ beneficium perpetravit: & Agrigenti decessit 27. Maii 1622. Cadaver ad Panormitanam Ecclesiam S. Dominici translatum est, ut ipse decreverat, & in Sacello SS. Crucifixi, quod vivens magnificè extruxerat, ac exornaverat, conditum fuit, hâc inscriptione adjectâ

F. Vincentius Bonincontrus Episcopus Agrigentinus, fuit Pauli V. Pont. Max. Theologus, vir doctrinâ, & virtutum laude conspicuus, sacellum hoc suis sumptibus exornavit, ut in quo templo religiosæ vitæ hausit spiritum, in eodem corporis pignus, amoris erga suum Ordinem relinqueret monumentum. Vixit annis LIX. mens. IX. diebus XXIII. Obiit die XXVII. Maii MDCXXII.

De Vincentio vide Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Agrig. pag.* 315. 326. & 330. Franciscum Baronium *de majest. Panor. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 124. & *cap.* 8. *pag.* 136. Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Domin. par.* 1. *cap.* 5. *tit.* 6. *pag.* 116. Josephum Bonfilium *in hist. Sicil. par.* 3. *lib.* 3. *pag.* 86. Joannem Michaelem Pium *de viris illustr. S. Dom. par.* 2. *lib.* 4. *pag.* 375. Joannem Michaelem Cavalerium in libro: *Galleria de' Pontefici &c. Domenicani tom.* 1. *cent.* 5. *pag.* 556. & alios. Edidit Vincentius

Constitutiones Diœcesanas Synodi. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1610. in 4.

VINCENTIUS BRANCIFORTIUS Siculus, nuspices peritissimus. Vincentii Branciforti Abbatis S. Mariæ Novę Lucis meminit Petrus Carrera *in epigram. lib.* 2. *pag.* 69. à quo laudatur: at si hic sit iste, de quo agimus, incompertum mihi est. In libro inscripto: *Infidi lumi, Madrigali a* 5. *voci di diversi Autori Siciliani*. Panormi typis Joannis Baptistæ Mariughi 1603. in 4. extant nonnulla nostri Vincentii musicis modulis expressa.

VINCENTIUS CALABROUS Panormitanus, elegantis ingenii vir: cujus dotes in Panormitana Reaccensorum Academia non obscurè detexit, amœnioribus literis impensè dicatus. Anno 1685. clericali militiæ adscriptus, & sacerdotali charactere initiatus, vix obtulerat aliquoties missæ sacrificium; cùm ob ingenitam tristitiam, quâ nimiùm laborabat, in dementiam lapsus est; & inter furentis animi turbines arrepto cultro, se ipsum lætaliter sauciavit: ac brevitèr ex vulnere sibi inflicto, è vita excessit Panormi 16. Augusti 1685. anno ætatis suæ 25. Edidit Italicè

L'Antipatie dell'Inertia, discorsi Accademici. Panormi apud Petrum de Isola 1682. in 12.

Le Prime Mosse in Parnasso. Poesie Liriche. Ibidem typis Jacobi Epiri 1683. in 12.

VINCENTIUS CALOGERUS Messanensis, Ordinis Prædicatorum, vir sanctimoniæ famâ insignis. Natus anno 1588. adolescens, Dominicanum Ordinem amplexus est 6. Decembris 1609. Confecto studiorum curriculo, ad Lectoris gradum evectus, doctrinâ claruit. At omnes animi vires in regulari adipiscenda perfectione adhibuit. Obedientiâ, paupertate, constitutionum observantiâ, ac paupertate enituit. Humilitatis studiosissimus, ad viliora Cœnobii se dimittebat: ideoque ab omni honoris specie abhorruit; nec nisi ex obedientiæ præcepto Prioris munus Messanensis Cœnobii coactus assumpsit: at plurimùm eidem Cœnobio profuit. Charitate erga pauperes clarus, quæ corpori suo subducebat, ac ab aliis colligebat, in ipsorum opem erogabat, summâ cum veneratione; eorumque precibus se enixè commendabat. Rerum cœlestium contemplationi addictus fuit, & à sensibus avocatum, pluriès observarunt nonnulli. Divino amore succensus æstuavit, & Deiparam Virginem impensè recoluit: ac de ipsius Rosario singulis festis diebus per annos quadraginta, & ultra, conciones habuit magno animi ardore, ac admirabili populi frequentiâ, ac fructu. Cœlitum verò Regina Vincentio se spectandam aliquando præbuit. Prophetiæ, ac miraculorum dono viri sanctimoniam Dominus illustravit: ac summâ æstimatione prosequutus Messanæ decessit in Cœnobio S. Dominici 12. Februarii 1677. Ad viri cadaver irruit populi pietas; ejusque vestes in frustra discidit: adeout, vix adhibitis custodibus sepulturæ traditum sit. Octavo die funus celebratum; cui interfuit Senatus Messanensis, ac funebrem orationem de Vincentii laudibus dixit Sacerdos quidam ex Clericis Regularibus. Seorsim ab aliis conditus est, cum hac inscriptione marmori insculpta:

D. O. M.

Fr. Vincentius Calogero Messanensis, filius hujus Conventus, virtutum exemplar, ac Virginis cultor eximius, obiit XII. Februarii M. DC. LXXVII.

De Vincentio vide plura apud Benedictum Clarellum *in monument. sacris Messanæ pag.* 400. qui 12. Martii obiisse tradit: at ex epitaphio, & Relatione mihi transmissis ex eodem Cœnobio Messanensi S. Dominici, ad Cœlum evolavit 12. Februarii. Edidit Italicè

Modo di dire il SS. Rosario. Cosentiæ apud Joannem Bap. Rossum 1648.

VINCENTIUS CANDIDUS Syracusanus, Ordinis Prædicatorum, ex nobili familia de Scannavino, & Candido progenitus; patrem etenim Josephum Scannavinum habuit, matrem verò Antoniam Candidam. Vir sanè tum doctrinâ, tum sanctimoniâ celeberrimus. Natus Syracusis 2. Februarii 1572. ab ipsa pueritia literarum, & pietatis studia amplexus, mirabiliter profecit; ac futuræ doctrinæ, & probitatis indicia præbuit non obscura. Adolescens cùm ad animi relaxationem in patrio lictore cum aliis diversaretur, omnes ex inopinato à turcica biremi aggressi sunt: sociis in duram servitutem abstractis, ipse solus ab hostium manibus dilapsus, servatam divinitùs libertatem soli Deo dicare deliberavit: ideoque Romam adiit, ubi in Cœnobio S. Mariæ super Minervam, eodem natali die 2. Februarii 1594. regularem vestem obtinuit. Gravioribus disciplinis addictus ingenii, ac laboris ope ad illud doctrinæ fastigium

Digitized by Google

gium seſe extulit, ut inter prestantissimos Theologos eminuerit. Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam Regentis munere docuit; & emeritâ Magistri laureâ cohonestatus, tanquam Theologum, numeris omnibus absolutum, semper venerati sunt omnes. In sacris etiam literis versatissimus, & multiplici eruditione exornatus, Ecclesiastem egit: ideoque Romæ, Neapoli, Syracusis, & alibi in Quadragesimali curriculo conciones habuit magno cum plausu; ab eloquentiæ vi, eruditione, & fructu plurimùm commendatus. Omnium primum coronam Plagarum Christi Domini è suggestu docuisse tradit Hieronymus Tetus in libro inscripto: *dichiaratione della Corona di N. S. Giesù Cristo pag.* 18. Virtutum etiam studium nō neglexit, immò impensè recolit: ideoque morū innocentiâ, virginali puritate, modestiâ, humilitate, animarum zelo, vitæ austeritate conspicuus inclaruit: & ut omnia paucis concludam, tanquam regularis observantiæ exemplar longè, latèque refulsit. Doctrinæ præstantiâ, ac vitæ sanctimoniâ ornatissimus, ad Ordinis honores evectus est. Tertiò Prioris munere Cœnobio Romano S. Mariæ super Minervam præfuit, ibique, ex eleemosynis, quas à piis collegit viris, multa pietatis suæ argumenta reliquit. Quater Provincialis constitutus, Provincias Apulienſem, Siculam, & Romanam singulari prudentiâ administravit: ac regularem observantiam promovere desudavit. Ex Sum. Pontificum decretis ter Vicarium Generalem totius Ordinis egit. Extra regularem familiam etiam honoribus insignitus enituit. Sancti Officii Siciliæ fuit Consultor, & Censor. Per annos viginti, & ultra, apostolici Pœnitentiarii munus in Basilica Romana S. Mariæ Majoris exercuit. Demùm ab Innocentio X. Sum. Pontif. anno 1645. Sacri Palatii Magister electus est. His tanta nominis sui opinio invaluit, ut undique celeberrimus, magnam æstimationem assequutus sit. S. R. E. Cardinalium, ac Summorum Pontificum amorem promeruit; præsertim laudati Innocentii, à quo perſæpè publicas laudes accepit. Magni momenti negotiis admotus est. Præfuit versioni Bibliæ Sacræ in Arabicam linguam, ejusque editioni: ex Diario literatorum Romæ *an.* 1672. *pag.* 4. Ab Innocentio X. adhibitus est, ut cum aliis primi nominis Theologis, Propositiones Cornelii Jansenii examinaret, quarum quinque exinde Pontifex editâ Bullâ damnavit anno 1653. Demum senio confectus, ac studiorum assiduitate, orationibus, vigiliisque absumptus, & à quartana febri paulatim consumptus, vivere desiit Romæ 6. Novembris 1654. ætatis suæ an. 82. Ob præconceptam sanctimoniæ opinionem, ad ejus funus ingens populi, ac nobilium vis confluxit; & ex ejus vestibus particulas efflagitabant omnes, ut tanquam viri Sancti reliquias servarent. Annibal Adamus Soc. Jesu, tunc Rhetorices Præceptor in Romano Collegio, in Vincentii laudem, cultissimam orationem dixit, cujus fragmentum edidit Michael Justinianus *in epist. memorab. tom.* 3. *pag.* 23. Jacet in Ecclesia S. Mariæ super Minervam, cū hoc epitaphio conditus.

D. O. M.
F. Vincentio Candido Ord. Præd.
morum candore, doctrinâ,
vitæque probitate clarissimo,
Cœnobii S. M. S. Minervam
Semel, iterum, ac tertiò Priori,
Provinciarum Apuliæ, Siciliæ, atq; Romanæ
Provinciali præfecto,
Apostolico Pœnitentiario,
Ordinis ter Generali Vicario,
Sacri Palatii Magistro,
VIII. Id. Novemb. an. M.DC.LIV.
E mortalium oculis erepto,
Ex Fratrum S. M. S. M. pietate positum.

Vincentium laudant Vincentius Maria Fontana *in Syllabo Magistr. Sacri Palatii n.* 64. *pag.* 172. *in Theatro Dominic. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 64. *pag.* 456. *& tit.* 2. *n.* 73 *pag.* 487. *& in monument. Domin. par.* 5. *cap.* 1. *pag.* 643. *cap.* 2. *pag.* 645. *& cap.* 3. *pag.* 665. Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 213. *& in Not. Eccl. Lipar. pag.* 681. Michael Justinianus *in epist. memor. tom.* 3. *pag.* 22. *& seq.* qui perperàm 11. Novembris defunctum tradit, Ferdinandus Ughellus *in Italia Sacra tom.* 2. *pag.* 1060. *& tom.* 6. *pag.* 1031. Davinus Guinisius *in Vita Jacobi Candidi*, Episcopi Loquedonensis, ejus fratris, Hippolytus Marraccius *in Antist. Marianis pag.* 285. Joannes Michael Cavalerius in libro: *Galleria Domenic. tom.* 2. *pag.* 133. *&* 253. Dominicus M. Marchesius *in diar. Domin. tom.* 5. *pag.* 427. Antoninus Bagotta *in fine Vitæ Innocentii X. pag.* 749. Augustinus Oldoinus *in Vitis Pontif. tom.* 4. *pag.* 654. Nicolaus Angelus Caferrius *in Synth. vetustatis pag.* 426. eruditis. Dominicus Berninus *in hist. hæresum tom.* 4. *sæcul.* 17. *cap.* 4. Guilelmus Seguier *in epist. nuncup. Pharetræ definitionum FF. Mendic.* aliique. Percurrenda præsertim epistola encyclica Joannis Baptistæ de Marinis Ord. Præd. Generalis, quam universis Fratribus Ord. Præd. scripsit, ut eisdem Vincentii mortem denunciaret: eam habes apud Fontanam *in Theatr. cit. pag.* 457. Edidit vir doctissimus

Illustrium Disquisitionum Moralium, quibus omnes Conscientiæ Casus maximè practicabiles explicantur Tomos IV. Primus, & Secundus Tomus prodiit Lugduni sumptibus Jacobi, & Petri Prost 1638. in fol. & Venetiis 1639. Posteriores excusi sunt Romæ typis Vaticani 1643. in fol. Hos Candidi libros in epitomen contraxit Franciscus Salafia Syracusanus Ord. Prædicatorum, edito libro, cui titulus: *Speculum Archimedis, in quo reflexis radiis Solaribus Illustrium Disquisitionum Moralium R. P. F. Vincentii Candidi omnes casus conscientiæ practicabiles summariè digesti resolvuntur.* Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1655. in 4. In operis hujus vestibulo Salafia Vincentii doctrinam, ac virtutes extollit. Scripsit etiam ex Fontana

De Primatu Divi Petri opus, quod Innocentio X. exhibuit: at in lucem non emisit.

Scri-

Digitized by Google

Scripsit etiam, ac m. ſſ. reliquit

Diſquiſitionum Moralium Tomum V. & VI.
Miſcellanea Caſuum Conſcientiæ.

Italicè

Quareſimali Tre.
Panegirici.

Hæc Syracuſis apud illuſtres Vincentii nepotes aſſervantur m. ſſ.

VINCENTIUS CAQUETIUS Siculus, incertæ patriæ, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter, celebris tum ob egregiam doctrinam, quâ ornatiſſimus effulſit, tum etiam ob vitæ innocentiam, ac eximias virtutes, quibus iuclaruit. In Philoſophicis quæſtionibus ſubtiliſſimum detexit ingenium, ac magnâ opinione vixit circa annum 1563. Hujus cum laude meminere Antonius Luſitanus *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 267. Joannes Michael Pius *de viris Illuſtr. Ord. Præd. par.* 2. *lib.* 4. *pag.* 259. & Ambroſius Altamuranus *in Biblioth. Dominic. pag.* 328. qui ſcripſiſſe teſtantur

De Suppoſitionibus librum, & alia.

VINCENTIUS CASTAGNOLA Meſſanenſis, origine Chius, Societatis Jeſu. In ſæculo militari diſciplinæ dicatus, uni triremi, & militum copiæ non exiguę, præfuit Dux ſummè ſtrenuus: ideoque nonnulla edidit bellicæ fortitudinis facinora. At inter Martis ſtudia, ac militarem licentiam, morum innocentiam illibatam mirabilitèr ſervavit, quam lætali culpâ nunquam temeraſſe tradunt. Poſt celeberrimam victoriam à Joanne Auſtrico adeptam juxtà Éclinadas, anno 1584. Societatis inſtitutum amplexus eſt Romæ, anno ætatis ſuæ 47. ut nonnemo eidem antea prædixerat. Inter Societatis primos à Clemente VIII. Pont. Max. miſſos Chium, eamdem inſulam ab anno 1595. cum aliis Societatis operariis inhabitavit. Ibi, & ubicumque exinde vixit, plurimùm in animarum beneficium deſudavit. Plures diei horas in Eccleſia ſedere conſuevit, expectens, qui ad confeſſionem obeundam accederent, mercatorum exemplo, ut dicebat, qui otioſi, emptores in tabernis operiuntur. Regularem obſervantiam ſtudioſè recoluit. Morum ſuavitate, dulcique eloquio facilitèr omnes ad divinum cultum attrahebat. Morti proximus beneficium à Deo ſibi collatum mirificè proclamabat, quod ad Societatem vocatus, & exceptus, in ea tandem vitam abſolveret: eo enim in tuto poſitam ejus æternam ſalutem arbitrabatur. Trium votorum profeſſus Meſſanæ deceſſit 13. Decembris 1604. æt. 68. De eo Placidus Samperius *in Iconologia M.V. lib.* 2. *cap.* 13. *pag.* 222. Joannes Nadaſus *in anno dier. memor. pag.* 173. qui 30. Martii æt. 70. obiiſſe tradit, Bibliotheca Soc. Jeſu, quæ in ſecunda editione Philippi Alegambi an. 1643. *pag.* 442. Meſſanenſem vocat Vincentium: (ita etiam Samperius *cit.* & Philippus Labbæus *in Chronol. Pinacotheca Soc. Jeſu pag.* 313.) at in tertia editione ex recenſione Natanaelis Sotuelli an. 1676. *pag.* 781. patriâ Chius renunciatur. De eo etiam Dominicus Stanislaus Albertus *in hiſtor. Soc. Jeſu par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *pag.* 477. *& ſeq.* Edidit

Catechiſmum à P. Jacobo Ledeſma Hiſpanicè conſcriptum, in Græcum ſermonem vernaculum verſum. Romæ apud Aloyſium Zannettum 1594.

VINCENTIUS CELESTRIS Siculenſis, Poeta, & hiſtoricus non vulgaris. Claruit anno 1648. Evulgavit

Theatrum Poeticum, in quo lepidè referantur Elegiæ, Poemata Sacra, & Epigrammata. Panormi apud Petrum Coppolam 1648. in 4.

De Sancto Gulielmo Civitatis Siclis Patrono Hiſtoriam. Ibidem apud eumdem 1648. in 4.

Mariale Bellum. Ex Placido Carafa *in Motuca Illuſtr. pag.* 68.

VINCENTIUS CICALA Panormitanus, ætate adhuc florente Muſas Siculas impensè dilexit. Multa de ſe promittere videbatur, at morte præventus ante annum 1647. in ipſo ætatis robore, pauca protulit ingenii monumenta. Ipſum laudat Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis par.* 2. *tom.* 2. *pag.* 267. ubi vernaculâ linguâ habes

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & iterum apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

VINCENTIUS CICALA alter Panormitanus, Juris utriuſque Doctor, præſtantiſſimi ingenii vir, Cauſarum patrocinium egit, non ſine laude. Cùm ſuper Siculas triremes in Regis Catholici obſequium honeſto munere fungeretur, ut ad altiora ſeſe extolleret, infelici eventu è vivis ereptus eſt apud Catalauniam, propè annum 1647. De eo idem Galeanus *loc. cit. pag.* 276. & Philadelphus Mugnós *in Theatro Geneol. par.* 1. *pag.* 276. Muſis Siculis carus ſcripſit

Canzoni Siciliane. In Muſis cit. Panormi typis Decii Cyrilli 1647. in 12. & apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12.

VINCENTIUS COLOCASIUS Lilybœtanus, Juriſprudentiæ Doctor, ac Poeta egregius. Claruit anno 1552. Ipſum laudat Franciſcus Flaccomius *in Sicelide ſect.* 3. *pag.* 38. Heroico carmine ſcripſit Bellum Africanum, quo Joannes Vega Siciliæ Moderator Afrodiſium expugnavit. Prodiit opus inſcriptum:

Vincentii Siculi Lilybitæ Jureconſulti, Quarti Belli Punici libri ſex. Meſſanæ apud Hæredes Joannis Bartoletti 1552. in 8.

VINCENTIUS CREMONA Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, Orator eruditione, & eloquentiâ inſignis. Claruit anno 1635. Edidit

Orationem Panegyricam pro ingenioſiſſima Netina Civitate, habitam in comitiis Provincialibus. Panormi typis Alphonſi de Iſola 1636. in 4.

VINCENTIUS DE CUTELLIS Nobilis Catanenſis, Juriſprudentiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor egregius, doctrinâ, & virtutis opinione claruit. Solitudinis amantiſſimus, ut ſoli Deo viveret, in Eremum, cui nomen *la Mecca*, ad 500. paſſus ab urbe diſſitam, ſeceſſit. At à Propinquis eductus, in Hiſpaniam invitus miſſus eſt anno 1569. ſpem enim de Vincentio haud exiguam conceperant. Perpensâ in regia aula ejus probitatis, & doctrinæ excellentiâ, à Catholico Rege

Phi-

Digitized by Google

Philippo II. Regius Capellanus electus est; ibique etiam à Reginæ Confessionibus fuit. Visitatorem Apostolicum in Universa Provincia Ecclesiæ Tortonensis egit: & in Provincia Patrimonii Romanæ Sedis Gubernatorem Generalem. Anno 1577. ex ejusdem Regis præsentatione, à Gregorio XIII. Episcopus Catanensis inauguratur. Fuit Vincentius acerrimus ecclesiasticæ jurisdictionis propugnator. Ecclesiæ bona à Catanensium potentioribus usurpata ad se revocare curavit; qua ex causa in suorum odium incidit, à quibus apud Sixtum V. Pont. Max. anno 1583. confictis flagitiis criminatur. Ideoque Romam accersitur, ac exurso biennio, innocens declaratur. At exortis contentionibus inter ipsum, & Matthæum Sammaniatum, Apostolicum Vicarium, iterum apud eumdem Pontificem accusatur. Hinc Romam iterum adiit, & in carcerem conjectus est. Anno verò 1589. ejus causâ ad examen deductâ, episcopali dignitate expoliatur, ac tantùm eidem annuæ unciæ 600. ex mensa episcopali assignantur. Demùm 28. Junii 1597. magnâ sanctimoniæ opinione Romæ decessit, & in Ecclesia S. Andreæ Fratrum Minimorum conditus est, hâc inscriptione cohonestatus.

D. O. M.

D. Vincentio Cutelli Siculo, Catanæ Patritio, & Episcopo, S.T. ac V.J.D. D. Maria Cutelli, & Platamone soror posuit: vixit annos LV. Obiit die XXVIII. Junii MDXCVII.

Ejus verò delatores paulò post divinæ ultionis pœnas exolvere coacti, misere periere. De Vincentio consule Rocchum Pirrum *in not. Eccl. Catan. pag. 67.* qui perperàm anno 1589. obiisse tradit, Joannes Bap. de Grossis *in decacord. Catan. tom. 2. cord. 9. pag. 144. & 166.* & fusiùs *in Catana Sacra §. 71. pag. 267.* & Franciscum Privitteram *in Ann. Catan. pag. 222.* Scripsit, ut hi testantur

Cathalogum Episcoporum Catanensium. Hunc maximo studio à Pirro perquisitum, & nullibi inventum, apud se m.s. asservat Innocentius Roccafortis Panormitanus, Catanensis Canonicus.

VINCENTIUS DE HELIA Panormitanus, musices peritus, diù in regio Sacello S. Petri Palatii Panormitani huic facultati operam dedit. Claruit anno 1636. Edidit Italico titulo

Salmi, & Hinni di Vespri ariosi a 4. e 8. voci, con il Basso continuo per l'organo. Panormi apud Venetianum 1636. in 4.

VINCENTIUS ERRANS Siculus, ac forsan Castribonensis; nam inter Academicos Curiosos Castriboni recensitum comperio. Claruit anno 1603. amœnioribus literis addictus. Edidit Italicè

Inganni d'Amore Comedia. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1603. in 8.

VINCENTIUS EUSTACHIUS BENINCASA Messanensis, Academicus Officinæ Messanensis, Poeta, & mitiorum literarum cultor eximius. Vixit anno 1670. Hujus extant Italicè

Rime. In libro: *Duello delle Muse, overo Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

VINCENTIUS LA FARINA Panormitanus, Baro Asprimontis, nobilissimo genere exortus est. Fratrem habuit Sebastianum la Farina, de quo *pag. 215.* filios verò eruditissimos Aloysium, & Martinum, de primo, jam egimus *tom. 1. pag. 19.* de secundo in hoc *tomo pag. 53.* Vincentius amœnioribus literis impensè addictus, omnigenâ eruditione ornatissimus vixit. Orator eximius, Poeta egregius, & in historiis versatus, magnâ æstimatione effloruit. Musis tum Latiis, tum Italicis gratus, multa cum nominis gloria cecinit. Obiit Panormi 7. Martii 1628. & in Ecclesia S. Ignatii Martyris sepultus est. Laudatur à Georgio Gualterio *in tabul. Siciliæ pag. 95.* ex editione Messanense, à Cæsare Rinaldo *tom. 2. epistol.* in una ad ipsum scripta, ab Augustino Inveglo *in appar. Panor. Nobilis de familia la Farina*, Francisco Baronio *in Siculæ Nobil. amphit. pag. 13.* Vincentio de Joanne *in Panor. Restaur. m.s. lib. 2.* Petro Antonio Tornamira *in respons. de vita S. Rosaliæ pag. 54.* & Vincentio Auria *in Rosa Cœlesti pag. 21.* Scripsit

Acta S. Veneræ m.s. in 4. Servantur in Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jesu.

Carmina. Ex Baronio cit.

Inscriptiones Urbis Panormi. Ex Gualterio cit.

Tractatum de Præstantia Tabellionatus in Regno Siciliæ. Extat in Bibliotheca Vincentii la Farina, Marchionis Madoniæ, nepotis.

Italicè

Rime. Ex Baronio, & Rinaldo cit.

Auria loco citato ejus Epistolam historicam de Diva Rosalia, scriptam anno 1620. exscribit: at perperàm ait, Vincentium ante inventionem reliquiarum S. Rosaliæ decessisse; nempè ante annum 1624. Hujus etiam epistolę meminere Tornamira cit. & Antonius Ignatius Mancusus *in vita S. Rosaliæ pag. 17.*

VINCENTIUS FASSARUS Panormitanus, Societatis Jesu, natus anno 1599. ac animi indole ad pietatem mirè pronâ ornatus, ab ipsa pueritia orationis studio vacavit: ideoque obscuriora domus latibula perquirens, plures horas, & sepiùs quinque, in rerum cœlestium meditatione protrahebat. Societatis institutum amplexus anno 1614. in ea præconceptam de eo opinionem longè superavit. Omne temporis spatium, quod à studiis, aliisque religionis muniis supererat, orationi dicabat. Ob egregias ingenii dotes è graviorum disciplinarum scholis doctissimus prodiit. Præter humaniores literas, Philosophiam, & Moralem Theologiam docuit; ac sacras literas exposuit. Prudentiâ clarus Collegio Salernitano præfuit Rectoris munere. Vitæ probitate, ac virtutum studio insignitèr floruit vir probè eximius. Eo valuit amore erga Deum, ut editis quatuor votis, sacramento se adstrinxerit, non alium amandi, nisi solùm Deum: ac dirigendi semper verba, aliasque

Digitized by Google

que vitæ actiones in majorem Dei gloriam. Dum Christum Redemptorem, ejusque infantiam, ac mortem mente revolvebat, ac Eucharistiæ Sacramentum animo recolebat, omnes ejus animi affectus dulcissimo amoris sensu colliquescebant. Deiparæ cultor eximius, eamdem peculiari cultu venerabatur. Tantus fuit ejus conscientiæ nitor, ut per annos quinquaginta, quos in Societate vixit, nedum à lætali culpa se immunem servavit, verùm etiam nec quacumque labeculâ se fœdatum deliberatè sensit. Hinc ob Dei benevolentiam tutus, mortis nuncium ingenti gaudio excepit. Sanctè, ut vixerat, decessit Panormi 29. Julii 1663. Hunc laudant Natanael Sotuellus *in Biblioth. Soc. Jesu pag.* 781. Franciscus Maria Maggius *in Joanne Paulo Carafa defenso par.* 4. *disq.* 10. *pag.* 138. Joannes Bap. Ricciolius *in Chronol. Refor. tom.* 4. *indic.* 2. *pag.* 291. & Thomas Strozius *in Controvers. Conceptionis par.* 2. *lib.* 10. *cap.* 5. *pag.* 547. Quæ in publicam lucem emisit, hæc sunt:

Disputationes Philosophiæ de Quantitate, ejusque compositione, essentia, &c. Panormi apud Petrum Scaglionum 1644. in fol.

Immaculata Deiparæ Conceptio Theologicæ commissa trutinæ, ad dignoscendam, & firmandam certitudinem ejus, lucubratio opuscula varia complectens. Præmissa Trutina brevior, & subjuncta Appendix de Bulla novissima Alexandri VII. Pont. Max. Opus posthumum. Lugduni sumptibus Horatii Boissat 1666. in fol.

Italicè

Meditationi dell'Infantia, Pueritia, & età provetta di Christo Nostro Signore, cominciando dalla SS. Incarnatione fino alla sua predicazione. Divise in diece parti. Parte Prima delle Meditationi dell' Incarnatione del Verbo Eterno. Panormi apud Buam, & Portamnovam 1646. in 12. Huic primę parti opusculum præfixit inscriptum: *Breve Instruttione per lo sâto esercitio dell'Oratione Mentale.*

Parte Seconda delle Meditationi della prima dimora di Christo Nostro Signore nel ventre della SS. Vergine, dopo l'istante della sua Concettione. E de' varii affetti della Vergine al Santissimo Figlio, e del Figlio alla Beatissima Madre. Ibidem apud eosdem 1646. in 12. Extat etiam in hac parte prævius Tractatus, cujus titulus: *Breve Discorso della convenevolezza, e frutto del meditare, e fare dimora sopra le varie particolarità de' divini Misterj.*

Terza Parte delle Meditazioni della seconda dimora di Christo Sig. nel ventre della Santiss. Madre, dopo l'istante della sua Concettione. E de' varii affetti di Lui verso l'Eterno Padre, e del Padre Eterno verso di Lui. Ibidem apud Coppolam 1646. in 12. Aliæ septem partes non prodiere.

Meditationi del SS. Sacramento dell' Altare. Ibidem apud eumdem 1646. in 12. & Mediolani apud Philippum Chisolfum 1650. in 12.

Meditationi delle cinque Piaghe del Signore Vivo, Morto, e Risuscitato. Panormi apud Buam 1661. in 12.

Scripsit etiam, sed non edidit

Prolegomena ad Apocalypsim. Opus hoc citant, & laudant Franciscus Maria Maggius *in vita latina V. Ursulæ Benincasæ par.* 2. *elog.* 10. *pag.* 209. & Franciscus Lõgobardus *in annot. ad epist. S. Francisci de Paula epist.* 30. *pag.* 141. *epist.* 41. *pag.* 194. *epist.* 53. *pag.* 242. *epist.* 62. *pag.* 272. *& alibi.*

Apud Maggium *in vita ejusdem Ven. Ursulæ Benincasæ*, edita Italicè Romæ apud Ignatium de Lazaris 1655. in fol. *in apparatu* §. 10. *pag.* 41. extat opusculum Italicè scriptum, nempè

Breve Compendio di più lungo Trattato, ch' esamina, se dice novità scandalosa, o temeraria, o men pia, il dire, che si sia co' tempi avvenire a rinovare il Mondo. Quòd sit nostri Vincentii Fassari, patet ex indice Auctorum, ante ejusdem vitæ principium.

In Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jesu servantur hæc alia m. ss.

Opera varia de Immaculata Conceptione M.V.

De Eucharistia opus.

Tandem Alegambe in secunda editione Bibliothecæ Soc. Jesu *pag.* 443. testatur, quod moliebatur Italicè *de Gloria S. Ignatii Fundatoris Societatis Jesu*, opus vastum, in tres partes divisum.

VINCENTIUS FERRAROTTUS Messanensis, Patre Antonino Ferrarotto Jurisconsulto, in lucem editus est anno 1559. Adolescens Jurisprudentiæ dicatus, Doctoris lauream accepit Catanæ 1578. Doctrinâ conspicuus, inter præcipuos causarum Patronos inclaruit. Politioribus etiam literis dicatus, eloquentiâ, & eruditione insignitus, Oratoris laudem promeruit. Ad nonnulla provectus est Jurisprudentiæ munia; etenim anno 1585. præfuit Judex Appellationis in foro Straticoti Messanensis: semel & iterum ejusdem Curiæ Fisci Patronus, nempè an. 1587. & 1592. & octies Judex; & non semel Straticoti vices implevit. Syndicatorem delegatum, & armorum Ducem, cum Vicarii Generalis titulo, egit per totam Siciliam: ac pluries Judex delegatus in magni momenti negotiis à Siciliæ Moderatoribus electus est. Archiepiscopalis Curiæ Messanensis Assessor constitutus; Consultoris, & Advocati munere Urbis Messanę perfunctus, ejus negotia pertractavit; cujus etiam Syndacus fuit an. 1582. Bis, vacationis tempore, fuit Magnæ Regiæ Curiæ Fisci Patronus: bis etiam in eodem foro Magnæ Regiæ Curiæ Judex sedit, totidem quoque in Consistorio Sacræ Regiæ Conscientiæ. His auctus honoribus, sui opinionem amplissimè firmavit. At dum in in Messanensi Tribunali judicia exercebat, & Straticoti locum tenebat, vivere desiit Messanæ anno 1608. Vincentii meminere, non sine laude, Antoninus Ferrarottus nepos *in epist. nuncupat. de offic. Straticoti*, ex secunda editione, ut etiam *pag.* 135. *&* 136. Placidus Reina *in hist. Messan. par.* 2. *pag.* 535. Cirinus Maurus *in epist. nuncup. libri*, cui titulus: *Lentini abbattũto*, Philadelphus Mugnós *in Theatr. par.* 2. *pag.* 274. aliique. Edidit

Contra insidias inimicorum firmam defensionem, seu verius de Inimicitiis Tractatum. Venetiis apud Franciscum de Franciscis 1595. in 4.

Ita-

Digitized by Google

Italicè

Della Preminenza dell'Officio di Stradicò della Nobile Città di Messina, e sua Regia Corte, Compendio brevissimo, diviso in trenta discorsi. Venetiis ad signum Leonis 1593. in 4. & cum addictionibus Antonini Ferrarotti Nepotis, Cosentiæ apud Joannem Baptistam Rossum. 1671. in 4.

Ordine Militare osservato in Messina l'anno 1594. quando l'armata Turchesca bruggiò Regio, Città di Calabria. Messanæ ex typographia Petri Breæ 1596. in 4.

Edenda reliquit m. ss. hæc alia

Ordinem Regni Siciliæ in Syndicatu.

De Appellationibus Tractatum.

VINCENTIUS FERRERIUS nobilis Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, vir sanctimoniæ famâ celeberrimus. Parentibus Marco Antonio, & Hieronyma Ferreria, Pictinei Baronibus, in lucem editus est anno 1591. 5. Februarii. In ipsis vitæ primordiis, futuræ sanctitatis indicia apertissimè prodidit. Inter prima literarum rudimenta, pietatis studium sedulò interponere curavit. Rhetoricæ, ac Philosophiæ facultatibus addictus, doctrinam haud exiguam sibi comparavit, ac semper virtutibus adipiscendis incubuit. Mathematicis disciplinis, præsertim Astronomicis, impensè addictus, cœlestium rerum meditatione super æthera spiritum extulit. Inter sæculi blandientis delicias, corporis maceratione in seipsum durissimè sæviebat. Renunciatis Pictinei Baroniâ, nuptiis, ac amplissimâ hæreditate, clericalem habitum induit, ac Romam adiit, ubi in Clericorum Seminarium exceptus, graviorum facultatum studia prosequutus est: & ut oblatas nuptias penitùs excluderet, anno 1613. Subdiaconatus ordine insigniri voluit, ac Theologiæ ingenii vires addixit. Panormum reversus impigrè propositum perfectionis institutum tenuit, quousque cœlesti monitu in Tertii Ordinis familiam ingressus est 5. Februarii 1629. ac severiori vitæ ratione ad virtutum fastigia sese evexit. Jejuniis, & cibi abstinentiâ valuit, septemnio pane, ac frigidâ contentus. Horrida cilicia, ac flagellationes frequentavit. Virginalem candorem, contra Dæmonum insidias fortitèr propugnatum, illibatum servavit. Humilitate insignis, adeò demissè de se sentiebat, & tam egregiè de votorũ emissione, deque Sacerdotii dignitate, ut utroque statu se indignum existimans, sacro Presbyteratus ordine insigniri renuerit, & solemnia vota nonnisi post annos 33. ab Ordinis ingressu, emiserit. Dæmonum molestiis ejus constantia multimodis tentata, semper infracta refulsit. Ab ipsa penè pueritia divinæ contemplationi dicatus, ac prophetico afflatus spiritu, exinde supernis deliciis affluentiùs refici meruit. Persæpè visionibus Cœlitum refectus, in sublime elatus, ac splendoribus circumfusus, æternæ gloriæ delicias prægustavit. Intima cordium penetralia cognovit, futura prædixit. Demum ante biennium prænunciata sibi morte, animam, divinis charismatibus abundè cumulatam, Deo restituit, eadem die, quâ natus 5. Februarii 1662. Vivere desiit Panormi in Cœnobio Annunciationis, à Zisa dicto: ejusque funus in Cœnobio S. Mariæ de Misericordia celebratum est, magno omnium concursu: in cujus laudem funebrem orationem dixit Fulgentius Arminius de Avellino Ord. S. Augustini, exinde Episcopus Nuscanẽsis, quę edita est Panormi anno 1662. recusa 1699. Innumeris miraculis ante, & post obitũ claruit: ejusq; vitæ, virtutum, ac mirabilium processus, auctoritate Archiepiscopi Panormitani Petri Martinez Rubii conditus, Sacrorum Rituum Congregationi delatus est. Ejus vitam scripsit Dominicus Maria Pasinus Bononiensis, Tertii Ord. S. Francisci, quæ prodiit Panormi 1699. & Cœlestinus Crassus Siculus ejusdem Ordinis, quam m.s. servat ejus Ordinis vir eruditus Salvator Ruffus. De eo etiam idem Crassus in libro: *Novena della Madonna*, edito sub anagrammatico nomine Celati Singressi *par. 1. cap. 5. pag. 85.* Michael Frazzetta *in vita Bernardi Corleonensis lib. 2. cap. 6. pag. 94.* Benedictus Sambenedictus *in vita ejusdem Bernardi lib. 2. cap. 5. pag. 148.* Franciscus Maria Maggius *in hist. Crucifixi Cathed. Ecclesiæ Panormi cap. 5. pag. 121.* Petrus Tognolettus *in Paradiso Seraphico par. 2. lib. 7. cap. 68. pag. 394.* Petrus Antonius Tornamira *in Idea Vitæ S. Rosaliæ in epistola nuncup. pag. 4.* Hieremias Fuzzus *in epist. ad lectorem Vitæ B. Hieremiæ Lambertenghi*, Michael Nicosiensis *in epist. nuncup. Viridarii var. devot.* & laudatus Salvator Ruffus in elegantissimis elogiis *Vir. Ill. 3. Ord. S. Fr.* m.ss. Ex Pasino *in ejus vita lib. 2. cap. 14. pag. 126. lib. 3. cap. 7. pag. 225. & 226. cap. 15. pag. 271. & lib. 4. cap. 8. pag. 365.* & Crasso *in vita m.s. cap. 7.* multa scripsit, præsertim

Compendium Summæ D. Thomæ.

In Psalmos Davidicos declarationes, & Glossas.

Tractatus Theologicos.

De Hominis Anatome.

Geometriæ Compendium.

Tractatum Bothanicũ de Nominibus Herbarũ.

De Chiromantia Tractatum.

De Passione Domini librum Hebreo sermone.

De Rebus Mathematicis Tractatus varios.

Italicè

Sermoni diversi volumi.

Hæbream linguam, aliasque scientias divinitùs accepisse tradit Pasinus *lib. 3. cap. 7. pag. 225.* At hæc omnia cùm typis tradere meditaretur Baro quidem Pictinei, ejus consanguineus, Vincentius, humilitate impellente, igne absumpsit, ut idem Pasinus tradit *loc. cit. pag. 225. & 226. lib. 3. cap. 15. pag. 271. & lib. 3. cap. 8. pag. 365.* Scripsit etiam ex eodem *lib. 2. cap. 19. pag. 145. & 146.*

Vitam S. Annæ.

Vitam S. Christinæ.

Sermones.

Italicè

Opere spirituali. Pasino teste *lib. 4. cap. 8. pag. 366.*

Vita di se stesso. Ex Confessarii obedientia;

Digitized by Google

ut idem tradit *loc.cit.pag.363.* Hanc etiam citat Petrus Tognolettus *in Vita Innocentii Cluſenſis cap.40.pag.400.* His addit alia Cœleſtinus Craſſus *in Vita cap.7.* ex aliis monumētis m.ſſ. nempè

Commentaria in libros Philoſophiæ Ariſtotelis.

Commentaria in Quatuor libros Sententiarum.

In Danielis Prophetias Gloſſas.

Carmine etiam latino:

De Poeticæ conſideratione rerum omnium erga Deum.

Exercitium divini Amoris.

Soliloquium Poeticum.

De Potentia, & Pietate Deiparæ in protegendo Eccleſiam Dei.

De Puellari Vita B. Mariæ Virginis.

Hiſtoriam BB. Joachim, & Annæ.

Italicè etiam ex eodem Craſſo

Fiſonomia, ed Aſtrologia naturale, e confutazione degli Aſtrologi Giudiziarii: con alcune Regole di predire le infermità naturali, dedotte dalle qualità de' corpi.

La Teorica degli Orologi

Idea delle Scienze Matematiche.

Lunario Perpetuo.

Della Generazione de' corpi.

Trattato de' ſette Angioli, che aſſiſtono al Trono di Dio.

Hiſtoria delle Imagini di Maria Vergine N. S. più chiare per miracoli nel Regno di Sicilia.

Riflessioni ſpirituali ſopra Ovidio, Virgilio, Orazio, Arioſto, Taſſo, Petrarca, e Flaminio Camillo.

Soliloquii dell'Anima con Dio.

Harum lucubrationum, quædam m.ſſ. vagantur, & latent: ac ſummis laudibus exornantur à Fulgentio Arminio *in orat. funebri pag. 20.*

VINCENTIUS FERRERIUS alter, Panormitanus, Poeta eximius, latio, & Etruſco carmine multa cum Eruditorum laude ſcripſit. Fuit à ſecretis Senatus Panormitani. Claruit anno 1624. & quaſi cœcus vixit. Ipſum laudat Matthæus Donia *in Polyſtico pag. 13.* Scripſit

Carminum librum. Nonnulla ejus carmina, & inſcriptiones habentur, quibus arcum triumphalem ornavit à Florentinis excitatum, dùm S. Nymphæ caput Panormum translatum eſt. Extant in deſcriptione teſti pro eadem translatione, edita à Gaſpare Regio. Panormi apud Joannem Antonium de Franciſcis 1593. in 4. Nonnulla etiam habes apud Honuphrium Parutam *in Triumpho Divæ Roſaliæ pag. 26. & 64.* ubi meritò laudatur: & in Selectis Epigrammatibus editis Panormi apud hæredes Jacobi Maringhi 1656. in 12. *pag. 373.*

Ejuſdem familiæ claruit

PAULUS FERRERIUS Panormitanus, Poeta egregius, qui Italicis rhythmis expreſſit opus de Partu Virginis Actii Sinceri Sannazarii, ex ſchedis m. ſſ. Vincentii Auriæ. Hujus etiam idem Auria librum authographum ſervabat, inſcriptum Italicè

Rime. m.ſ. in 4. ad Joannis Caſæ imitationē.

VINCENTIUS FINOCCHIARUS Catanenſis, Societatis Jeſu, vir doctus, & morum probitate conſpicuus, magnam ſui opinionem excitavit. Quatuor votorum profeſſus, obiit Calataniſſetæ 11. Decembris 1658. In Italicam linguam vertit

Il Niceta, ovvero il Trionfo della Caſtità del P. Geremia Dreſſellio Romæ expenſis Hermanni Scheres 1645. in 12.

Il Cielo Città de' Beati, deſcritta dal P. Geremia Dreſſellio. Ibidem ejuſdē expenſis 1645. in 12.

VINCENTIUS GALATAUS Meſſanenſis, Poeta haud vulgaris, qui claruit circa annum 1625. Vernaculâ linguâ ſcripſit

La Dalida, Comedia in terza rima Siciliana. Venetiis apud Gerardum, & Joſephum Imbertum 1630. in 12. opus poſthumum.

VINCENTIUS GALLUS Alcaremis, Ordinis Conventualium S. Franciſci, Muſices periti ſſimus, in Regio Sacello S. Petri Palatii Panormitani, & Cathedrali etiam Eccleſia Panormitana præfuit Muſicorum Moderator, & Magiſter. Ex his, quæ modulationibus ſuis abundè percepit, claſtro, aliiſque ædificiis Cœnobium Panormitanum Annunciationis amplificavit: Ideoque in capitulo unius columnæ ejuſdem clauſtri legitur: *Muſicus Galli.* Claruit anno 1660. De eo Philippus Cagliola *in manif. Provinc. Sicil. Minor. Convent. explor. 3. manif. 2. pag. 104.* Edidit Italico titulo

Libro Primo de' Madrigali a 5. voci. Panormi apud Joannem Franciſcum Carraram 1589. in 4.

Meſſa Prima cantata a due Cori, con otto voci. Meſſa ſeconda a dodeci voci, in tre Cori. Romæ ex typographia Nicolai Mutii 1596. in 4.

In libro, cui titulus: *Infidi lumi, Madrigali a 5. voci di diverſi Autori Siciliani.* Panormi apud Joannem Bap. Maringum 1603. in 4. nonnulla extant muſicis notis condita à noſtro Gallo.

VINCENTIUS GIATTINUS Panormitanus, Patre Petro Giattino, olim in Prætorio Panormitano, & in Conciſtorii Sacræ Regiæ Conſcientiæ foro Judice, in lucem editus eſt anno 1630. Juriſprudentiæ dicatus, Doctoris laureâ inſignitus eſt. At naturali impetu ad amœniores literas propendens; Muſas impensè coluit: ac non ſine plauſu auditus in Academiis Humoriſtarum, & Contextatorum, vulgò *Intrecciati*, Romæ, ac Reaccenſorum Panormi, egregii Poetæ nomen ſibi comparavit. Ejus cantiones, ac dialogi, modis muſicis alligati, in Oratoriis Romanis, Siculiſque, magna cum audientium voluptate concinebantur: ac cordium pietatem, & ſui laudem mirificè excitabant. Morum integritate clarus efflorvit: ac ſummam æſtimationem apud literatos ubique adeptus, vivere deſiit in Civitate Montis-Regalis 13. Septembris 1697. & in Eccleſia Collegii Soc. Jeſu ſepultus eſt. Edidit Italicè

La Santa Cecilia drama per muſica. Panormi apud Joſephum Biſagnium 1653. in 12.

Il Martirio di S. Caterina componimento ſacro. Ibidem apud Buam, & Camagnam 1669. in 4.

L'Innocenza Penitente, overo la S. Roſalia

Ver-

Digitized by Google

Vergine Palermitana, drama per musica. Ibidem apud Augustinum Epirum 1693. in 12.

Dialoghi musicis notis decantati, ac seorsim editi, si in unum colligerentur, in justum volumen coalescerent. Horum nonnulli cùm ad meas pervenerint manus, hic recensebo; eorumque titulos, & editiones adnotare, operæ pretium duxi.

La Giustitia sposata alla Pace nella coronatione di Salomone. Panormi typis Petri de Isola 1678. in 4.

Il Sansone. Ibidem apud eumdem 1680. in 4. & apud Rumolum 1683. in 8.

Il Nabucco. Ibidem apud Jacobum Epirum 1683. in 8. & Drepani apud Barberã 1683. in 4.

Il Diluvio. Panormi apud Petrum de Isola 1682. in 4. Drepani apud Barberam 1682. in 4. & Panormi apud Jacobum Epirum 1683. 1684. & 1685. in 8.

La Gara de' Cuori per S. Filippo Neri. Panormi apud Petrum de Isola 1683. in 4.

Il Golia. Ibidem apud eumdem 1684. in 4.

La Guerra Iride della Pace. Ibidem apud D. Cillenium Hesperium 1684. in 4. & apud Jacobum Epirum 1685. in 8. & Drepani apud Barberam 1685. in 4.

Teodosio Imperadore Oratorio. Drepani apud Francum 1696. in 4.

L'Arione dialogo, Prima Serenata da cantarsi nel Teatro della marina di Palermo. Panormi apud hæredes Petri de Isola 1683. in 4.

Applauso di lagrime al Trionfo della Croce Oratorio. Ibidem apud Petrũ Coppolã 1695. in 4.

Quos non vidi, ac edidisse scio, addam:

Il Trionfo dell'Innocenza per la Concezione Immaculata della Vergine.

Il Trionfo della Penitenza, overo il Saulo convertito.

Le Palme Eucaristiche nella Conversione di S. Guglielmo Duca d'Aquitania.

La Penitenza Coronata in Manasse Pentito.

Amore, e Fede alla Mensa nella Conversione di S. Maria Maddalena.

Il Begotre alla Fede.

Il Convito d'Abramo.

Il Nodo di tre Corone nel martirio di S. Cecilia.

Scripsit demùm, sed m. ss. reliquit:

Dall'Inganno il Vero, cioè la S. Teodora.
La fuggitiva Pazza.
L'Incanto Giocoso.
L'Anello Fatale.
} Drama per musica.

La Fede stabilita nella caduta di S. Tomaso Apostolo.
La S. Susanna.
La venuta d'Anticristo.
Il S. Francesco Saverio.
Il S. Filippo Neri. La S. Rosalia.
La Concezione Immaculata di Maria.
La Regina Saba.
Il S. Ignazio Martire.
Il SS. Rosario.
L'Anime del Purgatorio.
} Dialoghi.

Dialoghi Pastorali sei.
Poesie liriche.
Idillii.
Cantate Sacre, e Morali.
Prologhi, e Intermezzi per musica.

VINCENTIUS GIGLIUS Siculus, Jurisconsultus non indoctus, cujus extant:

Apostillæ super Ritu Regni Siciliæ. In Commentariis super Ritu collectis à Marcello Conversano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

VINCENTIUS GRÆGUS Catanensis, ex Joanne Cinello *in Biblioth. volan. plut. 1. pag. 82.* edidit Italicè

La Reale entrata del Serenissi. Duca di Parma, e Placenza in Ferrara descritta. Ferrariæ apud Baldinum.

VINCENTIUS LA GRUA Nobilis Panormitanus, Dux Miraliæ, ac Baro Oliverii. Multis patriæ muneribus perfunctus, familiæ decus servavit. Obiit Panormi 17. Septembris 1710. Edidit Italicè

Elenco Universale delli Re dominanti questo Regno di Sicilia, incominciando dal Re Pietro d'Aragona, infino all'invittissimo Re Carlo II. con tutti li Vicerè, Presidenti, Capitani Generali, e Luogotenenti del Regno, con alcuni Arcivescovi di Palermo, tutti li Bajoli, Pretori, e alcuni Capitani della Città di Palermo, e alcuni Ambasciatori, uniti con le cose notande, e memorande dall'anno 1282. fino al presente 1696. Panormi apud Augustinum Epirum 1696. in 4.

VINCENTIUS HEREMIA Clericus Acensis, Poeta clarus, Mathematicis disciplinis dicatus, sui opinionem excitavit. Fuit & Machinator egregius, cujus operâ usus est Clemens X. Pont. Max. ideoque magnum sibi nomen comparavit. Obiit apud suos octogenarius anno 1680. Edidit carmine Italico

Il Sebastiano Tragedia Sacra. Messanæ apud hæredes Petri Breæ 1634. in 12.

Multa reliquit m. ss. *de rebus Mathematicis, aliisque facultatibus.*

VINCENTIUS HOMODEUS, ET CANDIDUS Syracusanus, Sacræ Theologiæ, & utriusque Juris Doctor. Primùm in supremis Siciliæ subselliis causarum Patronum egit: mox in clericali militia doctrinâ cumulatissimus, & egregiis ingenii dotibus ornatissimus, ad varios ecclesiastici ordinis gradus evectus est; fuit etenim electus Ecclesiæ Syracusanæ Canonicus, S. Officii Siciliæ Consultor, Regiæ Monarchiæ Fisci Patronus, Josephi Cicalæ in Diœcesi Mazarensi, postmodum Messanensi, Vicarius Generalis: & in eadem Messanensi Judex, & Examinator Synodalis. His in muneribus cùm ampliſſimam doctrinam detexisset, æstimationem haud exiguam promeruit. Romam demùm se contulit, ubi dum ad alia properabat honorum fastigia, in insaniam lapsus, ad omnia sibi aditum occlusit. Syracusis tandem extrema clausit circa annum 1704. Edidit

Orationem die 20. Aprilis 1681. habitam pri-

prima Synodalium Comitiorum sessione. Prodiit cum Synodo Messanensi Josephi Cicalæ. Messanæ ex typographia Vincentii de Amico apud Matthæum la Rocca 1681. in 4.

Scripsit etiam

Contra Errores Michaelis Molinos tom. XIV.

VINCENTIUS JANCARDUS Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, Theologus numeris omnibus absolutus, ac sanctimoniæ famâ insignis. Natus anno 1570. S. Dominici institutum amplexus est Panormi 1585. Ab ipso vitæ regularis exordio, eâ animi contentione perfectionis viam arripuit, ut ad virtutis fastigium sese extulerit. At perpensis ab Ordinis Moderatoribus, egregiis ejus ingenii dotibus; ac maximum in literaria palestra Doctorem fore præsagientes, statim gravioribus studiis admotus est: nec eos spes fefellit, nam celeri cursu ita profecit, ut non dum Sacerdotio initiatus ob ætatis defectum, Philosophiæ Lector in Cœnobio Sancti Dominici constitutus sit: ibique per annos quindecim Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam docuit magno cum nominis, & ingenii plausu; ac ingenti cum discipulorum profectu: ideoque ex ejus schola, tum à Regularibus, tum Sæcularibus discipulis frequentata, viri prodiere doctissimi, quorum nonnulli ad ecclesiasticas dignitates evecti, Episcopalibus infulis ornati sunt. Ob doctrinæ excellentiam ter Regentis munere præfuit in Panormitano Lycæo S. Dominici: ac Sacræ Theologiæ Magister renunciatus, longè, latèque inclaruit. Meritis cumulatus, multis muneribus cohonestatus est. Quater Priorem perfunctus, rexit laudatum S. Dominici Cœnobium. Quater etiam Provincialis, Siculam Provinciam administravit. Tertiò Definitorem Generalem Ordinis egit. Per annos circiter viginti Censor, & Ordinarius S. Officii Consultor, summâ approbatione efflorvit. His in muneribus nedum prudentiæ, quàm zeli partes insignitèr patefecit. Singulari doctrinâ eam undique sui venerationem excitavit, ut doctiores, Principes, ac Dynastæ in difficillimis negotiis ad ipsum tanquam ad sapientiæ oraculum confluerent: ac mirabilem in consiliis editis experti sunt omnes. Tum in Sicilia, tum etiam Neapoli, Romæ, & alibi summam æstimationem adeptus, veneratione maximâ prosequutus est. Pluries Philibertus Sabaudiæ Princeps, dum Siciliam moderabatur, ipsum in Cœnobio S. Dominici degentem consilii causâ adiit. Cùm adesset Siculæ Provinciæ Definitor, in Comitiis Generalibus, Mediolani coactis, omnes Ordinis Fratres ex quacumque natione, permagno honore Vincentium venerantes, ejus opiniones, tanquam oracula excepere. Dux Feriæ Mediolani Gubernator, ac is, qui ei erat à secretis, pluriès ad Cœnobium S. Dominici se contulere, ut eumdem convenirent, ac venerarentur. Id ipsum multotiès effecere S. Officii Quæsitores in Sicilia. Ordinis Generalibus gratissimus fuit, præsertim Nicolao Ridulpho: & ut omnia paucis concludam, universalem omnium venerationem assequutus est; tum ob scientias, virtutesque, quibus eminuit; tum ob suavissimas animi dotes, quibus omnium corda facili negotio sibi adstringebat, ac mirabili dulcedine reficiebat. Virtutes in eo eluxere eximiæ: regulari observantiâ, vitæ austeritate, carnis maceratione, virginali puritate, oratione, humilitate, constantiâ in adversis, aliisque virtutibus mirum in modum inclaruit. Demum cùm Provincialis munere, Siciliæ Cœnobia perlustraret, Catanam appulsus, imminentis mortis præscius, in ipso Cœnobii vestibulo ait, ibi se perpetuam habitationem elegisse. Paulò post febri correptus, editis singularis pietatis exemplis, sanctè decessit, die festo S. Barbaræ, cui addictissimus vixerat, 4. Decembris 1631. Extremo dolore in tota Provincia exceptus mortis ejus nuncius, ac magnificentissimis funeribus cohonestatus est: præsertim Panormi in Ecclesia S. Citæ, ubi inter missarum solemnia, funebrem orationem dixit Joannes Bap. Cristadorus Orator celebris Minorum Conventualium, quam typis tradidit Panormi anno 1632. De eo etiam Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Catan. pag.* 86. & Dominicus Maria Marchesius *tom. 6. Diar. Domin. pag.* 159. Ex Cristadoro, & Marchesio, edidenda hæc reliquit, nimirùm:

Decisiones, ac definitiones casuum memorabilium, quæ in S. Officii Tribunali ad examen revocatæ sunt.

Tractatus Philosophicos, Theologicos, & Canonicos.

Mauritius de Gregorio in libro: *Condottiere de' Predicatori pag.* 263. citat Vincentium: *In* 1. 2. *&* 2. 2. *Divi Thomæ.*

VINCENTIUS DE JOANNE Panormitanus, Francisci de Joanne Parci Baronis, pluriès in Patria Senatoris, filius, Jurisprudentiæ Doctor, amœnioribus literis addictus vixit. Celeri, ac fœcundissimo ingenio munitus, multa tum prosâ, tum versu protulit, magna cum laude à literatis omnibus semper excepta. In historiis, ac omnigena eruditione versatissimus fuit. Literis armorum studium addidit, quo inter omnes in Sicilia coævos, fortitudinis gloria efflorentes, excelluit: ideoque nullus singulari certamine ipsum superare unquam potuit. In hastiludiis apprimè insignis se mirabilitèr strenuum, ac industrium patefecit. Dum Judicem agebat in oppido Castrinovi, vivere desiit 13. Februarii 1627. Vincentium laudat Octavius Potensanus *in Poem. decem mill. martyrum cant.* 5. *st.* 27. Sub Vincentii nomine prodiere lucubrationes nonnullæ Hieronymi fratris, ut ipsemet Vincentius pluriès fatetur *in Panormo Restaurata m. s. lib.* 2. & ut prodidi *tom.* 1. *pag.* 278. Vincentius verò scripsit Italicè

Palermo Ristorato. m. s. in fol. Authographum extat Panormi apud Comitem de Prades: ac ejus exemplar in Bibliotheca Hieronymi de Septimo Marchionis Jarratanæ, viri literis ornatissimi. Nonnulla ipsius fragmenta exscribit Augustinus Inveges *in Paver. antiq. & in*

ejus

Digitized by Google

ejus apparatu, Petrus Antonius Tornamira *in ſuis operibus*, Joannes Maria Amatus *in not. ad orat.* 1. *pag.* 38. 111. *&* 112.

Palermo Felice, Poema. m.ſ. in 4. Opus hoc paucis ab hinc annis ſervabat Carolus de Joanne Panormitanus, ex Clericis Reg. Minoribus.

Vita, e Morte di S. Roſalia, Protettrice della ſua Patria Palermo in ottava rima. m.ſ. in 4. Hujus authographũ vidi apud Vincentium Auriam.

Rime, conſiſtenti in Eglogbe Paſtorali, lettere amoroſe, Canzoni, e Sonetti, m. ſ. in 4. apud laudatum Carolum de Joanne.

Satire in terza rima.

Oratione funerale in morte di D. Lucio de Tignoſi nobile Palermitano, Poeta, ed Iſtorico di conto.

VINCENTIUS DE JUDICE ex oppido Turturicii, Juris utriuſque Doctor, ingenio, & amœniorum literarum ſtudio conſpicuus. Claruit anno 1650. Edidit Italicè

La Bella Fugace Comedia. Panormi apud Petrum Coppolam 1647. in 12.

L'*Amor Venale Comedia.* Ibidem apud eumdem 1653. in 12.

VINCENTIUS LIBASSI Panormitanus, elegantiſſimi ingenii vir. Gravioribus diſciplinis admotus, Sacræ Theologiæ laureâ inſignitus, & doctrinâ abundè exornatus, inter doctiores eminuit. In regulari Societatis Jeſu familia literarum ſtudiis primùm addictus, in gravioribus, politioribuſque facultatibus impensè profecerat: ideoque Rhetoricam ſumma cum laude tradidit, illius Academiæ moderator eximius. At relictâ Societate, nedum adeptas diſciplinas non neglexit, verùm etiam ſtudio, ac labore perfecit. Amœniorum literarum cultor egregius, ſingularem Oratoris, & Poetæ gloriam ſibi comparavit. In carminibus pangendis eâ valuit ſtyli majeſtate, ac venæ copiâ, ut etiam in rebus parvi momenti, ac aridiſſimi argumenti, mentis divitias latè profundens, poetici ingenii ubertatem mirabilitèr patefacere conſueverit. In Panormitana Reaccenſorum Academia, aliiſque literarum Lycæis, quæ, eruditione refertiſſimus, latio, ac Etruſco carmine prodidit, non ſine plauſu excepta ſunt. Cùm in Hiſpaniam ad regiam Philippi IV. aulam ſe contuliſſet, ac ſe bonarum artium ſtudiis ornatiſſimum detexiſſet, Canonicus Metropolitanæ Panormi Eccleſiæ, & Abbas S. Joannis Eremitarum electus eſt anno 1668. Ab Archiepiſcopis Panormitanis ſummâ æſtimatione complexus, Judex, & Synodalis Examinator conſtitutus fuit. Deceſſit tandem Panormi 3. Aprilis 1682. & in Canonicorum ſepulchrum illatus eſt. Edidit Italicè

Brieve Compendio della Vita di S. Roſalia Vergine Palermitana. Romæ apud Ignatium de Lazaris 1656. in 12. & Panormi typis Camagnæ 1681. in 12. ſub nomine Franciſci Libaffi fratris.

La Tromba d'Ezechiele, lettera Paſtorale dell' Ill. e Rev. Sig. D. Gio. Palafox, e Mendoza, Veſcovo d'Oſma, a' Parochi, e Sacerdoti, tradotta dalla lingua Spagnola nell'Italiana. Panormi apud Petrum Coppolam 1680. in 8.

Poſt ejus mortem prodiit ejus opus poſthumum inſcriptum:

Muſarum Hortus Illuſtriſſimo Senatui Panormitano ad animi relaxationem patefactus, in tres verè aureolas partitus, quarum I. continet Epigrammata, Odas &c. II. Eclogas, Satyras, Elegias, &c. III. Solymenidem Taſſi latinè redditam. Panormi ex typographia D. Cyllenii Heſperii 1683. in 8.

VINCENTIUS LIPOCELLUS, Panormitanus Sacerdos, Philoſophiæ, Theologiæ, & Juriſprudentiæ Doctor egregius, eâ valuit ingenii, ac doctrinæ præſtantiâ, ut in admirationem perſæpè traxerit omnes: in publicis enim diſputationibus acutiſſimus, nemo ipſi acrior, nemo promptior videbatur. Hinc à Societatis Jeſu Patribus Collegii Panormitani, quoties ad ſcholaſticas eorum concertationes accerſitus eſt, toties ſummis laudibus exornari promeruit. Doctrinâ celebris, ut Philoſophiam, ac Theologiam alios doceret ad inſigniora Siciliæ, & Italiæ Lycæa pluriès evocatus fuit. Cæſareis etiam, & Pontificiis Juribus operam dedit; ac Doctoris inſigniis cohoneſtatus, inter doctiores inclaruit. Medicinam quoque didicit, ac ſelectiſſima eruditione locupletatus, famigeratiſſimum ſibi nomen vindicavit. Magnâ æſtimatione valuit, præſertim apud Siciliæ Moderatores, Panormi Archipræſules, Proceres, & literatos: ac meritò nonnullis in eccleſiaſtico ordine inſignitus eſt honoribus. In diœceſibus Agrigentina, & Monteregalenſi Vicarium Generalem egit. In Panormitana Eccleſia effulſit Canonicus, Examinator, Judex Synodalis, Archiepiſcopi Aſſeſſor, & S. Inquiſitionis Conſultor. Demùm Panormi Eccleſiæ S. Crucis Parochus electus an. 1658. ſui opinionem firmavit. Severioribus ſcientiis aliquando ad animi relaxationem, amœniores literas, ac Poeſis ſtudium ſociavit: ideoque inter Academicos Reaccenſos Panormi primas obtinuit. Obiit tandem Panormi ingenti cum literatorum dolore 7. Maii 1661. & in eadem S. Crucis Eccleſia ſepultus eſt, hoc epitaphio cohoneſtatus.

D. O. M.

D. Vinc. Lipocelli S.T. & V.J.D. Illuſt. Antiſtitum Mon. Reg. & Agrig. V. C. Pan. Eccl. olim Can. & Archiep. Conſ. in ferendis judiciis Aſſeſſor &c. à Cruce cum vivens tam multis præditus adhæſit virtutibus, mortuus noluit ſeparari, dicatum hoc illi Templum, quod beneficus tenuerat, & exornarat, in ſepulchri locum elegit, quem Jacobus, & Antonina Lipocelli vinculo carnis adnexi laeryma. erexere, quin potiùs amoris ligam. proprios, ſuorumque cineres imponerent. An. Sal. M. DC. LXII.

Vincentium laudant Joannes Bap. de Judice *in carm. par.* 1. *pag.* 83. Joannes Bap. Vallegius *in carm. pag.* 44. & Joſephus Galeanus *in Muſis Siculis tom.* 2. *par.* 2. *pag.* 286. ubi vernaculâ lingnâ extant noſtri Vincentii

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & typis Joſephi Biſagni 1662. in 12.

VINCENTIUS LITTARA Netinus Sacerdos, natus 31. Decembris 1550. ſtatim egregio inge-

nio

nio se munitum prodidit: ideoque à teneris annis humanis literis admotus ita profecit, ut brevitèr nedum æquales, verùm etiam eosdem præceptores cum omnium admiratione longè superaverit. A Josepho Bonasia Netino, Ordinis Minorum, Philosophiam quoque eadem felicitate didicit. Anno ætatis suę 18. à Nicolao Leontino præceptore in ejus scholam humanitatis suffectus, Neti ludimagistri munere humaniores literas docuit summa cum laude, ac nominis celebritate. Exinde rogatus, ut Saccam se transferret, ea in urbe eisdem literis adolescentes instituit, non sine omnium approbatione, ac plausu. In patriam regressus iterum juniores cives erudivit, usque dum Sacerdotio initiatus, Catanam adiit, ubi cùm severioribus disciplinis operam dedisset, Philosophiæ, Theologiæ, ac Jurisprudentiæ laureâ insignitus est; ac virtutum ornamento clarus effulsit. Sciendi cupiditate adhuc exstimulatus, se ipso duce, ac magistro, mathematicis, aliisque disciplinis ingenii dotes addixit. Doctrinam amplissimè adeptam Neti non obscurè patefecit in publicis disputationibus, ut etiam in schola; ibi enim Philosophiam, ac sphęræ præcepta doctissimè tradidit: hinc ex ejus gymnasio quamplures humanitatis literas, ac scientias insignitèr edocti, doctrinâ exornati prodiere. Oratoriâ arte insignis, conciones habuit non sine permagna laude Neti, Panormi, Catanæ, Ennæ, Agrigenti, Saccæ, aliisque in Siciliæ oppidis. Solitudinis amantissimus, diuturnis studiis indulgebat; ac somnum sibi detrahebat, ut ad publicum beneficium lucubrationes conderet; ac seipsum eruditione locupletaret. Ab Episcopo Syracusano Mazareni Archipresbyter electus, honorem sibi sponte oblatum renunciavit. Poetica venâ abundè refertus, eâ facilitate carmina emittebat, ut in familiaribus colloquiis ex ejus ore mirâ ubertate versus effluerent. Morum elegantiâ, eloquentiâ, virtute conspicuus, amicos habuit nobilissimos, à quibus plurimùm æstimabatur. Joannes Horoscus Præsul Agrigentinus ab ejus doctrinæ, & eruditionis famâ permotus, ut Vincentium apud se haberet, eumdem Parochum Ecclesiæ Agrigentinæ S. Michaelis delegit, assiduum commensalem voluit; ejusque familiaritate nimiùm oblectabatur. At elapso quatriennio in ipsa Agrigenti urbe piissimè devixit 3. Maii 1602. maximo cum literatorum dolore. Hujus vitam scripsit Franciscus Joanthomasius, quam habes in opere posthumo ejusdem Littaræ, cui nomen *Conradis*. Eumdem etiam laudant Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 228. *&* 315. Petrus Carrera *in epigram. lib.* 2. *pag.* 72. & Petrus Angelus Spera *de nobil. Professor. Grammat. lib.* 4. *pag.* 519. Edidit

De Literis, & Accentibus librum, accessit epitome, & quædam carmina nou injucunda, unà cum triumpho mortis. Panormi apud Joannem Matthæum Maydam 1572. in 8.

Grammaticæ dialogos. Ibidem apud Angelum Orlandum 1621. in 8.

In Vitum Chiappisium Apologiam. Antidotus in eumdem lib. IV. de iis, quæ in Grammatica, & Dialectica erravit. Venetiis apud Joannem Comenzinum 1584. in 8.

Donati Majoris Rudimenta, ubi exactissima nominum, pronominum, & verborum declinatio traditur, cum dilucida præteritorum, supinorumque formatione. Agrigenti ex typographia Pontificis 1602. in 8.

De Rebus Netinis librum, in quo Urbis, agrique descriptio, Netinorum origo, res militiæ, togæve præclarè gestæ, habita à Regibus privilegia, illustrium virorum monumenta, & quicquid historiâ dignum legi potuit, luculentè, perinde ac brevitèr traditur. Adjecit etiam B. Conradi Placentini historiam. Panormi apud Joannem Antoniũ de Franciscis 1593. in 8. B. Conradi vita recusa est in Vitis SS. Siculorum Octavii Cajetani *tom.* 2. *pag.* 246.

Post ejus mortem prodiit opus posthumum, inscriptum:

Conradis post Authoris obitum in lucem edita. Ibidem apud eumdem 1608. in 8. Poema in decem libros distributum, quo gesta S. Conradi carmine heroico narrat.

Italicè

Compendio, e chiara introduttione della Grammatica in lingua volgare per più facile intelligenza di quelli, che vogliono in brieve imparare la lingua latina. Vi è anco aggiunto un necessario trattato d' accento, compendio dell' opera maggiore, e un bellissimo discorso de punctis, *tanto dello stesso Autore, quanto di M. Fabio Quintiliano.* Ibidem apud eumdem 1599. in 8. & Venetiis apud Nicolaum Morettum 1601. in 8.

Scripsit etiam, sed non edidit:

De Aquila Panormitana opusculum. Citatur à Roccho Pirro *in epist. nuncup. Siciliæ Sacræ*, qui *in Not. Eccl. Panor. pag.* 55. apud Josephum de Neapoli, supremi Italię Concilii Regentem, tunc asservatum testatur.

Orationes duas de Primatu Ecclesiæ Panormitanæ. Has citat Albertus Piccolus *de antiquo Jure Ecclesiæ Siculæ*, pluribus in locis, ac nonnulla exscribit fragmenta, Augustinus Inveges *in Panor. Nobili pag.* 283. Rocchus Pirrus *in epist. ad lectorem Siciliæ Sacræ*, & alibi, præsertim *in Not. Eccl. Messan. pag.* 259. & Vincentius Auria *in discur. de dignit. Prætor. Panor. in calce histor. Prorogum Siciliæ par.* 231. *&* 238. Harum exemplar, etsi non integrum, extat apud me.

Ennensem historiam. Hoc titulo nempè: *Ennensis Cereris libri duo*, m. s. in 4. extat apud Joannem Mariam Amatum Panormitanum Societatis Jesu.

Grammaticarum Annotationum libros sex.

Grammaticam Speculativam.

Rhetoricæ compendium, & circa eam quamplures, & subtilissimas quæstiones.

Eloquutionum, & latinæ linguæ formularium copiosissimum.

De Orthographia librum.

Comœdias lepidissimas.

Differentiarum libellum.

Digitized by Google

Loquendi Phrases.

Linguæ latinæ Promptuarium.

Epigrammatum, & Elegiarum libros duos.

Commentaria in Petri Hispani summulas.

In Porphyrii Prædicabilia explanationes.

In Aristotelis opus de Interpretatione Commentaria.

In Antiprædicamenta, & Postprædicamenta, & in primum Posteriorum librum Commentaria, & argutissimas circam hanc facultatem quæstiones.

In Primum, & Secundum ejusdem Physicorum libros enucleationes.

In Aristotelis tractatum de Cælo, & Mundo interpretationem.

De laudibus Dialecticæ.

In Canones explanationes.

Opusculum de Sacramentis, & de SS. Trinitate.

Breve Confessionis Compendium.

VINCENTIUS MARAXIA Panormitanus, Josephi Vincentii Maraxia pater, de quo *tom. 1. pag.* 406. Juris utriusque Doctor, inter eximios causarum Patronos efflоruit. Vivere desiit Panormi 24. Aprilis 1643. & in oratorio Societatis SS. Sacramenti sepultus est. Edidit ex Leone Allatio *in Drammaturgia pag.* 707. Italicè

Il Mondo di dentro. Panormi in 12.

VINCENTIUS MARIA DE NEAPOLI Castroregalensis, Ordinis Olivetanorum, patritio genere exortus, in sæculo Stephanus Cucuzza vocatus, clericali militiæ adscriptus vixit. Literarum studiis dicatus, Sacræ Theologiæ, & Jurisprudentiæ lauream adeptus est. Canonicus in Ecclesia Cathedrali Mazarensi constitutus, in Mazarensi Diœcesi Vicarii Generalis munere perfunctus, magnâ æstimatione cohonestatus inclaruit. Spretis sæculi honoribus, Neapoli Olivetanam vestem petiit, & obtinuit. Doctrinâ insignitus, in Cœnobio Neapolitano S. Mariæ Montis Oliveti Philosophiam docuit. Sacrâ eloquentiâ præclarus, inter Concionatores celeberrimum nomen sibi conciliavit. Astronomicis, ac Mathematicis disciplinis instructissimus vixit: ac Musas Latias, & Etruscas impensè coluit. Vitam agebat anno 1650. De eo Nicolaus Toppus *in Bibliotheca Neapolitana pag.* 308. qui scripsisse tradit Italicè

Dramme Spirituali, Opere Sacre, e Profane; quæ omnia magna cum nominis sui fama peracta sunt in scenis apud Castrumregalem.

VINCENTIUS MARIA VERDINUS Panormitanus Societatis Jesu, natus anno 1681. ac probè educatus, indolis ad pietatem propensæ indicia in ipsa pueritia præbuit: religione enim, obedientiâ, charitate, aliisque virtutibus claruit: & quicquid à parentibus habebat in pauperes erogare consuevit. In primis literarum elementis addiscendis ejus ingenii præstantia apertissimè eluxit; at ferventiùs vitæ innocentiam illibatam servare studuit, sub tutela Deiparæ Virginis, cui addictissimus vixit. Sensuum cupiditates impigrè cohibuit: ideoque à mirabilibus videndis abstinuit: & oratione, aliisque piis operibus devotionis ardorem sedulò fovere curavit. Ineunte ætate, animarum zelo se accensum detexit: hinc puerulis in paternas ædes advocatis è propinquis viis, eos catholicæ Fidei rudimentis erudire satagebat: & inter mensæ cibos de sacris rebus eloquia miscebat. Ut vitam, quâ sanctorum hominum more vixerat, perfectiùs produceret, Societatis Jesu institutum amplexus est 9. Octobris 1695. In tyrocinio, regulari observantiæ studio, fuit aliis exemplo. Literarum studiis dicatus magna cum eximiæ indolis laude, poetica, & oratoria monumenta protulit. In Philosophica palestra quanto excellebat ingenio publicis disputationibus prodidit: ac ad magna se efferendum præsagiebant omnes. At inter literarum curas virtutum etiam studium sanctè perfecit: & dum humanis literis adolescentes erudiret in Collegio Montis-Regalis, ad rerum cœlestium, & divinarum perfectionum contemplationem dulcissimè efferebatur: ideoque supernæ patriæ maturus, anno ætatis suæ 22. editis virtutum exemplis, piissimè decessit in eodem Collegio Montis-Regalis primo Januarii 1703. magna cum probitatis opinione. Ejus vitæ compendium edidit Anonymus Soc. Jesu in vestibulo operis infrascripti: cùm enim erga Divum Joachim miro pietatis sensu æstuasset, scripsit Italicè

Motivi alla divozione del Glorioſiſſimo Patriarca S. Gioachimo Sposo di S. Anna, Padre di Maria, e Nonno di Giesù. Operetta Postuma. Panormi ex typographia Honuphrii Gramignani 1704. in 12.

VINCENTIUS MAURUS Catanensis, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, Sacræ Theologiæ Magister. In Cœnobio Catanensi, & alibi, Prioris munere sodalibus suis præfuit. Obiit in Cœnobio Salæ Parthenici anno 1662. De eo Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmel. tom. 2. par. 5. lib. 5. n. 3753. pag.* 1074. Edidit Italicè

Il Rettore Politico. Mutinæ 1659. in 12.

VINCENTIUS MAZZA Messanensis Sacerdos, vir pietate clarus, vixit anno 1660. In lucem emisit Italicè

Fascetto di varie lodi, e divotiſſimi saluti alla Noſtra Gran Signora sempre Vergine Maria. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1666. in 8.

VINCENTIUS MICCIULLA Panormitanus, fœcundissimæ venæ Poeta. Claruit anno 1647. Ipsum laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis par. 2. tom. 2. pag.* 304. ubi Siculâ linguâ Vincentii extant

Canzoni Siciliane. Panormi apud Decium Cyrillum 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

VINCENTIUS MIGNIA Panormitanus, Ordinis Clericorum Regularium, inter quos solemnia emisit vota Panormi 28. Octobris 1610. Gravioribus disciplinis eruditus, doctrinâ, & pietate insignis efflоruit. Vivebat anno 1662. senectutem adeptus. Sub anagrammatico nomine Ignatii Munneci edidit Italicè

Breve Relazione della Vita esemplare, e santa Morte del M. R. P. Giuseppe Mignia Palermitano

Digitized by Google

Clerico Regolare. Neapoli apud Ægidium Longum 166[illegible]. in 8.

VINCENTIUS MIRABELLA Patritius Syracusanus, vir omnium scientiarum ornamento insignis: præsertim mathematicis disciplinis, geographica, & historica eruditione instructissimus vixit. Poesis, & musices peritiâ inclaruit; & in antiquitatis arcanis versatissimus floruit. Inter Lyncæos Romæ, & Otiosos Neapoli Academicos recensitus, sui nominis famam excitavit. Æstimationem haud exiguam assequutus est inter literatos, quibus amplissimè innotuit. Pietate etiam, morumque integritate clarus effulsit. E vivis excessit vir doctissimus Motycæ anno 1624. ætatis suæ 54. In Ecclesia S. Mariæ Gratiarum jacet hoc epitaphio cohonestatus.

D. O. M.

D. Vincentius Mirabella, & Alagona, Patritius Syracusanus, studio vetustatis, liberalium Artium peritiâ, ac splendore virtutum Vir insignis, ubique clarissimus, & inter Lyncæos honorificè cooptatus, qui antiquam Patriæ gloriam è tenebris erutam, ac luci restitutam, cum sui nominis laude posteritati fecit immortalem. Motycæ decedens post Deiparæ Virginis festum, cujus ergo advenerat, in ejus Templo, curâ suâ præcipuè olim extructo, mortalitatis exuvias deposuit Anno Domini M. DC. XXIV. ætatis suæ LIIII.

Vincentium laudant Mauritius de Gregorio in libro: *Condottiero de' Predicatori trac. 6. pag. 255.* Philippus Cluverius *in præfat. ad Siciliam antiq.* ut etiam *lib. 1. cap. 12. pag. 145. 148. & alibi*, Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag. 213.* Joannes Vigintimillius *in Poetis Siculis Bucolicis cap. 5. pag. 35. cap. 14. pag. 116. & cap. 15. pag. 120.* qui ejus doctrinam, & eruditionem, contra censorias Jacobi Bonanni notas, defendit, Joannes Andreas Massa *in sua Sicilia par. 1. par. 156.* & Franciscus Stellutus *in epistola*, edita in epistolis selectis ab Antonio Bulifonio *tom. 4. pag. 56.* Evulgavit Italicè

Dichiaratione della Pianta delle Antiche Siracuse, e d'alcune scelte Medaglie d'esse, e de' Principi, che quelle possedettero. Neapoli apud Lazarum Scorrigium 161[illegible]. in fol.

Libro Primo de' Madrigali. Panormi apud Joannem Bap. Maringum 1606. in 4.

In libro: *Infidi lumi, Madrigali a 5. voci di diversi autori Siciliani.* Ibidem apud eumdem 1603. in 4. prodiere etiam nonnulla à Mirabella notis musicis concinnata.

Scripserat etiam

Historia di Siracusa: at inedita relicta est.

VINCENTIUS MONCATA Nobilis Catanensis Societatis Jesu, vir doctissimus, cum primariis Theologis conferendus. Natus anno 1609. Societati nomen dedit primo Novembris 1625. in qua quatuor edidit vota 8. Septembris 1643. Præstantissimas ingenii dotes gravioribus disciplinis magno animi ardore dicavit: ideoque maximâ doctrinæ famâ, Philosophiam, Scholasticam, & Moralem Theologiam in Collegiis Panormi, & Messanæ per plures annos docuit, summo cum discipulorum progressu, ac singulari omnium plausu. Ingentem sui æstimationem assequutus, Panormi ad ipsum passim confluebant, tanquam ad sapientiæ oraculum Doctiores, Principes, & Dynastas, ut in rebus dubiis saluberrima referrent responsa. Virtutibus ornatus claruit; charitate præsertim, ac insigni prudentiâ emicuit. Ab Archiepiscopo Panormitano Jacobo Palafox Examinator Synodalis electus est. Rexit Collegium Panormitanum, ac Domui Professorum Præpositi munere præfuit. Provinciam Siculam administravit. Semel, & iterum interfuit Romæ Congregationibus generalibus Societatis. Meritis plenus obiit in Collegio Panormitano 7. Martii 1694. Ipsum laudant Joannes Evangelista Panormitanus *in anagram, pag. 104.* Franciscus Marchesius *in Sacerdote in Villa cap. 2. sect. 2. subsect. 1. n. 649. pag. 478.* & Stephanus Abbas *in Pace Attritionistarum, & Contritionistarum §. 2. pag. 41.* Edidit suppresso nomine

Compendiarias Universæ Logicæ Propositiones propugnandas à Joseph. Adorno in aula Collegii Panormitani Soc. Jesu anno Domini 1645 Panormi apud Decium Cyrillum 1645. in 24.

Italicè

Arme Catanese. Panegirico della Gl. S. Agata V. e M. Catanæ typis Joannis Rossi 1647. in 4.

Tractatus ejus varii, quos in scholis dictavit de rebus moralibus, passim vagantur, magnique existimantur.

VINCENTIUS MORELLUS Panormitanus, vir eruditione, & poeticis studiis clarus. Panormi inter Academicos Reaccensos amœniores literas impensè coluit. Aloysium Moncatam Montis Alti Ducem in Hispaniam sequutus, ibi inter ejus aulicos diù vixit, eique ab epistolis, & rationibus fuit. Panormum regressus, vivere desiit circa annum 1695. Edidit Italicè

Il Manzanar festante, Epitalamio per le Nozze degli Ecc. Sposi D. Ferdinando d'Aragona, e Moncada, Conte di Caltanissetta, e D. Maria Teresa Faxardo, Toledo, e Portogallo, de' Marchesi del Velez. Matriti 1664. in 4.

VINCENTIUS MOTYCENSIS. v. Vincentius Ragusa *pag. 293.*

VINCENTIUS NAVARRA Panormitanus Sacerdos, in lucem editus est 3. Maii anno 1666. Adolescens Panormitanum Clericorum Seminarium ingressus, graviores disciplinas magna cum ingenii laude amplexus est, ac doctrinâ insigniter excultus, Sacræ Theologiæ lauream obtinuit. In Musicæ amorem mirè propendens, huic facultati impigrè operam dedit: ideoque ad eam hujusce disciplinæ excellentiam sese extulit, ut inter ejusdem peritissimos excelleat, ac sui laudem promereat. Metropolitanæ Panormi Ecclesiæ Beneficiatus electus, vivit hoc anno, quo hæc excuduntur, 1713. doctrinâ, morumque probitate clarus. Evulgavit

Brevem, & accuratam totius Musicæ notitiam. Panormi typis Dominici Cortesii 1702. in 4.

Scripsit etiam Italicè

Le

Digitized by Google

Le Tavole della Legge Numerica, & Armonica, nelle quali si disvelano gli arcani più reconditi del numero, e della Musica. Opus hoc numeris omnibus absolutum, ac editioni proximum servabat: at cùm ignis, fortuitò accensus, totam domum, quam Panormi inhabitabat, absumpsisset anno 1710. 16. Julii, liber diuturno studio elucubratus inter flammas consumptus periit: ideoque resumpto iterum labore rescere opus curavit, ac typis tradet.

VINCENTIUS NOBILIS Drepanitanus Sacerdos, vir eruditione, & eloquentiâ clarus: sacrum oratorem cum laude egit. Obiit Drepani circa annum 1706. Edidit Italicè

Il Tesoro Nascosto discoperto a' tempi nostri: cioè le gratie, glorie, & eccellenze del Religiosissimo Santuario di Nostra Signora di Trapani, ignorate fin hora da tutti, all'Orbe battezzato fedelmente si palesano. Panormi apud Constantium 1698. in 12.

VINCENTIUS ORTALIS ex oppido Brontis, Sacerdos omnium virtutum genere excultissimus. Diù Panormum incoluit, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis electus anno 1648. Summo studio contendit, ut ad perfectionis fastigium sese extolleret; tantaque animi contentione, ut virtutibus sanctè adeptis, ornatissimus effulserit. Assiduâ rerum cœlestium contemplatione, ardentissimum in Deum amorem fovere curavit. Solitudinis amantissimus, nonnullis ante mortem annis, ut quietiùs sanctimoniæ institutis vacaret, in Cœnobium S. Mariæ de Remediis, Fratrum Carmelitarum Excalceatorum extra urbis mœnia, secessit: ac retento clericali habitu, inter Regularis observantiæ sectatores eximios, vitæ inculpatæ leges impensiùs recoluit. Pluriès Deiparam Virginem sibi familiariter alloquutam tradunt, ex ejus imagine, quæ in Ecclesia ejusdem Cœnobii veneratur. Egregiis virtutibus clarissimus, tanquam Ecclesiasticorum exemplar eluxit: & in eodem Cœnobio sanctè è vivis excessit 9. Octobris 1673. Jacet in Ecclesia memorata, ad cujus sepulchrum hoc additum fuit epitaphium.

Canonicus D. Vincentius Ortale sui contemptum etiam moriens MDCLXXIII. profitetur, & in libro vitæ adscribi sollicitus, suorum cinerum memoriam mundo voluit obsoletam: & ne Thesaurus diù lateret ignotus D. Paulus Ortale nepos. M. DC. XCVI. hoc sub lapide observavit.

Evulgavit Italicè

Breve Notitia prattica per formare un'huomo spirituale, la quale contiene le parti più essentiali di tutta la vita dello Spirito. Panormi apud Bisagnium 1663. in 12.

Egregium volumen etiam Theologiæ Mysticæ scripsit, cujus authographum servatur in eodem Cœnobio.

VINCENTIUS PAGANUS Netinus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lector, ac Concionator eximius, pietate, & doctrinâ clarus, haud exiguâ veneratione prosequutus est. Sanctissimi Rosarii cultum promovere ubique studuit, præsertim Panormi in Ecclesia S. Citæ; eòque ejus vitæ probitate, ac eloquutionis dulcedine allecti cives, libenter confluebant, ut eumdem omnibus anni diebus festis concionantem audirent. Claruit anno 1650. Ipsum laudat Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par. 2. pag.* 439. Edidit Italicè

Divoto modo di dire il SS. Rosario a Choro. Panormi apud Hieronymum Rotellum 1636. in 12. apud Coppolam 1643. in 12. & iterum apud eumdem 1659. in 12.

VINCENTIUS PANDOLFUS Panormitanus, Medicinæ Doctor eximius. Amœniores literas coluit, præsertim Musas tum Etruscas, tum Siculas; ut etiam comica studia. Inter literatos non ultimum locum sibi vindicavit; & in Reaccensorum Academiam relatus inclaruit. Adversæ fortunæ ærumnis jactatus, extra patriam exul diù vivere coactus est. Cùm patriam repetiisset, obiit Panormi 20. Novembris 1688. & in Ecclesia S. Nicolai Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci sepultus fuit. Vincentium laudat Josephus Galeanus *in Musis Siculis par. 2. tom. 2. pag.* 365. In lucem emisit Italicè

La Celia disperata Comedia. Panormi apud Decium Cyrillum 1646. in 12.

L'Angelica Pellegrino Comedia. Ibidem typis Petri de Isola 1649. in 12.

La Cintia Superba Comedia. Ibidem apud Petrum Coppolam 1652. in 12.

L'Infortunii Comedia. Ibidem apud Antonium Gramignanum 1662. in 12.

La Miracolosa Nascita, Vita, Miracoli, Morte, e Festività di S. Lorenzo Franzè, Poema Eroico Siciliano. Ibidem typis Petri Camagnæ 1671. in 8.

La Santa Rosalia Tragedia Sacra. Ibidem apud Carolum Adamum 1676. in 12. versu Italico.

La Sacra Rappresentatione della Natività di Nostro Signore Giesù Christo. Ibidem typis ejusdem 1667. in 8.

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *par. 2. tom. 2.* Ibidem typis Decii Cyrilli 1647. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Canzoni Siciliane Burlesche. In eisdem Musis *par. 3.* Ibidem apud Bisagnium 1651. in 12.

Alia scripsit Italicè, quæ non edidit, nimirùm:

L'Esilio) *Comedia.*
La Pazzia)

Novantanove disgratie, e mezza, successi a Vincenzo Pandolfo in un giorno, Comedia ridicola, e grave, in terza rima.

Sacra Rappresentazione della Passione di Nostro Signore Giesù Christo, con tredeci Prologhi d'inventione.

La Stratonica di Luca Assarino ridotta in Tragedia in verso sciolto.

La Pannopea Favola Boscareccia.

La Pazzia Favola Maritima.

Ducento, e più Prologhi d'inventione.

La Felicità Accresciuta, la Costanza Incostante, e la Republica Ordinata Dialoghi.

Lettere Missive, e Responsive Tomi tre.

Il Capuccino, opera spirituale, del Repudio del Mondo.

Digitized by Google

Libro di Ben morire in ſuffragio degli Agonizzanti.

Rime Tomi tre.

VINCENTIUS PARISIUS nobilis Panormitanus, Sancti Joannis Palmæ Baro, in lucem editus eſt 10. Junii 1681. literarum ſtudiis dicatus Grammaticæ, ac Rhetorices præcepta in Panormitano Collegio Societatis Jeſu impigrè didicit. Egregias exinde ingenii dotes Philoſophiæ addixit, eâque inſignitèr eruditus eſt in Cœnobio S. Mariæ de Miſericordia Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci. Theologiam verò tũ Scholaſticam, tum Moralem probè edoctus per Leonardum Nicotram Romanum inter domeſticos parietes, doctrinâ inclaruit. His diſciplinis, nobili homine dignis, non ſatis ſe exornatum ratus, ex quodam eximiæ indolis propenſione, poetica, & oratoria ſtudia amplexus eſt. Muſas itaque impensè dilexit, & non minori animi ardore eloquentiæ delicias excoluit: quibus eruditionis opes addidit: multaque verſu, & ſolutâ oratione ſumma cum literatorum laude protulit. Ad nonnulla patriæ munia honorificè aſſumptus eſt; Gubernatoris etenim munere ſemel, & iterum Pietatis Montem rexit. Pio Andreæ Navarri operi novennio præfuit Rector. Nunc Senatus Panormitani Archiota, vulgò *Arcivario*, electus, ſui æſtimationem aſſequitur: & ad majora evehendum ejus promerita repoſcunt. Vivit vir eximius hoc anno 1713. morum comitate clariſſimus. Edidit Italicè

Le Perdite Vittorioſe d'un Prigionier Trionfante Comedia. Panormi typis Joannis de Neapoli 1707. in 4.

Criſto verò Meſſia, Proclamazione per dinanzi il Tribunale di Pilato, recitata nel Ven. Oratorio di N. S. degli Agonizanti a 14. di Marzo 1708. Ibidem apud Dominicum Corteſium 1708. in fol. vernaculâ linguâ.

La Pietra Miſtica Oratorio per Muſica. Ibidem apud Felicem Marinum 1709. in 4.

Le Conteſe della Morte, e dell'Amore, Oratorio per muſica. Ibidem apud Auguſtinum Epirum.

L'Apoſtoli Rattriſtati nel tranſito della Vergine, Oratorio per muſica.

Il Pane Guerriero, Oratorio per muſica.

La Donna Trionfante, ſeu la Giuditta, Oratorio per muſica.

L'Ercole Coronato, Prologo per muſica al Sejano Drama. Ibidem apud Corteſiũ 1708. in 12. Prælo paravit etiam Italicè

La Serva Rivale.
L'Amori finti, ſeu l'Odii generoſi. Opera
L'Amor Politico nell'azioni di Ti- ſcenica.
Il Mauritio. (grane.)

La forza della Divina Parola nella converſione di S. Eudocia. Opera Tragicomica Sacra.

Le difeſe della Morte, Oratione funerale per la Morte del Dottor D. Pietro Mancuſo, recitata in un' Accademia fatta per l'iſteſſa occaſione.

Il Poſtiglione Amoroſo, che contiene cento lettere, e cento riſpoſte amoroſe.

Il Veprajo Opera, che contiene Idillj, Canzoni, Sonetti, Poemetti, Satire, e altri compoſimenti.

Il Direttorio per il Conforto degli Afflitti, che ſi trovano nella Cappella dell'Illuſtr. Compagnia delli Bianchi.

Notitia di tutte le Coronazioni fatte delli Re di Sicilia nella Cattedrale Chieſa di Palermo.

Prediche Quareſimali, e Panegirici.

Il Naam riſanato, Oratorio per muſica.

Cantate, e Serenate ſpirituali, e amoroſe.

VINCENTIUS PERCOLLA Panormitanus, Juriſconſultus eruditione, & legali ſcientiâ ornatiſſimus. Inter præcipuos cauſarum patronos plurimùm innotuit; & ob doctrinam ſatis egregiam Philippi II. Catholici Regis æſtimationem promeruit: ideoque ad nonnulla Juris munia honorificè evectus eſt. In Panormitano Prætorio, & in Magnæ Regiæ Curiæ foro Judex præfuit anno 1548. Latiùs propagatâ ejus doctrinæ, ingeniique præſtantiâ, in Hiſpaniam accerſitus eſt anno 1562. ut in Supremo Italiæ Concilio Regentis munere præficeretur. Panormum remeavit anno 1569. Primus Præſes Magnæ Regiæ Curiæ conſtitutus, poſt Siculorum Tribunalium reformationem. Singulari etiam honore cohoneſtatus claruit; cùm enim extra eccleſiaſticum ordinem ſemper vixiſſet, Quæſitor Siculę Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem electus fuit. Cùm autem longè, latèque refulgeret, à juſtitiæ cultu, ac probitate laudatus, Marchionis Piſcariæ, Siciliæ Moderatoris, indignationem incurrit. Nobiliſſimam, & æquè ditiſſimam mulierem Vincentio cuſtodiendam tradiderat Prorex, ut nobili viro nuptui traderet: at Percolla proprio filio conceſſit, ut cum ea de nuptiis ageret. Hinc in carcerem conjectus rerum humanarum inconſtantiam expertus eſt; è faſtigio etenim felicitatis in imas ærumnarum delapſus, in ipſo carcere miſerè deceſſit 4. Februarii 1572. & in Eccleſia S. Spiritus ſepultus, hac inſcriptione cohoneſtatus eſt.

D. O. M.

Vincentio Percollæ, qui ad ſummam Juriſprudentiam, multiplici additâ eruditione, in Hiſpania Philippi II. Regis Maximi, ac Sapientiſſimi, à ſupremis Conſiliis, Magnæ Regiæ Curiæ Præſes Primus; & quod nulli alii ſacris non initiato, nec antea, nec poſtea contingit, hæreticæ pravitatis Inquiſitor fuit; Cæſar Patri optimo, de Patria ſemper merito, debitæ pietatis ergo P. anno M. D. LXXIV.

De eo Vincentius de Joanne *in Panor. triũph. lib. 12. pag. 126. & in Panor. Reſtaur. m.ſ. lib. 2.* Vincentius Ferrarottus *de officio Straticoti diſc. 2. pag. 7.* Franciſcus Strata *in quietat. pag. 17.* & Vincentius Auria *in Chronol. Proregum Siciliæ pag. 298. & 302.* Hujus extant

Addiciones ſuper Ritu Regni Siciliæ. In commentariis ſuper Ritu collectis à Marcello Converſano. Panormi apud Angelum Orlandum, & Decium Cyrillum 1614. in fol.

VINCENTIUS PIZZUTUS Panormitanus, Joſephi Pizzuti Siciliæ Archiatri filius, Philoſophiæ, Theologiæ, & Juriſprudentiæ Doctor eximius. Cum doctrinæ laude cauſarum patronum

Digitized by Google

num egit: & in Panormitano Prætorio Judicis munere perfunctus enituit. Dum iterum in eodem foro præerat Judex, extrema clausit Panormi 18. Martii 1648. Edidit

Allegationem pro Institutore Serenissimi Ducis Sabaudiæ habitam coram Ill. Tribunali Regii Patrimonii 28. Martii 1632. contra Illustres Principem Trabiæ, Principem Roccæ floridæ, Ducem Camastræ, Marchionem Altævillæ, aliosque. Panormi apud Decium Cyrillum 1632. in fol.

VINCENTIUS POLITIUS Alcamensis Sacerdos, Stephani Politii Medici celebris filius, Juris utriusque Doctor, vir doctrinâ, & morum probitate præclarus. Diù Romæ vixit, ibique decessit circa annum 1640. De eo Leo Allatius in libro: *Apes Urbanæ pag.* 252. Evulgavit

Memoriale Clericorum, in quo de iis, quæ à Clericis sciri debent de Suspensionibus, & Excommunicationibus agitur, jussu Gregorii XV. cùm Ecclesiæ Bononiensi præesset editum. Romæ apud hæredes Bartholomæi Zannetti 1622. in 12.

Monitiones S. Caroli Borromæi ad Clerum à se collectas. Ibidem apud eosdem 1622. in 12.

Speculum vitæ, & honestatis Clericorum, ex Jure Canonico, & doctrina S. Caroli Card. Borromæi confectum. Ibidem apud eosdem 1623. in folio expanso.

VINCENTIUS POLLASTRA Panormitanus, Lucæ Pollastræ à secretis regiis in Regno Siciliæ filius, eodem & ipse munere perfunctus, ingenio, eruditione, politioribus literis, & eloquentiâ plurimùm valuit. Lucium Marinæum Siculum, à literis celeberrimum, amicitiæ vinculis sibi adstrictum habuit, qui mirificè Vincentium dilexit. Claruit anno 1507. eoque anno ætate florente vigebat. De eo idem Marinæus *in epistolis lib.* 8. qui scripsisse tradit

Orationem de laudibus Joannis Lanucii Siciliæ Proregis, habitam Messanæ in magno nobilium, & eruditorũ conventu, dum adhuc adolescens esset.

Extat & *epistola ad eumdem Lucium*, in vestibulo libri noni epistolarum Marinæi.

VINCENTIUS RAGUSA Motycensis, Ordinis Observantium S. Francisci, natus 7. Februarii 1630. ab adolescentia ingenii, & virtutis specimen dedit egregium; literis enim, ac musicæ, orationis, pietatis, aliarumque exercitationum spiritualium studia addidit. At ad arctius vitæ institutum à Deo vocatus, anno ætatis suæ 18. Minorum Observantium insignia obtinuit. Emenso studiorum curriculo, ac doctrinâ insignitèr excultus, Philosophiam docuit in Cœnobio Bidinensi, magno cum discipulorum progressu. Lector Generalis constitutus in Cœnobiis Motycæ, & Melitæ sexennio Scholasticam Theologiam tradidit, non sine ingenii præstantissimi laude. Anno 1673. nuncio remisso scholasticis Lycæis, ut in animarum beneficium pleniùs desudaret, sacræ eloquentiæ, ac apostolicis missionibus operam dedit; eoque animi ardore suscepti muneris partes obivit, ut ampliffimum animarum quæstum in Syracusana Diœcesi retulerit. Per annos viginti septem conciones habuit in quadragesimali curriculo; magnâ cum populi frequentiâ, magnoque fructu, in præcipuis Siciliæ civitatibus auditus. Vicies Guardiani munere nonnulla Ordinis Cœnobia gubernavit. Netinæ Provinciæ Definitor, & Custos electus, eidem etiam præfuit Provincialis ab anno 1684. quam summâ prudentiâ, observantiæ zelo, ac charitate administravit. Cùm Motycense Cœnobium regeret, munus unà cum voce, ut ajunt, activa, & passiva renunciavit, ut, solitudinis amantissimus, soli Deo viveret. Orationis studio, ac virtutum splendore illustratus longè, latèque effulsit. Denique meritis abundè cumulatus, sanctè decessit Motycæ 24. Maii 1703. ingenti omnium dolore. Seorsim ab aliis sepultus; hoc epitaphio insignitus jacet in Ecclesia S. Mariæ de Jesu.

Vincentius Ragusa Motycensis Min. Obs. Concionator Apostolicus, Lector Generalis, Guardianus, Definitor, Custos, Provincialis, apud seipsum nihil, apud alios, Sancti Patris Pauperum, & Humilium filius. Decessit anno M.DCC.III. Maii XXIV. ætatis LXXIII.

Nonnulla mirabilia ad ipsius intercessionem Deum patrasse tradunt. Ejus vitæ, & virtutum compendium edidit Hieronymus Renda-Ragusa Panormi anno 1705. De eo etiam Hieronymus Ragusa frater *in Elogiis Siculor. pag.* 307. Monumenta Gallica Trevoltiana *an.* 1702. *pag.* 171. Auctores libri inscripti: *Galleria di Minerva tom.* 4. *pag.* 122. Edidit Italicè

Modo di recitare il Rosario per l'Anime del Purgatorio. Panormi apud Petrũ de Isola 1675. in 12. suppresso nomine.

Tesoro Spirituale. Ibidem apud Bossium 1676. in 24. Hæc opella adaucta iterum prodiit, ut infra.

Arte della Salute Spirituale, nella quale s'insegnano al Cristiano le regole, ed i precetti d'incaminarsi nella via Purgativa, Illuminativa, ed Unitiva. Tradotta da latino in volgare, ed ampliata. Con una operetta intitolata Tesoro Spirituale, ampliata. Ibidem apud Felicem Marinum 1700. in 12.

Scripsit etiam hæc alia, quę in Motycensi Cœnobio asservantur:

Logicam. in 4.
Physicam. in 4.
De Anima. in 4.
De Trinitate. in 4.
De Visione Beata. in 4.
De Incarnatione. in 4.
De Sacramentis. in 4.
Plurima de rebus musicis.
Devotiones varias, ex variis Auctoribus excerptas, præsertim ex Ludovico Granatensi, & Divo Bonaventura. in 24.
Opuscula pia: nimirùm: officium D. Bonaventuræ. Volumen suspiriorum. Septem gaudia, & dolores D. Josephi Rhythmis latinis expressa. Septem Ave Angeli Custodis Latinè, & Italicè. Atque alia hujus generis multa Latina, & Italica, vincta, & soluta. in 8.

Italicè etiam

Digitized by Google

Le Glorie dell'Immaculata Concettione di Maria Vergine rappresentate in modo di Tragedia. in 8.

Selva maggiore predicabile per formare quattro Quaresimali, e quattro Avventi, l'Ottave del SS. Sacramento, e dell'Immaculata Concettione di Maria Vergine, e altre Prediche di M. V., de' Santi, delle Domeniche dell'anno, e Missioni. in 4.

Selva minore, che contiene gl'argomenti degli Evangelii delle Domeniche, Avvento, del Purgatorio, de' Santi, e Quaresima. in 4.

Salmi in onore di S. Anna in verso Italiano. in 8.

VINCENTIUS REGIUS nobilis Panormitanus Societatis Jesu. Caroli natu majoris frater, de quo *tom.* 1. *pag.* 129. Natus anno 1544. Societatis institutum amplexus est anno 1559. In ea tum gravioribus disciplinis summè excultus, tum sanctimoniæ famâ celeberrimus claruit. Ingenio, & singulari doctrinâ instructissimus inter præcipuos Theologos, qui tunc in Italia doctissimi efloruere, non immeritò recensitus est. In Germania doctoratus insignia adeptus, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam magno cum plausu in Cæsareo Collegio Viennensi docuit; ut etiam Messanæ, ac Panormi. Hìc etiam magna cum discipulorum frequentia, Theologiam Moralem tradidit, & Studiorum Præfectum egit. In sacris literis versatissimum fuisse editæ lucubrationes apertè testantur. Prudentiâ mirificè valuit; ideoque Collegia Montis-Regalis, Messanæ, & Panormi gubernavit. Panormi etiam præfuit Domui Professorum; ac Vice-Provincialis munere Siculam Provinciam rexit. Sanctitatis vitâ præclarissimus, eximiam animi candorem illibatum servavit: egregiam charitatem erga omnes, ac summum sui contemptum exercuit: aliisque virtutibus apprimè excultus effulsit; quarum ornamento magnam auctoritatem sibi conciliavit, ac sancti viri opinionem assequutus est. Religiosæ disciplinæ cultos exactus, nec per latum unguem ab ejus observantiâ discessit: corporis, oriisque modestiâ claruit: ideoque Benedictæ Regiæ, sororis suæ, sanctitatis gloriâ celebris, imago eidem exhibita, ut observaret, an pictoris industriâ tabula mortuam virginem ad vivum referret; roganti respondit: se judicium edere ea de re haud posse, cùm nunquam Sororem suam aspexisset. Nullo unquam verbo alterũ læsit: immò sermonis suavitate omnes mirabiliter reficiebat. Veritatis amantissimus, hanc nec ambiguo, vel suspenso verbo unquam violavit. Deiparam Virginem teneriori cordis sensu intimè venerabatur; aliosque ad ejus cultum fervidis exhortationibus inflammabat. Dum extremò morbo laboraret, quicquid ex medicorum imperio recipiebat, prius Mariæ Virgini oblatum consecrabat. Morti proximus, Crucifixi, ac integerrimæ Virginis imagines manibus tenens, easdem precibus, osculisque magno pietatis affectu complectebatur: & in ultimo vitæ articulo S. Ignatium Societatis parentem illi adfuisse testantur historici: ideoque sanctè decessit in Panormitano Collegio 16. Decembris anno 1614. Emeritis laudum præconiis celebratur à Francisco Baronio *de miss. Panor. lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 127. à Joanne Nadaio *in anno dier. memor.* 16. *Decemb. pag.* 327. *& in pretiosis occupat. morient. in Soc. cap.* 15. *pag.* 118. à Philippo Alegambe *in Biblioth. Soc. Jesu pag.* 783. Philippo Labbæo *in Chronol. Pinacotheca Scrip. Soc. Jesu pag.* 326. Joanne Rhò *in virt. hist. lib.* 4. *cap.* 9. *pag.* 487. Hippolyto Marraccio *in Biblioth. Mariana par.* 2. *pag.* 439. Augustino Invegio *in appar. Panor. Nobilis in famil. Regio*, Francisco Bardo *in epist. ad lectorem libri de Conscientia*, aliisque. Edidit

Theses de SS. Trinitate Viennæ propositas disputationi. Viennæ typis Leonardi Nassinger 1580. in 4.

Evangelicarum dilucidationum libros VIII. Tomis III. Coloniæ per Bernardum Gualterum 1615. in fol.

Enchiridion Evangeliorum libris VIII. Opus hoc in priori opere persæpè memorat idem Vincentius.

In Bibliotheca Collegii Panormitani Soc. Jesu servantur etiam m. ſ. hæc alia, nempè:

Commentaria in Joannem.

De Sacramentis.

Logica.

VINCENTIUS RICCIARELLA Netinus Sacerdos, Vincentii Littaræ discipulus, Musas Latias, Italicas, Siculasque egregiè coluit. Claruit anno 1608. Edidit Italicè

Historia di S. Ninfa V. e M. Palermitana. Panormi typis Joannis Antonii de Franciscis 1593. in 8.

VINCENTIUS RICCIUS Messanensis Sacerdos, Sacræ Theologiæ, & Juris utriusque Doctor eximius, Prothonotarius Apostolicus, Abbas S. Nicolai, & librorum edendorũ Censor. Doctrinâ excultissimus vivebat anno 1636. Evulgavit

Compendium de Sancto Matrimonii Sacramento, ex tractatu P. Thomæ Sanchez Soc. Jesu collectum. Messanæ apud Petrum Bream 1630. in 4. Italicè

Additioni all'Esplicatione della Bolla della Santa Cruciata del P. Emmanuele Rodriquez. Panormi typis Angeli Orlandi 1622. in 4.

VINCENTIUS RISICA Messanensis, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor, ingenio, ac doctrinâ laudatus. Inter Messanensis Officinæ Academicos inclaruit, amœnioribus literis dicatus. Obiit Messanæ 1647. Celebratur à Joanne Bap. Cortesio *in miscell. medicinal. dec.* 8. *tr.* 9. *pag.* 586. Edidit

Brevem Historiam de maligna febre D. Joannis Spataforæ. Messanæ apud Hæredes Petri Breæ 1639. in 4.

De febre Pestilente Panormitanam Urbem obsidente orationem. Ibidem ex typographia Jacobi Matthæi 1647. in 4.

Italicè

Discorso spirituale della Grandezza, e Providenza di Iddio Sig. Nostro, e della sua gran Pietà nella creation dell'Huomo, e delle miserie di questo,

con

con alcuni avvertimenti politici, e morali. Ibidem apud Petrum Bream 1630. in 4.

Brieve Ragguaglio delli più illustri Paesi delle quattro parti del Mondo, così per mare, come per terra. Ibidem apud Haeredes Petri Breæ 1640. in 4. carmine Italico.

VINCENTIUS ROMANUS Bibonensis, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus. Graviores disciplinas cum ingenii laude tradidit. Eloquentiâ haud vulgari ornatus, conciones habuit dissertissimas, tum à dicendi copia, & eruditione, tum ab animarum fructu commendatus. Regulari observantiâ conspicuus, ac virtutibus, religioso viro dignis, instructissimus, tanquam omnium exemplar inclaruit. In Agrigentina Diœcesi Synodalis Examinator constitutus est. Provinciæ Siculæ Moderator electus, post sex menses, Dei instinctu, ac humilitate impellente, Provincialatu se abdicavit, ut virtutum studio impensiùs vacaret. Meritis plenus, cùm ad Cœlestem patriam æstuaret, 4. Augusti, die Divo Dominico sacra, repentinâ morte decessit Bibonæ anno 1660. Post ejus mortem prodiit ejus opus posthumum, cui titulus Italicè

Orationi Sacre. Panormi typis Bossi 1663. in 12.

VINCENTIUS SALEMIUS Platiensis, utriusque Juris Doctor, inter præcipuos causarum patronos effulsit doctrinâ clarissimus. In Panormitano Prætorio, & Concistorii subselliis præfuit Judex. Flornit anno 1670. Edidit

Patrocinium Juridicum pro Sp. Regni Siciliæ Protonotario, aliisque Regiis Officialibus consortibus, & clientibus, contra Illustres Comitem, & Marchionem de Pallavicino in quæstione Juris, seu emolumentorum sigilli magni Regiæ Cancellariæ Siculæ, ac de Juribus Mandati, & Registro regiarum expeditionum. Panormi typis Didaci Buæ, & Petri Camagnæ 1669. in fol.

VINCENTIUS A SANCTO ANGELO Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, Concionator, & Poeta. Claruit anno 1600. Edidit carmine Etrusco

Visione Trionfale nella morte dell'Ill. & Rev. Cardinal Scipion Gonzaga, con molti Sonetti spirituali, e Stanze intorno al Veni Creator Spiritus, *con altri Sonetti a diversi personaggi nel fine*. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1599. in 8.

VINCENTIUS SANCTUS MARCUS Calatanissetensis Sacerdos. A teneris unguiculis ejus pietatis studia futuræ probitatis indicia detexere. Ingenio satis munitus, graviores disciplinas magno doctrinæ quæstu amplexus est: ac Sacræ Theologiæ laureâ insignitus inter doctiores eminuit. Sacræ eloquentiæ dicatus Concionatorem egit magna cum laude, ac majori auditorum beneficio. Congregationem Oratorii ingressus Panormi, in ea laudabiliter per aliquot annos vixit, permagnâ morum integritate apprimè excultus. In cinerali jejunio conciones habuit Panormi in Ecclesia ejusdem Oratorii, à viris literatis auditus, ac plurimùm laudatus. Electus patriæ suæ Archipresbyter, & è Congregatione egressus, animarum beneficium, sedulâ pastoris vigilantiâ, verbo, & exemplo excitare curavit. Omni virtutum genere clarus eluxit, sanctisque operibus abundè cumulatus, piissimè decessit Calatanissetæ anno 1688. In ejus funere orationem de ipsius laudibus dixit Hieronymus la Jacona Capuccinus, quam typis tradidit Drepani eodem anno, inde recusa prodiit cum aliis ejusdem orationibus ibidem anno 1692. Edidit Vincentius italicè

Relatione del Ritrovamento del SS. Crocifisso della Pietra nella Città di Caltanissetta. Panormi apud Petrum de Isola 1664. in 8.

Oratione Funerale per la morte del R. P. Biagio da Caltanissetta Predicatore Capuccino, Missionario Apostolico, nel mese di Giugno 1684. Neapoli apud Franciscum Mollum 1685. in 12.

VINCENTIUS SENENSIS, sive SENESIUS, Catanensis, vir doctrinâ insignis; in sacris literis, ac Jurisprudentiæ scientia versatissimus, sui æstimationem excitavit. In Collegiata Catanensi Ecclesia Canonicus, exinde Præpositus, ac S. Mariæ de Cava Prior latissimè effulsit. Sub Præsulibus Catanensibus Nicolao Maria Caracciolo, Antonio Pharaonio, & Joanne Horosco Vicarii Generalis munere præfuit. Claruit anno 1575. Hunc laudat Joannes Bap. de Grossis *in decac. Catan. tom. 2. cord. 9. pag.* 150. qui scripsisse testatur

Juris Responsa.

VINCENTIUS SICULUS, Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, qui vixit anno 1593. tunc enim edidit

Senatus, Populique Romani Epitaphia in Sereniss. Ducem Alexandrum Farnesium Principem amplissimum. Romæ apud Gulielmum Faciottum 1593. in 4.

VINCENTIUS SILVARIUS Panormitanus, vir, qui in ætatis flore elegantissimâ oris specie, ac præstantissimo ingenio exornatus vixit. Amœniores literas, Musasque præsertim Siculas impensè dilexit. Ad summa poeticæ facultatis fastigia sese extulisset, si acerba ejus mors amplexa studia non abrupisset: concepto enim intimo dolore ex cujusdam amici morte, decessit Panormi circa annum 1600. De eo Josephus Galeanus *in Musis Siculis par. 1. pag.* 307. & & Vincentius de Joanne *in Panor. Restaur. lib. 2. m. s.* Hujus extant maternâ linguâ

Canzoni Siciliane. In Musis Siculis *par. 1.* Panormi apud Buam, & Portamnovam 1645. in 12. & apud Josephum Bisagnium 1662. in 12.

Addit de Joanne *loc. cit.* scripsisse Comœdiam quamdam elegantissimam, quam publico sumptu Senatus Panormitanus in aula Palatii publici, spectandam exposuit, ut Carolum Aragonium Ducem Terrænovæ, Siciliæ Moderatorem, honoris studio afficeret.

VINCENTIUS SOLITUS v. Franciscus Solitus *tom. 1. pag.* 290.

VINCENTIUS SPANOUS Sortinensis, ex Octavio Cajetano *in animad. ad tom. 1. SS. Siculor.*

Digitized by Google

culor. pag. 112. scripsit carmine Siculo

Vita di S. Sofia Vergine, e Martire.

VINCENTIUS IANCREDUS Panormitanus Societatis Jesu, vir doctrinâ excultissimus. Natus anno 1609. Societati nomen dedit anno 1624. ac quatuor vota nuncupavit. In ea emensis studiorum spatiis, Philosophiam, ac Scholasticam, & Moralem Theologiam, non sine egregii ingenii notâ docuit. In Monte-Regalensi Diœcesi Synodalis Examinator electus est à Francisco Peretto S. R. E. Cardinale Montalto Montis-Regalis Archiepiscopo, cujus æstimationem promeruit. Solidâ virtute insignitèr exornatus claruit, cujus testimonium apertissimè edidit, cùm extremo morbo laboraret; nam acerbissimis doloribus cruciatus, infractâ animi constantiâ, cum magna omnium admiratione fortitèr horum molestias perpessus est; etsi igneæ naturæ esset. Extrema clausit Panormi 29. Octobris 1659. Ipsum laudat Natanael Sotuellus *in Biblioth. Soc. Jesu pag.* 783. Edidit

De Sancto Matrimonii Sacramento libros decem, in quibus universa P. Thomæ Sanchez Doctoris celeberrimi doctrina brevi periodo, ac dilucidè explicatur, & vindicatur. Tomum Primum, & Secundum. Panormi apud Decium Cyrillum 1648. in fol.

Tractatus IV. de virtute Religionis, in quibus omnia, quæ doctè, ac fusè Franciscus Suarius scripsit de Primitiis, Oblationibus, Decimis, Institutione, & Observatione Festorum, Immunitate Ecclesiar. Irreligiositate, Tentatione Dei, Blasphemia, Superstitionum generibus, Sacrilegio, Simonia, Oratione, Contemplatione, Horis Canonicis, Juramento, & Adjuratione, variis Recentiorum placitis, noviscq; quæstionibus locupletata, brevitèr, distinctè, ac dilucidè continentur. Monte-Regali apud Petrum Coppolam 1651. in fol.

Quæstionum Moralium Partem Primam. Panormi apud Josephum Bisagnium 1654. in fol.

Quæstionum Moralium Partem Secundam. Ibidem apud eumdem 1659. in fol.

Alia moliebatur, at mors omnia dissolvit.

VINCENTIUS TURRIS Monte-Regalensis Sacerdos, vir Medicâ facultate, ac Astronomicis rebus instructissimus claruit: quibus sui opinionem apud literatos excitavit. Anno 1694. ad animi relaxationem in villam quamdam oppidi Salæ Parthenici recedens, ibi cùm primùm extremo morbo aggressus esset, ad proprii pulsus explorationem, solùm sibi superasse quinque vitæ horas præcognovit: ideoque accersito loci Parocho, ut sibi celeritèr Sacramenta ministraret, his munitus, post quinque horas, sicut prædixerat, decessit in eodem oppido 9. Februarij 1694. Edidit sub anagrammatico nomine D. Tirentii Curvin

Syncerum Judicium de Cometa expostulatum à D. Seraphino Defenso (id est D. Josepho Fernandez) *nobili Siculo, & redditum per epistolas.* Neapoli ex typographia Bulifonis 1681. in 12.

VINCENTIUS TURTURETUS Panormitanus, ex Nicolao Antonio *in Biblioth. Hispana, tom. 2. pag.* 356. & 370. vel Troinensis, ut Rocco Pirro placet *in not. Agrigent. pag.* 335. Nobili genere exortus, ac clericali militiæ adscriptus, præstantissimum ingenium, quo mirificè eminuit, gravioribus disciplinis nobiliter expolivit: ideoque Sacræ Theologiæ, & Jurisprudentiæ lauream promeruit. Nedum magnâ doctrinâ cumulatus, verùm etiam omnigenâ, solidâque eruditione refertissimus latissimè innotuit. Cùm in Hispaniam se contulisset in regia aula, & apud Philippum IV. Catholicum Regem, magnâ valuit opinione, tum ob optimarum artium studia, tum ob egregias animi dotes. Regis benevolentiâ prosequutus inter Regios Capellanos recensitus est: beneficio S. Catharinæ Belicis, & Abbatiâ, nescio quâ, auctus: ibique literatorum amorem, venerationemque sibi comparavit. Panormum regressus, inter Reaccensos Academicos elegantissimas ingenii dotes insignitèr detexit. Ab insigni doctrinâ, & multiplici eruditione laudatissimus, magno in pretio habitus est à viris principibus, ac literatis, inter quos plurimùm eminuit. Anno 1645. Regni Siciliæ Deputatus electus est: & undique celebris inclaruit. At eodem anno 2. Decembris Panormi è vita migravit permagno omnium literatorum dolore, qui impensè exoptabant, celsioribus dignitatibus exornatam Vincentij doctrinam, ut præmia promeritis responderent. Sepultus est in Ecclesia Collegii Societatis Jesu, vir meliori fortunâ dignissimus. Ipsum celebrant Antoninus Amicus *in epist. nuncupatoria opusculi de antiquo Urbis Syracus. Archiep.* Pirrus, & Nicolaus Antonius *loc. cit.* Marianus Valguarnera *in epigrammate inter select. epigramm.* edita Panormi 1656. *pag.* 303. Aubertus Miræus *In Biblioth. tom. 2. cap. 205. pag.* 227. & Petrus Paulus Morretta *de Caltagirone cap. 9. pag.* 34. Posteritati transmisit

Horas subcesivas de Nobilitate Gentilitia in tres libros divisas. Lugduni sumptibus Prost, & hæredis Vovillæ 1624. in 4.

Collationes Moralis doctrinæ, cum Jurisconsultorum decretis, Politicis, & Jurisconsultis perutiles. Parisiis 1624. in 4.

Parallela Ethica, & Juridica. Ibidem apud Carolum Morellum 1630. in 4.

Sacellum Regium, hoc est de Capellis, & Capellanis Regum librum singularem, cum notis perpetuis pro Capella Aulæ Hispanæ. Matriti apud Franciscum Martinez 1630. in 4.

Inaugurationem Serenissimi Balthassaris Caroli, Asturiæ, & Hispaniarum Principis. Ibidem ex typographia Francisci Martinez 1632. in 4.

Virum civilem expressum in oratione funebri Henrici fratris. Panormi typis Nicolai Buæ, & Michaelis Portænovæ 1642. in 4.

Famæ Regiæ studiosum. Ex Amico cit.

Hispanâ linguâ

Capilla Real con observaciones proprias del Real Catolico D. Filipe. Matriti apud Franciscum Martinez 1630. in 4.

Maximiliano Socorrido, y Fragmentos Eucharisticos

Digitized by Google

vistícos recogidos en la colocacion del Sanctissimo en la Capilla Real del Rey nuestro Señor D. Filipe IV. el Grande. Ibidem apud eumdem 1639. in 4.

Ereçion de la Yglesia Catedral pretendida de la Ciudad de Caltagiron de la Dioceſis de Saragoza en el Reyno de Sicilia. Ibidem 1627. in fol.

Prælo paraverat

Hiſtoriam ſui temporis elegantiſſimè ſcriptam. in 4. Hanc ad manus Simonis Rau Panormitani, exinde Epiſcopi Pactenſis perveniſſe ſcimus: qui cùm nimiùm deſudaſſet, ut in ordinem redigeret, typiſque traderet, fruſtra adlaboravit, & ineditum opus reliquit.

Orationem in funere D. Petri Corſetti Panormitani, Epiſcopi Cephalœdenſis, habitam in Academia Reaccenſorum. in 4.

VINCENTIUS VALGUARNERA Nobilis Panormitanus, ſub ejus nomine extant *in Muſis Siculis tom. 2. par. 2. pag.* 311. Siculâ linguâ

Canzoni Siciliane. Panormi typis Decii Cyrilli 1647. in 12. & apud Joſephum Biſagnium 1662. in 12. at hæc Joſepho Galeano debentur, ut innui *tom. 1. pag.* 382.

VINCENTIUS VIGINTIMILLIUS Nobilis Panormitanus, Siculis Muſis charus, ſcripſit vernaculâ linguâ

Canzoni Siciliane. In libro: *Raccolta di Canzoni Siciliane di diverſi buoni Autori.* Meſſanæ apud hæredes Petri Breæ 1638. in 12.

VIRALDUS DE ROCCHO Catanenſis, poeticâ gloriâ clarus, celebris vixit. Hujus meminit Matthæus Silvagius *de tribus Peregrinis cap.* 44. *pag.* 165. qui tempore ſuo vixiſſe tradit, nempè circa annum 1540. De eo etiam Joannes Bap. de Groſſis *in decac. Catan. tom. 2. cord. 9. pag.* 152. Scripſit vulgari linguâ

Poeſie. Ex Silvagio cit. cujus teſtimonio per manus concivium ſuorum m. ſ. vagabantur. Nonnullæ ejus Cantiones extant apud Innocentium Roccafortem Panormitanum, Canonicum Catanenſem.

VITUS ALBERTUS MUSTACIUS Calatafimenſis, Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, parentibus Hieronymo, & Laurentia Muſtacio lucem aſpexit 25. Septembris 1657. in Civitate Calatafimis: at quia adhuc puer in Erycis urbè translatus, paſſim Erycinus habitus eſt, ut ex documentis apud me ſatis liquet. Carmelitarum Ordinem ingreſſus, Franciſci cum Viti nomine commutavit: ſtudiiſque literarum admotus, Theologus doctiſſimus, ac Concionator eximius evaſit. Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam Regentis munere docuit, magna cum doctrinæ, ingeniique laude, tum Panormi, tum etiam Ravennæ; ac Magiſtri lauream promeruit. Egregii Concionatoris partes laudabiliter explevit; in cinerali jejunio à literatis viris gratiſſimè auditus Panormi, Meſſanæ, Syracuſis, Placentiæ, & alibi non ſine plauſu; eruditione enim, & eloquentiâ plurimùm valuit. Prioris munere nonnullis Ordinis Cœnobiis præfuit. Vivit vir eximius hoc anno 1714. quo hæc typis traduntur. Ex innumeris concionibus, quos habuit hactenùs ſolùm edidit Italicè

Il Braccio dell'Onnipotenza Divina, Panegirico Sacro per le glorie di S. Gio: di Capeſtrano, Faventiæ typis Joſephi Maranti 1691. in 4.

L'Onnipotenza Divina impegnata al Patrocinio di Piacenza per li meriti di S. Antonino Martire, Protettore della ſteſſa Città. Panegirico Sacro. Placentiæ ex typographia Epiſcopali per Zambellum 1692. in 4.

L'Huomo di Dio, Panegirico Sacro, con cui il R. P. Bacelliere Vito Alberto Muſtaccio &c. chiuſe l'ottavario con pompa ſolennizzato da' MM. RR. PP. Agoſtiniani di Forlì per la Canonizatione di S. Gio: di S. Facondo l'anno 1691. Foro Livii apud hæredes Zampæ 1692. in 4.

La Diſcepola dell'Amore Divino Catedratico frà le Solitudini. Panegirico Sacro per le glorie di S. Roſalia Vergine Palermitana. Panormi apud Auguſtinum Epirum 1694. in 4.

L'Inneſto del Cuor di Maria al Cuore di Meſſina. Oratione Panegirica per le glorie di Maria ſempre Vergine della Lettera. Meſſanæ ex typographia Vincentii de Amico 1696. in 4.

VITUS CARVINUS Erycinus Sacerdos, natus 4. Novembris 1644. à teneris annis literarum ſtudiis ita adhæſit, ut gravioribus diſciplinis apprimè eruditus, in Collegio Drepanitano Soc. Jeſu, Sacræ Theologiæ lauream adeptus ſit anno 1667. Doctrinâ clarus, nonnullis muneribus, & honoribus inſignitus eſt; enituit etenim Prothonotarius Apoſtolicus, Commiſſarius ordinarius S. Officii in patria, Parochus Eccleſiæ S. Nicolai Drepani anno 1675. electus; demùm patriæ Archipresbyter renunciatus anno 1677. Vir à gravioribus ſcientiis, & eruditione laudatus, ac in patriis hiſtoriis verſatiſſimus, apud ſuos æſtimationem promeruit ſummam: ut etiâ apud Epiſcopos Mazarienſes Carolum Regium, Franciſcum Mariam Grafeum, & Bartholomæum Caſtellum, à quibus Monaſteriorum Viſitator, & Examinator Synodalis electus eſt. At conceptæ opinionis aliquid detraxere lites, ac jurgia, quæ habuit cum Patriæ Moderatoribus; fuit etenim jurisdictionis acerrimus propugnator. Ne ingenii ſui partes torpeſcerent, pluries apud ſuos Philoſophiam, ac Moralem Theologiam docuit, Eloquentiâ ſatis excultus pluries in Civitatibus Erycis, Caſtriveterani, & alibi in Dioceſi Mazarienſi, quadrageſimali tempore conciones habuit magno eximii oratoris nomine. Demùm in patria deceſſit 19. Septembris 1701. & in cujus funere orationem de ejus laudibus habuit Joſephus Monacus Sacerdos Erycinus. Corpus in majori Erycis Eccleſia conditum fuit. Typis tradidit

De Origine, Antiquitate, & Statu Regiæ Matricis Eccleſiæ Civitatis Excelſæ, & Inexpugnabilis Erycis, hodie Montis S. Juliani. Cui accedant digreſſiones nonnullæ Morales, Eccleſiaſticis omnibus apprimè perutiles. Panormi typis Anſelmi 1687. in 4. Italicè

Vita della Serva di Dio Suor Mattia Labita Tertiaria de' Padri Carmelitani della Città del Mon-

Digitized by Google

te Erice, oggi S. Giuliano. Ibidem apud eumdem 1675. in 4.

Breve Relatione del famoso Tempio di S. Vito Capo del territorio della Città Eccelsa di Erice, oggi Monte di S. Giuliano. Ibidem apud Jacobum Epirum 1687. in 4.

Breve Relatione del Tempio della Sacra Imagine di S. Maria di Custonati, sotto titolo dell'Immaculata Concettione nel Territorio della Città Eccelsa d'Erice, oggi Monte di S. Giuliano. Ibidem apud eumdem 1687. in 4.

Scripsit etiam, ac m.ss. reliquit hæc alia, apud hæredes asservata, nimirùm:

De Sacramentis. in fol.

Italicè

Erice Antica, e Moderna, Sacra, e Profana, che contiene tutta l'Istoria d'Erice. Tomi due. in fol.

Quaresimale. in fol.

Avvento. in fol.

Panegirici. in fol.

Prontuario Medicinale de' Poveri in casi di necessità. in fol.

Straggi dell'otio, in cui si trattano varie materie ingegnose. Tomi Tre. in fol.

Vite de' Pontefici Romani, ed Imperatori. in fol.

VITUS CHAPPISIUS Saccensis, Grammaticæ Professor insignis. Claruit anno 1575. Edidit

Grammaticarum Institutionum Compendium, & perspicuum lib. XIV. Venetiis 1579. in 8. ex Conrado Gesnero *in Biblioth. pag.* 818.

VITUS COLOSIUS Messanensis, Poeta, & Academicus Officinæ Messanensis. Claruit anno 1670. Hujus extant Italicè

Rime. In libro *Duello delle Muse, o vero Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo, e Quarto.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. & 1671. in 4.

VITUS PIZZA Claramontanus, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. Gravioribus disciplinis operam dedit in Patavino Lyceo Ordinis sui, ac doctissimis Philosophis, & Theologis accensitus, Theologicâ Magistri laureâ exornatus est. Ecclesiastem egit, cum eruditi Oratoris laude. In studiorum curriculo aliquando socium habuit Felicem Perettum, qui ad Pontificiam Sedem, Sisti V. nomine, assumptus, Vitum Romam accersivit, ac nonnullis benevolentiæ argumentis excepit. Virtutibus clarus, aliis exemplo fuit. Claruit anno 1586. De eo Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Syrac. pag.* 258. & 259. Lucas Wadingus *in Scrip. Minor. pag.* 248. qui Martium Vitum Pisam vocat, Petrus Rodulphus *in histor. Seraphica lib.* 2. *pag.* 282. & 335. Philippus Cagliola *in munif. Provinc. Siculæ Min. Conv. explor.* 3. *manif.* 4. *pag.* 129. & Joannes Franchinus *in Bibliosophia pag.* 573. Edidit

De Divino, & Humano Intellectu, & de Hominis sensu ex Peripatheticis Tractatum: in fine cujus, quæsitum illud, an compositum suâ formâ sit præstantius, nobiliusque, collocatur. Patavii apud Joannem Baptistam Amycum 1553. in 4.

De Ente, & Essentia. Ex Cagliola cit.

Italicè

Sermoni Predicabili sopra il famoso Salmo Miserere, *con un Sermone della Misericordia di Dio.* Messanę apud hęredes Fausti Bufalini 1589. in 4. Ex Bibliotheca Boldeana *pag.* 393. etiam prodiere anno 1567.

VITUS SALERNUS Erycinus, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister doctissimus, ac celebris Cócionator. In Patavino Gymnasio Theologiam Regentis munere docuit. Pontificis Maximi jussu, unà cum duobus aliis Theologis clari nominis, Magum quemdam examinavit. Virtutibus ornatissimus, vitæ innocentiâ claruit: & tanquam regularis observantiæ exemplar effulsit. In patriam reversus, obiit anno 1591. Ipsum laudant Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 564. & 569. Joannes Bap. Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1423. *n.* 2. *pag.* 799. Antonius Cordicis *in hist. Erycis m. s. lib.* 3. *cap.* 13. Daniel à Virgine Maria *in Speculo Carmelit. tom.* 1. *par.* 5. *lib.* 4. *n.* 3420. *pag.* 975. & Josephus Falconius *in Chronol. Ord. Carmel.* apud ipsos. Scripsit ex Cordice, & Pirro

Tractatuum octoginta librum. Ex his solummodo 50. tractatus ad umbilicum perductos, apud se asservabat m. ss. laudatus Cordicis.

VITUS SICOMUS Calatafimensis, natus anno 1548. Jurisprudentiæ studiis adhæsit. Doctoris laureâ insignitus, ac legali scientiâ excultissimus, æstimationem promeruit summam; ideoque ad nonnullas Juris dignitates evectus est. Bis in Panormitano Prætorio præfuit Judex. S. Officii Consultor, triennio Siciliæ Deputatus, & per annos 23. magna cum integritatis laude, Fisci Patronus, Regiusque Consiliarius effulsit in Regii Patrimonii, & Magnæ Regiæ Curiæ Senatu. Demum anno 1620. Tribunalis Conciistorii Præses electus, conceptam sui opinionem longiùs propagavit. In Siciliæ Regno novum oppidum excitavit anno 1615. quod ex ejus nomine oppidum Vitæ appellavit: ac in eo fundavit, dotavitque Ecclesiam S. Viti Parochialem, aliamque Immaculatæ Deiparæ Conceptioni sacram. Honoribus plenus, vitam cum morte commutavit Panormi 7. Julii 1626. Jacet in Ecclesia S. Citæ, & in Sacello S. Petri Martyris; ad cujus tumulum è marmore extructum, hoc additum est epitaphium.

D. O. M.

Vitus Sicomus Oppidi Vitæ Dominus, Jurisconsultus, causarumque Patronus integerrimus, ac Philippi III. Hispan. & Siciliæ Regis à Consiliis, virtutum meritis ad præcipuas Regni dignitates gradatim evectus; nam bis in Prætorio Jus dixit, S. Inquisitionis Consultor. Adfuit trium brachiorum suffragio triennio Deputatus, in Tribunali R. P. ac M. R. C. per XXIII. an. magna cum laude Fisci Patronus; demum ad Sacræ Regiæ Conscientiæ Conciistoriæ Præsidentiam fuit assumptus. Vivens sacellum hoc, ejusq; urnam erigi jussit, non quidem vanâ Mundi gloriâ ductus, sed ut posteros ad virtutem alliceret, & mortis semper memor peccata vitaret. An. à Partu Virg. CIↃ.IↃC.XX. Vixit an. LXXVIII. obiit die VII. Julii IX. Ind. M.DC.XXVI.

Vi-

Digitized by Google

Vitum celebrant Rocchus Pirrus *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 583. Joſephus Bonfilius *in hiſt. Sicil. par.* 3. *lib.* 1. *pag.* 29. Philippus Cagliola *in manif. Prov. Siciliæ Ord. Minor. Conv. explor.* 3. *manif.* 5. *pag.* 138. Vincentius Auria *in Chronol. Pror. Siciliæ pag.* 301. Joannes Franciſcus de Caſtillo *in deciſ. lib.* 1. *deciſ.* 87. *pag.* 466. & Joannes Andreas Maſſa *in ſua Sicilia pur.* 2. *pag.* 338. Multa ſcripſit, at ſolùm extat

Conſilium. In Conſiliis ſelectis à Petro Luna. Panormi apud Eraſmũ de Simeone 1627. in fol.

Marius Muta *in Cap. Regni Siciliæ tom.* 5. *cap.* 478. *n.* 6. ipſius citat

Allegationes pro Monaſterio S. Benedicti Vallelodid contra Fiſcum Regii Patrimonii.

VITUS SORBA Drepanitanus Sacerdos, vir politioribus literis apprimè ornatus. Poetica ſtudia præſertim excoluit, ac omnigenâ eruditione refertus claruit. Ut literarum exercitationes promoveret, Academiam, à Lima dictam, fundavit. Vixit anno 1624. Laudibus extollitur à Rocchо Pirro *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 556. Leonardo Orlandino *in deſcrip. Drepani pag.* 52. & Vincentio Nobile *in Theſauro abſcondito de Virgine Drep. cap.* 23. *pag.* 783. Scripſit

Poema Heroicum de Sicilia liberata à Comite Rogerio.

Poema Tragicum de deſtructione Trojæ.

Epigrammata, & Elegias.

De Rebus Drepanitanis opuſculum. Extat m.ſ. in 4. Panormi in Bibliotheca Vincentii la Farina Marchionis Madoniæ, ex Michaele de Judice *in addict. ad Apparat. Siculor. Annalium Auguſtini Inveggii pag.* 102.

URBANUS MESSANENSIS ex familia RASIA, Ordinis Capuccinorum, vir eruditione, & doctrinâ clariſſimus. Ingenii ſubtilitate, ac eximiâ in rebus agendis prudentiâ, ac dexteritate munitus, magnum ſibi nomen comparavit. Virtutibus apprimè excultus, apoſtolicam vivendi rationem mirum in modum expreſsit. Corporis proceritate, ſimul ac majeſtate conſpicuus, tum morum ſuavitate, tum ſermonis dulcedine in familiaribus colloquiis omnium animos alliciebat, rapiebatque. Eximius Eccleſiaſtes, Concionatoris partes ita explevit, ut ingentem ſui opinionem excitaverit, ac Concionatorum pater paſsim appellaverint. In præcipuis Italiæ Civitatibus conciones habuit permaximâ audientium frequentiâ, ac plauſu, præſertim Mediolani, Bononiæ, Florentiæ, & alibi. Ab urbe Meſſanæ miſſus ad Philippum IV. Catholicum Regem, ut graviſsima patriæ negotia pertractaret, non ſine grati animi ſignificatione ab eodem Rege auditus, Regius Concionator electus eſt. Divum Archangelum Michaelem inter cœlites omnes, poſt Immaculatæ Virginis Conceptionem, teneriori cordis ſenſu venerabatur. Virtutibus plenus obiit Meſſanæ anno 1665. Ipſum laudant Placidus Reina *in not. hiſt. Meſſanæ par.* 2. *pag.* 535. & Dionyſius Genuẽſis *in Biblioth. Capuccin. pag.* 317. qui edidiſſe teſtatur

Conciones varias de Sanctis ſub anagrammatico nomine P. Meſſenii Bonarù. Hæc pauca ex duplici quadrageſimali à ſe ſcripto: aliquæ ejus Conciones aſſervantur m. ſſ. in Bibliotheca Capuccinorum Meſſanæ.

Faſciculum excellentiarum præcipuarum Beatiſſimi Michaelis Archangeli, Eccleſiæ Dei Principis pro jaculatorio Animæ ad tanti Patroni devotionem, & reverentiam in populis excitandam. Matriti 1650. Meſſanæ apud hæredes Petri Breæ 1655. in 8. Panormi typis Auguſtini Boſsii 1663. in 8. Bononiæ, & alibi ſæpiùs ſub nomine Meſſenii Bonarù.

URBANUS POLITIENSIS, ex familia TRABONA, Capuccinus. Natus anno 1580. Ordinis ſui inſtitutum amplexus eſt Saccæ 14. Septembris 1597. Doctrinâ ornatiſsimus, Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam docuit. Cœnobio Panormitano præfuit Guardiani nomine. Pluries in Panormitana Provincia Definitorem egit: S. Officii Siciliæ Conſultor electus eſt: ac tanquam Provinciæ ornamentum venerabatur. Morum integritate præclarus, & regularis obſervantiæ tenax, animarum zelo æſtuavit. Concionator egregius per annos 35. in cinerali jejunio conciones habuit in multis Siciliæ, & Italiæ urbibus, præſertim Melitæ, Romæ, & Bononiæ. Apud Ferdinandum II. Imperatorem ſeptemnio concionatorem ordinarium egit, eloquentiâ, & eruditione eximium. Ab eodem Auguſto eidem oblato epiſcopatu, dignitatem magnâ animi firmitate recuſavit. Virtutibus inſigniter conſpicuus effulſit: humilitate, patientiâ, charitate, modeſtiâ, animi puritate, cæteriſque virtutibus clarus, ac celebris, prænunciato mortis die, Politii ſanctè deceſsit 19. Martii 1654. Urbanum laudat Dionyſius Genuenſis *in Biblioth. Capuccin. pag.* 317. Ex eo edidit

Funebrem Orationem de morte Supremi Conſiliarii Ferdinandi II. Imperatoris. Viennæ Auſtriæ.

Funebrem Orationem in obitu cujuſdam præclariſſimi viri. Ibidem.

Epigrammata varia acroſtica, & Anagrammata ſacra. Venetiis 1649. & Panormi 1652.

Digitized by Google

X



AVERIUS ACCIARELLUS Catanenſis, Societatis Jeſu, in lucem expoſitus primo Decembris 1655. ad Societatem acceſſit 15. Novembris 1671. in qua ſolemnia quatuor emiſit vota 2. Februarii 1689. Abſoluto ſtudiorum curriculo, ſacræ eloquentiæ operam dedit; ideoque egregias Concionatoris partes, ſumma cum laude exercuit in præcipuis Siciliæ Civitatibus: à facundia, & multiplici eruditione celebratus: & inter præſtantiores verbi Dei præcones, non immeritò connumeratus eſt. In Melitæ Inſula præſertim, è ſuggeſtu magna omnium frequentiâ auditus, ſingulari plauſu, ac honore honeſtatus eſt à Magno Hieroſolymitarum Equitum Magiſtro Hadriano de Wignacourt, ac ab Equitibus ejus Ordinis. Drepani etiam eâ acclamatione exceptus fuit, ut viri literati in ejus laudem libellum poeticum ediderint Italicè an. 1695. cui nomen: *La Gratitudine Trapaneſe al merito del M. R. P. Saverio Acciarelli della Comp. di Gesù, Predicatore Quareſimale dell'anno* 1695. Cùm per plures annos quadrageſimale curriculum confecerit, demum Calataniſſetæ menſe Septembris anno 1702. vivere, & declamare deſiit. Ipſum laudat Dominicus Guglielminus *in Catana deſtructa pag.* 90. Edidit Italicè

La Vera Beneficenza ancor nelle diſgrazie favorevole, ſopra il Patrocinio di S. Agata V. e M. verſo la Città di Catania nell'occorrenza del Terremoto dell'anno 1693. Catanæ apud Biſagnium 1698. in 4.

Il Nuovo Nume della Fortuna colla vela della Sacra Lettera favorevole a' Meſſineſi. Meſſanæ ex typographia Maffei 1699. in 4.

Le Delizie dell'Amor Nazareno nel coltivare in terra le Primavere del Paradiſo. Diceria Sagra di S. Roſalia Vergine Palermitana. Panormi typis Auguſtini Epiri 1700. in 4.

Prælo paraverat

Officinam Sacram: ſive de Mirabilibus Sanctorum. Italicè

Vite de' Veſcovi di Catania, da S. Berillo Primo Veſcovo e diſcepolo di S. Pietro, fino a D. Franceſco Maria Caraffa, colle Notizie di tutto ciò, che di memorabile è occorſo ne' loro tempi nella Santa Chieſa, e nel Regno di Sicilia.

Il Perchè, nel quale ſi trattano varj punti Storici, e controverſi, che occorrono nella Storia Eccleſiaſtica.

Eſempj ameniſſimi, e curioſiſſimi, ſacri, e morali. Dicerie Sacre.

Freneſie d'alcuni huomini facinoroſi, che hanno ingannato il Mondo.

XAVERIUS CASTELLUS Meſſanenſis, Juriſprudentiæ Doctor, Eccleſiæ Meſſanenſis Canonicus. Tum gravioribus ſcientiis, tum etiam politioribus literis apprimè excultus, Meſſanæ honoribus nonnullis inſignitus claruit. Judex Synodalis, & Fiſci Patronus Archiepiſcopalis Curiæ Meſſanenſis electus: nunc Vicarium Generalem Joſephi Migliaccii Panormitani, Meſſanæ Archiepiſcopi, agit cum ſui laude. Inter Academicos Officinæ ejuſdem Urbis recenſitus, oratoria, & poetica monumenta protulit egregia. Vivit hoc anno 1714. Laudatur à Fulgentio Arminio *in Proſis Officinæ lib.* 1. *pag.* 70. ſub nomine Academici Loquacis. Hujus extant

La Pietà Atlante, che ſoſtiene le Monarchie, Diſcorſo Iſtorico. In Prons Officinæ *lib.* 1. Monteleoni apud Dominicum Antonium Ferrum 1667. in 4.

L'Oroſcopo della Fede Meſſineſe, diſcorſo in memoria della Sagra Lettera recitato nell'Accademia della Fucina l'anno 1656. In Proſis prædictis *lib.* 2. Neapoli apud Andream Colicchiã 1669. in 4.

XENARCHUS Syracuſanus, Sophronis Syracuſani Poetæ, de quo *pag.* 233. filius: teſte Paulo Manutio *in adagiis pag. mihi* 1037. & Jacobo Bonanno *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 274. *&* 275. quem ſequitur Laurentius Craſſus *in hiſt. Poet. Græcor. pag.* 455. Patris veſtigia ſequutus, poeticâ gloriâ claruit. Comicus Poeta à Suida, & Gyraldo *de Poet. hiſtor. dial.* 7. *pag.* 280. vocatur. Fuit Mimographus ex Ariſtotele *in Poet. cap.* 1. cui adhæret Bonannus cit. At Franciſcus Patritius *in Poet. decad. hiſtor. lib.* 1. *pag.* 102. & Craſſus cit. dubitant, an idem ſit Comicus, ac Mimographus. Addit Bonannus *pag.* 276. quòd Xenarchus, ut Dionyſio tyranno morem gereret, taxavit Rheginenſes tanquam imbelles, pavidoſque: ideoque exortum adagium: *Rheginis formidoloſior*, ut tradit Zenodotus, & Manutius *loc. cit.* Inter incertæ ætatis Poetas recenſetur à Gerardo Joanne Voſſio *de Poetis pag.* 97. At celebris claruit olymp. 94. nempè ex Bonanno ante Virginis puerperium annis 400. ac paulò minus. De eo etiam Hofmannus *in lex. tom.* 2. *pag.* 583. Scripſit Græcè ex Suida, Patritio, Gyraldo, & Bonanno has Comœdias, inſcriptas:

Bucolion: nempè, locus ubi ſpatiantur Boves. Butalionem vocat Bonannus.

Porphyra, ſive Purpura. Hanc etiam citat Athenæus *lib.* 6. *cap.* 2. *pag.* 225. *&* *lib.* 10. *cap.* 7.

pag.

Digitized by Google

pag. 431. hìc verò dubitat, an ſit Xenarchi, vel Timoclis.

Scythæ. Citatur ab Athæneo *lib.* 9. *cap.* 1. *pag.* 367. *&* *lib.* 10. *cap.* 4. *pag.* 418.

Didimi, ideſt Gemini. Ex Athæneo *lib.* 15. *cap.* 14. *pag.* 693.

Pentathli, ſive Quinquerciones. Ex Athenæo *lib.* 10. *cap.* 11. *pag.* 440. *&* 441. *&* *lib.* 13. *cap.* 3. *pag.* 569.

Priapus. Athen. *lib.* 11. *cap.* 5. *pag.* 473.

Somnus. Athen. *lib.* 13. *cap.* 1. *pag.* 559.

Stratiotes, ſive Miles. Athen. *lib.* 15. *cap.* 7. *pag.* 679.

His addit Bonannus

Ruſticum: at dubitat an ſit eadem fabula inſcripta Butalion.

Scripſit etiam

Mimos. Ex Ariſtotele *in Poet.* Xenarchi, & Sophronis Mimi longam excitarunt inter Auctores quæſtionem: aliqui enim prosâ, alii carmine ſcriptos cenſuerunt, juxtà variam Ariſtotelis interpretationem. Scriptorum ſeriem, eorumque ſententias conſule ſupra *pag.* 234. ubi de Sophrone, ne jam dicta hìc repetam.

Xenarchi fragmenta extant nonnulla apud Athenæum in locis ſupra citatis, ut etiam *lib.* 2. *cap.* 23. *pag.* 63. ubi ſine operis nota, noſtrum Xenarchum adducit. Nonnullas etiam Xenarchi ſententias edidit Henricus Stephanus in libro: *Comicorum Græcorum ſententiæ* Græco-lat. 1569. in 24. & Ignatius Albanus in libro: *Sententiæ Inſignes Græcorum Quinquaginta Comicorum, quorum opera integra non extant, latino idiomate collectæ Ignatii Albani operâ.* Brixiæ per Bartholomæum Fontanam 1612. in 12.

XENOPHON, ſive XENOPHRON Siculus, incertæ patriæ, Rhetor, & Sophiſta clarus, cujus meminit Philoſtratus *in vitis Sophiſtarum pag. mihi* 511. & Andreas Schotus in opuſculo *de claris apud Senecam Rhetoribus*, Senecæ ſubjuncto, edito Genevæ 1628. cum variis commentariis. Claruit poſt Chriſtum natum anno 220. nã Philoſtratus, qui Xenophronis meminit, ſub Macrino, & Heliogabolo Impp. vixit, ex Voſſio *de hiſt. Græcis lib.* 2. *cap.* 15. *pag.* 236. Scripſit, ut ex allatis auctoribus deducitur

Orationes.

FINIS.



ADDICTIO.

OPeris editione numeris omnibus absolutâ, ante ipsius evulgationem ad meam cognitionem pervenere eximiorum Scriptorum Siculorum notitiæ, quæ ne excidèrent, in hac pagina addere operæ pretium duxi.

AGATHINUS AYDONUS, vulgò DAIDONE, Calataxibectensis, natus 5. Februarii anno 1672. & egregiis ingenii dotibus apprimè ornatus, ab ipsa pueritia mechanicis rebus sese addixit. Exinde, se ipso duce, mathematicis disciplinis toto pectore adhæsit; in quibus mirificè profecit: ideoque pluries à nonnullis Siciliæ Civitatibus accersitus pro rebus architecturæ, & optices regulis extruendis, easdem feliciter, magnaque approbatione perfecit. Multas etiam topographicas tabulas, molesque graphicè designavit, quarum nonnullas in ære insculpsit. Vivit vir peregregius hoc anno 1714. studiis insigniter dicatus, ac laudem promeretur summam. Edidit Italicè

Risposte alli Problemi Aritmetici di Vincenzo Nocilla della Inespugnabile Città d'Enna, ritrovate da Agatino Daidone della Città di Calascibetta: con sei nuovi Problemi dello stesso; tra quali due sono adattati à cinque termini della Prospettiva portati da M. Jacopo Barozzi da Vignuola al cap. 4. della prima regola della sua Prospettiva Prattica. Panormi apud Thomam Pignatarum 1706. in 8.

Breve Ristretto delli cinque ordini dell'Architettura, secondo le Regole di Jacomo Barozzi da Vignola, Andrea Palladio, e Vincenzo Scamozzi, raccolti assieme, e compendiati per commodo de' Principianti: dove si dimostra la costruzione più facile di piantare la Sfera Armillare nel piano orizontale, e la soluzione di varie questioni astronomiche nella medesima ricercate. Calataxibectæ 1714. in 4.

In libro: *Epico Applauso alla S.R.M. di Vittorio Amedeo Re di Sicilia, e di Cipro, &c. trombettato da l'ossequio fedelissimo della Vittoriosa Città di Calascibetta.* Panormi apud Honuphrium Gramignanum 1713. in 4. extat duplex tabula Siciliæ, ac Molis, quam in solemni acclamatione Victorii laudati provexit 12. Novembris 1713. eamque Auctor, & ad ejus patriæ decus, & nomen, tantique Regis venerationem propriis sumptibus, & labore designavit, ære incidit, & impressit, Prælo paravit etiam

Nuovo Trattato di Prospettiva.

Pugnale Matematico, dove sono collegati li strumenti necessarii per le operazioni matematiche.

Discorso generale sopra l'uso, e fabrica della Sfera Armillare, e sua pianta, con le operazioni novamente ritrovate dal medesimo Autore.

DOMINICUS JANNOUS Messanensis, Societatis Jesu, natus 29. Julii 1673. Societatis institutum amplexus est primo Aprilis 1690. ac vota quatuor solemnia emisit 15. Augusti 1706. Emenso cum ingenii laude studiorum curriculo, Philosophiam quatriennio, sexennio verò Scholasticam Theologiam doctissimè tradidit. Nunc Panormi, doctrinâ clarus, in Sacro Tribunali Inquisitionis Siciliæ Censoris munere fungitur. Gallicâ linguâ instructus, opus Dominici Bouhours Soc. Jesu Italicè redditum edidit, cui nomen:

Trattenimenti di Aristo, e di Eugenio, recati dall'original Francese nell'Idioma Italiano. Panormi apud Antonium Pecoram 1714. in 8.

JOANNES BAPTISTA PANORMUS origine Siculensis, Juris utriusque Doctor, Abbas, & Prothonotarius Apostolicus, natus 11. Februarii 1665. gravioribus literis abundè ornatus extra Siciliam, præsertim in Regno Neapolitano, sui æstimationem promeruit; & ad nonnullos honorum gradus evectus est. In Episcopali Ecclesia S. Marci, & in Metropolitana S. Severinæ Vicarium Generalem egit: ut etiam eodem munere pro ecclesiastica immunitate in Ecclesia Rosciani præfuit. Vivit nunc Panormi doctrinâ, eruditione, morumque probitate satis superque insignitus, ubi nuper edidit Italicè

Prattica per evitare li Peccati. Opera utile, e necessaria ad ogni stato di persone. Panormi apud Antonium Pecoram 1714. in 4.

Prælo parata habet hæc alia, nimirùm:

Defensionem Regiam Regalium Siciliæ Regni.

Resolutiones Morales pro concursibus.

Examen ad usum RR. Examinatorum Urbis Romanæ.

Speculum, & praxim Episcoporum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ.

Defensionem Ecclesiæ,

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX PRIMA

AD TOMUM PRIMUM.

COMPLECTENS SICULOS SCRIPTORES, QUI DUM OPUS EXCUDERETUR, ALIQUID typis tradidere, vel noviter ad Auctoris notitiam pervenere.

ADAMUS ASMUNDUS nobilis Catanensis, Juriſconſultus doctiſſimus, præfuit Magnæ Regiæ Curiæ tertium Judex, & à Regiis Rationibus Magiſter. Anno 1433. 1436. & 1448. unà cum aliis Siciliam gubernavit, teſte Jo. Bap. de Groſſis *in decac. Cat. tom. 2. cord. 9. pag.* 146. Antonino Amico *in Chronol. Proregum Sicil. pag.* 6. *& ſeq.* & Vincentio Auria *in hiſtor. Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 10. *&* 12. Scripſit

Conſilia non pauca à Siculis Juriſperitis celebrata: præſertim à Joſepho Cumia *de feudis in cap. Si aliquem ver. antiquis n.* 26. *de ſucceſſione feud.*

ADAMUS LAURIFEX Ennenſis, vir non indoctus, anno 1645. clarus. Scripſit ex Joſepho de Flores *in carm. pag.* 64. 65. 127. *&* 128. ubi laudatur:

Vitam Jeſu Chriſti.

ÆGIDIUS SCRINIUS Drepanitanus, Ordinis Carmelitici, Sacræ Theologiæ Magiſter doctiſſimus. Ex Carolo Cartario *in Athenæo Romano m. ſ.* juſta relationem mihi tranſmiſſam à præclariſſimo viro Proſpero Mandoſio, meritò laudum præconiis celebratus, fuit etenim prudentiæ, & ſcientiarum omnium refertiſſimum ſcrinium. Perſæpè Prioris munere Ordinis Cœnobia gubernavit. Provinciæ Siculæ S. Angeli præfuit Provincialis. In Romana Curia Procuratorem Genaralem egit: ibique magnam nominis famam, & æſtimationem aſſequutus eſt. Pluries in Pontificio Sacello Orator, & in Archigymnaſio Romanæ Sapientiæ publicus ſcientiarum Profeſſor, ſui laudem excitavit. Ex Rocchо Pirro *in Not. Eccl. Mazar. pag.* 550. fuit etiam Ordinis Carmelitarum Vicarius Generalis. Obiit ſenex in Cœnobio Drepanitano 6. Aprilis 1589. Scripſit ex Cartario cit.

Orationes habitas in Sacello Pontificio.

ALOYSIUS SERROVIRA Alicatenſis, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Studiorum Regens. Orator diſſertiſſimus, magna cum literatorum approbatione concionatorem egit in quadrageſimali curriculo Alicatæ, in principe templo Panormitano, & alibi: ab eloquentia, eruditione, aliiſque egregiis oratoris partibus laudatus. Edidit Italicè

In lode di S. Roſalia Vergine Palermitana Orazione Panegirica. Panormi apud Antoninum Corteſium 1711. in 4.

ANDREAS ANDALORUS Meſſanenſis, natus 10. Novembris 1672. cum humanioribus literis, ac Philoſophiæ operam dediſſet, ex quadam naturæ vi omnes animi ſui vires, ad naturalium rerum ſcientias, ac medicæ facultatis ſtudium appulit. In his magnoperè vir eximius, ac doctiſſimus permagnam oblectationem percepit, ac modò abſumit. Vivit hoc anno 1714. Meſſanæ literarum ſtudiis impensè addictus. Edidit Italicè

Il Caffè deſcritto, ed eſaminato, nel quale prueva con ragioni, che la virtù della bevanda del Caffè depende più toſto dall'acqua calda, che dal ſeme del Caffè abruſtolito. Meſſanæ apud Antoninum Arenam 1703. in 12.

Prælo etiam paravit

Dictionarium Etymologicum Medicum.

Italicè etiam

La Bilancia fiſica, o ſia Idea del vero Medico.

La Miniera dell'Argento Vivo, o ſia Riſtretto di tutte le Qualità, Preparazioni, Virtù, Uſi Alchimiſtici, e Meccanici del Mercurio.

L'Officina degli Odori.

Il Fiorario.

Il Medico Morale.

La Medicina Sagra.

Lettere de' Fiori.

Spoſizione Iſtorica delle Medaglie, Tabelle, Iſcrizioni &c. ſcolpite nelle parete de' Tempj, Palaggi, Magiſtrati, Porte Regie, e Fonti artificioſi di Meſſina.

ANDREAS GIAMBRUNUS Saccenſis, Ordinis Minimorum, vir doctrinâ, ac pietate inſignis. Lectoris munere graviores ſcientias ſodales ſuos docuit. Concionatorem etiam egit; ac præcipua Ordinis Cœnobia in Sicilia moderatus eſt. In Panormitana Provincia claruit quoque Definitor. Virtutibus clarus Ordinis tyrones ad regularis diſciplinæ faſtigium direxit. Spirituum cultor eximius, multorum animas ſanctè inſtituit: præcipuè verò Sororis Catharinæ Magliæ Drepanitanæ, Tertii Ordinis S. Dominici, cujus ſcripta ad Generalem Ordinis Prædicatorum miſſa ſunt. Orationis ſtudium frequentavit; votorum obſervantiâ, aliarumque virtutum ornamento inſignis claruit. Deceſſit Lilybœi circa annũ 1708. Multa verſu latinè, ac Italicè ſcripſit, at ſolùm ſuppreſſo nomine edidit

Trofei di Gieſù Sacramentato, con diverſi affetti all'iſteſſo, e lodi della ſua SS. Madre Maria ſempre Vergine. Panormi apud Auguſtinum Epirum 1704. in 8.

ANDREAS VAYOLA Meſſanenſis, natus 30. Novembris 1643. in clericalem militiam aggregatus, ac literarum ſtudiis dicatus, Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dedit Catanæ; Meſſanæ verò Doctoris laureâ inſignitus eſt anno 1663. Vix Sacerdotio initiatus animarum curam in oppido Rocchæ ſuſcepit, ubi Archipresbyteri vices tenuit. Exorto in Sicilia bello ob Meſſanenſium

Digitized by Google

sium defectionem anno 1675. animi sui fidelitatem in Catholici Regis obsequium infractam servavit; multaque magno labore, bonorum jacturâ, ac vitæ periculo, in ejusdem Regis bonum perpetravit. Tunc Depositarius, & Ministrator bonorum ecclesiasticorum Rocchæ, & locorum adjacentium constitutus est à Fortunato Carafa Vicario Generali Messanensis Ecclesiæ; confirmatus à Francisco Tanso Vicario Generali Sede Vacante. Joanne Valdina, Rocchæ Marchione, læsæ majestatis crimine falsò insimulato, à Marchione Carolo Valdina ejus fratre Andreas in Hispaniam missus, ut Joannis innocentiam detegeret, in regiam aulam appulsus anno 1678, ibi æstimationem promeruit apud Principes nonnullos. Cùm autem egregiè memorati Principis beneficium operam contulisset, criminisque suspicionem diluisset, in Siciliam remeavit anno 1682. Francisco Alvarez Archiepiscopo Messanensi gratus, huic fuit à confessionibus, à sacello, & rationibus. Panormi aliquandiù præfuit Ecclesiæ S. Mariæ Depictæ Capellanus. Abbas S. Mariæ de Pace electus, oppidum Rocchæ repetiit, ac iterum Archipresbyteri vices subiit. Ibi sedulus animarum cultor sodalitia pro viris in sæculo degentibus, ac Sacerdotibus instituit; ibique Moniales Oblatas Ordinis S. Benedicti induxit. S. Officii Commissarium ibidem egit. Musas, ac oratoriam artem cum laude coluit: ideoque pluries in quadragesimali curriculo conciones habuit, ac in sanctorum laudem ornatè è suggestu dixit. Diù in Ecclesia Parochiali ejusdem oppidi sacras literas exposuit. Demum eadem hora, ac die, quâ natus, decessit in oppido Rocchæ 30. Novembris 1709. Edidit Italicè

Vita della Gloriosa Vergine S. Geltruda di Eyslenia Mansfeldense, Abbadessa dell'Ordine del Patriarca S. Benedetto, scritta in lingua Castigliana dal M. R. P. Alfonso Andrada della Compagnia di Giesù, e tradotta nell'Italiana. Romæ apud Dominicum Antonium Herculem 1704. in 4.

Scripsit etiam Italicè, ac m. ſ. reliquit hæc alia, nimirùm:

La Pianta della Fede coltivata da' sudori, ed irrigata dal sangue de' Gloriosi Apostoli Pietro, e Paolo. Carmine Italico.

Vita, e Purgatorio di S. Patritio, tradotta dall' Idioma Castigliano nell' Italiano.

ANGELA CRUXA SS. TRINITATE Panormitana, Monialis Tertii Ordinis S. Francisci in Monasterio S. Mariæ Omnium Gratiarum, à S. Vito dicto. Nata 25. Januarii 1611. piè que educata, Tertii Ordinis S. Francisci habitum ab ipsa pueritia suscepit. Excitato Monasterio prædicto anno 1629. ipsa inter quindecim electa est, quæ in eadem fundatione prima ejusdem Gynæcei exordia posuere. In eo omnes absolutissimæ perfectionis leges adamussim adimplere curavit. Solidioribus virtutibus amplissimè referta effulsit: humilitate præsertim, patientiâ, conscientiæ nitore aliis exemplo fuit. Orationis studio præclara, divinis charismatibus cumulata, superni amoris igne succensa æstuavit. Ingenio valuit eximio; ideoque Musarum Italicas, tum Siculas coluit: ac variis ingenii monumentis suam, & aliorum pietatem excitavit. Pluries Moniales novitias instruxit. Quatuordecies Abbatissæ vices gessit. Ter Monasterio Abbatissæ munere præfuit, electa annis 1656. 1664. & 1685. ac pluries ad Monasterii regimen assumpsissent Sanctimoniales, ni surditatis impedimentum obstitisset. Eo in munere observantiæ zelo, prudentiâ, & charitate omnibus semper venerabilis æquè, ac amabilis fuit. Sanctimoniæ famâ decessit in Monasterio laudato 24. Decembris 1688. Hujus meminit Blasius à Purificatione *in Vita Mariæ Magdalenæ à S. Augustino lib. 3. cap. 1. pag.* 204. Ejus vitam scripsi, ac edidi in Historia Monasterii S. Mariæ Omnium Gratiarum. Scripsit Italicè

Grazie 88. *da Dio concesse per mezzo delle intercessioni della Venerabile Madre Suor Elisabetta Maria della Passione a' suoi Divoti.* Prodiere cum ejus vita, scripta à Francisco Sclafano, & edita Panormi apud Joannem Bap. Aiccardum 1706. in 4.

Avvisi Spirituali per la Quaresima. Panormi typis Antonini Corteii 1712. in 8.

Scripsit etiam

Istoria dell'Origine, e Fondazione del Monastero di S. Maria di Tutte le Grazie della Città di Palermo. in fol.

Vita di Suor Elisabetta Maria della Passione, nel secolo Marchesa della Gibellina. in fol.

Vita della Madre Suor Vincenza di Giesù Maria. in 4.

Vita di Suor Celestina Maria dell'Eterno Padre. in 4.

Vita della Madre Suor Ignazia Maria della Concezione. in 4.

Vita di F. D. Giaimo, e F. D. Nicolò Zummo. in fol.

Canzoni Italiane, e Siciliane. in 4.

Hæc omnia m. ſſ. servantur in eodem Monasterio.

ANGELUS MARIA ANNABATA ex oppido Pittinei, Ordinis Capuccinorum, Sacræ Theologiæ Professor, in Messanensi Provincia Definitor, & Custos Generalis. Edidit Italicè.

Li Miracoli della Grazia, Panegirici Sacri. Neapoli typis Felicis Muscæ 1706. in 12.

ANGELUS TITONUS, Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, vitæ lucem aspexit primo Octobris anno 1650. Literarum studia amplexus, ob egregiam ingenii indolem à primis ætatis suæ annis Grammaticæ rudimentis, ac oratoriæ facultati operam dedit magno cum fructu. Exinde 2. Octobris 1665. Ordinis insignia Panormi accepit, & emissa solemni votorum nuncupatione 3. Octobris 1666. gravioribus Philosophiæ, & Theologiæ disciplinis admotus, eâ animi contentione, ac pertinaci studio his addiscendis assiduè vacavit, ut scorbuticum morbum contraxerit, quo usque ad supremum diem fuit acerbissimè affectus. Doctrinâ abundè instructus, & acri fultus ingenio, vix absoluto studiorum curriculo, cum annum 21. attigisset, à Venerabili P. M. Francisco Scuderio, tunc Siculæ Pro-

Digitized by Google

Provinciæ Moderatore, (*de quo in to. 1. hujus Bibliotb. ſuo loco*) ut Logicæ præcepta, ac quæſtiones, ſodalibus ſuis traderet, cōſtitutus eſt Lector. At paulò poſt Romam accerſitus, illucque à Provinciali adductus in Siculo ſui Ordinis Collegio S. Pauli ad Arenulam Philoſophiam docuit ſumma cum acutiſsimi ingenii laude, & diſcipulorum profectu. Eodem etiam tempore ſingulis hebdomadis novæ Panſophiæ lectiones audivit ſub diſciplina P. M. Antonii Cottonii, ejuſdem Ordinis Theologi celeberrimi (*de quo in tom. 1. hujus Bibliothecæ pag. 61. & in Appendice ad calcem hujus tomi*) paulò poſt in laborum, ac doctrinæ præmium Theologicam Doctoris lauream in Romana Sapientiæ Academia aſſecutus eſt. Exindè Regentis munere tranſiit ad Romanum Cœnobium SS. Coſmæ, & Damiani, ubi Philoſophicas lectiones aliquandiù docuit, & poſtmodum Panormi eodem Regentis munere in Collegio S. Mariæ de Miſericordia multos per annos Scholaſticam Theologiam profeſſus eſt, haud minori commendatione, ac audientium beneficio; & paulò poſt Dogmaticam Theologiam explanavit. Tantâ valuit doctrinæ, & prudentiæ opinione, & in rebus agendis dexteritate, ut Ordinis Generales magni ponderis negotia in Sicula Provincia pertractanda eximio viro commiſerint; multique de rebus maximi momenti ipſum avidiſsimè conſulerent. Panormi ipſe primus in memorato Cœnobio unà cum aliis ſui Ordinis Conciliorum Academiam excitavit, cui Sacerdotes multos tum Sæculares, tum etiam Regulares advocavit: ipſe verò ad eamdem promovendam elegantiſsimam orationem dixit; eâque nedum oratoriæ artis excellentiam, verùm etiam ſacræ eruditionis copiam, animique zelum, quo his in ſtudiis æſtuabat, inſigniter derexit. Diuturnâ utilitate perduraſſet Academia, ni Angelus Regentis munere ad Cœnobium Sanctæ Mariæ Annuntiatæ propè mœnia Urbis ſtudiis præfuturus ſe contuliſſet, & curarum pondere avulſus illam interpellare coactus fuiſſet. Doctrinæ præſidio viam ad munerum, & honorum gradus in Sicula Provincia ſibi aperuit; ideoque primùm à ſecretis ejuſdem Provinciæ fuit; poſtmodum Definitor, indè Examinator Generalis: ſecundùm à ſecretis conſtitutus, Generalibus Ordinis Comitiis anno 1689. Bononiæ coactis, interfuit, & cultiſsimam orationem habuit pro ſalutari Generalis electione, eamque ſummis laudibus extulit Joannes Franciſcus Negronus S. R. E. Cardinalis, qui eiſdem Comitiis præfuit. Prioris munere Panormitanum Cœnobium S. Mariæ de Miſericordia rexit, ejuſque inferiores ædes amplificavit, ac inſtauravit. Provincialatus titulo Patrimonii S. Petri inſignitus, iterum interfuit Romæ anno 1695. Comitiis Generalibus: & omnium ſuffragiis 14. Januarii 1699. Provinciæ Siculæ Provincialis electus, eam prudentiæ, & comitatis legibus moderatus eſt. Patrii Cœnobii bono ſtudioſiſsimus, ejus jura verbo, & calamo, eo animi ardore, & ſtudii aſſiduitate feliciter propugnavit, ut diro, ac pertinaci reumate correptus, eo morbo ad funus uſque divexatus fuit. Ejus operâ, ejuſque curâ novum dormitorium in illo Conventu extructum eſt: ibique Sæcularium Sodalitium, Sponſalitio SS. Joachim, & Annæ ſacrum, fundavit; Divæ enim Annę oppidò ſtudioſus fuit, & ut ejus cultus impenſiùs ferveſceret, operam dedit, ut argenteum ejuſdem Simulacrum conderetur, confluentibus ad ipſius opificium tum Cœnobii pecuniâ, tum aliorum eleemoſynis; Statuæ verò caput conflandum curavit ex argenteis tabellis, quas multi votorum causâ in exceptorum beneficiorum memoriam obtulerant in Eccleſia memorati Cœnobii Imagini D. Annæ, à miraculorum gloria, & populorum frequentia celeberrimæ. At inter Provinciæ collata beneficia, hoc unum tanquam laudabile, ac honoris plenum ſibi tribuebat, quòd regulari militiæ adſcripſerit F. Clementem Mazzolam Aſſorenſē Tertii Ordinis Laicum; vir enim oculatiſſimus magnam de eo futuræ ſanctimoniæ ſpem conceperat, & rei exitus Angeli prudentiam probavit; nam cum Clemens omnium virtutum ſtudio inſigniter vacaſſet, præſertim pœnitentiæ aſperrimæ regulis, ſanctè vixit, ac magnâ ſanctitatis famâ deceſſit Panormi 11. Januarii 1710. Angelus verò poſt magnos exantlatos labores, morborum vi graviùs urgeri cœpit, cui acceſſere podagię dolores: at in omni ęgritudinum conflictu uſque ad mortem infractæ patientiæ, cui morum honeſtatem, atque modeſtiam ſemper innexuit, edidit argumenta. Cellæ amantiſſimus magnam animi voluptatem in libris evolvendis ſe experiri fatebatur. Sacrorum Canonum, Juriſprudentiæ, Hiſtoricæ eruditionis ſacræ, & profanæ, utriuſque Theologiæ Scholaſticæ, & Moralis ſtudium ſummè dilexit. Libros S. Thomæ Aquinatis, Scoti, Ariſtotelis, Ciceronis, ac Juſti Lipſii frequenter præ manibus habuit. Demum menſe Novembris 1708. Commiſſarius, & Viſitator Generalis Siculæ Provinciæ conſtitutus, Provinciæ Comitiis præfuit. Exindè morborum vi ingraveſcente oppreſſus, & febri tandem correptus, editis non exiguis religioſæ pietatis erga Deum, ac ſuos documentis, in Crucis amplexu vivere deſiit Panormi 27. Aprilis 1710. Varia ſcripſit, & præſertim nonnullos Philoſophiæ, ac Theologiæ Tractatus, juxta Scoti mentem, qui in Panormitano Cœnobio aſſervantur m. ſſ. nempè

De Logica.
In Phyſica, & Methaphyſica libros.
De Deo Uno, & Trino.
De Viſione Beata.
De Angelis.
De Incarnatione Verbi, & merito Chriſti.
De Auxiliis Divinæ Gratiæ.
De Vitiis, & Peccatis.
De Sacramentis.
De Juſtitia, & Jure.
De Theologia Dogmatica.
Vera Prudentia Regiminis Magiſtra, Oratio habita Bononiæ in Comitiis Generalibus anno 1689.
De Præſtantia, & utilitate Theologię Dogmati-

Digitized by Google

ea, Oratio habita pro excitâda Conciliorâ Academia.

Allegationes pro jure hæreditatis à quodam Mariano Montimurro legatæ in ejus Testamento Cœventui Panormitano S. Mariæ de Misericordia, & alia hujusmodi.

Ex his operâ P. M. Ferdinandi Titoni, ejus amantissimi fratris ejusdem Ordinis, prodiit liber inscriptus:

Clypeus Distinctionis Scoticæ, sive Formalis. Opus Posthumum. Panormi typis Gasparis Bajonæ 1712. in 4.

ANTONINUS FATIUS Panormitanus, vir non indoctus, eruditione excultus vivit Panormi, ac Tabellionis munere cum laude fungitur. Edidit librum inscriptum:

In Artem Notariam Compendiariæ Instructiones triplici tractatu comprehensæ: Primus aliqua continet in eamdem Artem Notariam Prolegomena: Secundus de contractibus in genere, juxta leges civiles, statutarias, & consuetudinarias Regni Siciliæ accommodatam tractationem: Tertius de Renunciationibus Beneficiorum. Romæ ex typographia Januarii Zenobii 1711. in 4.

ANTONINUS RUFFUS nobilis Messanensis, parentibus Antonio Ruffo, ex Scalettæ Principibus, & Alphonsina Gotha, genere clarissimis, avitum sanguinis splendorem, literarum studiis amplificavit. Elegantissimis ingenii partibus egregiè munitus, tum mitiores disciplinas, tum severiores scientias Philosophiæ, ac Theologiæ didicit in Societatis Jesu Collegio: ibique semper in scholasticis exercitationibus vividam, ac peracutam mentis indolem patefecit. Ut assequutam doctrinam longiùs recoleret, cum doctioribus consuetudinem contraxit, & in proprio palatio Academiam instituit, in qua adscripti nonnulli vivunt viri doctrinâ præclari: quibus præsidet Mœcenatis munere. In ea singulis hebdomadis Dogmaticas Disputationes, ac Moralis Theologiæ quæstiones Academici exquirunt. Hi Incogniti vocantur: pro symbolo verò delegere Areopagi Aram, adjectâ epigraphe: *Noto Deo*. Amœniores etiam literas amplexus, oratoriis, ac poeticis studiis clarus enituit. Pluries è suggestu auditus coram Præsules, ac Siciliæ Proreges; & in Messanensi Academia Clytiæ, variis ingenii monumentis, plausus non vulgares in sui laudem excitavit. Ad animi remissionem, Musicæ, & Picturæ studiis operam dedit, in quibus ita profecit, ut singularem peritiam fuerit assequutus: ac si unicum eidem fuisset harum facultatum vitæ suæ negotium. Vivit Messanæ vir eximius hoc anno 1714. ac tanquam ingenii sui specimen egregium Italicè spectantur

Rime. In Carminibus editis ab Academia Clytiæ, in laudem Philippi V. Catholici Regis. Messanæ typis Dominici Costæ 1703. & 1704. in 8.

Prælo paravit, ac in lucem breviter emittet

Epigrammata. Italicè

Panegirici.

Discorsi Morali.

Capitoli in verso Italiano.

ANTONINUS VIGINTIMILLIUS Panormitanus, ex nobilissimo genere Baronum Gratterii progenitus, Caroli Comitis Prades, & Hieronymi Episcopi Liparensis, de quo *tom. 1. pag. 287.* frater. Natus 1642. anno ætatis suæ undecimo, nempè 1653. Panormi Clericorum Regularium institutum amplexus, statim vim magnam apostolici spiritus concepit; & iter ad virtutum fastigium tendit. Editâ votorum professione, ac gravioribus disciplinis egregiè instructus, tyronum moderator quasi semper constitutus est: eosque verbo, & ferventiùs exemplo, ad regularem perfectionem adipiscendam excitavit. In expiandis conscientiis, ac dirigendis nobilium, monialium, aliorumque animabus juxta sanctitatis regulas totus fuit. In Hispaniam missus, Matriti summam sui opinionem excitavit; ac omnium venerationem, præsertim Regis Caroli II. ac Reginæ æstimationem promeruit. Ibidem concionibus, & confessionibus excipiendis dicatus, magnum animarum fructum recollegit: & Salamanticense Ordinis Collegium excitavit. Cùm autem Indicæ Missionis votum in exordio religiosi tyrocinii edidisset, ut eam assequeretur, mirabiliter æstuavit: ac frequentissimè iteratis precibus petiit. Demum validissimis objectaculis dissolutis anno 1682. 22. Novembris, à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, exoptatam facultatem obtinuit. Ideoque 13. Januarii 1683. relictâ Matritensi urbe Olyssiponam petiit, ubi Lusitani Regis, ac omnium benevolentiam sibi devinxit. Goam invectus concionum ardore, piisque operibus, innumeros ad salutis viam revocavit. At propagandæ religionis studio ad majora semper incensus, ut infidelium salutem procuraret, & pro Catholicæ Fidei gloria, etiam sanguinem profunderet, oblatam insulæ Bornei missionem amplexus est. Hinc ad ampliſſimam eam insulam vir sanè apostolicus se contulit, in quam appulit 2. Februarii 1688. At ad reditum compulsus, iterum reassumptâ navigatione, 30. Januarii 1689. post innumeros labores, exoptatam insulam tenuit. Per magnæ insulæ meditullium penetravit, ubi velut è cœlo delapsus, summis venerationis argumentis exceptus est. Apostolicos labores aggressus omnium primus evangelicam lucem ampliſſimam in insulam invexit, cujus populi, ob litoralem Mahometanorum inaccessam barbariè, penè ignoti adhuc fuerant. Quæ in animarum beneficium perpetraverit, quot hominum millia ad orthodoxam fidem perduxerit, ac per salutis lavacrum, Catholicæ Ecclesiæ addiderit, labores inter vitæ discrimina exantlatos, mirabilia, quibus ejus prædicationem illustraverit Deus, honores, quibus fuerit prosequutus, quot ad vitam revocaverit mortuos, non est nostri instituti hìc referre. Adeat lector Bartholomæum Ferrum, qui *in Missionibus Cler. Regul. tom. 2.* omnia lato calamo enarrat. Solùm innuam, quòd illustrium ejus gestorum fama undique diffusa, orbem ferè omnem implevit. Ideoque ab Innocentio XII. Sum. Pont. Apostolicus Vicarius ea in insula con-

Digitized by Google

constitutus est 19. Januarii 1692. ac Indicæ Missio in Insulam Bornei solummodò Ordini Clericorum Regularium Theatinorum privativè concessa, ex decreto Sacræ Congregationis de Propaganda Fide 14. Januarii 1692. Cæterùm Antoninus virtutibus, apostolico viro dignis, undique ornatissimus effulsit, ac gratiæ donis abundè cumulatus. Anno 1693. ad Cœlum meritis refertissimum evolasse tradunt: ejusque sanctimoniam miraculis in vita, & post mortem comprobatam voluit Deus. Panormi in Ecclesia S. Josephi Cler. Reg. in qua primùm apostolicum ardorem hauserat, 9. Julii 1696. funeris officia magnificentissimè, viro benemerentissimo persoluta sunt, quorũ sumptus Princeps Belmontis, demortui nepos, regiâ manu erogavit: ac in ejus laudem, funebrem orationem habuit Petrus Lazarus de Terrer Hispanus, ex familia Fratrum Observantium S. Francisci. Adhuc vivens, ex Sacræ Congregationis de Propaganda Fide permissu, imagine ære insculptâ, ac hujusmodi elogio, cohonestatus est:

P. D. Antoninus Ventimiglia Panormitanus Cler. Reg. Theatinus, Apostolicus Missionarius ad Orientales Indos, qui ferventiori propagandæ Fidei ardore succensus, cumulatos labores, ærumnas, remoras invictâ constantiâ eluctatus, amplissimam Bornei Insulam, in qua nunquam lux Evangelica effulserat, non sine vitæ discrimine penetravit, illius nactus meditullium frequentioribus refertum Populis, reliquo Orbi hactenus penè ignotis, ob littoralem Mahometanorum inaccessam barbariem) inibi Christi Fidem annuncians, Sacrosanctæ Crucis Vexillum magno Incolarum plausu Primus erexit Anno 1689. indeque, perhonorifico Vicarii Apostolici munere ab Innocentio XII. P. M. condecoratus, ipsamet Insula in novam Theatino Ordini missionem à Sac. Congreg. de Propaganda Fide decernitur 14. Jan. Anno 1692.

De eo laudatus Bartholomæus Ferrus *in Missionibus citatis, præsertim lib. 5. per totum.* Franciscus Maria Magius in libro: *Il luogo di Ritirumento cap. 2. pag.* 68. Marius Reitanus in Poemate, cui titulus: *Il Rogiero in Sicilia lib. 10. pag.* 282. Gemellus in libro: *Giro del Mondo tom. 3. pag.* 33. Hujus extant Italicè

Lettere XV. apud Ferrum citatum.

Relatione della Missione dell'Isola del Borneo. apud Gemellum cit.

Scripsit etiam, ac m.ss. servantur in Hispania, ex Ferro cit. *lib. 5. cap. 15. pag. 611.*

Compendio della Vita della Ven. Madre Orsola Benincasa.

Orologio del Cuore Cristiano.

Colloquii della Passione di Cristo nostro Signore.

ANTONIUS CALPURNIUS Panormitanus, ex Petro Carrera apud Joannem Vigintimillium *in Poetis Siculis Bucolicis cap. 48. pag. 437.* scripsit

Eclogas Pastorales.

ANTONIUS CIANCIOLUS Messanensis, Ordinis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. Honestissimis parentibus natus 17. Januarii 1667. Regulare institutum amplexus, solemnia emisit vota 24. Februarii 1686. Emenso Panormi studiorum curriculo, concionibus operam dedit. Orator eximius in Episcopalibus omnibus Siciliæ urbibus, aliisque oppidis concionem cum laude habuit. Vivit hoc anno 1714. Sub anagrammatico nomine Onantii Alinocci edidit Italicè

Breve Metodo per coloro, che assistono a' moribondi, con varii affetti, e pii sentimenti per il Cielo. Messanæ apud Costam 1702. in 12.

ANTONIUS DREPANITANUS, Ordinis Capuccinorum Concionator, ex Benedicto Sanbenedicto *in vita Bernardi Corleonensis in proœmio pag. 2.* scripsit Italicè

Vita di F. Bernardo da Corleone Laico Capuccino della Provincia di Palermo, descritta in tre libri. Citatur ab eodem *pag. 29. 30. 83. 88. 203. & 228.*

ANTONIUS JARDINA Nobilis Panormitanus, Petri Jardinæ, de quo infra, nepos, Clericus Regularis. Adolescens regularem Ordinem amplexus, solemnia emisit vota Panormi 5. Februarii 1626. Insigni ornatus ingenio, ac virtutibus egregiè excultus, Catholicæ Fidei zelum mirificè concepit: ideoque non dum sacerdotio initiatus, Indicam Missionem enixè petiit, & anno 1631. obtinuit. Melitâ solvens cum sociis 8. Januarii 1632. itineris incommoda, Turcarum direptionem, & barbariem, ægestatis molestias perpessus, demum Goridem pervenit 10. Julii, ubi apostolici muneris partes exercuit. Exinde anno 1634. Gurielis regionem penetravit, ut novam ibidem Missionem cum Christophoro Castello fundaret. Hinc à Malachia Gurielis Patriarcha benignè excepti, sedem iis constituit in urbe Uzurghet, ac eorum patrocinium suscepit. Hac in regione Antonius, non est facile dictu, quanta pro Catholicæ Fidei gloria præstiterit. Nedum eam in urbem veræ fidei lumen invexit, verùm etiam per ampliſſimam provinciam, hinc inde excurrens, ubique Evangelii veritatem publicè disseminavit. Non itinerum difficultates, non temporum inclementia, ejus ardorem detinere unquam potuere. Fidei mysteria explicare, publicè declamare, sacramenta ministrare, medicam opem infirmis exhibere, ut animarum medelam procuraret, hoc continuum Antonii negotium. Ideoque permultos ad Catholicam Fidem adduxit: falsa Græcorum dogmata eliminavit: innumeros invalidè baptizatos, ob veræ formæ defectum, lustralibus aquis iterum abluere studuit. At ipsum omnium primum, hunc Græcorum errorem animadvertisse, in conferendo sine forma baptismate, testatur Franciscus Maria Magius *in loco secessus cap. 5. pag.* 121. cui malo unà cum sociis Clericis Regularibus apud Colchos occurrit: itaque detectâ fraude, ex toto regno confluebat magnus populi numerus ad Antonium, ut iterum baptismi lavacrum reciperet. Linguas omnes Orientales calluit, præsertim Turcicam, & Georgianam, quibus ita utebatur, ut iis in regionibus natus videretur. Indictâ publicâ disputatione Deodatum Gurielis Metropolitam, tanta eruditione,

Digitized by Google

tione, ac doctrinâ vicit, ut ad orthodoxæ fidei confessionem deduxerit. Ob magnum animarum fructum, benevolentiâ vehementiùs à Patriarcha laudato complexus est, à quo peramplam domum, juxta Palatii sui ædes, Ecclesiam, aliaque necessaria ad Fidei propagationem accepit. Hìc instituto Collegio pueros literis, ac Christiana religione, ipse cum sociis instituebat magno cum animarũ beneficio. Contra barbariem populorum, qui pueros Turcis vendebant, liberè declamando, multos ab infami hoc quæstu retraxit. His præclarè gestis, Græcorum Præsulum, aliorumque invidiam in se excitavit: ideoque veneno, ac igne Antonium tollere tentarunt: at frustra, non alio enim igne, quàm charitatis, absumi virum apostolicum decreverat Deus: cùm enim unà cum Episcopo Sciamochmedelo iter perageret, ut Præsulem à solarium radiorum ardore defenderet, sibi pileum detraxit, eique dedit: hinc à solis vi percussus, morbum contraxit in urbe Colchidis, cui nomen Odisci, & angelicam vitam magnâ sanctimoniæ famâ concluſit mense Augusti anno 1637. Ejus mors magno omnes dolore affecit; ab omnibus enim vir apostolicus, tanquam sanctimoniæ exemplar, venerabatur. Vitæ innocentiâ claruit, ac virginali pudicitiâ; ideoque pluries mulierum procaciam, ac tentamenta constantissimè propulsavit. Pœnitentiæ asperitates habuit familiares: triennio ante mortem à carnis esu abstinuit. In invidiæ, persecutionum, ac laborum conflictu, apostolicũ pectus infractum servavit: itaque ad æterna præmia evolasse censendum. De eo fusè Archangelus Lambertus *in Colchide Sacra cap.* 25. & alibi sæpiùs, Josephus Silos *in hist. Cler. Regul. par.* 2. *lib.* 13. *pag.* 613. *& seq.* 632. *& par.* 3. *lib.* 4. *pag.* 140. *& lib.* 5. *pag.* 149. *&* 154. Bartholomæus Ferrus *in hist. Miss. Cler. Reg. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15. *pag.* 163. *cap.* 26. *pag.* 279. *cap.* 27. *pag.* 294. *&* 295. *cap.* 28. *pag.* 306. *& seq. lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 384. *lib.* 3. *cap.* 1. 2. 3. *&* 4. *pag.* 686. 692. 694. 701. & alibi; Clemens Galanus *in Conciliat. Eccl. Armenæ cum Romana*, aliique. Scripsit ex Ferro citato *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. 3. *&* 4. *pag.* 686. 696. *&* 702.

Grammaticam linguæ Georgianæ.

ANTONIUS DE JOANNE nobilis Panormitanus, Ordinis Clericorum Minorum, cui nomen dedit anno 1622. Virtute, & doctrinâ conspicuus inter suos enituit. Diu Ordinis tyrones instituit. Utramque Domum Panormitanam rexit Præpositi munere: ter etiam Romanam. Provinciæ Neapolitanæ, & Siculæ præfuit Provincialis: & apud Fidei Judices S. Officii Consultor, & Censor. Anno 1656. in Neapolitana peste, dum seduli Pastoris partes explere curabat, ac sacramenta Patribus suis peste affectis administrabat, eodem morbo correptus obiit Neapoli non fine sanctimoniæ fama. De eo Clemens Piselius *in notitiis histor. Cler. Reg. Minor. lib.* 1. *cap.* 49. *pag.* 176. *& lib.* 2. *cap.* 25. *pag.* 334. Italicè edidit

Considerationi Brievi per recitare attente, e divotamente l'Officio Divino, overo altra oratione vocale. Panormi apud Decium Cyrillum 1648. in 16.

ANTONIUS LANCELLA Panormitanus, lucis usuram accepit 3. Februarii 1641. Politioribus literis à prima ætate satis imbutus, Societatis Jesu militiæ nomen dedit Panormi 31. Decembris 1657. Absolutis cum ingenii laude Philosophiæ, ac Theologiæ studiis, quatuor votorum professionem edidit 2. Februarii 1675. Scholastica in palestra diu occupatus, adolescentes amœnioris literaturæ disciplinis quinquennio instituit; alios totidem annos Societatis Jesu Juniores Panormi, & Messanæ ad omnem cultiorum literarum normam excoluit, expolivitque. In Panormitano quoque Collegio Philosophiam docuit ab ingenio, doctrinaque commendatus. A scholis ad forum distractus, Panormitano in Collegio, aliisque Societatis domibus, decennio rerum omnium temporalium supremam administrationem suscepit, & exercuit. Ad Palladis studia denuò revocatus in floridioris facultatis scholis Præfecturam gessit: publicè Moralem Theologiam triennio tradidit: ac pontificio in jure versatissimus, Sacrorum Canonum Institutiones in Panormitano Collegio pleniori, brevique mothodo doctissimè explicavit. Domum Tertiæ Probationis S. Francisci Xaverii rexit Panormi. Vivit hoc anno 1714. in Panormitano Collegio, doctrinâ, moribusque literis apprimè ornatus. Edidit suppresso nomine

Della Vita, e Dottrina di Nostro Signore Giesù Christo, raccolta da' quattro Evangelisti, e divisa in materia da meditare dal P. Nicolò Avancini della Compagnia di Giesù, e portata dal latino nel favellar volgare, Parte Prima, e Seconda. Panormi apud Camagnam 1672. in 12.

Discorso sù l'utiltà della Prosodia del P. Placido Spadafora Palermitano della Compagnia di Giesù, ed Elegio del suo Autore. Prodiit cum eadem Prosodia recusa Panormi apud Franciscum Cichè 1709. in 8. in duos tomos distributa, & ab eodem Lancella locupletata.

Permulta quoque habet prælo digna, quæ in amœniori Musarum otio poeticis plectris occinenda dedit: hæc sunt

Hecatombe Eucharistica, seu Epigrammatum Centuria, triticeis sub velaminibus Deo Optimo Maximo dicata.

Olympia Sacra Natalitiis Jesu Domini feriis concelebranda: seu Poeticum certamen ad Pueri Dei cunas vario metro institutum.

Liber Amorum Puellulo Jesu sacer, Elegiacis numeris exaratus.

Vestigium Panormitani Gymnasii in Collegio Societatis Jesu: seu Miscellaneorum libri quatuor, complectentes satyricos, lyricos, elegiacos, & epigrammatum lusus.

Habet denique præ manibus

Annum Cœlestem Poeticum; sive Selecta de Societatis Jesu Heroibus Epigrammata in singulos anni dies dispertita; quem utinam absolveret, ac publicæ luci concederet!

AN-

Digitized by Google

ANTONIUS SPATA Siculus, Ordinis Carmelitarum, Sacræ Theologiæ Magister, & in Florentino Ordinis sui Lyceo studiorum Regens. Orator eximius claruit anno 1693. Edidit Italicè ex Joãne Cinello *in Bibl Volan. plut. 13. pag. 26.*

Il Mistico Ritratto di Cristo, Panegirico Sacro per la Natività di S. Maria Madalena de Pazzi. Lucæ apud Marescandulos 1693. in 4.

ANTONIUS SPATAFORA nobilis Messanensis, Poeta, & Academicus Officinæ Messanensis. Claruit anno 1670. Hujus Italicè prodiere

Rime. In libro: *Duello delle Muse, overo Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento Terzo.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. in 4.

ANTONIUS TRIGONA Narensis, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. Claruit anno 1598. Edidit Italicè carmine Etrusco

Piccolo Discorso della Vita, e costumi del Glorioso P. S. Francesco, con un aggiunto dialogo. Panormi typis Joãnis Frãcisci Carraræ 1599. in 8.

ANTONIUS VINCENTIUS PANDOLFUS Messanensis, nobili genere exortus anno 1591. à prima ætate futuræ probitatis specimen dedit. Jurisprudentiæ dicatus, Doctoris lauream obtinuit. Etsi morum elegantiâ, & comitate insignis, aliorum animos sibi devinxerit; attamen equestribus studiis, nempè digladiatoriæ artis peritiâ, ac musicalium instrumentorum lenocinio, à recto vivendi genere deflexit, ad juvenilia vitia prolapsus. At divino illustratus lumine retroactæ vitæ sordes, lachrymis, ac cordis dolore abluit; ac anno ætatis suæ 27. ad arctiorem Christianæ perfectionis institutum animum appulit: ideoque reliquos quindecim vitæ suæ annos, in virtutum studium sedulò insumpsit. Rerum cœlestium meditatione, corporis maceratione, humilitate, patientiâ, charitate, temporalium rerum contemptu, aliisque pietatis officiis, divinum in se ignem accendit, ac ad Christianæ perfectionis fastigium assurrexit. Virtutibus ornatissimus sanctè decessit Messanæ 28. Martii 1628. & in Ecclesia Capuccinorum sepultus est, omnium lachrymis parentatus. De eo vide Placidum Samperium *in Iconologia M. V. lib. 4. cap. 20. à pag. 512. & seq.* & Josephus de Ambrosio *in descrip. solemnitatis Epistolæ Marianæ pag. 306.* Post ejus mortem prodiit Italicè liber inscriptus:

Pensieri divoti, & Esercitii spirituali, ne' quali si tratteneva un Servo di Dio, dati alla luce da Carlo Piadeni. Messanæ 1631. Sub Servi Dei nomine Antonium Vincentium Pandolfum, ac sub nomine Caroli Piadeni Placidum Reinam latere prodit Samperius citatus.

ARCHANGELUS GUALTERIUS, natus non in oppido Cieræ, ut ait Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Montis-Reg. pag. 436.* ab aliis sequutus, sed in oppido Gualteri, ex Josepho Bonfilio *in hist. Sicil. par. 3. pag. 71.* quòd ex cognomine, quo usus est, & in sepulchrali inscriptione spectatur, apertè liquet. At quia oppidum propè Messanam situm, à Messana dictus, & Messanensibus accensitus, à Scriptoribus Messanensibus infra referendis. Honestis parentibus exortus, ab ipsa pueritia literarum studiis pietatem addidit. Ordinem Observantium S. Francisci adolescens amplexus est; in quo summa cum ingenii commendatione graviores disciplinas accepit, ac aliis Lectoris munere tradidit. Mox per omnia Ordinis munia, omnesque honores ascendens, ad supremum Religionis fastigium evectus est, in Comitiis Generalibus Toleti coactis 13. Maii 1606. Seraphicam familiam singulari prudentiâ, charitate, ac vigilantiâ rexit: ideoque ejus sanctimoniam vel conservare, vel instaurare summoperè studuit. Multa in Ordinis beneficium, ac pro ejusdem serenitate sancivit. Morum integritate conspicuus Pontificibus, Regibus, omnibus gratus, summam æstimationem adeptus est. Non dum expleto Generalatus sexennio, anno 1611. à Catholico Rege Philippo III. Montis-Regalis Archiepiscopus nominatus, 25. Junii 1612. à Paulo V. Sum. Pont. inauguratur. In Ecclesia moderanda, mitissimi Pastoris partes adimplere curavit, quibus amorem, ac venerationem sibi conciliavit. Lites, ac jurgia inter Archiepiscopos, ac Monachos Ord. S. Benedicti, decretis apostolicis executioni datis, sedavit, ac pacem inter utrosque solidavit. Erga pauperes liberalis omnia in eorumdem beneficium erogavit: ideoque regulari paupertate munitus, Panormi in Ordinis sui Cœnobio, S. Mariæ Angelorum 8. Decembris 1617. inter Fratrum suorum brachia, ac lachrymas, sanctè decessit: à pietate, & virtutum ornamento laudatus. Jacet in Sacrario ejus Cœnobii, in cujus sepulchro hęc adjecta est inscriptio.

D. O. M.

Illustrissimo, & Reverendissimo Fratri Archangelo Gualterio Messanensi, Ord. Minorum Regulæ Observantiæ S. Francisci, per omnes ferè Religionis gradus ad summum Generalatus apicem assumpto, & Ecclesiæ Montis-Regalis Archiepiscopo creato, omnium virtutum cumulo insigniti, religiosissimè etiam mortuo, Rev. Fr. Ægydius à Nicoxia, hujus Provinciæ Minister, ob maximam in eum observantiam, hoc sepulchrum construi curavit. Obiit an. sal. M.DC.XVII. die verò IX. Decembris.

De eo Pirrus, & Bonfilius *loc. cit.* Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib. 1. pag. 100. & lib. 2. pag. 150.* Stephanus Maurus *in sua Messanæ cap. 22. pag. 210. & cap. 28. pag. 266.* Dominicus de Gubernatis *in Orbe Seraphico tom. 2. lib. 6. cap. 12. pag. 180. & lib. 12. cap. 10. pag. 859. 860. & 868. & cap. 11. pag. 883.* Ab. Michael de Judice *in addict. ad hist. Montis-Regalis Aloysii Lelli pag. 97.* aliique. Scripsit dum esset Generalis Ord. Min. Observantium:

Statuta pro Regulæ Observantia. Extant apud Michaelem Angelum à Neapoli *in Chronologia Historico-legali Seraphici Ord. FF. Minor. tom. 1. à pag. 527. ad 532.*

Epistolam ad Fratres Provinciarum Italiæ de tam Genuæ 11. Sep. 1608. Apud Auctorem cit. *à pag. 533. ad 537.*

Epi-

Digitized by Google

Epistolam pro concordia inter Fratres de Observantia, Conventuales, & Minimos. Apud de Gubernatis cit. *tom. 2. lib. 12. cap. 11. pag.* 883.

Decreta. Unum, quo anno 1609. confirmat prima Statuta pro Reformatione Tertii Ordinis, apud de Gubernatis *loc. cit. cap.* 10. *pag.* 859. ex Vernon. *in hist. Tertii Ord. to.* 3. *art.* 21. *pag.* 135. Aliud, quo anno 1610. precipit, Tertiarios Reformatos hospitio recipiendos Romæ apud Cœnobium Aræ Cœli, donec in Urbe proprium habuerint Conventum. Apud de Gubernatis *loc. cit. pag.* 868.

ASCANIUS DONGUIDIUS Messanensis, primùm Societatis Jesu institutum amplexus, in Scholasticis ejus exedris tum cultiores, tum graviores disciplinas abundè exhausit, quibus morum disciplinam addidit egregiam. Exinde è Societate egressus, Canonicorum Regularium Lateranentium familiæ adscriptus est. In ipso Congregationis ingressu, ex speciali Ascanii Martinengi, supremi Moderatoris, concessione, Rocheto cum manicis donatur: cùm tyronibus Rochetum sine manicis concedatur; quàs expleto probationis anno, editâque professione, addunt. At hoc Ascanio indultum ob Sacerdotii dignitatem, aliasque ipsius dotes, quibus insignitus egregiè effulgebat. Congregationis suæ amantissimus in pervestigandis illius monumentis, antiquitate, origine, progressu, familiarum diversitate, ac numero, diu desudavit; ac omnia in arboris speciem disposuit; typisque æreis insculpta evulgavit. Messanam rediit, ubi diu ex Superiorum permissu inhabitavit, ut domesticas res vel collapsas instauraret, vel corruentes sustineret. Vitæ exemplo, morum integritate, eloquii facundiâ, multorum animos in sui venerationem excitavit: ideoque ut Messanæ ejus Congregatio deduceretur, nonnulli Hospitia, & Domum numeris omnibus absolutam, proprio ære excitatam, & exornatam, Ordini obtulere. At res ad exoptatum exitum non producta. In animarum cultu Ascanius dies, in literarum studiis noctes conterebat. Eloquentiâ, ac Poesi valuit: meritis clarus decessit anno 1601. Ipsum summoperè laudat Celsus Rosinus *in Lyceo Lateranense tom.* 1. *pag.* 52. Quæ edidit, ex eodem Rosino, hæc sunt:

Canonici Ordinis in universum Arbor æreis formâ excusa. Venetiis. Hanc arborem integro volumine explicasse nonnulli tradunt, quod pro certo non affirmat Rosinus.

Italicè etiam

Sacrum Convivium à Christo Domino fideli Animæ præparatum sub consideratione centum, & quinquaginta Mysteriorum. Venetiis apud Nicolaum Misserinum 1599. in 12.

ATHANASIUS ACENSIS, Ordinis S. Benedicti. Claruit anno 1295. Scripsit vernaculâ linguâ

Historia della venuta del Re Giacomo in Catania, e di quanto accadde mentre dimorò in quella Città. m. s. Hanc historiam citat Petrus Carrera *in histor. Catan. tom.* 1. *in addict. pag.* 508. ubi testatur, quòd ejus authographum asservabatur in Catanensi Cœnobio S. Nicolai Ord. S. Benedicti. Eamdem etiam citat *tom.* 2. *lib.* 3. *pag.* 488. & *in familia Tedeschia lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 28. ubi casu repertam ait anno 1640. & ex eo Joannes Bap. de Grossis *in Abbate Vindicato cap.* 3. *pag.* 26. & Augustinus Inveges *in Appar. ad Annales Siculos sect.* 2. *cap.* 3. *pag.* 64.

AUGUSTINUS LAZARA Agrigentinus, Ordinis S. Augustini, Poeta non injucundus. Decessit Panormi in Cœnobio S. Mariæ Consolationis circa annum 1708. Edidit Italicè

La Fede Trionfante nella Conversione del Gran Padre, e Patriarca S. Agostino Vescovo d'Ippona, e Dottore di Chiesa Santa. Panormi apud Augustinum Epirum 1703. in 8.

BALTHASSAR MELATIUS Narensis, Ordinis Conventualium S. Francisci, Theologus numeris omnibus absolutus, vir æquè benemerentissimus, ac laudatissimus. Natus 6. Decembris 1643. Patre, Francisco Melatio, in regularem familiam exceptus est anno 1659. Ingenio satis insigni locupletatus, studiorum curriculum confecit Drepani: doctrinâ verò ornatus egregiâ, non dum sacerdotio initiatus, Magistri laureâ insignitus est. Severiores Philosophiæ, ac Theologiæ scientias magno cum plausu, ac eruditionis celebritate docuit Messanæ, & Romæ in Collegio S. Bonaventuræ, studiorum Regens electus. Vir sanè doctissimus in scholastico pulvere præstantissimorum Theologorum merita coequavit: ideoque in Romano Archigymnasio Sapientiæ, Sacram Theologiam Lectoris munere, Pontificis jussu, tradidit, post Martialem Pellegrinum, ad supremam Ordinis sui dignitatem evectum. Balthassari verò Clemens XI. P. M. semel, & iterum constitutum honorarium, in æstimationis argumentum, adauxit. In eadem etiam Academia Historiæ Sacræ publicus Professor, multiplici eruditione se refertum prodidit. In Collegio S. Bonaventuræ diu dogmaticam Theologiam doctissimè tradidit. Concionator eximius cum plausu è suggestu auditus est in cinerali jejunio Panormi, Messanæ, Neapoli, Florentiæ, Venetiis, Mediolani, Bononiæ, Romæ, & alibi. Honorum ornamentis tam in Seraphica familia, quàm extra adauctus, longè, latèque inclaruit: fuit etenim Siciliæ Provincialis anno ætatis suæ 33. Romani Cœnobii Moderator, Totius Ordinis bis Procurator Generalis, S. Officii Florentiæ Censor, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Cleri Romani, & Parochorum Urbis pro resolutione casuum conscientiæ Synodalis Examinator, in Congregatione de Propaganda Fide Assistens Generalis, Cardinalis Carpinei, aliorumque Theologus. Reverendissimi titulo, ad instar Generalis Ordinis, pontificio diplomate cohonestatus. De Religione, ac Collegio S. Bonaventuræ æquè benemerentissimus, utriusque jura dispersa, in codices alligata, in Religionis Archivio noviter excitato, custodiri studuit. Antiqua Ordinis Privilegia constanti pectore vindicata, uberibus adeptis, ampliavit, roboravitque

Or-

Digitized by Google

Ordinis Breviarum assequutus est. Regni Poloniæ Procurator electus, D. Cunegundæ beatificationem obtinuit. Collegii S. Bonaventuræ Regens, & perpetuus Moderator ab Apostolica Sede renunciatus, ejusdem ædificia partim instauravit, partim à fundamentis construxit. Annuos ejusdem Collegii redditus auxit. Refertissimæ Bibliothecæ (Felicianam vocant) aliam, Polucianam appellatam, addidit, ac annuo proventu, in librorum emptione erogando, locupletavit. Patrium Cœnobium nonnullis SS. Martyrum corporibus, & Collegio S. Calogeri, à Sede Apostolica impetrato, exornavit. Morum integritate, doctrinæ profunditate, prudentiâ, in rebus agendis dexteritate, in Urbe, & Orbe notissimus; Pontificibus, S. R. E. Principibus, Regiis Oratoribus, omnibus gratissimus, ac undique celebris, decessit Romæ 7. Februarii 1709. Juxta Magnatum, ac Præsulum morem balsamo conditus, per tres dies inhumatus, magnificentissimo funere cohonestatus est. In Collegio laudato, luculentissimo elogio exculto, ad perennem benemerentissimi viri memoriam, insignitus. In patrio etiam Cœnobio Nari, ad grati animi significationem, amplissimè parentatus est 4. Aprilis; & inter justa funebria, in ejus laudem oratione habuit Gaspar Luccheſius Narensis, Societatis Jesu. In ejusdem claustro imago Balthassaris è marmore excitata est, cui additum elogium. Scripsit

Synodum Diœcesanam Albanensem. Romæ apud Joannem Jacobum Komareck 1689. in 4.

Edendos reliquit

Theologiæ Dogmaticæ Tomos VI.

BARTHOLOMÆUS CASTELLUS Nobilis Panormitanus, Patre Lancellotto Castello Principe Montisferrati, & Marchione Capicii, quamvis jure naturæ, honores nonnullos sibi promittere potuisset; attamen spretis mundi oblectamentis, adolescens Deo se dicavit in Ordine Clericorum Regularium. In eo literarum studiis præstantissimam ingenii indolem impigrè coluit: ideoque egregiam doctrinam adeptus, mox cum doctissimi viri nomine, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam alios docuit. In Hispaniam translatus, ibi literarum præsidio, omnium æstimationem promeruit. Matriti Examinatorem Synodalem egit: ac quatuor Nuncii Apostolicæ Sedis apud Catholicum Regem, Theologum sibi delegere: quibus in muneribus satis enituit ejus doctrinæ vis egregia. A Carolo II. Rege anno 1694. Episcopus Mazarensis designatus, Romæ ab Innocentio XII. Pont. Max. inauguratur. Cùm Ecclesiæ possessionem adeptus esset, statim sedulî pastoris dotes manifestavit, ac semper immutabiliter longè, latèque detexit ecclesiasticæ disciplinæ, & animarum zelum, cum mansuetudinis indole conjunctum. Morum sanctimoniâ, charitatis ardore, cibi parcitate, inſractâ animi constantiâ, liberalitate erga pauperes, quâ necessaria sibi detraxit, ac vendidit, ut pecuniam in eorum opē erogaret, aliisq; virtutibus, illustrium Patrum merita coæquavit. Synodum Diœcesanam ad Ecclesiæ bonum celebravit anno 1698. Multas in Mazariēsi Diœcesi, & Panormi Ecclesias solemni ritu consecravit. Vivit hoc anno 1714. vir sanè egregius ab omnibus veneratus. Edidit

Decreta Synodalia Mazarienſis Eccleſiæ, ab Emin. & Rev. Dom. D. Joanne Dominico Spinola S. R. E. Presbyt. Card. edita, ab Ill. & Rev. Dom. D. Bartholomæo Caſtelli Epiſcopo Mazarienſi confirmata, Addictionibus, & variationibus aucta anno Dom. 1698. Drepani apud Bartholomæum de Franco 1699. in 4.

Edidit etiam alia, quæ adhuc non vidi.

BARTHOLOMÆUS VITA Partannensis, Societatis Jesu, natus 18. Januarii 1668. adolescens Panormum se contulit, ut literarum studiis operam daret, ubi humaniores literas, Rhetoricam, ac Philosophiam didicit. Societatem ingressus 10. Junii 1684. in ea quatuor votorum professionem emisit 2. Februarii 1701. Quatriennio mitiores literas, biennio Rhetoricam Messanæ docuit. Ingenio, doctrinâ, & eruditione ornatus; sacræ eloquentiæ, & Poeticæ facultati insigniter addictus, non sine laude vivit, ac Narense Collegium Rectoris munere gubernat. Edidit opusculum inscriptum:

Spinola in utriuſque Fortunæ Aleâ, tum adverſa, tum favente triumphans Poema. Messanæ ex typographia Vincentii de Amico 1702. in 4.

Habet sub prælo

Muſarum luſus. in 8.

Italicè

Li Fiori ſul campo dell' Eloquenza. Tomi due. in 4.

BARTHOLUS MAGIUS Castroveteranensis, adolescens eo animi ardore pietatem coluit, ut ad Capuccinorum Ordinem evolaverit: at morbi vi, & à tenui corporis habitudine compulsus, ad sæculum coactè rediit. Cùm autem ingenio excelleret, Jurisprudentiæ operam dedit, ac Doctoris laureâ insignitus; inter causarum Patronos Panormi claruit. At adeptam doctrinam charitatis officiis impensè dicavit; libenter enim pauperum causas sine ulla mercede pertractare consueverat: ac sæpius litium sumptus ipse erogabat. In pauperes mirificè liberalis, Divo Josepho, ac Deiparæ Virgini cum Infantulo Jesu eleemosynam petentibus, sub pauperum specie, stipem dare promeruit. Orationis, ac pietatis studiosus, Domum Panormitanam S. Josephi Clericorum Regularium frequentavit, in cujus sodalitiis animi fervore alios accendebat. Virtutibus ornatus Panormi decessit 23. Januarii 1626. non sine sanctimoniæ famâ. E demortui corpore, odor dimanavit suavissimus, ac cœlestis lucis radius ejus faciem illustravit. Ejus animam Joannes Guadagninus, Sacerdos eximiæ sanctitatis, ad Cœlum evolasse prospexit, post brevissimam expiationem; & ad tantum gloriæ culmen evectam, ut cuique cucullato perfecto invidiam sanctè ingerere potuisset. Ad Societatem Charitatis magnifico funere delatus est, ubi in veteri Sacello hæc legitur inscriptio:

Digitized by Google

D. O. M.

Bartholo Majo Caſtniveterani oriundo I. C. egregio, vitæ, moribus, ac virtutum omnium ſplendore non mediocriter decorato, quique annos ferè cunctos, quos vixit, in Congregationibus frequentandis maxima affectuum mortificatione conſumpſit. Hujus Ven. Societatis Fratri adſcripto D. Vincentia la Veglia uxor amantiſſima poſuit. Obiit Pan. an. poſt Chriſtum ortum M.DC.XXVI. Decimo Kalendas Februarii, poſtquam terrarum incola an. VII. ſupra XXX. fuit.

Filios poſt ſe reliquit egregios, nempè Hieronymum, & Franciſcum Mariam Magium, de quibus *in tom. 1. hujus Bibliothecæ pag. 219. & 280.* De eo Petrus Tognolettus *in Vita Hieronymi Vellæ cap. 11. à pag. 69. & ſeq.* Scripſit Italicè

Vita del Dottor Girolamo Veglia. Hanc citat Franciſcus Maria Magius *de ritib. incolendæ Solit. tom. 1. lib. 2. diſq. 25. n. 93. pag. 109. & lib. 5. diſq. 48. n. 156. pag. 241.*

Vita del P. D. Salvatore Ferrari Clerico Regolare. Ex Tognoletto *cit. pag. 72.* qui *& pag. 73. nonnulla alia* ſcripſiſſe *opera* tradit.

BENEDICTUS CHIAVETTA Panormitanus, Societatis Jeſu, natus 14. Martii 1650. in Societatem ingreſſus eſt primo Julii 1666. in qua quatuor votorum profeſſionem emiſit 15. Auguſti 1683. Emenſis ſtudiorum curriculis, ac doctrinâ, ingenioque apprimè excultus, Philoſophiam docuit ſexennio in Collegiis Melitæ, Drepani, & Panormi: Scholaſticam verò Theologiam novennio Monte-Regali, Meſſanæ, ac Panormi non ſine laude. In Patrio etiam Collegio triennio Moralem Theologiam tradidit: & ibidem, in Canonicis Sanctionibus verſatiſſimus, per annos ſeptem Jura Pontificia explanavit. Nunc in eodem Collegio Panormitano domeſticæ collationi caſuum conſcientiæ præeſt, à doctrina, eruditione, morum integritate, aliiſque animi dotibus clarus, ac æſtimatione haud exiguâ proſequutus. Edidit

Inſtitutiones Juris Canonici, ſeu Summam totius Legis Pontificiæ, in tres Libros diſtributam. Librum Primum, de Perſonis Eccleſiaſticis. Panormi ex typographia Antonini Epiri 1711. in 4.

Librum Secundum, de rebus Eccleſiaſticis. Ibidem apud eumdem 1712. in 4.

Librum Tertium, de Judiciis, Delictis, & Pœnis Eccleſiaſticis, cum duabus Digreſſionibus Theologicis: de Recto uſu Opinionis Probabilis, & Reſtrictione Mentali prohibita: in duas partes diviſum. Ibidem apud eumdem 1713. in 4.

In lucem brevi emittet

Conſulationes Canonicas, & Morales.

BERNARDUS DE JUDICE Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter, doctrinâ inſtructiſſimus claruit anno 1392. Scripſit ex Jo: Michaele Pio *de Viris Ill. Ord. Præd.*

In quatuor libros Sententiarum.

BERNARDUS MAJA nobilis Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſter doctiſſimus, inter illuſtriores Siciliæ viros inclaruit. Nobilem, dixi, Bernardum, fratrem enim germanum habuit Joannem Villaraut militem Regium. A doctrina, morum integritate, ac virtutibus laudatiſſimus, ſui opinionē propagavit: ideoq; Alphonſus Siciliæ, ac Neapolis Rex, in ſuū delegit Confeſſarium, & Oratorem. Anno 1422. ex Pontificio diplomate, Abbas Commendatarius S. Mariæ Foſſænovæ, cum annexis Monaſteriis S. Stephani de Nemore in Calabria, & S. Mariæ Caſtri ad mare, & oppido Palatii Adriani, conſtitutus eſt. Exinde Epiſcopus Dolenſis in Gallia creatus, vitæ ſanctimoniam, humilitatem, ac charitatis ardorem in Eccleſiæ beneficium, longiùs patefecit. Hinc ſui deſiderium ovibus ſibi traditis moriens reliquit. Extrema clauſiſſe cenſeo circa annum 1438. eo enim anno Abbatiæ ſucceſſorem, ob ejus mortem, electum comperio. Hujus cum laude meminere Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Agrigent. pag. 375.* Franciſcus Ambroſius Maja *in defenſione S. Cathar. Senenſis cap. 9. pag. 411.* Auctor Orationis, cui titulus: *Hercules Athlanticus pag. 20.* Scripſit ex Maja cit.

Conciones.

Roſarium SS. Virginis Deiparæ. Opuſculum hoc ſervabat idem Maja, autypis tradere meditabatur.

BERNARDUS MESSANENSIS Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, claruit anno 1589. Scripſit

Miracula in Inventione S. Placidi Martyris, & Sociorum. Servabatur opus apud Hieronymum à Peruſio Abbatem Caſinenſem, teſte Arnaldo Wione *in Ligno Vitæ par. 2. lib. 3. in notis ad 3. Auguſti pag. 262.*

BONAVENTURA DREPANITANUS. v. infra, Bonaventura Piſanus *pag. 11.*

BONAVENTURA GENUENSIS Drepanitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci, à prima ætate vividam ingenii indolem, humaniorum literarum ſtudiis, exinde Philoſophiæ, ac Theologiæ facultatibus impigrè addixit: quibus Pontificia jura addidit. Doctrinâ ſatis inſtructus, regulari militiæ nomen dedit, ac eadem ſtudia recoluit eo progreſſu, eaque laude, ut emeritam Sacræ Theologiæ, ac Sacrorum Canonum lauream obtinuerit. Orator eximius, pluries conciones habuit in cinerali jejunio in multis Siciliæ, & Italiæ urbibus. Ferventiùs verò ſtuduit, ut virtutibus animum exornaret: ideoque præter morum integritatem, quam è ſæculo in regularem familiam invexit, mirè profecit in ſeverioris diſciplinæ cuſtodia, quæ tunc exactè vigebat apud ſuos Siciliæ ſodales. Hinc ſolitudinis amantiſſimus, paupertatis cultor egregius, & orationis apprimè ſtudioſus, longè, latèque inclaruit. Ejus virtutum opinione compulſus, Pompeus de Aragonia S. R. E. Card. Ordinis Protector, Bonaventuram Commiſſarii munere in Gallicam Provinciam Aquitaniæ ablegavit; additâ ampliſſimâ facultate, ut illius Provinciæ Fratres reformaret, & collapſam veterum Cœnobiorum diſciplinam inſtauraret, novoſque Conventus erigeret. Oblatas ab eo muneris ſui literas accepit, ac confirmavit Henricus IV. Galliarum Rex, ut

ex

Digitized by Google

ex ſummario privilegii dato Lutetiæ Pariſiorum 9. Februarii 1607. patet, edito in calce ejus libri Privilegiorum, infra recenſendi. Hujuſce ablegationis cauſam, hanc fuiſſe compertum eſt. Ferè extinguebatur in Gallicis Provinciis regularis obſervantiæ Tertii Ordinis S. Franciſci familia, non ex incuria Fratrum, ſed ob hæreſum pravitatem,& bella civilia ibi graſſantia, ut ſcribit Barboſa *lib. 1. de Jure Eccleſ. cap.41. n.178.* ideoque Vincentius Muſſart Gallus ejuſdem Ordinis, Reginæ Margharitæ Concionator, ab arctiori vivendi genere, ac probitatis famâ celebris, Cœnobia earumdem Provinciarum ad veterem ſanctimoniam revocare deſudabat, accedente Clementis VIII. P. M. approbatione: at ſeniores Aquitanæ Provinciæ ægrè ferentes, ſe ſubdi arctioribus Vincentii legibus, Generali Ordinis Moderatori Congregationis Italiæ ſcripſere, ut ipſi ſocietatem cum Italiæ Fratribus inirent, ac Religioſos Italos in eam provinciam immitteret Generalis. Annuit hic: ideoque Siculos nonnullos Fratres ſanctioris inſtituti cultores ad Tholoſanum Cœnobium miſit, qui biennio illud adminiſtrarunt. At certior factus Henricus Rex, quòd hi ſine regio aſſenſu in Cœnobii gubernium ſete introduxerint, eoſdem Galliis expulit, ut Elzearius Dumbarienſis *in not. Provinc. Galliæ Tertii Ord. S. Fran.* tradit, apud Franciſcum Bordonum *in Chron. 3. Ord. S. Franc. cap. 32. n. 41. pag. 495.* Joannes Vernonenſis *in annal. 3. Ord. S. Franc. par. 1. artic. 20. pag. 48.* & Dominicus de Gubernatis *in Orbe Seraphico tom. 2. lib. 12. cap. 10. pag. 859. n. 203.* Noſter verò Bonaventura, reſtitutâ eidem Provinciæ obſervantiâ regulari, & expletis brevi temporis lapſu muneris ſui partibus ſumma cum laude, ipſe etiam cum ejectis Fratribus Siciliam repetiit, ut cenſeo anno 1608. hoc enim anno, ut memorati Scriptores referunt, Tholoſanum Cœnobium, Vincentii Muſſart operâ, novam reformationem accepit. Quo verò anno, & in quo Ordinis Cœnobio vivere deſiiſſet Bonaventura, penitùs latet. De eo Fulgentius Poſſevinus *in deſcrip. m.ſ. Cœnobior. Tertii Ord. in Urbe Drepani.* Edidit

Compendium Privilegiorum Tertii Ordinis B. Franciſci Regularis Obſervantiæ. Tholoſæ ex typographia Viduæ Joannis Colomberii ſub ſigno Nominis Jeſu 1607. in 8.

BONAVENTURA PISANUS Drepanitanus, Ordinis Minorum Obſervantium S. Franciſci, natus 7. Auguſti 1668. regularem veſtem accepit Saccæ 10. Martii 1686. Philoſophiæ, ac Theologiæ diſciplinis in Panormitano Cœnobio S. Mariæ Angelorum didicit, ab ingenio laudatus. A Bonaventura Poërio, ſupremo Ordinis Moderatore, nunc Archiepiſcopo Salernitano, Lector, & Concionator electus eſt. A ſecretis Provincialis triennio fuit in Sicula Provincia Mazarienſi; in qua etiam Definitorem egit. Pluries etiam Guardiani munere nonnulla ejuſdem Provinciæ Cœnobia rexit. A ſecretis etiam conſtitutus Viſitatoris Generalis Provinciarum Neapolitanæ & Meſſanenſis; & S. Officii librorum Cenſor electus, ſui opinionem prolatavit. Nunc iterum ad Definitoris gradum evectus in Mazarienſi Provincia, ab epiſtolis eſt Provinciali ejuſdem. His non immeritò exornatus eſt muneribus, honoribuſque; in eximio enim viro eruditionis, doctrinæ, prudentiæ, & cultiorum literarum ornamenta elucent egregia. Edidit Italicè

Relazione del Solenne Trionfo, e Pompoſo Ottavario celebrato nella Chieſa di S. Maria degli Angioli de' Padri Minori Oſſervanti di S. Franceſco, detto la Gancia di queſta Fedeliſſima, e Feliciſſima Città di Palermo; per la Canonizazione della Gloriosa Vergine S. Caterina di Bologna. Panormi ex typographia Gaſparis Bajonæ 1713. in 4.

CÆCILIA Meſſanenſis, Monialis in Monaſterio Montis Virginum Ordinis S. Franciſci, diſcipula in regulari diſciplina Beatę Euſtochię Abbatiſſæ ejuſdem Monaſterii. Claruit anno 1490. Scripſit Italicè ex Octavio Cajetano *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag. 91.* & Placido Samperio *in Iconolog. M. V. lib. 3. cap. 8. pag. 342. & 347.*

Vita della B. Euſtochia Abbadeſſa del Monaſterio di Monte Vergine di Meſſina. Aſſervatur m.ſ. in eodem Monaſterio, ex qua ejuſdem Euſtochiæ vitam condidit, ac edidit Franciſcus Maurolicus; eamque editam habes apud Cajetanum citatum *tom. 2. SS. Siculor. pag. 258.*

CÆSAR DE BOSCO nobilis Panormitanus, Societatis Jeſu, vir ſanè doctiſſimus, & ab obitis præclarè muneribus clarus. Philoſophiam, ac Scholaſticam Theologiam magna cum nominis celebritate docuit in Collegiis Romano, & Panormitano. Hìc etiam emicuit Studiorum Præfectus. Prudentiâ inſignis nonnulla etiam Collegia Rectoris munere gubernavit. Siculæ etiam Provinciæ præfuit, & Traſpadanæ: ac magnam ſui venerationem ubique excitavit. Claruit anno 1640. De eo Michael Frazzetta *in vita Aloyſii la Nuſa lib. 1. cap. 15. pag. 137.* Auguſtinus Oldoinus *in vitis Pontif. tom. 4. pag. 594.* ubi ejus diſputationem cum Auguſtino Oregio S. R. E. Cardinale enarrat, & Franciſcus Bardus *in epiſt. ad lectorem operis de Conſcientia.* Dum edebat

Diſputationes de Fide, Spe, & Charitate, editionem interrumpere coactus eſt, ob Siculę Provinciæ Præfecturam.

Servantur m. ff. hi tractatus in Bibliotheca Panormitani Collegii Soc. Jeſu, nempè:

De Angelis, de Pœnitentia, & Sacramentis.
In Primam Secundæ D. Thomæ.
Phyſica.
De Cœlo, & Generatione.
Metaphyſica.
De Deo, de Fide, & Actibus humanis.

CAJETANUS BARONIUS Panormitanus Sacerdos, natus 7. Auguſti 1669. in Panormitanum Clericorum Seminarium exceptus, tum florentiores literas, tum graviores diſciplinas, Philoſophiæ, ac Theologiæ accepit, ac Doctoris laureâ inſignitus eſt in Panormitano Collegio Soc.

Digitized by Google

Jesu anno 1691. Jurisprudentiæ ingenii dotes etiam addixit, eòque profecit ut Doctoris etiam insignia obtinuerit Catanæ anno 1693. S. Officii Advocatus, ac Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi Beneficiatus electus est anno 1693. Eloquentiâ clarus, è sugestu pluries cum laude auditus, ac missionibus apostolicis dicatus, in animarum lucro, à nonnullis annis impigrè incumbit. Doctrinâ, eruditione, morum integritate, ac virtute conspicuus vivit Panormi. Edidit Italicè

Discorso Apologetico in difesa del Messia non creduto per quel ch'Egli è, e della sua innocentissima Vita data in balìa de' Ministri della Morte, proposto a Pilato nel Ven. Oratorio di Nostra Signora degli Agonizanti di questa Felice, e Fedelis. Città di Palermo sotto li 22. Marzo di quest'Anno 1713. Panormi apud Antoninum Cortesium 1713. in 4.

CALOGERUS CAJETANUS Narensis, Societatis Jesu, Concionator eximius, vivit Messanæ hoc anno 1714. Edidit Italicè

Sagri Discorsi Panegirici. Messanæ typis Victorini Maffei 1706. in 8.

CALOGERUS CAMPAILLA Siclensis, anno 1498. claro genere exortus, amœnioribus literis latiis, & Italicis egregiè operam dedit: à poeticis, ac oratoriis studiis, & eruditione, laudatus. Jurisprudentiâ etiam valuit, doctrinâ satis excultus. Poesi latinæ, & etruscæ impensè addictus multa cum laude cecinit. Ab Antonio Belvis, Generali Comitatus Motycensis Administratore, nonnullis muneribus in eodem Comitatu insignitus est: eique, in æstimationis argumentum, multa pertractanda rerum negotia, tum in eodem ampliffimo Camitatu, tum Panormi, tradidit. Decessit circa annum 1569. Edidit opusculum carmine etrusco, & latino, cui nomen:

Piacer d'Amanti. Panormi apud Matthæum Maydam 1563. in 8.

CAROLUS DE GREGORIO Nobilis Messanensis, alius à Carolo de Gregorio, de quo *tom. 1. pag.* 125. Thomæ de Gregorio filius, amœniorum literarum egregius cultor, Poeta, & Academicus Officinæ Messanensis. Claruit anno 1670. Edidit Italicè

Rime. In libro: *Duello delle Muse, overo Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento III. IV. e V.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. e 1671. in 4.

CHRISTOPHORUS DE BENEDICTIS Panormitanus Jurisperitus, doctrinâ celebris. Anno 1458. Judex Magnæ Regiæ Curiæ electus est, ut ex Capitulis Regni patet, *in cap.* 43. *Regis Joannis pag.* 247. Anno 1460. à Panormitano Senatu ad Joannem Siciliæ Regem, Barcinonæ agentem, Orator ablegatus est, unà cum Simone Bononio Archiepiscopo Panormitano, Gulielmo Raymundo Moncata Adernionis Comite Magistro Justitiario, Antonio Luna Calatabilloctæ Comite Magno Contestabulo, Vassallo Speciale à Rationum Magistro, & Hieronymo Ansalonio U. J. D., ut Rex ad Regiam suam Panormum veniret. Ii verò omnes 29. Januarii fidei sacramentum Regi exhibuere, & omnium privilegiorum confirmationem obtinuere, teste Roccho Pirro *in Chronol. Regum pag.* 94. ex Hieronymo Surita *in annal. Arag. lib.* 16. *cap.* 63. Urbis Panormi Privilegia eumdem Regem confirmasse primo Februarii 1460. instantibus nostro Christophoro, ac Archiepiscopo Panormitano, Oratoribus, Regiisque Consiliariis, compertum est *ex Privilegiis Urbis Panor. pag.* 342. *& seq.* Fuit etiam Siciliæ Magister Secretus, ut ex eodem Privilegiorum volumine colligitur *pag.* 352. *&* 369. Obiit Panormi anno 1475. & in Ecclesia S. Francisci Minorum Conventualium conditus est, in sacello à se constructo, & eidem D. Francisco dicato, ubi hoc legitur epitaphium.

Christophoro de Benedictis Siciliæ Magistro Secreto clarissimo, ac Utriusque Juris consultissimo, & Consiliario Regio, Joánes filius posuit MCCCCLXXV.

Scripsit

Allegationes. Josephus Xibecca *in allegat. Principatus Buteræ pag.* 64. citat: *Allegationes in causa Fluminis Dionysii.*

Consilium in causa Sclafani contra Alexandr. & alios. Extat apud Donatum Antonium de Marinis *in resolut. quotid. lib.* 2. *in fine, pag. mihi* 375.

CORCETUS Siculus Jurisconsultus. Quo vixerit ævo, quæve scripserit, adhuc quæro. At hujus notitiam mihi exhibuit Joannes Baptista la Camiola eruditus Tauromenitanus, ex libro Anonymi, cui titulus: *Methodus, ac de ratione studendi in Jure*, edito Venetiis 1569. typis Dominici de Fanis: in eo enim Antiquorum Jurisconsultorum Catalogus extat, qui aliquid edidere, inter hos Corcetus Siculus, cujus laudes *pag.* 123. canit

De Corceto Siculo.

En tibi præclarus Siculus Corcetus ab oris
Transcribit calamo dicta notanda suo.

COSMAS A JESU MARIA ex oppido Bisacquini, Ordinis Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piarum, in sæculo Philippus de Clara vocatus, in lucem editus est anno 1617. A parentibus, satis honestis, summâ pietate, & diligentiâ institutus, exinde humanioribus literis animum appulit: mox in Clericorum Seminario Montis-Regalis Philosophiæ, ac Theologiæ studiis operam dedit. Adolescens regulare institutum amplexus anno 1637., statim ac Ordinis insignia accepit, virtutum studiis impensè incumbere visus. Editâ solemni professione, in literariis occupationibus semper desudavit; vel enim primis literarum elemẽtis, ac divini timoris legibus puerulos, mirâ patientiâ, ac charitate instituit; vel sodales suos graviores docuit disciplinas. Morum sanctimoniâ, doctrinâ, ac prudentiâ abundè cumulatus, pluries Rectoris munere Siciliæ Domos gubernavit, Siculæ Provinciæ præfuit, ac demum, cùm omnibus planè innotescerent ejus virtutes, ad supremam Ordinis dignitatem evectus est. Hoc eidem antea obscurè prædixerat Josephus à Matre Dei, Ordinis Fundator: cùm enim Panormi detentus, Romam proficisci exoptaret, ut Josephum de facie nosceret, ac suam illi voluntatem per literas aperuis-

Digitized by Google

ruisset; rescripsit Josephus: tempus erit, quo veluti alter Abraham destinatus in gentem magnam, è patria egredieris. Hinc ad Ordinis Comitia Romam profectus, Præpositus Generalis electus est. In solidanda, ac propaganda Religione mirificè desudavit: tunc enim in Sæcularium Presbyterorum Congregationem redactus Ordo, ad abrogationem declinabat: at Cosmas non tam Principum, ac aliquot S. R. E. Cardinalium ope suffultus, quàm à Deipara Virgine adjutus, à Clemente IX. Pont. Max. Ordinis reintegrationem, & Privilegiorum omnium confirmationem obtinuit, dato diplomate 23. Octobris 1669. ac Ordo, qui calamitate penè oppressus jacuerat, caput extulit, vires resumpsit, & in Rempublicam Christianam feliciter propagari cœpit. Magnâ prudentiæ famâ, instituti observantiâ, ac charitatis ardore, regularem familiam sexennio rexit; ideoque amorem æquè, & venerationem sibi comparavit. A Proceribus, ac sanctæ Ecclesiæ Principibus, tum Romæ, tum in Sicilia summam æstimationem adeptus est: in eo enim insignitèr elucebant eximius animi candor, virginalis nitor egregius, humilitatis, ac paupertatis amor: ideoque oblatam Generalatus confirmationem, & Episcopalem dignitatem rejecit. Aliquando dum missæ sacrificium offerebat Messanæ, columbam in ejus capite insedisse vidit nonnemo. Panormi etiam sacro celebrante, caput splendoribus circumfusum inspectum fuisse tradunt. Dum Domum Messanensem miserè dilapidatam, ac corruentem administraret, adfuit qui, nusquam antea visus, Cosmæ pecuniam erogavit, ac opem divinam nullo illic tempore defuturam spopondit: eâque promissione editâ, statim evanuit: eumque Angelum, vel potiùs Ordinis Conditorem fuisse, è simillima oris specie, existimatum est. Meritis, virtutibusque refertus, sanctè decessit Panormi 2. Martii 1688. De eo Franciscus Maria Magius *de vitæ gestis Ven. Josephi à Matre Dei pag. 94. & seq.* ac Relatio m. s. apud me. Scripsit Italicè

Vita del Ven. Servo di Dio Giuseppe della Madre di Dio, Fondatore dell'Ordine de' Clerici Regolari Poveri della Madre di Dio delle Scuole Pie. Authographum m. s. in 4. servatur Panormi in Domo Clericorum Regularium ejusdem Ordinis: eamque citat Magius *cit. pag. 87. & 94.*

DIDACUS ZIRILLUS Messanensis, vir doctrinâ insignis, Philosophicis, ac Mathematicis disciplinis instructissimus, in Pisano Lyceo Philosophiæ publicus Professor. Superstitem adhuc censent. Edidit Italicè

Confermazione d'una Sentenza del Signor Gio: Alfonso Borrelli Matematico dello studio di Pisa, di nuovo contradetta dal M. R. P. F. Stefano degli Angeli, Matematico dello Studio di Padova, nelle sue Terze Considerazioni. Neapoli apud Ludovicum Cavallum 1668. in 4.

DIONYSIUS Siculus, alius ab utroque Dionysio Syracusarum Tyranno, historicus antiquus. At quo vixerit ævo, incompertum est. Inter Historicos incertæ ætatis memoratur à Jo: Gerardo Vossio *de hist. Græcis lib. 3. pag. 358.* Scripsit ex eodem Vossio, Plutarcho *in Parallelis minoribus. cap. 1.* & Michaele de Judice *in addit. ad appar. annal. Siculor. Augustini Inveges pag. 98.*

De Rebus Siculis. Argumentum hujus historiæ ab Aristide Milesio desumpsit.

DOMINICUS MARIA REGIUS nobilis Panormitanus, Societatis Jesu, in lucem editus anno 1670. Societati nomen dedit 28. Octobris 1684. Emensis cum ingenii laude studiorum spatiis, ac doctrinâ satis, superque excultus, Rhetoricam in Panormitano Collegio triennio docuit: ibique etiam biennio Hebraicam linguam professus est. Eloquentiâ, & eruditione abundè instructus, pluries cum laudum præconiis è sugestu auditus, sui opinionem excitavit. Nunc confessionibus excipiendis, ac dirigendis animabus, ad Christianæ, & regularis perfectionis normam, dicatus, sedulò incumbit. Morum comitate clarus, multisque naturæ, & animi dotibus exornatus, vivit Panormi, hoc anno 1714. Edidit orationem inscriptam:

Æviternæ Caroli II. Hispaniarum, ac utriusque Siciliæ Regis Memoriæ Parentalia, Regnorumque Querimoniæ, in grati animi vectigal persoluta in Aula Collegii Panormitani Soc. Jesu anno Domini 1701. Panormi typis Felicis Marini 1701. in fol. Italicè etiam

Scenario, ed Argomento del Drama intitolato: la Fuga Gloriosa di Rosalia Vergine, dalla Patria alla Solitudine; da rappresentarsi nella Sala del Collegio di Palermo della Compagnia di Giesù. Ibidem apud Josephum Gramignanum 1702. in 4.

Le Felicità di Palermo sempre mai conservate, e nobilmente accresciute da' quattro Fonti degli occhi di Rosalia, e Maria Madalena. Panegirico detto nel Duomo l'anno 1712. il dì ottavo dell'Invenzione del Corpo di S. Rosalia a 22. Luglio, in cui cade la festa di S. Maria Madalena, Padrona anch'Essa di Palermo. Ibidem apud Antoninum Epirum 1712. in 4.

Prælo paravit opus, cui nomen:

Divæ Rosaliæ Virginis Fuga à Patria in Eremum, Drama in Aula Collegii Panormitani Soc. Jesu repræsentatum anno 1702. *ex occasione Adventus in Italiam Augustissimi, & Invictissimi Hispaniarum, & Siciliæ Regis Philippi V.*

DOMINICUS QUARTERONUS Messanensis, Mathematices Professor doctissimus, eruditione, & doctrinâ insignis. Romæ, ubi diu inclaruit, ac adhuc superstes non inglorius vivit, sui opinionem apud literatos prolatavit, ac necessitudinem cum doctioribus iniit. In Academia Physico-Mathematica, quam anno 1677. Romæ excitaverat egregius vir Joannes Justinus Ciampinus, adscriptus, eximias ingenii dotes patefecit. In eruditissima literatorum Congregatione, quam singulis diebus vespertino tempore habebat in ædibus suis vir clarissimus Marcellus Severolus, non ultimum obtinuit locum. Anno 1692. in Arcadum Academiam exceptus, multiplici eruditione, ac gravioribus disciplinis ornа-

Digitized by Google

natùs, æstimationem promeruit summam. Laudibus extollitur ab eruditissimo Joanne Mario de Crescimbenis *in carminib. pag.* 270. 273. & 429. *in Arcadia lib.* 6. *pag.*233. *in vita Raphaelis Fabretti inter vitas Arcadum Illustr. par.* 1. *pag.* 104. & *in vita Marcelli Severoli inter easdem vitas par.*2. *pag.*286. Vincentius Leonius *in vita Joannis Justini Ciampini inter vitas eorumdem pag.*217. Edidit Dominicus

Responsiones ad sexdecim Anonymi Assertiones ad Calendarii Ecclesiastici emendationem pertinentes. Romæ 1704.

Quartaronii librum laudant Ephemerides historicæ Scientiarum,atque Artium Trevoltii an. 1704. *à pag.* 1070. at impugnatur ab Eustachio Manfredo Bononiense in epistola ad ipsum Quartaronum, edita Venetiis apud Antonium Bartolum 1705. in fol.

Scripsit etiam unà cum aliis *Diaria Literatorum*, quæ prodiere Romæ ab anno 1675. usque ad annum 1679. ex Leonio cit. *in vita Ciampini pag.* 208.

Plura hìc forsan essent addenda, ni Dominici modestia obstitisset, pluries enim ab amicis rogatus, ut literaria ejus monumenta mihi transmitteret, necessaria depromere neglexit.

DOMINICUS ROSSIUS, sive RUBEUS Messanensis, Poeta, & Academicus Officinæ Messanensis.Claruit politioribus literis excultus anno 1670. Hujus Italicè extant

Rime. In libris: *Il Duello delle Muse, overo Trattenimenti Carnevaleschi degli Accademici della Fucina. Trattenimento III. & IV.* Neapoli apud Andream Colicchiam 1670. & 1671. in 4.

B. EUSTOCHIA Virgo ex familia Calafata, parentibus Bernardo Calafato,& Maida Romana Colũna,nobilitate claris,in lucem edita est 25. Martii 1433. in oppido propè Messanam ab Annunciatione dicto. Ab infantia ad pietatẽ prona, perspectâ humanarum rerum caligine, Christũ Dominum sibi Sponsum delegit: ideoq; oblatas nuptias, constantissimè rejecit, & per plures dies Solis radiis objecta, eximiam oris speciem studiosè decoloravit, ut horrorem potiùs,quàm amorem intuentibus afferret. Basilicanum Virginum Monasterium ingressa, durissimo vitæ genere corporis membra discruciavit: aliasque virtutes, præsertim charitatem, patientiam, humilitatem excoluit,ac perpetuò expolivit. Asperioris vitæ desiderio æstuans, divino monitu Monasterium sub Divæ Claræ regula excitavit. Obortas undique oppugnationes, infractâ animi constantiâ superavit, ac cum aliquot sociis ad novum Gynæceum (ubi nunc Templum Divo Nicolao sacrum assurgit Societatis Jesu) transiit: at anno 1457. aliò transtulit: extructo Montis Virginum Monasterio.. In eo variè à dœmonibus exagitata, virtutum ornamento, omnibus exemplo fuit. Semel & iterum Abbatissæ munere aliis invita præfuit: ac omnes ad virtutes adipiscendas mirificè excitavit. Erga Dominicam Passionem magno ferebatur affectu: ac Deiparam Virginem singulari cultu prosequebatur. Divinis charismatibus superfusa, sanctimoniâ, ac miraculis clara, ad Cœlum evolavit 20. Januarii 1491. Ejus vitam scripsere primùm Hieronyma, & Cæcilia Sanctimoniales, B.Eustochiæ alumnæ: exindè Franciscus Maurolicus, eamque habes apud Octavium Cajetanum *in Vitis SS. Siculor. tom.*2. *à pag.*258. Cæsar Lancea Italicè edidit Messanæ 1605. Placidus Samperius *in Iconologia M. V. lib.* 3. *à pag.* 347. Josephus Perdicarus *in Vitis SS. Siculor. à pag.* 124. De ea etiam innumeri,præsertim ex Franciscana familia, & Messanenses historici. Scripsit Italicè

Trattato della Passione di Christo Nostro Signore,ut vitæ scriptores tradunt.Authographum servatur in eodem Monasterio, teste Cajetano *in animad. ad tom.* 2. *SS. Siculor. pag.* 92.

FRANCISCUS ALBAMONS Panormitanus Sacerdos, claro genere exortus 2. Junii 1669. patrem habuit Vincentium Albamontem Juris utriusque Doctorem,à variis obitis muneribus clarum. Franciscus literarum studiis dicatus, Philosophiam,Theologiam,ac Jurisprudentiam didicit, ac Doctoris laureâ donatus est anno 1693. Ad oratoriam artem mirè propensus, non dum Sacerdotio initiatus,concionibus operam dedit; ac omne vitæ suæ curriculum confecit in apostolicis missionibus, quas tum Panormi,tum alibi habuit,magno cum animarum fructu.Cultiori etiam genere,multa è suggestu cum laude dixit; ac in cinerali jejunio pluries declamavit,non sine confluentium fructu. Auctor fuit anno 1693. ut magnâ pompâ SS. Eucharistiæ Sacramentum ægrotis deduceretur Panormi; quod Ill. Asdrubalis de Thermis Panormitani, tunc S. Joannis de Tartaris Parochi, nunc Episcopi Syracusani ope, ac documentis effecit: quod religionis genus ad alias Panormi Parochias tunc amplificatum, per Siciliæ Regnum propagatum est. At paulatim tepescente cultus ardore, ac penè extincto,iterum 30. Maii 1713. ejus operâ incaluit: instaurationis enim exordium in Parochia S. Antonii posuit, non sine protectione, ac favore Ill. Petri Galletti Parochi, nunc Siculi Tribunalis S. Officii Quæsitoris. Ad ejus verò exemplum idem edidere aliæ Panormi Parochiæ: ac nonnullæ Siciliæ Urbes, & Oppida,quòusque editum à se libellum,hujus institutionis normam complectentem,trãsmittere studuit. Multa non immeritò assequutus est,præsertim, Apostolicum Syndicum Terræ Sanctæ egit ab anno 1702. ad annum 1709. Abbas S. Vincentii Vallistollæ electus est. Prothonotarii Apostolici,& Beneficialis Regiæ Ecclesiæ S.Mariæ de Altofonte, munere insignitus; & Archipresbyter novi oppidi Burgetti anno 1702. renunciatus fuit. Nunc Archipresbyter Parthenici constitutus est. Hoc in oppido sedulus animarum cultor anno 1700. Sodalitium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis fundavit, cui leges præscripsit, ab Episcopo Mazarensi cõfirmatas. Sodalitium etiam Panormi Jesu,Mariæ-

Digitized by Google

riæq; ſacrum, à Logia dictum, in Eccleſia Parochiali S. Antonii nuper excitavit 8. Septembris 1713. Vivit Panormi animarum lucris dicatus, & ad earumdem bonum indefeſſo labore deſudat. Edidit Italicè

Vita Angelica, overo Riſtretto delle Regole della Ven. Primaria Congregazione Secreta di Gieſù, e Maria della Loggia. Panormi apud Joannem Baptiſtam Aiccardum 1713. in 12.

Divotiſſime Iſtruzioni per la nuova opera dell' Aſſociazione del SS. Viatico, eretta nella Parochiale Chieſa di S. Antonio della Felice, e Fedeliſſima Città di Palermo. Ibidem apud eumdem 1713. in 12. ſuppreſſo nomine.

Habet ſub prælo

Modo di recitarſi per le Parochie ogni terza Domenica di meſe la Coronella del SS. Sacramento, che contiene varie offerte, e preghiere in proſa, e in verſo, per lo mantenimento del fervore al SS. Viatico. in 12.

Scripſit etiam hæc alia edenda, nimirùm:

Arſanale di S. Chieſa. Prediche Panegiriche Miſcellanee. in 4.

Rappreſentazioni Apocaliſtiche contemplate dall' Aquila perſpicace di Patmos. Sermoni ſette in onore di S. Vincenzo Ferrerio. in 8.

La Galleria di Dio. Panegirici dodeci. in 12.

Orto Serrato di Salomone. Pangirici quindeci in lode di molti Santi. in 8.

Le dodeci Margarite della Miſtica Geroſolima. Sermoni per la SS. Euchariſtia. in 8.

L' Agricoltore in debito, cioè lo ſtretto conto, che han da dare a Dio li Predicatori, che non predicano Criſto Crocifiſſo. in 12.

Alfabeto Mariano. Venti Panegirici in onore di Maria Vergine. in 8.

Quareſimale I. II. e III. in 4.

La Scala di Giacobbe con tredici gradini, cioè Tredeci Sermoni per S. Antonio di Padova. in 4.

La Sacra Prateria, cioè Sette Lezioni Morali per li Venerdì di Quareſima, ſopra li Miſterj della Paſſione di Gieſù Criſto N. S. in 8.

Anno Evangelico, cioè Lezioni Morali ſopra gli Evangelj delle Domeniche di tutto l'anno. in 4.

Il Teatro delle Virtù, per le glorie de' Santi, che ſon di precetto in tutto l'anno. in 4.

Cattedra della Fede, cioè Prediche dell' Avvento, con li Panegirici di S. Stefano, S. Gio: ed Innocenti. in 4.

La Muſica in canto flebile. Orazioni Sacre per li primi Lunedì di ciaſcun meſe in ſuffragio dell' Anime del Purgatorio. in 4.

Riforma del Mondo. Eſercizj di S. Ignazio, ſecondo la vera Idea di detto Santo. Parte Prima, e Seconda.

L' Anacoreta Rapito, e racquiſtato dal furto. Tragedia di S. Nicolò Adorneſe in verſo.

Il Santo Antonio di Padova, opera Sagra in verſo.

L' Eco delle Muſe riſonante negli antri di Parnaſo, Poeſie Sacre, e Morali.

FRANCISCUS ANTONIUS POMA Drepanitanus, Tertii Ordinis S. Franciſci, in lucem editus 23. Junii 1672. à teneris annis vividas ingenii dotes nedum mitioribus literis, ac Rhetoricæ devovit, verùm etiam ab anno ætatis ſuæ 13. Philoſophiæ addixit; ac ea in facultate ſingulariter proficiens, futuræ excellentiæ indicia præbuit. Mox Tertii Ordinis inſtitutum amplexus anno 1687. Religionis inſignia accepit Romæ in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam; ibique Sacræ Theologiæ curriculum aggreſſus, Panormi abſolvit in Cœnobio S. Mariæ de Miſericordia magna cum laude. Doctrinâ abundè munitus, in facultatibus hiſce tradendis Sodalibus ſuis, tum ingenii aciem, tum dilucidam explicandi methodum patefecit: etenim Lectoris munere in laudato Panormitano Cœnobio Philoſophiam docuit, & non exiguam Sacræ Theologiæ partem in Conventu Drepanitano: ubi etiam aliquandiù Moralem Theologiam explanavit. At Romam revocatus in memorato Collegio S. Pauli Theologiam Scholaſticam proſequutus, Magiſtri lauream promeruit. Sacræ eloquentiæ ſtudia non neglexit: ideoque cum Literatorum plauſu perſæpè è ſuggeſtu auditus eſt; vel enim in Sanctorum laudem diceret, vel ſermonibus peroraret, ingenii indolem, dictionis copiam, verborumque proprietatem laudabiliter oſtendit; ac in Sanctorum Patrum lectione, & in omnigenâ eruditione inſignitèr ſe verſatum prodidit. Literarios labores, ut emeritis præmiis rependeret Ordo, primùm ad Examinatoris Generalis munus Franciſcum evexit. Abſente è Romana Curia Ordinis Procuratore Generali, ejuſdem vices egregiè explevit, & Definitoris Generalis munere inſignitus eſt: nunc Caroli Columnæ S. R. E. Cardinalis Theologus, nominis ſui decus amplificat. Edidit Italicè

Conſiderazioni, e Riſleſſioni ſovra i Quindici Miſterj del Santiſſimo Roſario della Beatiſſima Vergine. Romæ typis Bernabò 1712. in 8.

Iſtoria Panegirica, e Morale di S. Giovanni Battiſta. Ibidem apud eumdem 1714. in fol.

FRANCISCUS BLUNDUS Alicatenſis Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, ac Menfrici Beneficialis. Poetica ſtudia non injucundè exercuit. Vivit hoc anno 1714. Edidit Italicè

Il Purpurato Apoſtolo di Sicilia Angelo Carmelitano, Melodrama. Panormi apud Joannem Baptiſtam Aiccardum 1709. in 8.

FRANCISCUS DOMINEDOUS Pactenſis, Poeta clarus, floruit anno 1630. Edidit opuſculum inſcriptum:

Franciſci Dominedò Ecloga, cui nomen, Tyndarus ad Illuſtr. & Rev. Dominum D. Vincentium Neapoli, Epiſcopum Pactenſem. Neapoli apud Lazarum Scorrigium 1632. in 4.

FRANCISCUS MARIA RICCIUS Drepanitanus, Societatis Jeſu, Nicolai Riccii, de quo pag. 94. filius. Gravioribus literis addictus, vivit in Collegio Panormitano. Edidit ſuppreſſo nomine

Sereniſſimo Principi Philippo Hiſpaniarum Infanti, Philippi V. Regis Catholici filio alteri, edito feliciter in lucem Matriti ſeptimo idus Junii, anno à

Par-

Digitized by Google

Partu Virginis 1712. Genethliacon, solemni pompâ habitum Panormi tertio nonas Augusti ejusdem anni. Panormi typis Antonii Pecoræ 1712. in 4.

FRANCISCUS MARIA RHINI Panormitanus, de Politio dictus, Ordinis Minorum Observantium S. Francisci. Parentibus Joanne Petro, & Petra Rhini Politiensibus Panormi lucis usuram accepit 7. Junii 1620. & in Parochiali Ecclesia S. Joannis de Tartaris baptismi aquis ablutus, Petri nomen accepit: ut ex Baptizatorum libro illius anni apud eamdem Ecclesiam, liquidò patet. Inter literarum humaniorum studia, in quibus mirabiliter profecit, pueritiam prætergessus, Ordinis insignia accepit Panormi in Cœnobio S. Mariæ Angelorum 7. Junii 1635. ac Petri nomen in Angelum à S. Petro commutavit. Die verò 8. Junii 1636. in manibus Francisci Mariæ Politiensis, tunc ejusdem Cœnobii Moderatoris, solemnem emisit professionem: ac ut eidem Guardiano morem gereret, ac memoriâ asservaret nomen patriæ Parentum suorum, (hi editâ Francisci professione in patriam regressi sunt, ut ibi perpetuum figerent domicilium, ac propiùs rerum suarum curam agerent) Francisci Mariæ à Politio nomen sibi assumpsit, ex Definitorum consensu. Hoc totum ex Regesto Novitiorum, & Professorum Provinciæ anni memorati satis compertum est. Ingenii præstantissimi aciem severioribus Philosophiæ, ac Scholasticæ Theologiæ scientiis devovit in præfato Panormitano Cœnobio, absolvitque Romæ magna cum laude in Conventu Aracælitano. Mox hisce in facultatibus Lector constitutus, Bononiæ Sodalibus suis Philosophiam tradidit, ibique non exiguam Sacræ Theologiæ partem egregiè explanavit. Romam revocatus, eamdem scientiam per plures annos professus est summo cum literatorum plausu, & discipulorum profectu; & ut diuturni Magisterii labores, & doctrinæ eminentiam exornaret Ordo, Franciscum ad Lectoris Jubilati gradum evexit in Comitiis Generalibus Romæ habitis; ubi doctrinæ sublimitate, ingenii acumine, & multiplici scientiarum copiâ, Fratrum omnium, præsertim Hispanorum, amorem, & venerationem, sibi comparavit. Panormum regressus, pluriès Definitoris munere claruit, & Cœnobium S. Mariæ Angelorum insigni cum virtutis commendatione moderatus est. Anno 1664. in Comitiis Generalibus Ordinis, Terræ Sanctæ Custos, Sacri Montis Syon Guardianus electus, ac per totum Orientem Apostolicus Commissarius ab Alexandro VII. Pont. Max. inauguratus, omnium illùc adventantium è Christiano Orbe nationum, & Catholicorum Principum benevolentiam sibi conciliavit. Ut erat, naturæ beneficio, eximiâ in rebus agendis dexteritate, prudentiâ, ac lenitate donatus, adeò barbara Turcarum corda mansuetudine devicit, ut toto regiminis sui tempore, efferati homines Christianos quoscumq; nullâ unquam molestiâ afficerent. Id verò admirabilius; quòd absoluto gubernii triennio, instante supremo Hierosolymitarum Moderatore, ad aliud triennium in eodem munere confirmatus est: ita barbaro Turcæ â prudentia, doctrina, & eloquii suavitate gratissimus fuit. Inerat enim in eximio viro ad suadendum vis egregia, morum comitas, ac oris species decora, quæ in omnium oculis elucebat. Francisco moderante, Schismatici Græci Hierosolymam inhabitantes, oblato magno pecuniæ censu, Sancti Sepulchri custodiam obtinere adnisi sunt: at Franciscus noster Constantinopolim adiit, ac Turcarum Imperatorem facundiæ vi suasit, ne Sepulchrum in eorumdem curam cederet. Verum instantibus Ordinis sui Comitiis Generalibus, ex Hierosolymis in Hispanias se contulit, & per sex menses in Bœtica Provincia sui Ordinis Alumnos quà docuit, quà protexit, quà fovit. Mox Vallisoleti anno 1670. in pervigilio Pentecostes unanimi Fratrum suffragio, ac plausu, Generalis Minister totius Ordinis electus est. Eo in munere nihil ipsi antiquius, nisi regularem observantiam solidare, & abusus omnes, qui irrepserant, penitùs eliminare. Dum amplissimam familiam summâ prudentiâ, charitate, ac vigilantiâ regebat, Fratres sui Ordinis magni Conventus Lugdunensis, inter alia, sæcularium Presbyterorum statum assumere, & eorum Cœnobium in Collegiatam Ecclesiam, Ludovici XIV. Francorum Regis ope, redigere intentantes, plurimas excitarunt perturbationes: ac ex perniciosis hisce innovationibus, gravia damna toti Ordini impendebant: ideoque Franciscus noster minoriticæ professionis zelo, Bullâ, à Clemente X. conditâ, (hanc habes *in Romano Bullario tom. 5. pag. 567.*) literisque Summi Pontificis munitus, ad memoratum Galliæ Regem ablegatus, Româ Lutetiam Parisiorum venit, ubi à Rege, cæterisque Regni Dynastis multis honorum significationibus exceptus est: eâque dexteritate hujusmodi negotia pertractavit, ut brevi quinque dierum spatio, impigrè omnia mirâ sapientiâ composuerit, magna cum Ordinis gloria. At expleto muneris sui anno quinto, à Carolo II. Hispaniarum Rege primùm Syracusarum Episcopus electus anno 1675. mox ad Agrigentinam Ecclesiam anno 1677. translatus, per plures annos optimi Pastoris partes sanctissimè explevit. Multa in Ecclesiæ bonum perpetravit, multaque in animarum beneficium condidit, quibus omnium amorem promeruit: eaque, ne diutiùs protrahatur oratio, in meo Panormitano Musæo enarranda remitto. Meritis, honoribusque plenus, vir præclarissimus, omni ævo, omnique laude dignus, ex hac vitâ migravit 4. Augusti 1696. De eo Dominicus de Gubernatis agit *in Orbe Seraphico tom. 2. lib. 8. cap. 3. pag.* 480. ac fusius *tom. 4. pag. 266. & 590.* ubi Maximum Scotistam Franciscum vocat; Tiburtius Navarrus in epistola nuncupatoria ad eumdem Præsulem, quam vitæ Ven. Francisci Solani Ordinis Minorum præfixit, cujus Beatificationis causam mirificè promovit noster Franciscus; Franciscus Petronius *in Genealogia SS. Joachim, & Annæ tom. 2. pag.* 284. aliique. Inter multa ingenii sui mo-

Digitized by Google

monumenta, quæ scripsit, solùm hæc edita circumferuntur

Epistola Pastoralis ad Fratres sui Ordinis pro Regulari Observantia, data Vallisoleti 31. *Maii* 1670. Extat apud Dominicum de Gubernatis *in Orbe Seraphico tom.* 4. *par.* 2. *à pag.* 152. *ad* 194.

Constitutiones pro utraque familia Fratrum Minorum. Habes apud de Gubernatis *cit. tom.* 4. *par.* 2. *à pag.* 196. *ad* 204.

Ordinationes pro regimine magni Conventus Lugdunensis FF. Minorum de Observantia, & ejusdem Provincia. Parisiis 1672.

Synodus Agrigentina. m. s.

FRANCISCUS MILUS Panormitanus, ex Philippo Paruta *in Elogiis m. s. Siculor. Poetar.* Jurisconsultus celebris, magnus causarum patronus, magnâ æstimatione claruit. Ab anno 1568. usq; ad 1571. Magnæ Regiæ Curiæ Fisci Patronum fuisse comperi. Latias etiã Musas dilexit. Scripsit

Allegationes, quæ à Siculis Jurisperitis passim citantur, præsertim obiter adnotavi, eas in auctoritatis testimonium adductas à Mario Muta *in consuet. Panor. cap.* 1. *n.* 37. *in Capit. Regni tom.* 2. *cap.* 38. *n.* 79. *tom.* 2. *cap.* 28. *n.* 251. *tom.* 4. *cap.* 97. *n.* 6. *& cap.* 101. *n.* 29. à Josepho Xibecca *in Alleg. Princip. Buteræ pag.* 74. 86. *&* 100. aliisque.

FRANCISCUS NOCETUS Nobilis Comes Messanensis, Joannis Bernardini Noceti frater, de quo, & de præclaro ejus genere, tum paterno, tum etiam materno, loco suo *tom.* 1. *pag.* 338. jam egimus. Messanæ lucis usuram accepit 30. Aprilis 1639. at anno sequenti adhuc in cunabulis, unà cum matre, fratribus, sororibusq; Romam evectus, ibi sedulò institutus est apud Mutium de Rosis avunculũ, Romanæ Aulæ Præsulem, tunc unum ex Votantibus Signaturæ, exinde Episcopum Teanensem. Sub oculata hujus cura Franciscus, ingenio satis egregio munitus, literarum studiis operam dedit. Adolescens clericalem vestem induit; ac spem magni progressus edidit non vulgarem. Anno 1661. Româ in patriam remeavit, ut cum laudato Joanne Bernardino fratre (qui triennio jam elapso illùc advenerat) domesticarum rerum administrationi consularet. Messanæ studiorum curriculum prosequutus; ac Jurisprudentiæ dicatus, anno 1666. in patria Academia emeritâ Juris utriusque laureâ donatus est. Amœnioribus etiam literis ingenii elegantissimi indolem devovit, & in Officinæ Academia adscriptus enituit: ideoque eruditione conspicuus, literariis monumentis Italicè, & Latinè; carmine, & prosâ conditis, sui æstimationem excitavit. Cùm verò Romam repetiisset anno 1667. inter eximios literarum cultores inclaruit, & in Infœcundorum Academiam exceptus est. Anno 1689. Florentiam adiit, ex qua paterna ejus familia originem deducit; ibique anno 1690. depositis Clericalibus insigniis, ut familiæ splendorem propagaret (in fratrum defectu, quorum primus superstes à conjugali statu alienus vivebat) ea in urbe uxorem duxit Constantiam, Caroli de Rosis filiam, fratris Liviæ ejusdem Franciscì matris; qui Carolus magna cum laude in Catholici Regis obsequium multa perpetraverat, ac tormentorum bellicorum generali præfectura insignitus est; & à Joanna Lopez uxore, nobili Hispanâ, Constantiam, aliosque filios acceperat. Hinc Franciscus noster Florentiæ per annos aliquot moram protraxit, & à Magno Etruriæ Duce, & à Victoria ejusdem matre, tunc superstite, cui gratissima erat Constantia, multis honorũ ornamentis adauctus, & in nonnullis Tusciæ guberniis adhibitus, conceptam sui opinionem firmavit. Romam redire coactus, ut domestica bona administraret ob mortem Marcelli fratris, natu majoris, & absentiam Joannis Bernardini, Panormum incolentis, ibi domicilium fixit; ubi nunc vir sanè præclarissimus vivit: nec à literis feriatur; quibus pietatis studia innectere curat; præsertim in beneficium Ecclesiæ, & Xenodochii S. Mariæ Constantinopolitanæ Siculæ nationis. Inter multa latinè, & Italicè scripta, hæc in lucem prodiere:

Divæ Claræ Triumphus. Oratorium in Sacello Venerabilis Archiconfraternitatis SS. Crucifixi Romæ, habitum die 20. *Martii* 1682. *Ad musicos modulos accommodavit D. Bernardus Pasquinus.* Romę typis Nicolai Angeli Tinassii 1682. in 4. In ejusdem Oratorii latere edita est Italica versio; ac rhythmis latinis mirabiliter respondent etrusca carmina, cõdita à celeberrimo Laureto Matthęo. Italicè

Applausi delle Virtù nell' esaltazione alla Monarchia delle Spagne della Sacra Real Maestà di Filippo Quinto. Ibidem apud Hæredem Josephi Vannacci 1701. in 4.

Nonnulla etiam ejus *Epigrammata, ac Italica carmina* edita sunt in libro: *Poesie de' Signori Accademici Infecondi di Roma.* Venetiis apud Pezzanam 1678. in 12.

Multa etiam alia scripsit numeris omnibus absoluta, at adhuc inedita, à viris eruditissimis summam promeruere laudem: ac instant multi, ut in publicam lucẽ prodeant; præsertim Italicè

La Santa Genevièfa. Dráma Sacro per musica.

L'Eliata. Opera Sacra Tragica per musica.

Il Trionfo della Penitenza, overo la Taide Convertita. Dramma per musica.

Chi più pena, al fin più gode. Dráma per musica.

Contese di Amore, e di Onore. Dramma Civile per musica. In hoc opere concinnando, à viris literatis summoperè laudato, infimul cum nostro Francisco suam contulit operam Joannes Bernardinus frater, tunc in ætatis flore, quem non dedecent hujusmodi ingenii monumenta.

Rime Italiane, latine, e Siciliane. Hæc forsan, cum aliis laudati ejus fratris carminibus, lucem exoptatam aspicient.

FRANCISCUS PROTUS Pactensis, Sacræ Theologiæ Doctor, Pactensis Ecclesiæ Canonicus, claruit anno 1605. quo edidit Italicè

Vita di S. Febronia. Messanæ 1605. in 8.

FRANCISCUS TABONUS Alcamensis, Poeta clari nominis. Vivebat amœnioribus literis addictus anno 1614. Edidit Italicè

Discorso sopra la Piramide fatta nella morte

Digitized by Google

del Vicerè Duca di Macheda. Panormi apud Joannem Antonium de Franciscis 1602. in 4.

Extat apud me ejusdem liber m.s. in 8. in quo Idyllia extant octo, Italico carmine condita, ac epigrammata nunnulla.

FRIDERICUS ORIOLES Rametensis, ex nobili prosapia Baronum Oriolis supra Pactas progenitus, in lucem editus est 23. Aprilis 1673. Studiorum curricula emensus, ac Jurisprudentiæ dicatus, Doctoris laureâ cohonestatus est. Ex uxoris ductione Panormitana Civitate donatus, inter præclaros causarum Patronos Panormi ingenio, & doctrinâ insignis effulget, & in Sanctissimæ Cruciatæ Foro Fisci Patronus, sui opinionem prolatat. Edidit

Propugnaculum Justitiæ juridicè vindicatum, in causa Thesaurariæ Sanctæ Metropolitanæ Primariæ Panormitanæ Ecclesiæ, vertente inter Rev. Canonicum S. T. D. D. Augustinum Passalacqua, & Rev. Canonicum S. T. D. D. Alexandrum Guarrasi. Panormi ex typographia SS. Cruciatæ Antonini Epiri, & Forte 1711. in fol.

Regii Juris Patronatus Allegationes in causa Thesaurariæ Sanctæ Metropolitanæ Primariæ Panormitanæ Ecclesiæ, pro Canonico S. T. D. D. Augustino Passalacqua. Ibidem apud eumdem 1713. in fol.

GANDULPHUS Siculus, Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, vir pietate insignis. Romanis Pontificibus charissimus, ab Eugenio IV. Pont. Max. Montis Syon, & Terræ Sanctæ Guardianus electus est anno 1438. adnitentibus potissimùm S. Joanne de Capestrano, & B. Alberto de Sarthiano, ex Luca Wadingo *in annal. tom. 5. an. 1438. n. 24. pag.* 342. & Dominico de Gubernatis *in Orbe Seraphico tom. 2. lib. 6. cap. 16. §. 4. pag.* 247. Orientalium Provinciarum Indiæ, Æthiopiæ, Ægypti, & Hierusalem, Commissarius Apostolicus constitutus est, ex diplomate dat. Romæ Kal. Decembris 1444. apud Wadingum *cit. an. 1444. n. 52. pag.* 460. Hunc Gandulphum illum Agrigentinum censeo, qui Provinciæ Siculæ Vicarius anno 1449. Ordinis Comitiis, in Provincia Tusciæ coactis, interfuit, eodem Wadingo teste *loc. cit. anno 1449. n. 16. pag.* 560. Inter alia, quæ scripsit, supereſt

Relatio de statu Rerum Orientalium, apud Wadingum *cit. tom. 5. an. 1444. n.* 54.

GIBERTUS PISAURUS Panormitanus, Grammaticus, Rhetor, & Poeta insignis. Ex Lucio Marineo *in epist. lib. 5.* Panormi humaniores literas docuit; aitque collegam suum hac in Urbe fuisse literis, moribusq; excultum. Ideoque anno 1484. claruisse colligimus; eo enim anno Marineus cultiores literas Panormi docuit. Eumdem laudat Joannes Jacobus Adria *de situ Vallis Mazariæ m.s.* qui scripsisse ait:

Institutiones Grammaticæ.
Orationes.
Carmina.

GREGORIUS BENIGNUS Syracusanus, Ordinis S. Francisci, doctrinâ, ac meritis clarus, anno 1507. Callensis Episcopus electus est: anno verò 1513. ad Episcopatum Nazarenum translatus, teste Ferdinando Ughello *in Italia Sacra tom. 2. pag. 906. & tom. 7. pag.* 1050. Hunc Georgium Benignum vocat Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana tom. 1. pag.* 474. ac patriâ Raguſinum putat: ex Sicula urbe Ragusiæ forsan, in diœcesi Syracusana. Edidit ex citatis auctoribus, & ex Possevino *in appar. Sacro tom. 1. in append.* & Carolo Cartario *in Syllabo Advoc. Concistorialium pag.* 221.

Quæstiones de Natura Angelica.
De Dialectica.
Vexillum Christianæ Victoriæ.
De Assumptione B. Virginis Mariæ.
Defensionem pro Joannis Reuechlini Dialogis.

HIERONYMA Messanensis Sanctimonialis in Monasterio Montis Virginum, Ordinis S. Francisci. Regularis disciplinæ leges didicit à B. Eustochia, ejusdem Monasterii Abbatissa. Vixit circa annum 1490. Scripsit Italicè ex Octavio Cajetano *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag. 91.* Placido Samperio *in Iconologia M.V. lib. 3. cap. 8. pag.* 342. & 347. aliisque

Vita della B. Eustochia Abbadessa del Monasterio di Monte Vergine di Messina. Authographum m.s. servatur in eodem Monasterio, ex quo ejusdem Eustochiæ vitam cultiori stylo condidit Franciscus Maurolicus, quam invenies apud Cajetanum cit. *tom. 2. SS. Sicul. à pag.* 258.

HIERONYMUS CAMERATA Randatiensis, Medicus Doctor, & Poeta: eruditione, ac doctrina clarus, floruit anno 1567. Edidit Italicè

Trattato dell'Honor vero, e del vero Disonore. Bononiæ apud Alexandrum Bonaccium, 1567. in 4.

Questione dove si tratta chi più meriti honore ò la Donna, ò l'Huomo. Ibidem apud eumdem, 1567. in 4.

Questione dove si tratta chi meriti più honore o il Soldato, o il Letterata. Ibidem apud eumdem 1567. in 4.

Questione dove si tratta chi meriti più honore o il Legista, o l'Artista. Ibidem apud eumdem, 1567. in 4.

HIERONYMUS MANSONUS Panormitanus, claro genere exortus anno 1506. ab ipsa pueritia amœniores literas coluit, ab Hippolyto Arminiensi Leontino eruditus: ideoque Poeta, & Orator eximius, in ætatis flore Musarum studiis, orationis elegantiâ, ac eruditionis ornamento ingenii dotes expolivit. Literatorum amorem sibi conciliavit, quibus amicitiæ vinculis adstrictus vixit. Jurisprudentiæ dicatus anno 1525. Pisas petiit, à qua familiæ suæ decus originem deducebat: ibique Philippum Decium celeberrimum Jurisconsultum audivit: & ea in Academia Doctoris laureâ donatus est anno 1527. Tum in Sicilia, tum extra apud literatos æstimationem promeruit summam: ac omnes, ob conceptam de eximio viro spem, brevi honoribus exornandum expectabant: at mors omnium

Digitized by Google

nium opinionem decepit: vix enim causarum patrocinium susceperat, cùm immaturè decessit Panormi anno 1527. Multis post annis prodiit ejus opus inscriptum:

Hieronymi Mansoni Panormitani Jurisconsulti singularis Epistolæ familiares, & versus. Panormi apud Joannem Matthæum Maydam, ad instantiam Joannis Francisci Carraræ 1559. in 8.

JACOBUS DE BENEDICTIS Pactensis, vir encyclopædicus, doctrinâ, & morum probitate conspicuus. Philosophus, Theologus, Poeta eximius, & Rhetorices peritissimus. Canonicus Ecclesiæ Pactensis electus, virtutibus clarus enituit. Sodalitium, in quo nonnulla pietatis, ac virtutum opera secretè exercentur, instituit. Decessit Pactis 28. Augusti 1652. ejusque integritatis fama posthuma adhuc vivit. Edidit

Orationes Sacras in laudem Sanctorum. Venetiis apud Jacobum Sarzinam 1632. in 4.

Epigrammata Sacra, & Moralia. Neapoli apud Lazarum Scorrigium 1630. in 8. Italicè

Selva di varie cognitioni Sacre, e Profane. Ibidem apud eumdem 1630. in 8.

Servatur apud eximium virum Blasium de Benedictis Pactensem, Clericum Regularem ex Ministrantibus Infirmis, liber inscriptus:

Rhetoricæ, & Poeticæ Præcepta, ac Carmina. m. s. in 4.

JACOBUS FUSCA Doctor Messanensis. Claruit anno 1664. cùm Italicè edidit

Brieve Relazione de' Trionfi Mamertini nella Solennità della Sacra Lettera Vergiuale celebrata a 3. di Giugno 1664. Messanæ apud Jacobum Matthæi 1664. in 4.

JACOBUS MUGNOS Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, post editam votorum formulam, in gravioribus Philosophiæ, ac Theologiæ studiis adeò profecit, ut Doctoris lauream acceperit. Sacræ eloquentiæ, Scripturarum, & Sanctorum Patrum lectioni ingenium impensè dicavit. In sacris concionibus è suggestu persæpè dictis, de mentis tuæ acie, ac multiplici eruditione apud omnes magnam opinionem excitavit. Siculæ Provinciæ Definitorem egit: ac dum Cœnobium Panormitanum S. Nicolai Prioris munere gubernabat, virtutibus clarus Panormi vivere desiit 15. Februarii 1664. De eo agit Salvator Ruffus *in elogiis m. s. Virorum Illustr. Tertii Ordinis S. Francisci Provinciæ Siculæ.* Obsuam in Deiparam Virginem pietatem scripsit

Tractatum Theologicum pro Immaculata Beatissimæ Virginis Conceptione, per quæstiones distributum. in fol. Authographum m. s. numeris omnibus absolutum, servat vir eximius ejus Ordinis & Minister Provincialis Salvator de Josepho, & Rodriquez Panormitanus, S. T. M., Examinator Synodalis in Patria, SS. Inquisitionis Consultor, & Censor, & anno, quo hæc scribimus 1713. 23. Octobris à Philippo V. Hispaniarum Rege, Pactensis Ecclesiæ Episcopus designatus, qui opus in lucem emittere meditatur.

JACOBUS SCIME' Panormitanus Sacerdos, natus 8. Februarii 1673. Absoluto studiorum curriculo, apostolicis missionibus, ac concionibus operam dedit: ideoque quadragesimali tempore pluries è suggestu cum animarum fructu declamavit. Sodalitium Panormitanum Jesu, Mariæque honori dicatum, in via, cui nomen, *delli Scopettieri*, excitari curavit anno 1694. Nunc Monialium confessionibus excipiendis dicatus vivit. Edidit Italicè suppresso nomine

Virtù, Prodigii, e Grandezze de i SS. Nomi di Giesù, e Maria. Panormi apud Josephum Gramignanum 1698. in 12.

L'Innamorato di Maria reso costante per la di lei continua memoria, e per li quotidiani ossequii ricavati da' Santi, e d'altri suoi divoti. Ibidem apud eumdem 1698. in 12. & apud Franciscum Cichè 1713. in 12. cum additione.

Scuola per riformare l'Huomo, acciò viva cristianamente, insegnata, e pratticata da' Santi. Ibidem apud eumdem 1698. in 12.

Mazzetto di fiori all' Angelo Custode, offerto dalli Fratelli della Ven. Congregatione di Giesù, e Maria eretta nella strada delli Scopettieri di questa Città. Ibidem apud Augustinum Epirum 1708. in 12.

IGNATIUS INGARSIA Messanensis, Tertii Ordinis S. Francisci, honestis parentibus natus, vitæ lucem aspexit 15. Augusti 1665. pièque à matertera, Ordinis S. Dominici Tertiaria, educatus, & ab ea à prima ætate ad regularem vitam amplectendam exstimulatus, humanioribus literis ingenium expolivit. At ut ferventius eisdem operam daret, & ut Deo se dicaret, patrem Romam inhabitantem adiit: ibique literis satis eruditus, insignia Tertii Ordinis S. Francisci accepit in Siculo Collegio S. Pauli ad Arenulam anno 1683. mense Maii. Editâ solemni professione, Philosophiam, ac Scholasticam Theologiam didicit: & emenso studiorum curriculo, Lectoris munere insignitus in patriam remeavit. Non fine ingenii, doctrinæque laude Philosophiam, ac Theologiam Sodalibus suis tradidit; ac Panormi Doctoris laureâ donatus est. Nullo, nisi seipso magistro, oratoriam artem percepit: eòque profecit, ut legum ejusdem se callentissimum prodiderit: ideoque in concionibus, ac panegyricis orationibus dicendis, eam oblectationem in auditores effudit, ut nonnulli cùm è suggestu descendissent, amplexibus exceperint: ac ab eo conciones manu exaratas, in æstimationis argumentum, avidissimè expetierint. In sacris ritibus, & ecclesiastico cantu ita planè versatus inclaruit, ut de his facultatibus etiam ex longè dissitis civitatibus ipsum complures consulerent. Poetica etiam studia, & cultiores literas summè dilexit: hinc latinè, & Italicè carmina, & anagrammata multa condidit; quorum nonnulla in aliorum auctorum libris, ac forsitan edita sunt. Ordinis sui juniores professos instituit. Messanense Cœnobium ter, Roccæ semel gubernavit. Animi candore, prudentiâ, & historica eruditione clarus, mihi, & amicis omnibus charus, vivit Messa-

Digitized by Google

næ. Ad fovendam erga S. Annam, Deiparæ Matrem, pietatem, edidit Italicè

Gigli devoti alla Gloriosa Madre S. Anna. Messanæ apud Antoninum Arenam 1702. in 16. Typis parat

Tractatum de Sacris Ritibus.

IGNATIUS DE PANORMO Salemitanus Sacerdos, Sacræ Theologiæ Doctor, à morum probitate, prudentia, & sagacitate Panormi notus, ubi diu audiendis monialium confessionibus dicatus incubuit. Vivit hoc anno 1714. senectutem adeptus. Ad poetica studia maternâ linguâ pronus, edidit suppresso nomine

Selva di Canzoni Siciliane Sacre, Morali, & Profane, divisa in tre parti: con l'aggiunta di poche altre, composte in grazia delli M. RR. Preti, e Religiosi, tormentati da Parenti, e Nipoti, quanto più beneficati, altretanto ingrati. Panormi apud Gramignanum 1710. in 12.

IGNATIUS A SANCTO RAYMUNDO Panormitanus, Ordinis Excalceatorum S. Mariæ de Mercede, in sæculo Raymundus Strada. In lucem prodiit 16. Martii 1664. ex speciali S. Raymundi Nonnati beneficio: ideoque ex parentum voto, usque ad nonum ætatis annum ejusdem Sancti insignia induit. Exinde clericali militiæ adscriptus, literarum studiis operam dedit. In regularem familiam ingressus 19. Februarii 1679. solemnia vota nũcupavit 17. Martii 1680. Absolutis studiorum curriculis, Lectoris munere insignitus, Philosophiam tradidit in Cœnobiis oppidorum S. Cataldi, & Aragoniæ: Scholasticam verò Theologiam Panormi: ac decennio in literaria palestra docendo desudavit. Sacris concionibus dicatus, per annos viginti duos quadragesimali tempore è suggestu declamavit in variis Siciliæ civitatibus: præsertim anno 1694. in patrio Cœnobio, & Catanę anno 1701. & 1704. Drepanitanum Conventum Commendatoris munere rexit: semel, & iterum, nempè sexennio, Panormitanum S. Mariæ de Populo ac triennio Ordinis tyrones instituit. Meritis adauctus ad Definitoris, Generalis gradum evectus est: & Siculam Provinciam vi Pontificii diplomatis, motu proprio editi 21. Aprilis 1708. gubernavit. A doctrina clarus inter S. Officii Censores, & Consultores adscitus est. In oppido S. Cataldi Immaculatæ Virginis Deiparæ Sodalitium excitavit 8. Decembris 1688. Panormi etiam 9. Decembris 1693. in Cœnobio Immaculatæ Conceptionis Congregationem, S. Mariæ de Mercede, & S. Petro Armengaudio dicatam, fundavit. Unà cum Aloysia Brancifortia, & Mõeada, Buteræ Principe, cui erat à sacris confessionibus, Panormi Monialium Excalceatarum S. Mariæ de Mercede Conservatorium firmavit, solidavitque, sub Patrum Ordinis sui regimine: quod ipse diu juxta arctioris perfectionis leges instituit, ac à sui principio rexit; & modò eidem summâ vigilantiâ præest. Vivit vir eximius memorati Cœnobii Immaculatæ Conceptionis Commendator, doctrinâ, morum probitate, aliisque dotibus clarus. Ipsum laudat Bonaventura Drepanitanus *in Relat. Solemnit. S. Catharinæ Bonon. pag.* 52. Edidit Italicè

Il Giolivo Festino delle Scenopegie nella Geroſolima Palermitana, Panegirico Sacro, alle glorie di S. Rosalia Vergine. Panormi apud Anglesem, & Leonem 1694. in 4.

La Gloriosa Città di Dio, Panegirico Sacro alle glorie di S. Agata Vergine, e Martire. Catanæ typis Bisagni 1704. in 4.

Prælo paravit

Fondazione del Conservatorio delle Monache Scalze della Mercè della Città di Palermo, con le grazie da Dio concesse in detta fondazione, e l'esemplare istituto di dette Religiose.

JOACHIM BONA, ET FARDELLA Panormitanus, claro genere exortus, amœniorum literarum cultor eximius; ab ingenio, eruditione, ac poeticis studiis laudatissimus. Innumera condidit, ac edidit etrusco carmine: at, eo nunc à patriis laribus absente, omnia edita è calamo effugiunt. Quæ præ manibus habeo, hæc sunt:

Il Martirio di S. Margarita Vergine Antiochena. Tragedia. Panormi apud Antoninum Epirum 1711. in 12.

La Tromba della Fama, Epitalamio Drammatico per le sublimi Nozze degl'Ill. & Ecc. Signori D. Gio: Ventimiglia Northman Principe di Belmontino, Primogenito de' Marchesi di Geraci, e D. Lilla Sanseverino Northman, figlia del Principe di Bisignano. Neapoli apud Michaelem Aloysium Mutium 1703. in 4.

Lo Sponsalizio di Tobia con Sara. Dialogo. Panormi apud Augustinũ Epirũ 1702. in 4. & in 8.

Tobia, che sepellisce gli estinti. Dialogo. Ibidem apud eumdem 1702. in 4. & in 8. pluries.

La Lite armonica tra gli Angioli, e i Pastori. Dialogo. Ibidem apud eumdem 1703. in 4. & 1712. sub alio titulo.

L' Arcano segno dato da Isaia Profeta ad Athaz Rè di Giuda. Oratorio. Ibidem apud eumdem 1705. in 4. apud Dominicum Cortesium 1706. in 8. & cum titulo: *l'Eccesso della Divina Bontà.* apud Epirum 1709. in 8.

Il Sacrificio d'Elia Dialogo. Ibidem apud Dominicum Cortesium 1706. in 4.

Il Convito di Batuele per lo Sponsalizio di Rebecca. Dialogo. Neapoli apud Josephum Rossellum 1706. in 4.

Il Martirio di S. Agrippina. Dialogo. Panormi apud Augustinum Epirum 1706. in 4.

La Prigionia di Giuseppe Giusto Dialogo. Pluries prodiit in 4. & 8. ac demum apud Antoninum Epirum 1707. in 8.

L'Augustissimo Nome di Filippo Quinto Re delle Spagne, e Monarca di Sicilia coronato dalla Gloria. Serenata. Ibidem apud Josephum Gramignanum 1703. in 4.

Salamone promosso al Trono. Dialogo. Ibidem apud Augustinum Epirum 1703. in 4.

Et alia. Prælo etiam paravit

La Stratonica Opera Scenica.

Et alia dramata, quorum nomina non fum assequutus.

JO-

Digitized by Google

JOANNES ANTONIUS FASSARUS, sive PHASIDES Panormitanus Sacerdos, doctrinâ clarus, ab Alexandro Farnesio S.R.E. Cardinali, & Archiepiscopo Montis-Regalis, Vicarius Generalis Ecclesiæ Montis-Regalis electus est; ejusque operâ Episcopus Chrisopolitanus creatur 4. Junii 1544. ac Suffraganeus Montis-Regalis constituitur, ex Roccho Pirro *in not. Eccl. Montis-Reg. pag.* 428. & Aloysio Lello *in hist. Eccl. Montis-Reg. par.* 2. *pag.* 73. novæ editionis. Anno 1554. Diœcesanam Synodum scripsit, ac celebravit, ediditque hoc titulo:

Constitutiones Synodales Montis-Regalis sub Alexandro Farnesio S. R. E. Card. & Archiepiscopo M. R. per Joannem Antonium Phasidem Panor. Episcopum Chrisopolitanum. Panormi 1554. in 4.

JOANNES ANTONIUS SESSA Panormitanus, Ordinis Observantium S. Francisci, Theologus celeberrimus, natus anno 1640. à teneris unguiculis literarum studia amplexus, humaniores literas, ac Rhetoricam didicit. Exinde in Panormitano Cœnobio S. Dominici Ord. Prædicatorum Philosophiæ curriculum non sine laude emensus est. Cùm medicæ facultati animum appulisset, à Josepho Galeano Panormitano, medico insigni, triennio huic scientiæ operam dedit; ac ejusdem praxim à Josepho Alaimo doctissimo Panormitano, ipsius in Chrismatis Sacramento Patrinus, sedulò traxit. Dum autem doctrinâ satis superque excultus, haud exiguos de se progressus promittere videbatur, rejectis sæculi curis, Observantium vestem induit Panormi 31. Octobris 1660. Vix editâ solemni professione, Romam accersitus à Michaele Angelo Bonadies, tunc Ordinis Generali Ministro, exinde Episcopo Catanensi, in Cœnobio Aracælitano iterum Philosophiæ studium ad mentem Scoti aggressus est: mox Theologiæ ingenii sui nervos intendit: eâque animi contentione hisce scientiis incubuit, ut mirabiliter profecerit; multaque vividi, & acutissimi ingenii ediderit argumenta. In eodem Cœnobio Lector constitutus, Philosophiam primùm, inde Scholasticam Theologiam per annos quindecim ingenti cum doctrinæ opinione, ac plausu docuit; ab ingenio planè egregio celebratus: idcoque Theologus numeris omnibus absolutus, Lectoris Jubilati titulo insignitus est. Septemnio pontificia Jura explanavit, inter tresdecim Lectores adlectus, quos Romæ Summus Pontifex instituit, ut Sacrorum Canonum doctrinam Parochis, ac Confessariis, tùm Sæcularibus, tùm Regularibus traderent. Ex ejus schola innumeri prodiere doctrinâ instructissimi: at illud illustrius, quòd Cæciliam Sebutiam, honestissimam Virginem Tiburtinam, gravioribus disciplinis erudivit, tantoque progressu, ut anno ætatis suæ 18. publicâ disputatione institutâ, & Joanne Antonio præsente, ac nihil suggerente, Philosophicas, ac Theologicas Theses, juxtà Scoti doctrinam propugnaverit, & ad objecta doctè, acutèque cum doctiorum admiratione responderit: teste Bertoloccio *in Bibliotheca Magna Rabbinica par.* 3. apud Joannem Franchinum *in Bibliosophia pag.* 607. Sexennio Collegii SS. Apostolorum Minorum Conventualium Examinatorem egit: at huic muneri nuncium remisit, cùm à secretis electus Generalis totius Ordinis, Hispaniam cum eodem adiit. In dogmaticis scientiis, & ecclesiastica eruditione versatissimus, persæpè ejus consilium in difficillimis quæstionibus, implexisque rebus innumeri expetiere. Doctrinâ abundè locupletatum, Theologum sibi delegere Alexander Crescentius, Felix Rospiliosus, Paulutius de Alteriis, & Carolus Bichius S. R. E. Cardinales; à quibus, ut etiam ab aliis Ecclesiæ Principibus, & Præsulibus, æstimationem promeruit summam. Etsi modestiâ insignis, honoribus, muneribusque à Summis Pontificibus adauctus enituit. Ab Innocentio XI. Sacræ Congregationis Indicis Consultor electus est: ac filius Romanæ Provinciæ Ordinis sui effectus; in qua triennio præfuit Definitoris munere; ac successivè triennio etiam Custos. Ab Innocentio XII. Sanctæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator renunciatus est. Clementi XI. gratissimus, ab eo Consultoris munere Congregationis Sacrorum Rituum insignitus, ut Romæ adesset, ab Hispania revocatus est; illùc enim nostro Joanni Antonio Pontifex Breve transmisit, quo eumdem Commissarium Generalem universæ familiæ Observantium, Reformatorum, & Excalceatorum constituit: eoque munere Ordinem regularis observantiæ zelo, singulari prudentiâ, & morum integritate gubernavit. Omnigenæ eruditionis, & doctrinæ copiâ latissimè refertus, sui opinionem longè, latèque effudit; ac in gravioribus Catholicæ Ecclesiæ negotiis, & discutiendis difficillimis quæstionibus adhibitus est: ut nuper ab eodem Pontifice unà cum Nicolao Tedeschio Catanensi Ord. S. Benedicti, Episcopo Liparensi, & Bonaventura Sant-Elia Panormitano Tertii Ord. S. Francisci (*de primo vide in hoc tom. pag.* 93. *de secundo tom.* 1. *pag.* 113.) aliisque quinque primi nominis Theologis designatus est, ut Propositiones in Paschasii Quesnelli libris contentas, examinaret: ideòque post multas disquisitiones, easque gravissimas per annum coram Em. Thoma Ferraro, & Francisco Fabrono S.R.E. Cardinalibus, ac post iteratas pluriès Congregationes coram Pontifice habitas, ut illæ quammaximâ fieri potuit, diligentiâ, longèque maturius discuterentur; demum idem Pontifex 101. Propositiones ex editis Quesnelli libris excerptas, librosque ipsos damnavit, editâ Bullâ incipiente: *Unigenitus Dei Filius &c.* dat. Romæ sexto Idus Septembris 1713. Vivit Romæ vir æternâ laude dignus, in Urbe, & Orbe notissimus, magnâ veneratione prosequutus, literariis laboribus, in Catholicæ Ecclesiæ obsequium, addictus. Edidit

Scrutinium Doctrinarum qualificandis Assertionibus, Thesibus, atque Libris conducentium, Exemplis Propositionum à Conciliis Oecumenicis, vel ab Apostolica Sede reprobatarum ditatum, ac plerisque Miscellaneis Resolutionibus Dogmatico-Moralibus ad uberiorem Censurarum Theologicarum notitiam col-

lman-

limantium refertum. Romæ typis Rochi Bernabò 1709. in fol.

Prælo paravit

De Conciliis Generalibus, & Nationalibus: de Hæreticis, & Hæresibus Tomos duos. in fol.

Sancti Joannis de Capestrano Ord. Minorum Observantium Opera Omnia, diuturno labore viginti annorum collecta, notis illustrata, & in tomos XVII. digesta. in fol.

JOANNES BAPTISTA CARVANA Agrigentinus Sacerdos, & Abbas, natus 6. Decembris 1663. gravioribus disciplinis ingenii dotes sedulò dicavit: præsertim Philosophiam, Theologiam tum Scholasticam, tum Moralem, & Mathematicas disciplinas cum magna sui laude didicit. Linguam Græcam, & Hebraicam callet. In Agrigentino Clericorum Seminario præfuit Moderator. Sacræ eloquentiæ impensè addictus, pluries cum plausu panegyricas orationes in Sanctorum laudem è suggestu dixit. Eo cordis affectu Sacros Oratores prosequutus est, ut in eorum beneficium haud exiguum laborem sibi vindicaverit, teste opere infra recensendo. Vivit Panormi hoc anno 1714. vir eximius, ingenio, doctrinâ, morumq; probitate conspicuus. Edidit

Epistolam Responsoriam circa resolutionem cujusdam casus conscientiæ, quâ expositis Amici difficultatibus satisfacit. Panormi ex typographia Josephi Gramignani 1702. in 4.

Italicè

La Miniera Aperta a' Sacri Oratori, ove si contengono descrizioni eloquenti: passi di Sacra Scrittura: erudizioni Sacre, e Profane: lodi di Santi, e di Religioni, Città, Provincie, Regni; fatti d'armi; lettere missive: Concioni, Invettive, Apostrofi, Elogj, Epitafj, Prosopopee &c. Ibidem apud Joannem de Neapoli 1710. in 4.

Scripsit etiam Italicè, ac in lucem emittet:

Frasi Toscane.

Panegirici.

JOANNES BAPTISTA MANGIONUS Panormitanus Sacerdos, edidit Italicè

Il Laberinto Sciolto dagli Eccessi dell' Amor Divino, per la Nascita del Redentore Giesù. Opera Pastorale Sagra. Panormi apud Joannem de Neapoli 1705. in 12.

Il Prodigio della Verginità per le Glorie di S. Apollonia Vergine, e Martire, Azzione Tragi-Sacra. Ibidem apud Honuphrium Gramignanum 1707. in 8.

Il Giardino Grammaticale raccolto nel P. Emmanuele Alvares della Compagnia di Giesù, ed in altri celebri Autori di detta Compagnia. Romæ apud Dominicum Herculem 1710. in 8.

JOANNES BEROALDUS Panormitanus, vir gravioribus scientiis cumulatus, doctrinâ, eloquentiâ, & eruditione clarus, morum sanctimoniâ, & innocentiâ conspicuus, omnium æstimationem in Aula Romana promeruit. Hinc Episcopus primùm Thelesinus electus est 24. Martii 1548. quo in munere eloquentiæ suæ vim planè detexit, cùm anno 1549. in pervigilio S. Andreæ Apostoli luculentam habuisset orationē ad S. R. E. Cardinales de eligendo Sum. Pontifice. Inde ad Episcopalem S. Agathæ Ecclesiam translatus est primo Octobris 1556. in eaq; regenda optimi Pastoris partes liquidò expressit. Anno 1557. in gravissima quæstione Caroli V. Imp. & Catholici Regis Philippi II. Judex electus est, unà cum Prospero Rebiba Siculo ex oppido S. Marci, S. R. E. Card. Annibale Bozzuto Archiepiscopo Avenionensis, exinde Cardinali, & Gulielmo Sirleto postmodum etiam Cardinali. Sacro Tridentino Concilio interfuit vir sanè doctissimus; præsertim sessioni 18. & 19. Cùm ad Concilium accessisset Catholici Regis Orator, in Generalem Congregationem exceptus 16. Martii 1562. ejusque nomine orationem habuisset Galeatius Brugora Mediolanensis, nomine Concilii eidem respondit Beroaldus. In 19. sessione celebrata 14. Maii ejusdem anni, latinam, & cultissimam orationem dixit ad Concilii Patres. Postquam summæ prudentiæ notâ Ecclesiam sibi creditam rexisset, vivere desiit anno 1566. & in Cathedrali templo sepultus est: in pietatis verò testimonium nonnulla bona Neapolitano Nosocomio Incurabilium legavit. Hunc celebrant Sfortia Pallavicinus *in histor. Concil. Trid. secundæ editionis par. 2. lib. 14. cap. 1. pag. 484. lib. 15. cap. 2. pag. 725. lib. 15. cap. 21. pag. 708. lib. 16. cap. 7. pag. 763. & par. 3. lib. 18. cap. 4. pag. 122.* Ferdinandus Ughellus *in Italia Sacra tom. 8. pag. 505. & 525.* Michael Justinianus *in indic. 4. Patrum Concilii Trid. pag. 405.* Angelus Rocca *in Biblioth. in fine,* Octavius Cajetanus *in Isag. ad histor. Siculam cap. 36. n. 16. pag. 263.* & Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom. 2. pag. 117.* Scripsit

Orationem habitam ad S. R. E. Cardinales de eligendo Summo Pontifice 29. Novembris 1549.

Orationem ad Patres Concilii Tridentini habitam 14. Maii 1562.

Hæ cum aliis ingenii sui monumentis extabant m. ſ. Romæ in Bibliotheca Abb. D. Constantini Cajetani, teste Ughello *cit. pag. 525.*

JOANNES CHRISOSTOMUS AJELLUS Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, natus 16. Februarii 1680. cùm à teneris annis magno progressu humanioribus literis, & pietati operam dedisset, Ordinis insignia accepit 12. Aprilis 1696. ac solemnia edidit vota 17. Aprilis 1697. Severioribus studiis vividam ingenii indolem dicavit: ideòque Philosophiam, & Theologiam summa cum laude didicit. Harum scientiarum Lector renunciatus, sodales suos eadem docuit; ac in his explanandis semper insigni mentis acie laudabiliter se munitum detexit. Hinc meritò Magistri laureâ cohonestatus est Panormi 23. Maii 1711. Eodem etiam tempore sacræ eloquentiæ, & amœniorum literarum studia amplexus est; eoque progressu, ut inter præstantiores divini Verbi præconēs accensendus sit. Orationes etenim suas ita condidit, ut his, quæ ad styli majestatem conferunt, eloquentiæ conjunxerit ornamenta: nimirùm dicendi genus dilucidum, floridumque, verborum proprietatem, eloquutionis lepores, sacrarum scripturarum,

Digitized by Google

rum, Sanctorumque Patrum copiam. Ideoque, cùm uno, eodemque tempore egregiè misceat utile dulci, commovet, docet, & delectat, non sine animarum oblectatione, & beneficio: persæpè etiam in Sanctorũ laudem panegyricas orationes habuit. In quadragesimali curriculo sacri Oratoris munere perfunctus in civitatibus Alcami, Calatafimi, Caltriveterani, Salemis, Catanę, Acis, Cephalœdii, & Panormi, ab omnium ordinum frequentia plausus, ac fructus retulit permagnos. Hoc anno 1714. quo hæc prælo subiiciuntur, vir eximius eloquentię studiis impensè addictus, conciones iterum habet Panormi in cinerali jejunio, magna cum confluentium approbatione. Ipsum laudat Bonaventura Drepanitanus *in Relatione Solemnitatis S. Catharinę Bononiensis pag.* 51. Ex permultis concionibus, sermonibusq; quos è suggestu dixit, hactenus solùm edidit Italicè

Il Salomone Secondo maggiore del Primo, Orazione Panegirica in lode della Sacra Real Maestà di Vittorio Amedeo Primo, Re di Sicilia, di Gerusalemme, di Cipro, Duca di Savoja, Principe del Piemonte &c. Panormi apud Franciscum Cichè 1713. in 4. Cui adnexuit lusus Poeticos Academicorum Panormitanorum, in ejusdem Regis laudẽ. Typis etiam parat

Panegirici diversi.

Sermoni diversi Morali.

Quaresimale.

Brieve istruzione per far bene la santa Communione, e l'Orazione Mentale.

JOANNES CHRISOSTOMUS A S. ANNA Calatanisettensis, Augustinianus Excalceatus, natus 9. Julii 1654. ex familia *Calafato*, Ordini nomen dedit 13. Decembris 1669. in quo solemnia edidit vota 14. Decembris 1670. Absolato studiorum curriculo, juniores Ordinis instruxit. Bis Cœnobium Panormitanum S. Gregorii Prioris munere rexit, ac Provinciæ Panormitanæ præfuit Provincialis. Vivit Panormi. Edidit Italicè

Cento per Una, overo brieve notitia de' grandissimi lucri, e guadagni, che provengono dall'applicatione della satisfatione di tutte le nostre opere buone, che si possono disponere per l'Anime del Purgatorio. Panormi apud Rumulum 1685. in 16.

JOANNES A SANCTO JACOBO MAJORI Panormitanus, Ordinis Excalceatorum S. Augustini, cui nomen dedit anno 1614. ac solemnem emisit professionem 1615. Multis Ordinis muneribus adauctus claruit. Juniores professos instituit, ac cum anno 1614. sese obtulisset, ut peste afflictis inserviret Panormi, & facultatem à Provinciali enixè petiisset; is licentiam denegavit, ne Professorum curam deponeret: attamen peste percussus, Deiparæ Virginis, ac Divæ Rosaliæ ope convaluit. Præfuit utrique Cœnobio Panormitano, Messanensi, & Romano. Generalem Definitorem egit, ac Panormitanam Provinciam rexit. Vivebat anno 1686. Prior Romani Cœnobii, ex Joanne Bartholomæo à S. Claudia *in historia historiographi Excalc. lustr. 5. n. 199. pag.* 99. à quo etiam memoratus: *lust. 7. n. 130. pag.* 221. *n.* 144. *pag.* 223. *lust. 8. n.* 224. *pag.* 237. & alibi. Scripsit

Diarium Ordinis Excalceatorum S. Augustini. m. s. servatur in Archivio Romano ejusdem Ordinis, ex Joanne Bartholomæo *cit. lust. 5. n. 199. pag.* 99.

Manuale Domesticum Ordinis Excalceatorum S. Augustini. m. s. in eodem Archivio: ex eodem *lust. 5. n. 227. pag.* 107. *lust. 6. n.* 54. *pag.* 114. *& lust. 7. n.* 123. *pag.* 220.

Indicem Universalem Professorum Ord. Excalceatorum S. Augustini. m. s. ex eodem *lust. 5. n.* 55. *pag.* 60. *& lust. 7. n.* 17. *pag.* 200.

Cathalogum Universalem defunctorum Ord. Excalceatorum S. Augustini. Citatur ab eodem *lust. 3. n. 1. pag.* 31. & alibi sæpius.

Fratilogium m. s. at deperditum ex eodem *lust. 5. n.* 55. *pag.* 60.

JOANNES LÆTUS Panormitanus, Orator, & Poeta eximius. Claruit circa annum 1500. Scripsit ex Joanne Jacobo Adria *de Valle Mazar. m. s.*

Orationes.

Carmina.

Franciscus Baronius *de majest. Panor. lib. 1. pag. 2. & 3.* Joannis citat: *Orationem de antiquitate Siciliæ.*

JOANNES LEONARDUS HOMODEUS Meuẽsis, claruit anno 1560. Siculo carmine edidit

Historia del Martirio di S. Agrippina. Neapoli apud Joannem Mariam Simonettam 1564. in 8.

JOANNES MARIA COTONIUS non excludendus, ut ex infra dicendis censeo, ex Scriptorum Siculorum albo. Parentibus Joanne, & Vincentia Cotonio Siculis natus est Joannes: hi autem cùm ad nonnulla peragenda familiæ negotia ex urbe Drepani Neapolim profecissent, ibi Vincentia Joannem concepit; ac septimo decurrente mense, quo uterum gerebat Vincentia, Drepanum remeantes, à Turcis pyratis aggressi, Tunetum captivi deducti sunt. Illic, post aliquot dies defuncto patre, Vincentia tempore suo in lucem edidit Joannem Mariam filium 31. Octobris 1667. sine partus dolore, ex summo Dei beneficio, ne obstetricis ope indigeret: hæc enim si accersita adfuisset, è matris sinu puerum distractum, in Mahometanorum manibus deposuisset, ut ab incunabilis illorum errores cum nutricis lacte sugeret. A matre baptismatis lavacro occultè ablutus, cùm annum attigisset, quando vix prima vestigia humi infigere incipiebat, finxit Vincentia, à materno amore edocta, quadam nocte pueri genua verberibus contusa à Dæmonibus familiaribus (quibus nimiùm creduli Barbari fidem adhibent). id verò muliebri clamore comprobare curavit: ut verò firmiùs figmentum astrueret sub nudis pueri pedibus acutas supposuit corylas, quorum vi claudicare cogeretur. Quatriennio fictum claudicationem, cum acerbæ servitutis ærumnis perpessus, demũ libertate donatus est. Tunc enim ab Archiconfraternitate Redemptionis Captivorum, Panormi efflorente, missis Tunetum viris, qui captivos Christianæ fidei cultores redimerent, cùm Barbari putarent

pue-

Digitized by Google

puerum ad quamcumque rem ineptum, gracilem, inutilemque; matrem verò exanguem, ac penè mortuam observarent, oblatum utriusque pretium recepere: itaque Panormum cum aliis redemptis Joannes advectus anno 1673. in Cathedrali Ecclesia iterum sub conditione solemniter baptismi sacramẽto renatus est mense Julii 1673. Drepanum exinde delatus, ibi domicilium fixit, ibique nunc vivit. Hinc Joannes origine, & habitatione Drepanitanus, generatione Neapolitanus, ortu Tunetanus, baptismo Panormitanus: ideoque non insulsè Joannes de se ipso cecinit:

Siren me genuit, Tunetum mihi præbuit auram,
Pulcher Oretus aquas, Drepanú invictissima sedẽ.

vel alio modo;

Huic Siren, Tunetum, Urbs Erycæ, Drepanúq; dedere
Lac vitæ, Cunas, Balnea sacra, Domum.

Literarum studiis dicatus, medicæ facultati operam dedit, ac Philosophiæ, & medicinæ laureâ insignitus est. Doctrinâ egregiè ornatus sedulam operam ægrotantibus præstitit: ac diu Consultorẽ Deputationis Sanitatis in urbe Drepani egit. Nec ab amœnioribus literis alienus vixit; poeticis enim studiis, ac politioribus literis ingenii dotes mirificè expolivit: & in Drepanitana Academia Noctuæ adscriptus, sui æstimationem promernit. Vivit hoc anno 1714. vir eximius, meliori fortunâ dignus, ingenio, doctrinâ, & eruditione conspicuus. Edidit opus inscriptum

Oedipus Medicus, sive in nonnulla vetustatis Adagia Medica Explicatio Joannis Mariæ Cottone V. J. Philosophiæ, ac Medicinæ Doctoris Siculi Panormitani. Opus parænetieum etiam non Æsculapiis dicatum. Decas Prima. Romæ apud Josephum Vannacci 1704. in 4. At opus hoc, non dum publici juris, optatum finem expectat.

Italicè

La Virtù foriera di contenti alla Religione Cattolica, ed auguratrice di vittorie al nome sempre immortale di Filippo Quinto il Magnanimo, il Cattolico Re di Spagna &c. in occasione del Comple años festeggiato dalla Religiosissima fedeltà dell' Invittissima, e Fedelissima Città di Trapani. Drepani apud Francum 1710. in 4.

Li Tre Cieli Aperti dalla Religiosa Fedeltà dell' Invittissima Città di Trapani sù l'eminenza delle sue cinque Torri, à vista del Mondo Cattolico, in occasione della Trionfal Solennità festeggiata per un Triduo alle Vittorie del suo Augustissimo Monarca Filippo V. per la disfatta degli Eserciti de' Collegati nel Campo di Villa Viziosa. Ibidem apud eumdem 1711. in 4.

Prælo etiam paravit hæc alia inscripta:

Oedipus Medicus, sive in nonnulla vetustatis Adagia Medica explicatio. Decas Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Sexta, Septima, Octava, Nona, & Decima. In novem tomos distributa in 4.

Ariadne Medicorum, manuducens Medicinæ candidatos ad discriminandos similes morbos: sive de signis equivocis. in fol. Italicè etiam

Lettere Medico-Politiche. in 8.

Il Medico in Villa. in 8.

JOANNES MILENSIS Ordinis Minimorum, unus ex primis sociis S. Francisci de Paula Ordinis Conditoris. Claruit vitæ sanctimoniâ insignis circa annum 1500. In vita, & post mortem miraculis longè, latèque effulsit. De eo Franciscus Lanovius *in Chronic. Minimor.* Bartholomæus Maggiolus *in vitis Sociorum S. Franc. de Paula pag.* 137. Scripsit Italicè

Vita di S. Francesco di Paola. Hanc citant Isidorus Toscanus *in vita ejusdem lib.* 1. *cap.* 6. *pag.* 21. & Franciscus Longobardus *in adnot. ad vitam S. Francisci de Paula epist.* 32. 42. 73. 75. & 78. *pag.* 157. 196. 327. 332. & 346.

JOANNES PETRUS APULUS Messanensis Juris utriusque Doctor, claruit anno 1496. Collegit, in ordinem digessit, procœmiis, ac carminibus ornavit

Capitula, & Constitutiones Regni Siciliæ. Messanæ apud Andream de Bruges 1497. in fol.

JOANNES RICCIARUS nobilis Catanensis Jurisconsultus doctrinâ apprimè instructus, sui opinionem latissimè propagavit. Natus anno 1614. ac Jurisprudentiæ studia amplexus, eò profecit, ut dignus habitus sit, in Catanensi Academia, Pontificia Jura publicè docere. In patrio etiam foro Judicem egit: at majora promeritus ad suprema Siciliæ subsellia translatus est: ideo de Magnæ Regiæ Curiæ Tribunali quater Judicis munere præfuit, nempè anno 1654. 1661. 1669. & 1676. Demum Fisci Patronus Regii Patrimonii electus, honoribus, meritisque plenus Panormi decessit anno 1682. Ipsum laudant Nicolaus Riccius *de renunciatione Paragii art.* 30 *n.* 63. *pag.* 179. & Ignatius Gastonus *in discep. pro studiis Catanæ discep.* 1. *n.* 20. *pag.* 10. Scripsit

De Censibus Tractatum. m. s. in fol. Etsi opus adhuc ineditum, in multis Jurisconsultorum Bibliothecis Panormi asservatur: eoque etiam vivente allegabatur, & nunc passim adducitur. Scripsit etiam

De Exceptione Cedendarum.

De Fideicommisso agnatitio. aliaque.

JOANNES ZITUS, ET REGIUS Panormitanus, parentibus Petro Zito, & Catharina Regio (hæc se ex nobili Regiorum familia progenitam dicebat) natus 29. Aprilis 1653. adolescens anno 1665. in Panormitanum Clericorum Seminarium exceptus, decennio ne dum mitioribus literis, Grammaticæ, & Rhetoricæ operam navavit, verùm etiam magno progressu severioribus Philosophiæ, ac Theologiæ disciplinis eruditus; Sacræ Theologiæ lauream accepit in Panormitano Collegio Soc. Jesu. Ad poetica studia mirè propensus, vividam elegantissimi ingenii indolem his impensè devovit; eòque profecit, ut inter præstantiores Patriæ Poetas effulserit. Summa cum laude, ac plausu latinâ, Italicâ, Hispanicâ, ac vernaculâ linguâ multa condidit, tum ad animi remissionem, tum ut amicis morem gereret. In concinnandis verò poeticis monumentis divitem, facilemque venam profundere videbatur: nec ullum cujuscumque hebdomadæ curriculum præterire patiebatur, quin aliquid

novi

Digitized by Google

metricè non procuderet. Eâ in hiſce ſtudiis valuit opinione, ut multi ejus judicio opera poetica excudenda libenter ſubmitterent; & ipſe metri ſonitum, & dictionis elegantiam, elimaret; orthographiæ leges, ac linguæ nitorem (cujus erat rigidus cenſor) caſtigaret. Doctrinâ, eruditione ſacrâ, & profanâ, ac amœnioribus literis inſignis, haud exiguam æſtimationem aſſequutus, aliquot Principum à ſecretis fuit. In Panormitana Reaccenſorum Academia recenſitus, diu in ea enituit à ſecretis. Apud S. Officii Quæſitores fuit librorum cenſor. Anno 1687. ſupremus Capellanus nobiliſſimæ Societatis Pacis electus, eo munere præfuit uſque ad ſupremam vitæ lineam. Prudentiâ, & eruditione ſe abundè munitum detexit: ipſumq; perſæpè conſulebant de rebus, ac privilegiis Patriæ, cujus erat amantiſſimus; nec ſine fœlici exitu res obtigebant. Amicorum conſuetudinem multiplici eruditione, ac oris lepore condiebat, quibus omnium benevolentiam ſibi conciliavit. Morum integritate conſpicuus, erga pauperes compaſſiva cordis teneritudine ferebatur, eoſque quâ liberalitate, quâ eloquii dulcedine reficiebat. Ita de Sacerdotii dignitate altè ſentiebat, ut perſæpè eo honore ſe initiatum indoleret; ac maluiſſet ſe ex pauperioribus natum, ac bajulum egiſſe, quàm ſacerdotio inſignitum. A dignitatibus, quibus animarum cura vincta erat, permaximè abhorruit. Morti proximus, multa ingenii monumenta ludrica, vel liberiori ſtylo in ætatis flore condita, igne abſumpſit. Poſt moleſtiſſimum morbum ex urinæ difficultate contractum, & viſcerum inflammatione, infractâ animi conſtantiâ perpeſſum, divinæ voluntati conformis, vivere deſiit Panormi 14. Auguſti 1711. & in Eccleſia S. Mariæ de Miſericordia ſepultus eſt: ejuſque funeri Equitum Societas, à Pace dicta, interfuit. Laudatur à Joanne Maria Amato in libro: *la Conca d'Oro in tripudio pag.* 30. ubi nonnulla ejus carmina exſcribit. Ejus cantiones multæ, vulgò *Sonetti*, partim editæ ſeorſim, partim in aliorum libris circumferuntur. Scripſit, ediditq; Italicè permultos Dialogos muſicis modulis pluries cū plauſu decantatos, qui collecti in juſtum volumen coaleſcerent. Horum nonnulli ſeorſim editi, qui ad meam pervenere notitiam, ſunt:

Il Figlio uccíſo da' Vendemmiatori, ſimbolo dell' Ingratitudine Fariſaica ne la Morte di Criſto Redentore. Neapoli apud Franciſcum Mollū 1684. in 4.

Gioſuè Paciero, e Guerriero. Panormi apud Jacobum Epirum 1687. in 4.

Palermo Città Felice, Regia di Godimenti, ove Zefiro ſi ſpoſa a Clori. Serenata. Ibidem apud eumdem 1688. in 4.

S. Maria de Cerbellon, detta de Socos, liberatrice de' Naviganti ne' pericoli de le tempeſte del mare. Ibidem apud Petrum Coppolam 1696. in 4.

Il Tempio de la Pace, ove ſi adora il diviniſſimo Sacramento. Ibidem apud eumdem 1696. in 4.

Applauſo Poetico per l'arrivo ſoſpirato nella Città di Palermo dell'Ecc. Sig. D. Pietro Colon, e Portogallo della Cueva, ed Henriquez, Grand' Almirante dell'Indie, Duca di Veragua &c. Vicerè, e Capitan Generale di Sicilia. Ibidem apud Auguſtinum Epirum 1696. in 4. Prodiit etiam Hiſpano carmine ab eodem Auctore editus, eodem anno, & forma.

La Fede Trionfante nella Vita, e Glorioſo Martirio di S. Ciro. Drepani apud Bartholomæum Francum 1696. in 4. & Panormi apud Michaelem Conſtantium 1697. in 4.

La Nave in porto carica del Pane, che ci ſoſtenta, Maria Annunciata feconda del Divin Verbo. Panormi apud Auguſtinum Epirum 1697. in 4.

La liberazione del Popolo Ebreo per mezzo del Mar Roſſo, figura della noſtra ſalvazione per mezzo del ſangue del Redentore. Ibidem apud eumdem 1697. in 4.

La Temporale Generazione del Verbo da Madre ſenza Padre, non diſſimile all'eterna Generazione da Padre ſenza Madre, rende Maria Vergine privileggiata quaſi Dea nella ſua puriſſima Annunciazione. Ibidem apud eumdem 1700. in 4.

I Prodigj della Grazia più adorabili nella Concezzione Immacolata della Vergine SS. Ibidem apud Dominicum Corteſium 1702. in 8.

Il più magnifico Trionfo della Pace nella conſecrazione del Tempio di Salomone. Ibidem apud Joſephum Gramignanum 1702. in 4.

Per la feſta Popolare della Vergine SS. delle Nevi. Canzonetta. Ibidem apud Corteſium 1703. in 4.

S. Eduardo Re d'Inghilterra, detto il Pacifico. Ibidem apud Thomam Aiccardum 1704. in 4.

Epitalamio Sacro da cantarſi nella fontuoſiſſima Chieſa del Monaſtero del SS. Salvatore dell'Ordine del Primo Patriarca S. Baſilio della felice Città di Palermo per lo Monacato della Signora D. Franceſca Lanza. Ibidem apud Felicem Marinum 1704. in 4.

L'Arione Lisboneſe. Ibidem apud Dominicum Corteſium 1704. in 4.

Edenda reliquit hæc alia

La S. Roſalia Rappreſentazione Sacra. Hanc numeris omnibus abſolutam, m. ſ. in 4. ſervat Joſephus la Placa Urbis Panormi Syndicus.

Poeſie Liriche. Apud Salvatorem Ruffum Panormitanum Tertii Ord. S. Franciſci.

Sermoni Sacri.

Sonetti.

Epigrammata.

JONIUS Siculus Grammaticus, cujus meminit Antonius Poſſevinus in indice operum m.ſſ. in Bibliotheca S. Salvatoris Meſſanæ, edito in fine *tom.* 3. *appar. ſacri pag.* 52. qui ſcripſiſſe tradit Græcè

Encomium in S. Nectarium Patriarcham Conſtantinopolitanum. m. ſ. in fol. Ex hoc encomio ſcimus poſt annum 378. claruiſſe, eo enim anno vixit Nectarius.

JORDANUS A S. VINCENTIO Caccabenſis, ex familia Faſo, Ordinis Excalceatorum S. Auguſtini, Theologus, & Concionator eximius. Quadrageſimali tempore in nonnullis Siciliæ oppidis conciones habuit. Anno ætatis ſuæ circiter

Digitized by Google

citer 40. obiit Panormi 4. Septembris 1709. Edidit Italicè

Il Cavaliero dell'Apocalisse ammirato dal contemplativo di Patmos al capitolo 19. delle sue visioni. Panegirico Sacro alle glorie dell'Illustriss. Martire S. Giorgio Protettore della Piana degl'Albanesi. Panormi apud Josephũ Gramignanũ 1700. in 4.

Scripsit etiam, sed non prodiit, *opus pro morientibus adjuvandis.*

JOSEPHUS CAFORA Panormitanus, vir amœnioribus literis impensè excultus. Hujus pater fuit

ANTONINUS CAFORA Panormitanus, natus 8. Octobris 1661. Tabellionis munere perfunctus, & à Rationibus Magni Panormitani Nosocomii constitutus, sui æstimationem promeruit. Ingenium planè egregium, nonnullis scientiis insignitèr excoluit; præsertim Philosophiâ, Theologiâ tum Scholasticâ, tum Morali, Jurisprudentiâ, aliisque facultatibus. Mechanicis etiam artibus, ac picturæ operam dedit. Rhetoricæ peritiâ nimiùm valuit: ideoque latina ejus ingenii monumenta non sine admiratione adhuc observantur. Poesis amantissimus, nonnullos dialogos, musicis notis decantatos, edidit, à styli gravitate, ac metri facilitate laudatus. Obiit Panormi 13. Julii 1700. Ex prælo datis Italicè, hæc præ manibus habeo:

Le Gare de' Pianeti per l'Arca Trionfante, simbolo dell'Assuntione della SS. Vergine, Dialogo per musica. Panormi apud Petrum de Isola 1682. in 4.

La Pietà Trionfante, per l'Annunziazione della Vergine, Dialogo per musica. Ibidem apud Carolum Adamum 1691. in 4.

Scripsit etiam

La Circe, Drama per musica. m. s.

La Fenice Rinovata. Veridica Relazione della Fondazione dello Spedale Grande di Palermo. Asservatur m. s. in 4. in Archivio ejusdem Nosocomii, in Bibliotheca Josephi Valguarneræ Nixemis Principis, & apud Joannem Mariam Amatum Soc. Jesu. Scripsit & alia.

Josephus filius natus 1689. paterna vestigia sequutus, poetica studia amplexus est; ac eximias ingenii dotes amœnioribus literis expolivit. Vivit hoc anno 1714. Scripsit, ediditque multa inscripta:

Sacræ Nuptiæ in novo Paradiso Terrestri à divino Amore celebratæ. Panormi apud Felicem Marinum 1709. in 4.

Italicè

L'Eroina de la Fede, Sagra Rappresentazione del Martirio de la gloriosa Vergine Santa Christina Patrona de la Città di Palermo. Ibidem typis Antonii Pecoræ 1713. in 12.

La Stella Diana conduttrice dell'Alba foriera del Sole. Dialogo. Romæ apud Zenobiũ 1710. in 4.

L'Anima nella Fucina di Amor Divino. Dialogo. Pluries typis traditum, & sub aliis titulis; præsertim Panormi apud Antonium Pecoram 1710. in 4.

La Povertà Felice, Terrestre Paradiso dell'Anima. Dialogo. Ibidem apud eumdẽ 1710. in 4.

Noè nell'Arca liberato dal Diluvio. Ibidem apud eumdem 1711. in 4.

Davidde il forte. Dialogo. Ibidem apud Antoninum Epirum 1711. in 4.

Amalec abbattuto. Dialogo. Ibidem apud Joannem Baptistam Aiccardum 1711. in 4.

La Volontà Illuminata. Poesia allegorica musicale. Ibidem apud Felicem Marinum 1711. in 4.

Il Giove Ibero. Prologo. Ibidem apud eumdem 1711. in 4.

L'Invidia depressa. Prologo drammatico. Romæ apud Zenobium 1711. in 4.

La Colomba scampata. Dialogo. Panormi apud Antoninum Epirum 1712. in 4.

Marte Innamorato. Prologo. Ibidem apud Felicem Marinum 1712. in 4.

La Pietra Vittoriosa. Dialogo. Ibidem apud Antoninum Epirum 1713. in 4.

Lo Riparo dell'Anime divote. Dialogo. Romæ apud Bernabò 1713. in 4.

La Colpa abbattuta dalla Purità Trionfante Dialogo. Panormi apud Gasparem Bajonam 1713. in 8.

L'Egitto ristorato da Giuseppe. Dialogo. Ibidem apud eumdem 1713. in 8.

Hæc etiam edidit, quæ non vidi:

Gli Acquisti del Cielo.
L'Arca abbattitrice di Gerico.
Il Riscatto del Mondo.
Il Figlio della Povertà.
L'Orione.
La Pesca d'Amor Divino.
L'Amor Vendicato.

Latinè

Alcides laureatus.
Pomi damna ab Eucharistico cibo restaurata.

Demum hæc alia scripsit, quæ publicam lucem expectant, condita ut in scenis exhibeantur:

La Rosa di Conca d'Oro coltivata nel Pellegrino, per S. Rosalia.
L'Amazzone Palermitana, per S. Agata.
La Sacra Ninfa d'Oreto, per S. Ninfa.
L'Oliva della Città tutt'Orto, per S. Oliva.
La S. Silvia.
La Perla in Conchiglia, per S. Margarita Eremita.
Lo Sposo Vergine del Tebro, per S. Alesio.
L'Innocenza Incolpata, per S. Marina.
L'Immensità nelle fascie, overo il Sole a mezza notte.
La Primavera in Decembre.
I Caprieci d'Amore, e del Destino.
La Caccia d'Amore.
Gli Abborriti adorati.
Le Vicende della fortuna.
La Regina Pastorella.
La Virtù Bersagliata.

Alia etiam habet præ manibus, quæ omnia, Deo favente, lucem aspicient.

JOSEPHUS CANNIZZARUS Panormitanus, Juris utriusque Doctor, eximius Causarum Patronus doctrinâ clarissimus. Judicem in Concistorii

Digitized by Google

rorii Tribunali egit. A Regiis Rationibus Magiſter electus, obiit Panormi 13. Novembris 1648. Ipſum laudat Franciſcus Magrettus *in pragm. Ducis Sermonetæ* §. 31. *obſer.* 3. *pag.* 295. Hujus extant

Allegationes. Apud Franciſcum Baronium *de Citatione tom.* 2. *pag.* 359.

JOSEPHUS DOMINICI Panormitanus, Juris utriuſque Doctor inſignis. Panormitanum dixi, Dominico enim patre, viro honeſto, Panormi lucis uſuram accepit 6. Junii 1607. ut clarè liquet ex libro 47. Cathedralis Eccleſiæ, in quo Baptizatorum nomina adnotantur *pag.* 39. quod etiam mecum obſervavit Vincentius Auria, ac ſcripſit *in Chronol. Proregum Siciliæ pag.* 301. ubi ex typographi incuriâ extat an. 1602. pro 1607. Panormitanum etiam fuiſſe non reticuit Petrus Anſalonius *in ſua familia Anſalonia pag.* 294. A verò itaque aberrat Vincentius Solitus, qui *in hiſtor. Therm. tom.* 2. *par.* 6. *cap.* 3. *pag.* 135. inter Illuſtres Thermitanos Joſephum accenſet. In humanioribus literis, ac Philoſophiæ ſpatiis adoleſcens egregiè profecit, & ad magna ſeſe extuliſſet, niſi Juriſprudentiæ ſtudiis animum appuliſſet. Doctoris laureâ inſignitus, & à doctrina, & eloquentia celebratus, inter præſtantiores cauſarum Patronos effulſit: ideoque non immeritò ad nonnullos Cæſarei Juris honores evectus eſt. Pluries per ſeptemnium in Panormitano Prætorio, ac Magnæ Regiæ Curiæ Foro integerrimi Judicis munere claruit. Mox Regii Patrimonii, & Magnę Regię Curię Fiſci Patronus, & à Rationibus Magiſter renunciatus eſt. Demum anno 1670. Conciſtorii Sacræ Regiæ Conſcientiæ Præſes electus, ſui æſtimationem amplificavit. Præfuiſſet etiam Præſidis honore in Regii Patrimonii Senatu, at cùm Regium electionis chirographum, Joſephum lætali morbo affectum adinveniſſet, mors Panormi ſubſequuta anno 1672. eidem dignitatis adeptionem prohibuit. Sepultus jacet in Eccleſia S. Franciſci Minorum Conventualium, in cujus ſepulchro è marmore, ſub ejus ſtatua, hæc legitur inſcriptio.

Ill. D. Joſeph Dominici
illa viva legum vox, & oraculum hìc tacet,
alibi proclamatura in æternum fama.
Prætorianum, & R. Forum per ſeptemnium rexit,
F. Patronum, & à Rationibus Magiſtrum
egit, & meruit, Trib. C. S. R. C. præfuit,
Mox Reg. Patrimonii præfunctus, ni mors
præveniſſet.
Tu mei viri ingenium, ſtudia, conſilia, mores,
& virtutes omnes ne quærito, cuncta hoc
ſub marmore, unà cum fortuna, & ſpe mea
omni, tumulari volui, & lugeo D. Lucretia
Dominici, & Calvello anno M.DC.LXXII.

De eo, præter auctores citatos, Joſephus Galeanus *in epiſt. nuncupat. Vitæ S. Roſaliæ*, & Franciſcus Strada *in quiet. pag.* 15. Edidit

Paſſionem Chriſti Domini à SS. Rege, & Prophetâ David contemplatam. Panormi apud Nicolaum Buam, & Michaelem Portamnovam 1649. in 8.

Addit Strada cit. *Multa ſcripſit, ſed hæredum incuriâ non adhuc ſunt typis demandata.*

JOSEPHUS DE EVOLA ex oppido Liminæ, edidit vernaculâ linguâ

Le Tragiche Sventure della Sicilia per il Terremoto ſortito a 9. e 11. Gennaro 1693. Poema Siciliano. Catanæ apud Paulum Biſagnium 1693. in 8.

JOSEPHUS GRANUS Saccenſis Doctor, & Sacerdos, evulgavit Italicè

Compendioſo Raguaglio de' grati oſſequii offerti nella digniſſima Città di Sciacca nel 1666. in proſcioglimento annuale del voto fatto nel 1626. alla puriſſima Vergine del Soccorſo, per la liberatione dalla Peſte. Panormi apud Didacum Buam, & Petrum Camagnam 1666. in 4.

JOSEPHUS GRIMALDUS Erycinus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Concionator eximius. Edidit Italicè

La Sacra Cetera modulata a far ballare i cuori feſtanti degli Ericini con ſalti ſublimi di gratitudine. Panegirico della Vergine SS. di Cuſtonaci. Panormi typis Joannis Bap. Aiccardi 1708. in 4.

JOSEPHUS GULI' Meſſanenſis Sacerdos, honeſtè natus 13. Aprilis 1668. ac literariis exercitationibus ab infantia deditus, magni ingenii, vel ipſis in primordiis ſpecimen dedit. In Meſſanenſi Collegio Societatis Jeſu Hebraicis, Græciſque literis imbutus eſt: Rhetorices præceptis, Philoſophiâ, Theologiâ Scholaſticâ, & Morali, ac Mathematicis diſciplinis egregiè inſtructus, ad emeritam Philoſophię, & Theologię lauream promotus fuit. Etſi à ſuis omnibus ad Juriſprudentiæ ſtudia exſtimulatus; attamen naturæ vi ad humaniores literas propenſus, ad eas rediit. In epiſtolis conſcribendis Joanne Bernardino Noceto (de quo ſuo loco) duce, eò pervenit, ut ſive ad Pontifices, ſive ad Reges, ſive ad magnæ notæ Principes, publico, privatove nomine, nonniſi Joſephi manu Meſſanæ ſcribatur. Italicæ linguæ ſtudio clarus, Bocacii, & Petrarchæ amantiſſimus, obortas de ea dubitationes, in dies enodare ſolitus, hac de re abundè dicere aſſuevit. Omnium primus Academiæ Dogmatico-Morali (de ea in hac appendice *pag.* 4.) nomen dedit, in eaque doctrinæ lumina magno cum plauſu effudit. In Clytiæ Academia adſcriptus, à poeticis, ac oratoriis ſtudiis laudatiſſimus, cultioribus ingenii monumentis, quà latino, quà Hiſpano, quà Etruſco, ac Siculo idiomate conditis, principem ſibi locum vindicavit. Coram Siciliæ Moderatoribus, Meſſanenſibus Archiepiſcopis, ac Magiſtratibus perſæpè è ſuggeſtu auditus, laudes in ſui ornamentum excitavit. Vivit modò in patria cum maxima civium, Præſulum, Dynaſtarum, ac eruditorum æſtimatione, ac plauſu; doctrinâ, & eruditione clarus, Cathalaunorum Templi, ſub Virginis Annunciatæ titulo, Præfectus. Multa ſcripſit, typis tradenda: at ſolùm Italicè nonniſi breviora edita, hęc ſunt:

L'Inferno deluſo. Per la B. Euſtochia Calafati, Fondatrice del Monaſtero di Monte Vergine di Meſſina. Meſſanæ typis Vincentii de Amico 1688. in 8.

Digitized by Google

Daniele Illeso fra Leoni. Ibidem apud Dominicum Costam 1690. in 4.

La Costanza di S. Dimpna. Ibidem typis Vincentii de Amico 1691. in 4.

L'Amor Divino pronubo alle nozze dell'Agnello Celeste. Ibidem apud Dominicum Costam 1692. in 4.

Vendica il Ciel de' Tempj sopi gli oltraggi. La Morte di Baldassarre. Ibidem apud Vincentium de Amico 1695. in 8.

Il Tempio rifatto da' Machabei. Ibidem apud eumdem 1697. in 4. & Panormi apud Epirum 1699. in 8.

La Mistica Abisag. Messanæ apud Vincentium de Amico 1698. in 8.

La Morte di Sansone. Ibidem apud eumdem 1699. in 8. & apud Dominicum Costam 1703. in 8. & Panormi apud Augustinum Epirum 1699. in 8.

Il Candore illeso fra le insidie dell'ombre. Messanæ apud Costam 1699. in 4.

Il Mondo illuminato. Ibidem apud Antoninum Maffeum 1700. in 8.

Il triplicato laccio del Santo Imeneo. Ibidem apud Dominicum Costam 1703. in 4.

Il viaggio di Rebecca per isposarsi ad Isaac. Ibidem apud eumdem 1704. in 4.

Le feste Saturnali rinovate col titolo di Filippine dalla Real Società del Girasole, per il dì natale del suo Mecenate Monarca. Ibidem apud eumdem 1704. in 4.

La SS. Eucaristia in nostra difesa contro l'infernal nemico. Ibidem apud eumdem 1705. in 4.

Le Profezie della Fede per S. Silvestro di Traina. Ibidem apud eumdem 1705. in 4.

Dialoghi fra Pastori nel Santo Natale del Signore cinque. Ibidem apud eumdem 1697. in 8. & alii duo ibidem apud Vincentium de Amico 1698. & 1702. in 8.

Edidit etiam latinè

Rhythmos pro Solemnitatibus B. Mariæ Virginis à Sacris Literis, S. Pauli Apostoli, S. Cæciliæ, SS. Eucharistiæ, S. Gajetani, funebres, Genethliacos, Epitalamicos, Encomiasticos. Messanæ apud eumdem 1690. 1692. 1695. 1696. 1699. 1701. in 4.

Hispanicè

Alabanças del Exc. Señor Duque de Veraguas Virrey de Cicilia. Ibidem apud Maffeū 1700. in 4.

Quæ verò, Deo annuente, in lucem emittet, hæc sunt:

De Scientia Media tractatum unicum.

De Indulgentiis tractatus duos.

Italicè

Prediche dell'Avvento.

Panegirici Sacri.

Brieve Istruzione per cõporre Poesie da musica.

Delle Voci Toscane proprie del Verso, e della Prosa.

JOSEPHUS LOMBARDUS Monteregalensis, Sacræ Theologiæ Doctor, vir doctrinâ, & virtutis famâ conspicuus: olim in patria Ecclesiæ SS. Crucifixi Canonicus, & Decanus, exinde abdicatâ dignitate, Congregationem Oratorii Panormitani ingressus, ibidem obiit 15. Februarii 1712. Edidit opusculum inscriptum:

Liber Judicum, Panegyris Em. & Rev. Domino D. Francisco S. R. E. tit. S. Sabinæ Presbytero Cardinali de Judice. Panormi typis Michaelis Constantii 1704. in fol.

Huic etiam adscribunt libellum, Italicè editū, sub nomine Josephi Antonii Aloi, cui titulus:

Granelli di Senape, overo motivi efficaci ad amare Gesù Crocifisso, la di cui miracolosa Imagine si venera nell'insigne Chiesa Collegiata della Città di Monreale, seminati nel cuore de' Fedeli. Ibidem typis Felicis Marini 1711. in 12.

JOSEPHUS MAGDALENA Panormitanus Apparitor Regius, vulgò *Agozino*: vir admodum facetus: qui tempore Baccanalium ludrica veste indutus, Mimum agebat. In principes enim Panormi vias prosilire solitus, jocosis adinventionibus cives ad risum excitabat: festivissimo verò ingenio munitus, carmina recitabat lepidissima, macheronico metro condita, quibus jucunda oblectatione omnes afficiebat. Ex his nonnulla edidit, nempe:

Barcelloniade Poema Epico, & Macheronico. Panormi typis Petri de Isola 1653. in 4.

Elegia Macheronica in adventu Dominæ Thomasiæ de Sandoval, & Bosco, Ducis Infantadi Siciliæ Proregis Sororis. Ibidem apud eumdem 1655. in 4.

Principeis Poema Heroi-Comicum in Palermo festi-giubilo. Ibidem apud eumdem 1658. in 4.

JOSEPHUS MARIA SALOMONIUS Panormitanus Societatis Jesu. Emensis de more Societatis, graviorum disciplinarum spatiis, sacræ eloquentiæ operam dedit, eoque progressu, ut magnâ confluentium frequentiâ, magnoq; plausu, conciones habuerit in cinerali jejunio tum pluries Panormi, tum in præcipuis Siciliæ urbibus; ab eruditione, dicendi copiâ, aliisque egregii Oratoris partibus commendatus. Concionibus verò suis summo cum spiritus ardore habitis, haud exiguos animarum fructus collegit: at inopinatâ ægritudine affectus, ab incœpto munere desistere coactus est, non sine bonorum dolore. Vivit Panormi hoc anno 1714. vir morum probitate conspicuus. Edidit Italicè

La nuova Fata Morgana delle Grazie, che tra l'aure Messinesi nella lettera di Maria Vergine riflette tutte le bellezze dell'Empireo. Panegirico Sacro. Messanæ typis Vincentii de Amico 1702. in 4.

JOSEPHUS MARIA TRAINITUS Messanensis, Tertii Ordinis S. Francisci, natus 13. Martii 1660. humanioribus literis vividas ingenii dotes felicitèr dicavit, mox Rhetoricæ magno progressu, ac laude haud vulgari. Adhuc adolescens Philosophiæ, Geometriæ, Musicæ, ac amœniori literaturę cum singulari profectu operam dedit. Ordinem ingressus anno 1684. solemnia emisit vota mense Maii 1685. Romæ in Siculo Collegio S. Pauli ad Arenulam: ibique emensis Sacræ Theologiæ spatiis, ad Lectoris gradum evectus est. In Bononiensi Cœnobio Philosophiam docuit: in Romano verò magnam Theologiæ partem:

Digitized by Google

tem: at moleſtâ diſtillatione coactus, Panormum tranſiit, & in Cœnobio S. Mariæ de Miſericordia eamdem proſequutus, ob detectam doctrinam, ac in diſputationibus mentis aciem, doctiorum amorem, ac venerationem ſibi comparavit: ideoque caritâ Doctoris laureâ donatus eſt. Muſicæ peritus, ac politioribus literis inſigniter ornatus, ad modulos armonicos accommodavit ~~Pſalmos, Dialogos, aliaſque Eccleſiæ preces, non~~ ſine audientium oblectatione. Sacrâ eloquentiâ dives, & in Sanctorum Patrum, & Sacrarum literarum lectione verſatus, ſæpiùs conciones habuit, ac eximii Oratoris laudes promeruit. In patriam regreſſus, literarum ſtudia nunquam neglexit: ideoque in Clytiæ Academiam, & in Dogmatico-Moralem, apud Antoninum Ruffum Meſſanæ efflorentem, exceptus, quæ protulit ingenii monumenta, laudibus honeſtata ſenſit. Sacris literis, Morali Theologiâ, & Canonico Jure inſtructiſſimus ubique innotuit: ac pluries de difficillimis harum facultatum quæſtionibus conſultus, quanta doctrinâ, & eruditione polluerit, abundè patefecit. Hinc meritò Joſephus Migliaccius Panormitanus, Archiepiſcopus Meſſanenſis, Theologum ſuum, ac Cleri Examinatorem delegit. Hoc anno 1714. vivit Meſſanæ gravioribus ſtudiis indefeſſè addictus. Edidit

Reſponſum pro actu Juſtitiæ punitivæ exercito per Superiorem in Subditum. Meſſanæ typis Victorini Maffei 1711. in 4. Huic ad calcem ſubnectuntur cenſuræ 22. Theologorum, tum Sæcularium, tum Regularium, qui Auctoris ingenium, doctrinam, & eruditionem commendant.

Theologum conſultum ab Ordinando, ſeu Colloquia ad Eccleſiaſticam Ordinationem pertinentia. Ibidem typis Vincentii de Amico 1713. in 12.

Prælo parat

Confeſſarium exiſtentiâ in neceſſitatis articulo.

Quæſtiones Canonicas, & Morales.

Diſquiſitiones Biblicas, & Morales.

Italicè

Annuale, e diſcorſi per tutte le Domeniche dell'Anno.

Rime dell'Incenerito.

Proſe.

JOSEPHUS DE MESSANA Meſſanenſis Doctor, & Poeta; Meſſanenſis Officinæ Academicus, claruit anno 1670. Edidit Italicè

Rime. In libro: *Duello delle Muſe. Trattenimento III. IV. e V.* Neapoli typis Andreæ Colichiæ 1670. & 1671. in 4.

JOSEPHUS ROSSUS nobilis Narenſis, natus 28. Auguſti 1625. adoleſcens in literaria palæſtra ſocios omnes ſuperaſſe tradunt. Exinde cum Juriſprudentiæ operam dediſſet, anno ætatis ſuæ 17. Doctoris lauream in Catanenſi Academia accepit. Vir maturi conſilii, ac doctrinæ, omnia patriæ munia honorificè, ſummâque integritate exercuit; Judex enim, Patritius, Capitaneus, Secretus, Syndicus præfuit. Magna æſtimatione proſequutus, Nari deceſſit 9. Maii 1706. & in majori Eccleſia ſepultus eſt. Edidit Italicè

Raggionamento familiare recitato nell'Oratorio de' Bianchi della Città di Naro con l'occaſione de i pietoſi ſuffragii celebrati nella Commemoratione de' fedeli defonti. Panormi apud Petrum de Iſola 1659. in 8.

JOSEPHUS SCIBILIA ex oppido Roccæ, natus 19. Aprilis 1617. Meſſanæ Arithmeticæ ſtudio incubuit: eâque animi contentione, ut inter hujuſce facultatis peritiſſimos effulſerit. Meſſanæ publicè hanc diſciplinam docuit: ut etiam in patrio oppido, ubi octogenario major vivere deſiit 18. Julii 1704. Edidit opus Italicè inſcriptũ:

Brevjature di Giuſeppe Scibilia. Panormi typis Auguſtini Epiri 1701. in 4.

JOSEPHUS SCIMÈ Panormitanus Sacerdos, in lucem editus 28. Junii 1670. in Panormitano Clericorum Seminario mitiores literas, ſeverioreſque ſcientias didicit, ac Sacræ Theologiæ laureâ inſignitus eſt. Juriſprudentiæ etiam operam dedit, ac Doctoris inſigniis cohonestatus, Cæſarea, & Pontificia Jura Panormi docuit, ab inſigni ingenio laudatus. Poetica etiam ſtudia, & oratoriam artem coluit. Chimicæ facultati ingenii dotes admovit: at cùm in ſe ipſo pharmaci, cujuſdam vires experiretur; demum cum vitæ diſpendio hujuſce damna ſentire compulſus, è mortalium numero avulſus eſt 3. Septembris 1710. & in Eccleſia, Jeſu, Mariæque dicata, ſepultus. Edidit Italicè

La Morte felice a chi ben vive. Raggionamento. Panormi apud Joannem Adamum 1695. in 8.

Edenda reliquit, ac in lucem emittet Jacobus Scimè frater, hæc alia inſcripta:

De Illibato Deiparæ conceptu libri duo. in 8.

Faſciculus myrrhæ ad cordis amaritiem pœnitentibus propinatus. in 8.

Cõmentaria in Ariſtotelis libros. Tom. III. in 4.

ISIDORUS GUCCIONUS Panormitanus Sacerdos, Grammatices Profeſſor eximius, honeſtis parentibus natus anno 1684. Panormi hoc anno 1714. ſuperſtes, literarum ſtudia exercet, & fovet. Dum adhuc annum ageret vigeſimum, in lucem emiſit Italicè

Inſtrutione Grammaticale Parte Prima. Panormi apud Felicem Marinum 1704. in 8. Exinde edidit

Inſtrutione Grammaticale Parte Seconda. Ibidem typis Thomæ Pignatari 1707. in 12.

Compendio del Donato. Ibidem apud Franciſcum Cichè 1707. in 8.

Habet præ manibus

Proſodiam metro alligatam.

Pratum Minervæ, ſive eloquutiones latinas è probatis Auctoribus excerptas, cum troporum, figurarumque omnium annotationibus.

AP-

Digitized by Google

APPENDIX PRIMA

AD TOMUM SECUNDUM.

COMPLECTENS SICULOS SCRIPTORES, QUI DUM OPUS EXCUDERETUR, ALIQUID typis tradidere, vel noviter ad Auctoris notitiam pervenere.

LUCIUS FLAMINIUS Siculus, ab Antonio Flaminio diversus, ut innui *tom. 1. pag. 67.* sed an Menensis, ut Antonius Flaminius, an Bidinensis, incompertum est: nam *ex epistolis* Lucii Marinei *lib. 6. & 10.* Siculum tantum fuisse deducimus; perperàm enim Nicolaus Antonius *in Biblioth. Hispan. tom. 2. pag. 357.* Antonium, & Lucium Flaminium confundens, Marinei civem censuit: nam sive intelligat de Antonio, hic Menensis fuit, ex eodem Marineo *lib. 12. epist.* sive de Lucio, & hic non civem suum vocat Marineus, sed solùm Siculum. Cultiori literaturâ expolitus in Hispaniam se contulit noster Lucius, & in Salmaticensi Academia Rhetoricam publicè docuit; ac Naturalem Historiam Plinii interpretatus est in ipso ætatis flore, non sine æmulorum concurrentiùm invidiâ, ut *ex epist.* ejusdem Flaminii ad Marineum patet. At ipsum omnium expectationem superasse proditum est: nam etsi onus, provectioribus etiam grave, Lucii viribus impar putabant; attamen cum ejus doctrinæ, & eruditionis vim, in magna auditorum frequentia intellexissent, pudore omnes, & admiratione affecti, obmutuere. Salamãticæ Frãcisci Bobadillæ contubernalis fuit, quem egregium virum illum putat Nicolaus Antonius *in Biblioth. cit. pag. 358.* qui ad Burgensem Episcopatum evectus est. Hispali etiam Lucius singulis diebus aliquando denas lectiones dictavit, diversorum auctorum libros expendens. Morum elegantiâ, eloquentiâ, eruditione, ingenio, ac virtutum splendore mirificè valuit: ideoque summam benevolentiam sibi comparavit. Lucius præsertim Marineus eumdem amore veluti paterno prosequebatur. Salamanticæ obiisse mense Augusti an. 1509. habetur *ex lib. 10. epist.* Marinei ad Mansum Theologum. Summis laudibus ab eodem Marineo exornatur in locis citatis, ut etiam *lib. 4.* Edidit ex eodem Flaminio *in epist.* ad Marineum

In Plinii Proœmium Commentarium, Orationes, & Carmina. Salamanticæ 1503.

Inter epistolas Lucii Marinei *lib. 6.* extant nostri Flaminii

Epistolæ quinque. Vallisoleti per Arnaldum Gulielmum Brocarium 1514. in fol.

MANFREDUS SAMMATARUS Calatajeronensis Poeta, edidit Italicè

Vita, e Morte de' SS. Crispino, e Crispiniano Martiri in verso eroico. in 8.

MATTHÆUS SURIANUS Siculus orator. Claruit anno 1614. Edidit Italicè ex Joanne Cinello *in Bibl. Vol. plut. 2. pag. 79. & plut. 6. pag. 86.*

Orazione al Serenissimo D. Cosmo Medici Gran Duca di Toscana. Pistoriæ 1614. in 4. & Florentiæ 1614. in 8.

MICHAEL ANGELUS CLARUSMONS Siculus, ac forsan ex oppido Alexandriæ. Claruit anno 1670. Scripsit

Vita di Suor Francesca Furia Tertiaria dell' Ordine di S. Domenico. Hujus confessiones excipiebat Michael Angelus in oppido laudato: & ex hac vita, suam excerpsit Dominicus Maria Marchesius, quam edidit *in Diario Dominicano tom. 5. pag. 209.*

NUNTIUS PERCIABOSCUS Randatiensis, non obscuro sanguine exortus 25. Martii 1676. Adolescens in aulâ Matthæi Fatii Panormitani, Episcopi Pactensis, exceptus (cui Dominicus ejus frater erat à secretis) cùm idem Præsul eximias ejus ingenii partes perpendisset, Rhetoricæ, & amœnioribus literis Nuntium dicavit. His in studiis versatissimus, animi propensionem egregiè excoluit, quam apertissimè à prima ætate detexerat: ac comicis ingenii monumentis, tum prosâ, tum versu conditis, sui laudem excitavit. Defuncto Fatio, cui erat gratissimus, à Josepho Migliaccio Panormitano, Episcopo etiam Pactense, Nuntius inter ipsius aulicos constitutus est: eumque ad Archiepiscopatum Messanensem translatum, sequutus, nunc Messanæ ejus æstimationem, ac literatorum benevolentiam promeretur. Edidit Italicè

Il Fidauro, o vero le Bellicose Vendette favorite dalla Fortuna. Panormi apud Constantium 1698. in 8. carmine.

L'Altamira, overo l'Amorosa simpatia. Messanæ typis Jacobi Maffei 1713. in 8. prosâ.

Prælo has Comœdias etiam paravit

L'Olisara, overo l'Amante Crudele.

Il Polifemo, overo la Tirannide soggiogata.

L'Altamura, overo gli Accidéti del Carnevale.

PAULUS AMATUS Ciminnensis Sacerdos, Jurisprudentiæ Doctor. Natus 24. Januarii 1634. à prima ætate Panormum se contulit, ubi literarum studiis operam dedit. Mathematicis disciplinis ingenii vires dicavit, ac mirificè profecit. Architecturæ, Geometriæ, & Optices studiis, Panormi diù, immò semper, primas obtinuit. His in facultatibus versatissimus, ingenii acie nonnullas penitùs ignotas, novasque regulas adinvenit, à peritis avidissimè exoptatas. Ideoque à variis inventis laudatissimus, celebre sibi nomen comparavit. Per annos 42. disponendis Panormi singulis annis Divæ Rosaliæ festivis

Digitized by Google

ſtivis pompis adhibitus, ingenio, novis ſemper inventionibus fœcundo, triumphalia Virginis ſolemnia, cultiſſimè, juxta architecturæ normam, compoſuit. In ædificiis magnificè, ac affabrè extruendis frequentiſſimè expetitus, laudem promeruit ſummam. Innumeras verſicolorum marmorum moles in variis Eccleſiarum ſacellis conſtructas, Arcus triumphales, Sepulchra, Mauſolea, Altaria, Palatiorum ornamenta, aliaque hujuſmodi adinvenit, graphicè deſignavit, ordinavitque, in quibus juxta ſolidas Opticæ, & architecturæ leges, partium armonia ſemper enituit. His diſciplinis nonnullos inſtruxit diſcipulos, à quibus magiſtri permagna laus excitatur. Hinc æſtimationem à Proceribus, Præſulibus, ac Siciliæ Moderatoribus promeruit. Sculpendi arte peritus multas ære inciſas imagines edidit peregregias. A Panormitano Senatu Urbis Machinator, & Architectus conſultò electus eſt, ac Panormitana Civitate donatus. Vivit hoc anno 1714. octogenarius ab omnibus veneratus. Eumdem laudibus emeritis ornant Joannes Bap. de Judice *in Carminib. par. 1. pag.* 20. Hieronymus Matranga *in Solemnitatib. funebr. & lætis par. 2. pag.* 4. Abb. Michael de Judice *in Panor. magnifica pag.* 28. & in aliis deſcriptionibus feſtivis S. Roſaliæ, à ſe editis: Ignatius de Vio, Petrus Vitalis, aliique *in variis eorumdem feſtorum deſcriptionib.* Habet ſub prælo opus, cui titulus Italicè

La Nuova Prattica di Proſpettiva, nella quale ſi ſpiegano alcune nuove opinioni, e la Regola Univerſale di deſignare in qualunque ſuperficie qualſivoglia oggetto. Opera utile, e neceſſaria a' Pittori, Architetti, Scultori, e Profeſſori del diſegno. Parte Prima. Panormi typis Vincentii Toſcani 1714. in fol. Huic Secunda operis Pars ſubſequetur.

PAULUS LOMBARDINUS Drepanitanus Tertii Ordinis S. Franciſci, natus 26. Julii anno 1660. Ingenium à natura aſſequutus egregium, ejus vires humanioribus literis, ac oratoria arte magno progreſſu expolivit. Tertii Ordinis inſtitutum amplexus eſt Romæ in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam anno 1675. ubi editâ ſolemni profeſſione, ſeverioribus Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudiis operam dedit, quas à celeberrimo Antonio Cotonio accepit. In his addiſcendis ea valuit ingenii acie, ac celeritate, ut in ſcholaſticis diſputationibus Magiſtri, non diſcipuli partes explere videretur. Doctrinâ inſigniter inſtructus eaſdem ſcientias ſodales ſuos docuit: ac ita diſucidè, ac profundè aſtruſiores quæſtiones explanavit, ut tum in domeſticis concertationibus, tum in publicis Romæ Academiis communem omnium plauſum, ac literatorum venerationem promeruerit. Hinc in literariorum laborum præmium Doctoris laureâ in Romana Sapientiæ Academia cohonestatus eſt. Inter primos enituit, qui cum aliis doctiſſimis viris, Præſulibus, ac Ordinis ſui Magiſtris, Romæ Academiâ Dogmatico-Polemicam Sacrorum Conciliorum excitatur anno 1694. in Collegio prædicto S. Pauli, quæ poſtea ad Collegium de Propaganda translata, adhuc floret, ut refert Bartholomæus Piazza *in Euſevol. Rom. cap.* 31. *pag.* 65. Ipſe verò omniù primus in ejus exordio ad ſuſcitanda ea ſtudia, elegantiſſimam habuit orationem. In SS. Patrum lectione, ſacriſq; literis verſatiſſimus, Sacrā Scripturam ſodalibus ſuis aliquandiù expoſuit. Ad pleniorem verò hujus intelligentiam, ac animi ornatum, idiomata Græcum, Hebraicum, & Gallicū didicit. Meritis refertiſſimus ad nonnullos Ordinis honores evectus eſt; nam Examinator, & ſtudiorum Regens Generalis fuit conſtitutus. Pluries Romæ Cœnobium S. Pauli ad Arenulam prudentiâ, regularis obſervantiæ zelo, magnoque illius Collegii beneficio gubernavit; cujus Eccleſiam iconibus egregio penicillo expreſſis, ſacriſque ornamentis inſignivit. Ter Procuratorem Generalem Ordinis egit, cujus partes magna cum laude, & regularis familiæ gloria per novem ſucceſſivè annos exercuit: quod nunquam alii Ordinis Procuratori evenerat. Demum Comitiis Generalibus in Cœnobio Aſſiſii coactis, omnium votorum ſuffragio 3. Junii 1713. ſupremus Ordinis Moderator electus eſt, ad cujus clavum nunc ſedens, longè, latèque effulget. Fabritio Spadæ S. R. E. Cardinali Ordinis Protectori, aliiſque Romanæ Aulæ Præſulibus acceptiſſimus vivit Romæ, à prudentia, doctrina, & integritate commendatus. Ex Gallico idiomate in Italicum transtulit, ediditque ſuppreſſo nomine librum, cui titulus:

Rifleſſioni Morali ſopra l'Iſtoria del Vecchio, e Nuovo Teſtamento, cavate da' SS. Padri per regolare i coſtumi de i Fedeli di ogni condizione, con un brieve Riſtretto nel fine della Sacra Cronologia; data in luce in lingua Franceſe dal Signor di Rayaumont, e ora tradotte in lingua Italiana. Romæ typis Joſephi Nicolai de Martiis 1710. in 8.

PETRUS JARDINA nobilis Panormitanus, ex Marchionibus S. Nymphæ, Clericus Regularis, vir ſanctimoniæ famâ celeberrimus. Natus anno 1585. à ſæculi illecebris divinitùs vocatus, ſpretis mundi oblectamentis, Clericorum Regularium inſtitutum amplexus eſt Panormi anno 1614. In ipſo religioſi tyrocinii curriculo arctiſſimę perfectionis iter impigrè arripuit: editâ verò ſolemni profeſſione 20. Aprilis 1615. nihil illi antiquius niſi omnium virtutum ſtudium, quibus ampliſſimè animum locupletavit. Concepto apoſtolici viri ardore, totus fuit in revocandis ad ſemitam ſalutis perditæ vitæ viris, in conſervanda puellarum pudicitia, in expiandis fidelium conſcientiis, ac moderandis ad ſanctitatis leges, in exſtimulandis ad virtutis amorem cordibus. Innumeros itaque è vitiorum cœno eduxit: varia pietatis monumenta inſtituit; præſertim anno 1645. Conſervatorium, cui nomen *l'Oſpidaletto*, puellis inſtituendis dicatum: Conſervatorium S. Juliani anno 1647. exinde in Monaſterium evectum: Sodalitia nonnulla ad fovendam confluentium pietate. n. Miſſionibus obeundis dicatus ubique cœleſtis ſpiritus ignem effundebat; & ad meliorem frugem omnes traducere ſtudioſè curabat: ideoque ſedulus

Digitized by Google

dulus animarum venator in omnium oculis elucebat. Panormitanam Domum S. Josephi Præpositi munere gubernavit. Ordinis tyrones, ac juniores professos sanctè erudivit. A Siciliæ Moderatoribus, Præsulibus, Dynastis, omnibus veneratus, longè, latèque inclaruit. Meritis, ac virtutibus refertissimus, ac miraculorum gloria illustratus, Panormi sanctè decessit 29. Novembris 1660. Ejus imago graphicè exculta Romæ Superiorum permissu edita est, hac inscriptione exornata.

Vera Effigies Venerabilis Servi Dei P. D. Petri Jardina Panormitani, Clerici Regularis, qui sanctarum heroicarum virtutum, ac dierum plenus obiit Panormi die 29. Novembris 1660. ætatis suæ 75.

Sparsit opes; animas traxit: pia vota cruore
Scripsit: Apostolici cætera cuncta viri.

Ejus vitam scripsit Franciscus Maria Magius Cl. Reg. Panormitanus, cujus editio summoperè desideratur: ab eodem in operibus luci traditis Frequentissimè memoratur, præsertim in libro *Deiparæ Providentiæ cap. 7. pag. 233. in Crucifixo Cathedralis Eccl. Panor. cap. 2. pag. 55. cap. 4. pag. 82. 95. 96. cap. 6. pag. 142. 150. cap. 9. pag. 213. in Vita latina Ven. Ursulæ Benincasæ pag. 385. & seq. in Calateo Religioso disq. 50. pag. 177. & disq. 82. pag. 329. in vita Josephi Caraccioli cap. 17. pag. 324. & 325. in Propos. benè moriendi prop. 6. pag. 55. in ritib. incolendæ solit. to. 1. lib. 1. disq. 13. pag. 80. de sacris Cærem. tom. 1. opusc. 2. disq. 14. pag. 209. disq. 16. pag. 232. disq. 17. pag. 235. disq. 18. pag. 245. tom. 2. opusc. 2. disq. 7. pag. 123. opusc. 3. disq. 2. pag. 241. disp. 7. pag. 263.* & alibi. De eo etiam Josephus Silos *in hist. Cler. Regul. par. 2. lib. 12. pag. 545. lib. 13. pag. 632. & par. 3. lib. 9. pag. 340. &* 341. Joannes Bonifacius Bagatta *in Vita Caroli Tomasii par. 1. cap. 11. pag. 72. &* 74. Bartholomæus Ferrus *in missionib. Cler. Reg. tom. 1. lib. 1. cap. 26. pag. 282.* aliique. Scripsit

Praxim Exercitiorum Spiritualium. m. s. Hoc opus citat laudatus Magius *de ritib. incol. solitud. tom. 1. lib. 5. disq. 9. pag. 253. tom. 2. lib. 11. disq. 4. pag. 467.* & alibi.

PETRUS COELESTINUS Messanensis Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis, Concionator, eruditione, & eloquentiâ clarus. Edidit Italicè

Per San Felice Capuccino Panegirico Sacro. Panormi typis Gasparis Bajonæ 1712. in 4.

SALVATOR MARIA RUFFUS Panormitanus, Tertii Ordinis S. Francisci, lucem aspexit 26. Julii 1674. A pueritia inter coetaneos suos non mediocriter profecit in mitiorum literarum, ac Rhetoricæ studiis, quibus ingenii dotes, ac tenacem memoriam devoverat. His satis instructus, regularem vitam, quam à prima ætate exoptaverat, accepit, Tertii Ordinis institutum amplexus Panormi 21. Januarii 1691. Emissâ professione, Philosophiæ, ac Theologiæ operam dedit, cujus curriculum Romæ confecit in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam. Hinc Philosophiæ Lector enunciatus, in Patriam remeavit, Sodalibus suis eam facultatem tradidit; nunc verò Scholasticam Theologiam in Panormitano Cœnobio S. Mariæ de Misericordia, eosdē docet. Oratoriæ artis præceptis abundè imbutus, panegyricas orationes habuit, sermonesque plures è suggestu ad populum, de Novi Testamenti historiis, ac de virtutibus non sine audientium commendatione. Ut est ingenio ad sacram, profanamque historiam mirè propensus, ecclesiasticæ eruditionis, Siculæque Historiæ, præsertim Patriæ, ac Ordinis sui, literariam supellectilem sibi insigniter comparavit. Quà rogatus, quà consultus de Siciliæ, & Patriæ antiquitatibus responsa scripsit, deditque. Inscriptiones, Elogia, Epistolas, Prolusiones, aliaque similia, latini sermonis puritate, & elegantiâ satis ornata condidit. Notitias quoque historicas pro Patriæ gloria, cujus amantissimus vivit, aliis pluries suggessit: id unum, pro eximia animi sui moderatione, semper urgens, ut ejus nomen penitus lateret. A Superioribus suis jussus, orationem habuit in Comitiis Provincialibus Siciliæ anni 1708. pro recta Moderatoris electione: iterumque aliam dixit iisdem in Comitiis an. 1711. cum eruditionis, & eloquentiæ laude semper auditus. Vivit hoc anno 1714. Panormi, & literatos, quos novit, amat, & veneratur; ab ipsis viciſſim amatus, & veneratus. Inter varia, quæ ex diuturna librorum lectione collegit, & inter schedas servat, methodo, ac ordine digerenda; & tempore suo, Deo favente, typis tradere molitur, solùm ad augendam in Deiparam Virginem pietatem, rogatus edidit Italicè

Lodi, overo Pie Congratulazioni alla Beatissima Vergine Maria Nostra Signora Annunziata dall' Arcangelo S. Gabriele. Panormi typis Didaci Buæ 1708. in 16. & iterum typis ejusdem eodem anno. Ipse omnium primus in Panormitano Cœnobio Ordinis sui, Deiparæ Virgini Annunciatæ dicato, instituit novem Sabathi dies, Annunciationis festum præcedentes: hoc verò pietatis studium editis laudibus, sermonibusque habitis, accendit.

Habet præ manibus

Elogia Virorum Illustrium Tertii Ordinis S. Francisci Provinciæ Siculæ, qui ab anno 1538. Sanctimoniæ famâ, & literis claruerunt, ad nostram usque ætatem.

Elogia Selectiora, quibus Viri Sancti, Summi Pontifices, Reges, Episcopi, Scriptores, & Historici Tertium Ordinem S. Francisci, ejusque Sectatores, tũ Sæculares, tũ Regulares honorificè prosequuntur.

Tractatum de obligationibus Confessarii, & Pœnitentis in materia occasionis, & consuetudinis peccandi; cui subnectuntur ad calcem funesta aliquot exempla.

De Fide Panormitanorum erga Principes, quotquot Siciliam tenuerunt, per omnes ætates, usque ad Philippum V. Hispaniarum Regem.

Italicè

Ristretto della Vita, Virtù, e Miracoli del Ven. Servo di Dio F. Luca da Cirani, della nobil famiglia di Nicastro, Laico Professo del Terz' Ordine di S. Fran-

Digitized by Google

Franceſco, defonto con fama di Santità in Meſſina nel 1603.

Diſcorſo Iſtorico della Naſcita, e Patria del B. Agoſtino Novello Palermitano, della nobil famiglia Termine, Religioſo dell'Ordine di S. Agoſtino.

SALVATOR PISANUS Mylenſis, Franciſci Mariæ, & Laurentii Mariæ, de quibus ſuis locis, frater. Natus 21. Junii 1669. ſeptimus aliorum fratrum, ſine intermedia fœmina: dono ſanandi ſalivâ ſtrumas inſignitus: quod pluries experimentis probatum eſt. Eis ingenii dotibus ornatus ſtatim enituit, ut anno ætatis ſuæ undecimo ſcientiis addiſcendis ſeſe dicaverit. Abſoluto Philoſophiæ curriculo, cùm annum ageret tertiumdecimum, Cæſareo Juri, exinde Pontificio, operam dedit; eaq; jura à Franciſco Maria fratre accepit. Studia legalia proſequutus in Catanenſi Academia, ibidem 9. Aprilis 1686. Doctoris laureâ cohoneſtatus eſt. Doctrinâ abundè exornatus, ſemel & iterum Judicis munere in patria perfunctus, ſui opinionem excitavit. Panormum tranſuectus, eâque civitate donatus, cauſarum patrocinium ſuſcepit in ſupremis Siciliæ ſubſelliis: ac fœlici exitu egregiè propugnavit magni momenti quæſtiones, non ſine permagna doctrinæ laude. Panormitani Prætoris Conſultorem anno 1696. & Senatus ejuſdem urbis Advocatum egit. Anno 1712. Judex Panormitani Prætorii conſtitutus, juſtitiæ zelum ampliſſimè prodidit. Vivit vir inſignis, doctrinâ, probiſque moribus ornatus Panormi hoc anno 1714. Edidit

Allegationes deciſione excelſi M. R. C. Senatus illuſtratas, in cauſa ſucceſſionis feudorum Dominici de Joannio Principis Trium Caſtaneorum, pro D. Maria Anna Alliata Principiſſa Villæ Francæ &c. contra Dominam Hieronymam de Vigintimilliis, & de Joannio Marchioniſſam Hyeracis, ad intellectum textus in l. cobæredi §. qui diſcretas ff. de vulgar. & pupillar. Panormi typis Antonii Pecoræ 1714. in fol.

Habet & *Allegationum tomos duos, deciſionibus roboratarum*, quas, Deo favente, in lucē emittet.

SANCTUS OCCUS Panormitanus, vir amœnioribus literis excultus, poeticis ſtudiis dicatus, latio, Etruſco, ac Siculo carmine multa ſcripſit: at ſolùm edidit Italicè

Il Tempio della Gloria dedicato alla Sacra Real Maeſtà di Vittorio Amedeo Rè di Sicilia, Geruſalemme, e Cipro, Panegirico. Panormi apud Antoninum Epirum 1713. in 4.

SEBASTIANUS RAGUSA Siculus Orator, Sacræ Theologiæ Doctor, Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai, & S. Mariæ de Stella Militelli. Edidit Italicè

La Spada Orazione funebre per l'eſequie dell' Ill. Sig. D. Giacomo Interlandi, de Barbarà, Rizzo, e Rao, Principe di Bellaprima, Barone del Caſale, e feudi Buſcialca, Corvo, Reccurato, ed Anglia. Catanæ apud Biſagnium 1711. in 4.

Digitized by Google

APPENDIX SECUNDA

COMPLECTENS NONNULLA ADDENDA SCRIPTORIBUS, DE QUIBUS EGIT AUCTOR in utroque tomo.

AD TOMUM PRIMUM.

Pag.7. ad AGATHINUM GUIGLIAM,adde: deceſſit Panormi Februarii 1708.

Pag.15. ad ALEXANDRUM BURGOS,adde: Arcadum Academiæ nomen dedit ab anno 1699. Doctrinæ, eloquentiæ,& eruditionis lumina latè emiſit, publicus hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Profeſſor Peruſiæ: Romæ eloquentiæ Præceptor in Archigymnaſio Sapientiæ : nunc in Patavina Academia publicus Methaphyſices Prælector. Ipſum laudant Joannes Marius de Creſcimbenis *in Carminibus pag.*187.& in Arcadia *lib.*5.*pag.*187. ſub Eumonis nomine, Acta Eruditorum Lipſiæ, & Diarium Literatorum Italiæ,locis infra citandis. Edidit etiam

De neceſſitate, & uſu Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in rebus Theologicis diſſertationem. Peruſiæ literis Conſtantini 1702. in 4.

De uſu, & neceſſitate Eloquentiæ in rebus Sacris tractandis,diſſertationem habitam in Archigymnaſio Romanæ Sapientiæ. Romæ excudebat Franciſcus Gonzaga 1710. in 4. Hanc ſummopere laudant Acta Eruditor. Lipſiæ *an.* 1711. *pag.*83. & Diarium Literatorum Italiæ *tom.* 1. *pag.*455.

In funere Leonis X. Orationem. Ibidem apud eumdem 1710. in 4. De ea Diarium cit. *tom.* 2. *pag.* 516.

In funere Leonis X. Orationem alteram. Ibidem typis Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1711. in 4. De ea Diarium cit. *tom.* 6. *pag.* 530.

Orationem pro ſtudiis primæ Philoſophiæ, habitam in Gymnaſio Patavino anno M.DCC.XIII. Patavii typis Seminarii 1713. in 4. Ex Diario cit. *tom.* 13. *pag.* 422.

Pag.21. ad ALPHIUM MATTHIOLUM, adde: Obiit anno 1620.Romæ in Eccleſia S.Mariæ Tranſpontinæ hoc epitaphio cohonestatus.

Hìc jacet
Mag. Alphius Matthiolus Siculus Alcamenſis ſanctitate, doctrinâ,prudentiâ,regimine admirabilis, omnique virtutum genere floridiſſimus.
Multùm docuit, multùm profuit, multùm præfuit.
Obiit M.DC.XX.
ex Carmelitana familia.

De eo etiam Lezana *in annal. Carmel. to.* 4. *an.* 1500. *n.* 5. *pag.* 1004. & Franciſcus à S. Maria *in Chron.Carmel.Excalc.to.*2.*lib.*8.*cap.*67.*pag.*593.

Pag.32. ad ANDREAM MUSCARA', adde: Scripſit etiam

Allegationes. Extant apud Franciſcum Baronium *de effect. inimicitiæ pag.* 265.

Pag.38. ad ANNIBALEM BUFALUM,adde: Titulus operis in Hippocratem, hic eſt:

Aphoriſmorum Hippocratis Erometaphraſis. Meſſanæ typis Petri Breæ 1605. in 8.

Pag.47.ad ANTONINUM DREPANENSEM. Lege Antonium, & adde: Natus 21.Novembris 1654.ex familia Moſtacio, humanioribus literis inſtructus,regularem veſtem accepit 21.Decembris 1669. Neapoli in Cœnobio S. Mariæ Novæ Philoſophiæ, & Theologiæ curriculum cum laude emenſus, ad Lectoris munus evectus eſt : ideoq;in eodem Cœnobio Philoſophiam docuit; Theologiam verò ſexennio in Conventu Melitenſi, & quatriennio in Panormitano Cœnobio S.Mariæ Angelorum. Lectoris Jubilati titulo inſignitus, ſacris concionibus operam dedit ; ac cum eruditionis, & eloquentiæ laude,perplures annos in cinerali jejunio declamavit:quater Panormi,nempè bis in laudato Ordinis ſui Cœnobio, ſemel in Eccleſia Congregationis Oratorii, & in Eccleſia Parochiali S. Nicolai Albergariæ. In Cathedralibus etiam Eccleſiis Meſſanæ, Agrigenti, Mazariæ, Cephalœdii: Drepani quoque, Lilybœi, Alicatæ,& in aliis Siciliæ civitatibus,oppidiſque evangelici Oratoris partes inſigniter explevit. Miſſionarius etiam in nonnullis Siciliæ diœceſibus, fidelium corda accendit, ad ferventiorem venerationem erga SS. Euchariſtiæ Sacramentum, cùm ad morti proximos defertur. Viſitatoris munere perfunctus eſt Provinciarum Neapolis, Vallis Dœmonum, & Neti in Sicilia. Pluries Definitorem, & Cuſtodem Provinciæ Vallis Mazariæ egit: eamdem etiam Provinciam rexit, quam iterum nunc moderatur. A Joſepho Gaſch, Archiepiſcopo Panormitano, Cleri Examinator electus eſt. Hector Algaria Panormitanus, Epiſcopus Pactenſis, Theologum ſuum, & Examinatorem cõſtituit:eiſdemq;muneribus honeſtavit Matthæus à S. Stephano Epiſcopus Cephalœdenſis. Vivit hoc anno 1714.vir egregius,à regularis obſervantiæ zelo commendatus.Ipſum laudat Bonavẽtura Drepanitanus *in Relatione ſolemnit. S.Cath.Bonon. pag.*15.Edidit etiam Italicè

Brieve Riſtretto della Vita, Morte, e Miracoli della Vergine S. Catarina da Bologna, Religioſa Profeſſa dell'Ordine di S. Chiara. Panormi apud Gaſparem Bayonam 1712. in 4.

Delle Sette Trombe Spirituali neceſſarie nella Guerra contro del nemico infernale, compoſte da S. Catarina da Bologna, con l'aggiunta d'un eſercizio divoto di Sette Salutazioni da recitarſi in lode della Santa. Ibidem apud eumdem 1712. in 12. ſuppreſſo nomine.

Brieve Iſtruzione per l'eſercizio della ſanta Orazione Mentale, ed Eſame della Coſcienza. Meſſanæ apud Maffeum 1710.in 24.ſuppreſſo nomine. Prælo paravit

Abecedarium Tribunalis S. Officii, in quo plura dubia ad Qualificatores,& Conſultores SS.Inquiſitionis pertinentia expenduntur. in fol.

Pag.

Pag.48. ad ANTONINUM DE JUDICE,adde : præfuit etiam Judex Magnæ Regiæ Curiæ. Edidit quoque Italicè ſuppreſſo nomine:

Li Prodigj in Debora, ed in Maria Vergine. Oratorio. Panormi apud Joannem Bap. Aiccardum 1707. in 4.

Pag.48. ad ANTONINUM LAGUIDARA, adde: Obiit Meſſanæ anno 1707.

Pag. 50. ad ANTONINUM MOLETUM,dele titulum diſcurſus Academici, & ſubſtitue ex Cinello *in Biblioth. Volante plut.* 12. *pag.* 8.

Il Trionfo della Giuſtitia, overo le due Statue erette per li Magiſtrati,e per li Principi da' Tebani, e di nuovo inalzate in Roma nell'Eſaltazione al Sommo Ponteficato della Santità di N. S. Innocenzo XII. diſcorſo Accademico recitato in caſa dell'Ill. e Rev. Monſignor Gio: Ciampini a dì 2. Decembre 1691.Romę apud Joannem Jacobum Komareck 1691. in 4.

Pag.51. ad ANTONINUM SURDUM,adde: Archipresbyter Alcariæ electus, vivit in patria. Edidit Italicè

Le Vittorie della Penitenza collegata con l'Amor Divino, eſpreſſe nella Vita mirabile, Morte gloriosa, e portentoſi miracoli di S. Nicolò Eremita Solitario nel monte di Calanna preſſo la Città d'Alcara Valle di Demone. Panormi typis Antonini Epiri 1709. in 12.

Pag. 52. ad ANTONINUM DE VINCENTIO, adde: edidit etiam Italicè

Nuova legge di Grazia promulgata ſingolarmente a favor de' Meſſineſi. Panegirico in lode della Lettera ſcritta da Maria Vergine alla Città di Meſſina.Meſſanæ typis Vincētii de Amico 1704.in 4.

Pag. 55. ad ANTONIUM PANORMITAM, adde: Leander Albertus *in deſcr. Siciliæ pag.* 46. quem ſequitur Petrus Ricordatus *in hiſtor. monaſt.pag.*447. falsò ex familia de Benedictis progenitum prodit. Panormi lucis uſuram accepiſſe etiam tradunt Franciſcus Ælius Marchefius *de Neapol. familiis*, & cum eo Carolus Borrellus in libro : *Vindex Neapolitanæ Nobilit. pag.*159. Tantus fuit Panormitæ erga literas amor, ut fundum vendiderit, cujus pretio (120. aureis) Titi Livii hiſtoriam emeret, ut ipſemet Panormita ſcribit *in epiſt. Camp. pag.* 118. De eo etiam Jacobus Gaddus *de Script.tom.*2. *pag.*128. Poggius *in epiſtolis*, *& in fine invect.* 1. *in Vallam*, & ut alios præteream, Auctores eruditiſſimi Diarii Literator. Italiæ *tom.* 14. *à pag.*348. quod,dum hæc excuduntur, ad manus meas pervenit. Ex eo, aliiſque hæc addenda. Liber

De dictis, & factis Alphonſi Regis, Hiſpanè verſus à Joanne Molina prodiit Bugis apud Joannem Juntam 1530. in 4. & Cæſaraguſtæ apud Anton. Millam 1553. in 4.

Oratio in coronatione Friderici III. Imp. excuſa eſt etiam Venetiis in 4. & in libro inſcripto : *Principum, & illuſtrium virorum Epiſtolæ*. Amſtelod. apud Lud. Elzevir 1644. in 12. & alibi.

Oratio ad Januenſes contra Venetos. edita quoque ab Alberto de Eiib in libro:*Summa Oratorum omnium*.Romę per Udalricum 1475.in fol.

Lucas Wadingus *tom.* 5. *annal. Ord. Minor. an.* 1434. *n.* 8. *pag.* 264. Antonium laudat : at ejus *Ermaphroditum* ob obſenitatem execratur ; ſicut & improbaverat Albertus Sartianenſis Minorita, qui Panormitam admonuit. Hoc etiam admonitionis officio uſus eſt Poggius *in epiſt. ad Panormitam inter hujus epiſt. lib.* 4. *pag.* 79. etſi ipſe operis licentiam excuſare conetur, in reſponſione ad eumdem *pag.*80. *& in epiſt.ad Bartholomæum Pontificem lib.* 2. *pag.* 38.

Extat apud clariſs. & æquè eruditiſſimum Apoſtolum Zenum

Epiſtolarum, & Carminum liber. m. ſ. in 4. qui omnia ab editis diverſa complectitur.

Pag. 59. ad ANTONINUM CINGALIUM, adde: edidit etiam:

Mimianum, ſeu amœniſſimi ruris Mimiani deſcriptionem, & Eclogam ad D. Franciſcum Moncatam Ducem Montis alti. Panormi apud Joannem Franciſcum Carraram 1589. in 8.

Pag. 61. innumera ad ANTONIUM COTONIUM eſſent addenda;at paucis multa perſtringam. Oratoriâ arte, & Sacrarum literarum peritiâ excelluit : memoriæ vi plurimùm valuit. Idiomata calluit Græcum,Hebraicum,Illiricum. Doctrinâ excultiſſimus, ab omnibus veneratus, ac de rebus graviſſimis conſultus, Venetias profecit, ubi in Cœnobio S.Georgii Caſinenſes Monachos in Jure Canonico erudivit.Tanta doctrinæ opinione effloruit Patavii publicus Metaphyſicæ Profeſſor, ut eidem vel viventi effigies graphicè inſculpta ſit, hac inſcriptione, & epigrammate illuſtrata.

P.M. Antonius Cotonius Nicoſienſis in Gymnaſio Patavino publicus Metaphyſicus, ſuæ æt. anno LIII. MDCLXVI.

Ære micat parvo, toto Cotonus in Orbe,
Qui micat Euganei gloria rara Bovis.
Eſt ſimilis Scoto vultu, probitate. quid ultra?
Deficiat Pallas, Palladis inſtar erit.

Devoti animi ergò Jacobus Grandius Inclytæ Nationis Romanæ Conſiliarius, Philoſ.& Medic.Doctor.

Eâ claruit humilitate, ut uſque ad 36.ætatis ſuæ annum Sacerdotio ſe abſtinuerit, & honoribus aditum occluderet: at perlato ſibi Card.Franciſci de Lugo conſilio per epiſtolam Sfortię Pallavicini, poſtmodum etiam S. R. E. Cardinalis, (qui in ea Cotonium ſapientiſſimum, ac religioſiſſimum virum appellat) ſacro presbyteratus ordine ſe inſigniri paſſus eſt. Summam in adverſis patientiam mirificè detexit; falsò enim inſimulatus, calumniiſque exagitatus Venetiis, & Romæ,nedum infractam animi conſtantiam ſervavit,verùm etiam eos,quorum operâ ærumnas, uſque ad vitæ diſcrimen, perpeſſus eſt,beneficiis affecit. Commiſſarium, & Viſitatorem Venetæ Provinciæ Ordinis ſui, & Definitorem Generalem laudabiliter egit. Româ abſens ab Alexandro VII. datis literis 25. Junii 1666.Procurator Generalis Ordinis conſtitutus eſt: eoque in munere regularis diſciplinæ zelum, prudentiæ dotes, ardens in promovendis literis ſtudium, in magna negotiorum copia animi fortitudinem,

Digitized by Google

cum egregia laborum patientia conjunctam, latissimè patefecit. Cùm autem auctoritate conspicui apud eumdem Alexandrum, ut etiam apud Clementem IX. & X. Sum. Pont. ad episcopales dignitates, & ad Generalem Ordinis Magisterium evehi adniterentur; mirùm quantâ modestiâ reluctaverit: immò ne hujusmodi onus subire cogeretur, voto se adstrinxit, reiiciendi deinceps munus omne, cui adjuncta esset animarum cura. Innocentius XI. Sum. Pont. ejus doctrinâ, cum præstantioribus urbis Theologis adjunctâ, in proscribendis 65. propositionibus usus est: & in Cardinalium Collegium Cotonium cooptare moliebatur: quod ex ejusdem Pontificis ore se accepisse testabatur Paulutius de Alteriis Cardinalis. At mors omnium vota decepit. Jacet Romę in Ecclesia S. Pauli ad Arenulam ante majorem aram, hac inscriptione cohonestatus.

D. O. M.
Venerabili Viro
Antonio Cotonio S. T. M. Siculo Nicosiensi
Tertii Ord. S. Francisci Ex-Procuratori, & Regenti
Generali Perpetuo,
excelsi, ac invicti animi dotibus,
divinique honoris zelo nulli secundo,
in scientiis ferè omnibus singulari,
oblatarum insignium Infularum contemptori,
Apostolicæ Sedis jurium Propugnatori,
Alexándro VII. Clemẽti IX. & X. Innocentio XI. caro,
Patavii olim per XVIII. annos Publico Metaphysico,
Summâ Diana, aliisq. operibus, præsertim Pansophiâ,
novam philosophandi methodum continente, cõspicuo,
Patres Conventus S. Pauli in Arenula,
quę ipse in Collegiũ erexit, rexit, magnisq. sumptibus auxit, hoc gratitudinis, & venerationis monumentũ
posuere Anno M.DC.XCV.

Hæc summariè excerpsi ex Apologia quadam edita Italicè Romæ typis Rev. Cameræ Apostolicæ in fol. suppresso anno, & Auctoris nomine, aliisque fide dignis.

Cotonium celebrant Joannes Caramuel *in Theol. Reg. to. 2. n. 3189.* apud Tambur. *de quinque Eccl. præc. pag. 247.* idem Tamburinus *in Germana doctrina cap. 24. n. 17.* Stephanus Spinola *elect. in moral. disp. sect. 6. concl. 3.* Julius Clemens Scottus *in Padia Peripatetica in præf. ad lect.* Carolus Bartholomæus Piazza *in Eutichevologio Rom. cap. 31. pag. 162. & in Hierarchia Cardinalitia diacon. 6. pag. 829.* Joannes Cinellus *in Biblioth. Volante plut. 4. pag. 55.* Petrus Comes *in Poesi Sacra pag. 15.* aliique. Edidit etiam

Orationem pro studiis Metaphysicæ habitam Patavii; quod studia literarum sint Arces Imperii. Patavii 1656. in 4.

Dialogum in Regiminis Monarchici favorem, occasione libellorum Caroli Regis Angliæ. Ex eodem Cotonio *in Contr. lib. 4. contr. 9. cap. 1. n. 6. pag. 556.*

Dialogi titulus in honorem Catholici Regis Italicè hic est:

Discoprimento della falsità, e fallacie dello Scrittor Francese sù le pretensioni della Regina Christianissima, del Brabante. Neapoli 1668. in 8. suppresso nomine.

Scripsit etiam, at non edidit

Controversiarum Tomum Secundum libros decem complectentem. Hic servatur m. s. apud Reformatores Studii Patavini.

In libros Metaphysicos Tom. III. m. s. in fol. Romæ in Bibliotheca Collegii S. Pauli ad Arenulam.

Consilia varia, Prolusiones, Orationes, aliaque Philosophica, & Theologica. m. s. in eodẽ Collegio.

Opusculum de Opinione Probabili. ex Bonaventura de Rubeis *in præf. ad lect. Contr. Celebr. paulò post initium.*

Pag. 67. ad ANTONIUM FORTEM, adde: Obiit vir clarissimus in Panormitano Collegio 23. Octobris 1707. Edidit etiam opus inscriptũ:

Theopoliticæ Physiognomonicæ Intuitus, seu quadam Proverbia Salomonis, per humani corporis indicem, in Christianæ Politicæ specimen applicata. Panormi apud Vincentium Toscanum 1707. in 12.

Ejus Philosophiæ editæ titulus hic est:

Philosophia Negativa, seu disputationes Philosophicæ in quinque libros divisæ, quorum primus Summulæ: secundus Logica: tertius Physicæ pars prior: quartus Physicæ pars posterior: quintus Metaphysica: quibus probari conenditur, Philosophiam purè Humanam, sibi relictam, in argumenta Negativa passim solvi. Tomus primus. Panormi ex typographia Vincentii Toscani 1707. in 4.

Tomus Secundus posthumus, librum tertium complectens, Physicæ partem priorem. Ibidem typis Francisci Ciché 1709. in 4.

Tomus Tertius libros quartum, & quintum comprehendens, Physicæ partem posteriorem, & Metaphysicam. Ibidem apud eumdem 1710. in 4.

Italicè post ejus mortem prodiit

Ristretto di Meditazioni brevissime per tutti i giorni dell'anno, con l'aggiunta nel fine di tredeci Meditazioni ad uso de' divoti di S. Agnese V. e M. in onore de' tredeci anni della sua vita. Ibidem apud eumdem 1708. in 12. Meditationes de S. Agnete editæ sunt etiam seorsim, eodem anno apud eumdem.

Pag. 68. ad ANTONIUM IGNATIUM MANCUSUM, adde. In quadragesimali curriculo conciones habuit non sine audientium frequentia, & plausu, Panormi, Lilybœi, Ennæ, & Drepani. Tempore Adventus etiam Panormi, & Mazareni auditus, ab eloquentia, eruditione, ac fructu laudatus. Nunc Panormi in Ecclesia Domus Professorũ sacras literas è suggestu expẽdit. Edidit etiam Italicè

Orazione sacra nel monacato di Suor Eurosia Maria Strazzeri degnissima figliuola del Sig. D. Giantommaso Strazzeri Barone del Cotomino. Panormi typis Dominici Cortesii 1709. in 4.

Orazione Sacra recitata nell'ultimo giorno del suo Ottavario nell'anno 1709. a 5. Giugno per la Solennità del Corpus Domini nel Duomo dell'insigne Città del Mazzarino. Ibidem apud eumdem 1709. in 4.

Orazione Sacra in lode dell'ammirabile Verginella, e Romita S. Rosalia, Cittadina della felicissima, e fe-

Digitized by Google

e fedelissima Metropoli di Palermo Conca d'Oro. Ibidem apud Antonium Pecoram 1712. in 4.

Predica recitata nel suo corso Quaresimale dell' anno 1712. d'innanti al Sacratissimo Tribunale dell' Inquisizione di Sicilia in Palermo contro gli occulti nemici di S. Fede, e principalmente contro il Gianseñismo d'oggidì. Ibidem apud eumdem 1712. in 4.

Orazione Funerale nell'esequie celebrate al M. R. P. M. Benedetto Inghilleri del Terz'Ordine di S. Francesco con fama di Gran Servo di Dio. Ibidem apud Gasparem Bayonam 1712. in 4.

Habet præ manibus alia edenda, nimirùm

Consulta Moralia, & Canonica.

Adnotationes particulares super Propositiones damnatas à diversis Pontificibus.

Sacrarum Fœminarum Collectio, quæ in veteri, & novo Testamento, pulchritudine, famâ, gloriâ fulgent, quantùm differant in charitate ab una Virgunecula diva Rosalia.

Italicè

Quaresimale.

Panegirici.

L'Antichristo da venire.

L'Opre dell'Onnipotenza ne' Santi di Sicilia, che contiene una scelta di fatti prodigiosi in ogni genere.

La Pietra specolare, in cui si specchia il cuore di Rosalia esposto al Mondo Cristiano per accendere fiamme d'Amor Divino. Cioè 18. meditazioni sù la lapida di Quisquina, a onor di quei 18. anni, che visse in Romitorio S. Rosalia.

L'Obligazione de' Principi Ecclesiastici, e Secolari.

Riflessioni Morali sul Commentario della Sacra Scrittura.

Pag. 69. ad ANTONIUM MONTALTUM, adde. Laudatur à Hieronymo Mansono *in epist. pag.* 13. 15. 16. & 19. Scripsit etiam

De Regia Monarchia in Regno Siciliæ. m. s. in fol. circumfertur cum Ludovico de Paramo *de Monarchia.*

Pag. 71. ad ANTONIUM PORTUM, adde. Ipsum laudat Leonardus Orlandinus *in Imaginib. pag.* 55. Edidit etiam Italicè

Canzone del Sig. Fabio Colosio sopra i successi di Ferrara. Messanæ apud Petrum Bream 1598. in 4. Hanc à Porto editam observavi in exemplari Bibliothecæ Seminarii Montis-Regalis, in quo, manu Archiepiscopi Ludovici de Torres additum est: opus à Porto verè conditum.

Relationem Imaginis Virginis Drepanitanæ commemorant etiam Joannes Bap. Lezana *in annal. Carmel. tom.* 4. *an.* 1230. *n.* 6. *pag.*271. & Octavius Cajetanus *in Vitis SS. Sicul. tom.* 2. *pag.*203.

Pag. 72. ad ANTONIUM SERROVIRAM adde: edidit Italicè suppresso nomine

Le Muse Vendicate, Poesie a genio di chi desidera introdotta la modestia in Parnaso. Parte Prima, e Seconda. Panormi apud Dominicum Cortesium 1709. in 8.

L'Inganno Schernito, overo la Susanna, Opera Sacra Tragi-Comica. Ibidem apud eumdem 1709. in 8.

Pag. 82. ad ARCHIMEDEM adde:

Lemmata Archimedis apud Græcos, & latinos jampridem desiderata è vetusto codice m. s. Arabico à Joanne Gravio traducta, & cum Arabum scholiis publicata. Edidit in miscellaneis suis Samuel Forsterus. Londini 1659. in fol. ex Actis Erud. Lipsiæ an. 1700. *pag.* 518.

Pag. 86. ad AUGUSTINUM DENTICEM adde: Obiit in oppido Musumellis 17. Februarii 1713.

Pag. 87. ad AUGUSTINUM GERVASIUM, adde: Panormitanæ Urbis Archiater electus, doctrinâ, eruditione, & experimentis clarissimus, sui opinionem longè, latèque prolatat. Edidit etiam orationem inscriptam:

Perfecti Medici specimen, seu Ars muta, cum Eloquentia gloriosè conjuncta. Oratio Funebris in obitum immarcescibilis Famæ Viri, D. Dominici Alaymi, Medici, dum viveret, longè celeberrimi. Romæ 1709. in 8.

Pag. 87. ad AUGUSTINUM INVEGES, adde: Prodiit ejus opus inscriptum:

Ad Annales Siculos præliminaris Apparatus, in quo de Siculæ Historiæ dignitate, antiquitate, & Scriptorum præstantia, & numero fusè disseritur. Opus posthumum, Annaliumque Siculorum Auctoris diu desideratorum Prodromus. Accesserunt in fine aliquæ Notæ, & Additiones. Panormi ex typographia Joannis Napoli 1709. in 4. Lucem aspexit operâ Abb. Michaelis de Judice, cujus sunt Notæ, & Additiones. Laudatur opus, ut etiam Inveges, & de Judice, in Diario Literatorum Italiæ *tom.* 2. *pag.*504. & 505. & *tom.*7. *pag.*156.

Pag. 88. ad AUGUSTINUM NOVELLUM adde: Apologeticum opusculum edidit eruditissimus Vincentius Auria, ut in hoc *tom.* 2. *pag.* 276. quo solidissimè firmat, Augustinum Panormi natum. Scripsit etiam

Constitutiones Ordinis Fratrum S. Mariæ ægrotis ministrantium Senis. Ex Philippo Bonanno *in Catalogo Ord. Regul. par.* 1. *pag.* 140.

Pag. 92. ad BALTHASSAREM ABRUZZUM adde: scripsit etiam

Addictiones ad Historiam Castriboni Octavii Abruzzi Patris. Extant m. ss. apud Marchiones Hieracis, easque citat Rogerius de Vigintimilliis *in Geneolog. Comitum Hieracensiú pag.*52. & 53.

Pag. 97. ad BARTHOLOMÆUM PETRACCIUM adde: scripsit etiam

Poema de Miraculis SS. Placidi, & Sociorum. m. s. servatur Messanæ in Bibliotheca Domus Professorum Soc. Jesu, ex Benedicto Chiarello *in monum. sacris Messanæ pag.* 165.

Pag. 99. ad BARTHOLOMÆUM SPATAFORAM adde: Amplissimo Patritiorum Venetorum Ordini aggregatus est ex peculiari privilegio 17. Martii 1550. ut habent eruditissimi Auctores celeberrimi *Diarii Literatorum Italiæ tom.* 13. *art.* 8. *pag.* 255. qui ad primum hujus Bibliothecæ tomum (humanissimè pro illorum benignitate, cum ejus Auctore, supra meritum, celebratum) addunt, Bartholomæum, præter orationes tres à me relatas, etiam & quartam edidisse, Italicè inscriptam:

Ora-

Digitized by Google

Oratione in lode della Discordia recitata nell' Accademia degli Uniti l'anno 1553. Quatuor simul orationes prodiere inter Orationes à Sansovino collectas *par.* 2. editas Venetiis apud Altobellum Salicatum 1584. in 4. At antea lucem aspexerant operâ Hieronymi Ruscelli, amicitiæ vinculis cum Spatafora conjunctissimi. Venetiis apud Plinium Petramsanctam 1554. in 4. Harum etiam una in creatione Ducis Venieri recusa est Messanæ typis Joânis Francisci Blanci 1627. in 4.

Pag. 100. ad BENEDICTUM BARBAGALLUM, adde: Vincentius Coronellus *in Biblioth. tom.* 5. *n.* 998. *pag.* 304. falsò Benedictum edidisse testatur: Historiam Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ Panormi 667. non enim Historiam, sed Praxim legalem de modo procedendi in causis ejusdē Curiæ edidit anno 1667. ut scripsi.

Pag. 100. ad BENEDICTUM CHIARELLUM, adde: edidit etiam Italicè

La Bellezza della divina Giustizia esposta in Meditazioni per tutti i giorni del mese, colla maniera di placarla. Panormi apud Antonium Pecoram 1709. in 12.

Pag. 105. ad BERNARDINUM SICULUM, adde: Ordinis Minorum Conventualium.

Pag. 109. ad BERNARDUM SABIAM, dele obiit Romæ, & adde: Pluries rexit Cœnobium Romanum SS. Cosmæ, & Damiani, quod nonnullis ædificiis amplificavit. Siculæ Provinciæ præfuit Moderator, ac Generalem Definitorem egit. Dum Procuratoris Generalis munere fungebatur anno 1602. apud Clementem VIII. Sum. Pont. maximè curavit, ut Fratres Ordinis sui Provinciæ Dalmatiæ, qui ab antiquis temporibus ad illam usq; ætatem proprio ex ipsis electo Provinciali tantummodo suberant, perpetuò futuris temporibus jurisdictioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis subiicerentur; ac societatem cum Fratribus Provinciarum Italiæ inirent. Hac de re ab eodem Pontifice Bullam obtinuit dat. Romæ 2. Sep. 1602. quam habes *in Bullario Tertii Ord. S. Franc. pag.* 557. Dum Provinciam Siculam sedulò perlustrabat, obiit Messanæ 13. Januarii 1623. Ex Chronica m. s. Provinciæ Sic. 3. Ord. à Joanne Alberghino scripta.

Pag. 110. ad BIONEM, adde: Bionis, & Moschi Idyllia in Gallicos versus translata, notisq; illustrata, prodiere Parisiis apud Petrum Aulovinum 1686. in 12. ex Actis Erudit. Lipsiæ *tom.* 1. *supplem. sect.* 2. *pag.* 99. Anglicè etiam edidit Thomas Stanlejus Londini 1651. ex Actis cit. *an.* 1702. *pag.* 46.

Pag. 111. ad Blasium Militellum, adde: obiit Panormi 2. Novembris 1708.

Pag. 112. ad BONAVENTURAM BATTALEAM, adde: Prioris munere multoties rexit Ordinis Cœnobia, Siculam Provinciam gubernavit. Obiit Panormi 31. Augusti 1627. magno honore parentatus in Ecclesia S. Mariæ de Misericordia. Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis studiosissimus, *de ea multa scripsit*, quæ in lucem emittere cupiens, morte præventus m. ss. reliquit. Ex Chronica m. s. Provinciæ Siculæ 3. Ord. S. Francisci Joannis Alberghini.

Pag. 114. ad BONAVENTURAM DE RUBEIS, adde: Venetiis per aliquod tempus commoratus, Cœnobium Benedictinum S. Georgii Majoris inhabitavit; tantoque effulsit doctrinæ, regularis observantiæ lumine, morumque suavitate, ut illius Monasterii Monachi, eidem juniorum Monachorum curam tradiderint, quos nonnullis Philosophiæ lectionibus erudivit. Jacet Romæ in Ecclesia **S. Pauli ad Arenulam**, seorsim sepultus, & hoc epitaphio cohonestatus.

D. O. M.

P. F. Bonaventura Rossi S. T. M. Siculus Ceramensis Tertii Ordinis S. Francisci, Visitatoris, Commissarii, & Procuratoris Generalis pluries summa cum laude obitis muneribus, ac in primis Regularis Observantiæ promovendæ, omniumque virtutum studio conspicuus: Novitiis, & Collegialibus per annos XXV. in Ordinis institutis non tam magisterio, quàm exemplo, totique Conventui sæpè præfectus, paternâ quidem in eos gestâ providentiâ: Cardinalibus, Præsulibus, Magnatibus, Matronis, ob spectatam probitatem, ac in rebus arduis componendis dexteritatem præcharus: in Monialium etiam Visitatorem, Confessarium, ac Directorem, frequentissimè adscitus Puellis ad tuitionem, vel revocationem à lapsu, quà monastico statui, quà nuptui tradendis, in ære creberrimè quærendo, indefessus: in Pauperes, & mærentes, comitate, consilio, ac beneficentiâ semper profusus: post templum hoc ferè totum ex eleemosynis, solerti operâ suâ comparatis, excitatum: post institutam qualibet tertia feria solemnem salutaris hostiæ expositionem, fundo ad eam habendam perpetuùm obtento: IV. Kal. Aprilis An. MDCCI. Ætat. suæ LXXV. Religionis LIX. variis, gravibusque morbis unà toleratis, ac magno sui desiderio relicto, denatus, gloriæ, memoriq; posteritati victurus, Religiosissimus Sacerdos Summi Sacerdotis Filii Dei vocem hìc expectat.

Constitutiones Italicè editas, in latinum sermonem vertit, adauxit, ediditque Panormi typis Thomæ Rummoli 1681. in 12.

Hujus etiam extat *Præfatio ad lectorem*, quam præfixit Controversiis celebribus Antonii Cotonii. Venetiis apud Thomasinum, & Hertz 1661. in fol.

Pag. 121. ad CAJETANUM CRESCI, adde: Ad ejus sepulchrum Anna Benenata Panormitana, Marchionis Benenati filia, hanc inscriptionem marmori insculptam apposuit.

Hunc, quem cernis lapidem, Viator,
In obsequentis animi monimentum
Erga Patrem Cajetanum Cresci
Panormitanum, Societatis Jesu Professum,
Innocuâ morum integritate insignem,
Hìc defunctum, & tumulatum,
Panormitana Virgo
Spiritualis ejus filia
Posuit
Fausto non sine auspicio.
Die XII. Novembris MDCXCVI. ætatis suæ XLI.
Palmæ obiit, meliorem palmam
reportaturus.

Pag.

Digitized by Google

Pag.127. ad CAROLUM MARIAM VIGINTIMILLIUM, adde: Laudatur etiam à Joanne Bap. Hodierna *in Archimede Redivivo pag.* 18. à Joanne Andrea Maſſa *in ſua Sicilia par.* 1. *pag.* 124. *&* *par.* 2. *pag.*345. & à Fabio Columna in libro:*Minus cognitarum plantarum pars altera pag.* 45. *&* 89. ubi Epiſtolæ ipſius fragmentum adducit de obſervatione ſeſſus Lampyridum. Scripſit etiam Italicè

Deſcritione della Sicilia,e delle ſue Iſole convicine. m. ſ. Hanc citat Maſſa *loc. cit. par.* 2. *pag.* 345. *&* 453.

Oratione della Felicità di Palermo. m.ſ. in 4. Aſſervabatur à Vincentio Auria: eamdem citavi *in obſervat.ad Siciliam Inventricem ejuſdem Auriæ cap.*1.§.1.*pag.*93.& à Maſſa citatur *par.*1.*pag.*131.

Pag.157.ad DIODORUM SICULUM,adde. Franciſcus Baldellus in Italicum ſermonem vertit Diodori Hiſtoriam, quam edidit Venetiis apud Gabrielem Gioiitum 1575. in 4. Joannes Jonſius in lucem emiſit lectiones Lucianeæ,cum epiſtola ad Joannem Georgium Grævium ſuper aliquot Diodori locis. Hagæ Com.apud M.Vitwerf 1699. in 8. Ex Actis Lipſiæ an. 1699. *pag.* 48. *&* *in ſupplim. tom.* 3. *ſect.* 12. *pag.*521. Joſephus Waſſe Anglus novam Diodori editionem curabat anno 1711. Amſtelodami ex typographia Wetſteniana. Ex Actis Lipſiæ *an.*1711.*pag.* 825.& Diario Liter.Italię *tom.*9.*art.*14.*pag.*454.

Pag. 165. ad DOMINICUM BANDINUM, adde: Provinciam Siculam Viſitatoris munere triennio gubernavit. Nunc habet ſub prælo Italicè

Il Religioſo Iſtruito. Panormi typis Joannis Baptiſtæ Aiccardi 1714. in 8.

Pag. 165. ad DOMINICUM BOTTONUM, adde : edidit quoque vir ſanè doctiſſimus opuſculum inſcriptum:

Febris Rheumaticæ Malignæ, quam Em.Dominus D. Raymundus Perellos Melitenſis Inſulæ Princeps, S. H. O. Magnus Magiſter,non ſine ingenti vitæ diſcrimine, ſubiit an. 1708. *Hiſtoria Medica*.Meſſanæ typis D. Victorini Maffei 1712. in 8.

Pag.168.ad DOMINICUM PALAMENGUM, adde: Italicè etiam edidit:

La Taumaturga Roſa di Pietra,Orazione Encomiaſtica alle Glorie di S.Roſalia Vergine Palermitana.Panormi typis Dominici Corteſii 1709.in 4.

Pag. 170. ad DOMINICUM STANISLAUM ALBERTUM, adde: Ipſum laudat Antonius Ignatius Mancuſus *in vita S. Roſaliæ pag.* 236. Italicè edidit etiam

L'Apoſtolo Taumaturgo dell'Oriente S. Franceſco Saverio della Comp. di Gieſù riverito da' ſuoi divoti con varj oſſequj. Panormi apud Honuphrium Gramignanum 1704. in 24.

Il Giglio Fiorito, cioè il B.Luigi Gonzaga della Comp. di Gieſù riverito da' ſuoi divoti con varj oſſequj. Ibidem apud eumdem 1704. in 24.

Il Meſe di Luglio conſagrato alle Glorie di S. Ignazio Fondatore della Comp. di Gieſù, propoſto a' divoti del Santo.Ibidem apud Thomam Pignatarum 1707. in 12.

Lo Specchio dell'Amore, che moſtra Iddio ad ogni Criſtiano, che ſi comunica: per facilitare a tutti l'apparecchio alla Santa Comunione, e l'Azione di grazie dopo d'eſſa. Ibidem apud eumdem 1707.in 12. & apud Antonium Pecoram 1711. in 16.

Invito univerſale alla divozione del Glorioſo Patriarca S. Giuſeppe,colla Prattica di varj oſſequj allo ſteſſo Santo, novamente accreſciuta. Ibidem apud Angelum Felicellam 1708.in 24. ſuppreſſo nomine.

L'Antidoto contro ogni male,la divozione verſo il Diletto di Criſto N. S. San Gio: Apoſtolo, ed Evangeliſta propoſto a' divoti del Santo.Quarta edizione.Ibidem apud Antonium Pecorā 1711.in 12.

Piccolo Teſoro de' Verbi latini,cioè Compendio della Fraſologia del P.Placido Spatafora della Comp. di Gieſù, utiliſſimo a' Grammatici, e Rettorici. Aggiuntovi nel fine un'Indice volgare,che dimoſtra tutti i Verbi Latini, i quali poſſono ridurſi ad un medeſimo ſignificato.Ibidem apud Angelum Felicellam 1708. in 8. Nonnulla etiam addidit ad vitam Aloyſii la Nuza Soc.Jeſu, quam ſcripſit Michael Frazzetta, recuſam ibidem apud eumdem 1708. in 8.

Pag. 180. ad ENTIUM, adde : obiiſſe anno 1272. ex ejus epitaphio Bononiæ in Eccleſia S. Dominici, rudi carmine condito, apertè patet: quod exſcribit ex Girarduccio *in hiſt. Bononienſi lib.*7. Nicolaus Angelus Caferrius *in Synth. vetuſtatis pag.* 64. en illud:

Tempora currebant Chriſti nativa potentis,
Tunc duo cum decies ſeptem cum mille ducentis,
Dum pia Cæſarei proles cineratur in arca
Iſta Federici maluit, quam ſternere Parca.
Rex erat & comptos preſſit diademate crines
Hentius, inque Poli meruit mens tendere fines.

Ex Entio ſuam deducere nobiliſſimam familiam Bentivoliam tradunt nunnulli, negant alii, ut prodit Caferrius cit.Vide Coronellum *in Bibliot. tom.* 5. *n.*3304. *pag.* 1083. Entii carmina,præter memorata, extant m. ſſ. Florentiæ in Bibliotheca Strotiana, ex Ubaldino *in Catalogo prefixo tabulæ documentorum Amoris Franciſci Barberini*: ibidē apud Franciſcum Redum, qui ejus carminum librum aſſervabat,ut ipſe tradit *in adnot.ad poematium inſcriptum*:Bacco in Toſcana *pag.*256. Cantionem editam apud Juntas,aliaq;inveniri in Bibliotheca Vaticana, teſtatur eruditiſs.ac nunquam pro meritis laudatus Joannes Marius de Creſcimbenis *in comm. hiſt. Poeſis Vulgaris vol.*2. *tom.* 2. *pag.* 19. ex ea exſcripſit, carmen, vulgò *Sonetto*, ac edidit *in vol.* 3. *comment. pag.*24. demum nonnulla etiam habet apud ſe Apoſtolus Zenus,vir à literarum gloria ornatiſſimus;eaque accepit ex codice Ab. Franciſci del Teglia Florentini Poetæ egregii.

Pag. 200. ad FRANCISCUM ALIBRANDUM,adde:dum Meſſanæ proprio in lecto quieſcebat, ſempiterno ſomno oppreſſus manè repertus eſt. Obiit 14.Auguſti 1711.Edidit etiam Italicè

Dell'Opinione Probabile ad uſo delle coſcienze opuſcolo.Meſſanę typis Dominici Coſtę 1707.in 4.

Re-

Digitized by Google

Reliquit etiam opus :

De Usura. m. s.

Pag. 200. ad FRANCISCUM AMBROSIUM MAJAM, adde: Scripsit etiam Italicè

Isola di Sicilia passeggiata. m.s. in 4. asservatur à Joanne Maria Amato Panormitano Soc. Jesu, & apud Innocentium Roccafortem Panormitanum Canonicum Catanensem.

Pag. 202. ad FRANCISCUM ARENAM, adde: edidit Italicè

Panegirici Sacri. Panormi typis Dominici Gorteſii 1709. in 4.

Pag. 102. ad FRANCISCUM AVELLINUM adde: Magnâ nominis famâ Meſſanæ vixit vir doctiſſimus, & æquè eloquentiſſimus. Practicam medicinam ſumma cum laude in Meſſanenſi Lyceo publicè docuit. Edidit etiam opus inſcriptũ:

Hæreſis impuro corpori malignâ febre laboranti Veſicantium uſum interdicentis ex Sacra Medicorum doctrina caſtigatio. Meſſanæ ex typog. Ill. Senatus apud Paulum Bonacoram 1664. in 4.

Pag. 208. ad FRANCISCUM BISSUM. I. adde: Ipſum laudat Julius Jaſolinus *de remediis naturalib. Inſulæ Pithecuſæ lib. 1. cap. 9. pag.* 63. qui ſcripſiſſe teſtatur:

Vitam Joannis Philippi Ingarſiæ.

Pag. 213. ad FRANCISCUM CUPANUM, adde: deceſſit Panormi vir eximius cum omnium dolore 19. Januarii 1710.

Pag. 217. ad FRANCISCUM LATIUM, adde: obiit Alcami 28. Auguſti 1688.

Pag. 217. ad FRANCISCUM LEONTINUM, adde: ſcripſit etiam:

Collectaneam Privilegiorum Religionis Cler. Regul. Miniſtrantium Infirmis. m. ſ. in 4. extat in Bibliotheca Meſſanenſi Ordinis ſui. Italicè

Il Criſauro Comedia in verſo. Hanc m.ſ. ſervat Blaſius Benedictus Pactenſis ejuſdem Ordinis.

L'Eremita di Mompelieri Tragedia in verſo. m. ſ. apud eumdem.

Pag. 218. ad FRANCISCUM MANNELLUM, adde: obiit Panormi 10. Octobris 1713.

Pag. 219. ad FRANCISCUM MARIAM CIRINUM, adde: edidit quoque

Legale Reſponſum pro Eccleſiaſtica Immunitate. Meſſanæ typis Vincentii de Amico 1707. in fol.

Pag. 219. ad FRANCISCUM MARIAM GRAPHEUM, dele Pactenſis, & adde: Mazarienſis, Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci. Adoleſcens Juriſprudentiæ ſtudiis dicatus, Doctoris laureâ donatus eſt. Regulari veſte inſignitus, ac gravioribus diſciplinis apprimè inſtructus, Sacrę Theologię Magiſterio exornatus fuit. Regentis munere Scholaſticam Theologiam in Ordinis Lyceis Melitæ, Meſſanæ, & Drepani docuit, ab inſigni doctrina laudatus. Sacrâ eloquentiâ abundè munitus, per annos nonnullos quadrageſimali tempore conciones habuit magno cum plauſu. Nonnulla rexit Ordinis Cœnobia: Commiſſarium Generalem in Sicilia egit; ac Siculam Provinciam gubernavit. Anno 1684. Epiſcopus Mazarienſis electus, & anno 1685. Romæ conſecratus, ſeduli Paſtoris partes laudabiliter explevit: Synodum enim Diœceſanam celebravit: Cathedralem Eccleſiam à fundamentis refecit, & die 6. Auguſti 1694. ſolemni ritu conſecravit. Multas ad inſtaurationem, ac ædificationem Cœnobiorum Ordinis ſui, Carmelitarum Excalceatorum, & Monialium S. Catharinæ contulit eleemoſynas. Editis pietatis, vigilantiæ, ac zeli paſtoralis ampliſſimè argumentis, diem clauſit extremum Mazariæ 16. Januarii 1695. & in Cathedrali Eccleſia ſepultus eſt. Ejus laudes habes in luculenta *oratione funebri*, quam Drepani dixit Seraphinus à SS. Petro, & Paulo Auguſtiniano Excalceato, ac Panormi edidit anno 1711. & Laurentius Mauricis in poemate inſcripto: *Inauguratio Auguſtiſſimi Templi Cathedralis Mazarienſis. Multa* ſcripſit *Philoſophica, Theologica, Oratoria*: at ſolùm edidit Italicè

Orazione in lode di S. Febronia Cittadina, e Protettrice della Città di Patti.

Pag. 219. ad FRANCISCUM MARIAM MAGIUM, adde: edidit etiã Italicè ſub alio nomine:

Riſpoſta del Sig. Giulio Andriotto Nolano a ciò, che hà dato in luce il R. P. Pietro Antonio Tornamira Monaco Caſineſe nel ſuo Patriarcato ſopra tutti i Religioſi al foglio 98. 99. 246. e altri luoghi. Venetiis apud Joannem Baptiſtam Cataneum 1678. in fol.

Diſcorſo intorno al Combattimento Spirituale del P. D. Lorenzo Scupoli Cler. Reg. Neapoli 1672. & cum eodem libro Scupoli Parmæ apud Joſephum Roſſettum 1701. in 12.

Pag. 226. ad FRANCISCUM MARIAM PISANUM, adde: Cùm anno 1696. Panormum ſe contuliſſet, Panormitana Civitate ex privilegio donatus, ſui opinionem, inſigni doctrinâ conſpicuus, excitavit. Anno 1704. in ejuſdem Urbis Prætorio præfuit Judex; & anno 1705. Meſſanæ in Regiæ Audientiæ Foro etiam Judicem, & Meſſanenſis Gubernatoris Conſultorem egit: ab integritate, & Juſtitiæ zelo, laudatus. At anno 1712. rejectis ſæculi curis, honoribuſque, clericali militiæ nomen dedit; ac ſacerdotio initiatus literarum, ac virtutum ſtudia proſequitur. Edidit etiam

Otia Juridica. Matriti 1703. in fol.

Selectas Juris Conſultationes ad materiam de Primogeniis, & Fideicommiſſis. Panormi apud Honuphrium Gramignanum 1714. in fol.

Quæſtiones Canonicas ad materiam de Juriſdictione. Panormi typis Antonii Pecora 1714. in fol. Italicè

Campo di delitie. Panormi typis Antonii Pecora 1714. in 12.

Pag. 226. ad FRANCISCUM MAUROLICUM, adde: Syracuſanum etiam voluere Franciſcus Baronius *in Siculæ nobilitatis amphiteatro pag.* 22. & Nicolaus Angelus Caferrius *in Synth. vetuſtatis pag.* 412. Scripſit etiam

Chronicon Siciliæ Simeonis Leontini in compendium latinum redactum 25. *Julii* 1537.

Hiſtoriam defectionis Siculorum à Carolo V. Imp. ſcriptam 2. *Auguſti* 1537. Utrumque opus m.ſ. extat Catanæ apud Innocentium Roccafortem

Digitized by Google

tem Panormitanum, Catanenſem Canonicum.

De Incendio Ætneo ad Petrum Bembum. Ex Geſnero *in Biblioth. pag.* 241. & Jacobo Gaddo *de Scriptorib. tom.* 2. *pag.* 79.

Pag.239. ad FRANCISCUM SCORSUM,adde: ſcripſit etiam:

Enarrationem Paſtoralis Officii, & Status Eccleſiæ,& Diœceſis Panormitanæ pro Viſitatione liminum Apoſtolorum Ill. & Rev. F.D.Martini de Leon, & Cardenas, Archiepiſcopi Panormitani. Panormi apud Petrum de Iſola 1653. in 4.

Pag. 245. ad FRIDERICUM GRAPHEUM, adde:Dogmaticam Theologiam docuit,ac etiam edidit Italicè

Il Vaticinio di Geremia avverato nella morte del M.R.P.M. Vincenzo Maria Oliveri, già due volte Provinciale,e Diffinitore Generale de'PP.Predicatori accaduta ſotto li 25. *Settembre* 1708. *Oratione Funebre*. Panormi typis Honuphrii Gramignani 1708. in 4.

Pag. 252. ad GASPAREM MEAZZAM,adde: libri titulus excidii Maomethanæ ſectæ, quem nuper vidi, hic eſt:

Excidii Maomethanæ ſectæ ſub Quarto Maomethe per Quatuor Fœderatos Principes ab anno Quarto ſupra milleſimum ſexcenteſimum octuageſimum ſuſcipiendi Conjecturæ, quibus à Prophetarum Oraculis,ac divinis Myſteriis pŏdus dedit eodem anno Mag. F.Gaſpar Meazza de Luna &c. Matriti in officina Joannis Martini de Barrio 1684.in 4.In ejus calce ſubjunctum habes aliud opuſculum inſcriptũ:

Sacri Parnaſſi Muſæ ab eodem P. M. Gaſpare Meazza &c. leniter excitatæ, quæ imminentis Maomethanæ Sectæ excidii Conjecturis, quibus pondus datum fuit à Divinis Myſteriis,Numerum addunt,& Menſuram. Ibidem apud eumdem 1684. in 4. Scripſit etiam

Dictionarium Morale, ac Dogmaticum, ſex tomis comprehenſum ad Catholicos erudiendos, & Hæreticos profligandos.

Pag. 258. ad GORGIAM, adde: Gorgiam contra Platonem defendit doctiſſimus Hieronymus Cardanus in libro inſcripto: *Antigorgias,ſeu de recta vivendi ratione*, quod advertit Auctor libri Gallici,cujus titulus eſt:*Des Satires Perſonnelles*, ideſt, *Satyræ Perſonarum*, *pag.* 38. ex Actis Erud. Lipſiæ *an.* 1690. *pag.*203. Gorgiæ Orationem edidit Joannes Patuſſa *in Enciclopedia Philologica tom.* 3.

Pag. 280. ad HIERONYMUM LA MANNA, adde: laudatur à Joſepho Malateſta Garuffo *in Italia Academica pag.* 18. Edidit etiam Italicè

Amaſeno Idillio: la Conteſa della Città, e la Villa, con le delitie d'Amaſeno Idillio ſecondo. In libro: *Tre Idillii, con varie, e diverſe compoſizioni fatte in lode dell'opere,& attioni dell'Ill.Sig.D.Franceſco Lanario, & Aragona,Duca di Carpignano*. Panormi apud Decium Cyrillum 1621. in 4.

Pag. 284. ad HIERONYMUM RAGUSAM, adde: Ipſum laudat Ab. Michael de Judice *in addict. ad appar. Siculor. Annalium Auguſtini Inveggii pag.* 90. edidit quoque Italicè

Iſtoria della Paſſione, e Morte di Noſtro Signor Giesù-Criſto,diſteſa con Riſleſſi Morali.Meſſanæ apud D.Joſephum Maffeum 1712.in 8.De ea Diarium Literator. Italiæ *tom.* 13. *pag.* 474.

Triduo della Sepultura del Religioſo per riſorgere rinovato nello ſpirito. Overo, Trattenimenti Aſcetici per apparecchio alla Rinovazione de' Voti Religioſi, diſtribuiti in tre giornate. Ibidem apud eumdem 1713. in 8.

Prodiit etiam libellus inſcriptus:

Animadverſiones in Caput XXII. Pſeudo-Iſagoges ad Hiſtoriam Siculam Sacram P.Octavii Cajetani Soc. Jeſu Syracuſani, ſeu everſiones fraudum carpentium adventum Divi Pauli Meſſanam,ac Meſſanenſium legationem ad B. Mariam Virginem ipſo duce ſuſceptam. Auctore Parthenio Graphiophilo. Ibidem apud eumdem 1712. in 8. Huic Literas Amanti larvam detraxere eruditiſſimi Auctores Diarii cit. ac Raguſæ adſcribunt opuſculum, *to.* 13.*pag.*476.ubi æqua lance operis judicium proferunt: & quod intendebat (nempè, detrahendo Cajetanæ lucubrationi fidem, Marianæ Epiſtolæ tuitionem) haud aſſequutum demonſtrant.

Pag. 286. ad HIERONYMUM ROSAM, adde: In Societate Jeſu Philoſophiam, ac Theologiam hauſit. E Societate egreſſus, ſacram eloquentiam profeſſus eſt: ideoque in quadrageſimali curriculo pluries cum laude declamavit. In Eccleſia Collegiali S.Marię Conſolationis Siclis Decani munere præfuit. Demum anno ætatis ſuæ circiter 42. deceſſit in patria 13. Novembris 1702.

Pag. 287. ad HIERONYMUM TURANUM, adde: Obiit Agrigenti menſe Junii 1710.

Pag. 287. ad HIERONYMUM VIGINTIMILLIUM,adde:Diem clauſit extremum Romæ anno 1710.

Pag.292. ad HONUPHRIUM FORTINUM, adde: Obiit Panormi 2. Maii 1711.

Pag. 299. ad JACOBUM LA LOMIA, adde: ſcripſit etiam ex Jo:Petro Creſcentio *in Præſidio Romano pag.* 108.

Contra Hæreticos.

Pag. 301. ad JACOBUM MAGDALENAM, adde: Panormitanus.

Pag. 305. ad JACOBUM ZUMBUM, adde: Vir fuit Zumbus virtutum omnium genere ornatiſſimus:miraculis in vita,& poſt mortem clariſſimus. Natus Syracuſis 13. Februarii 1573. Panormi ſanctè deceſſit 24. Aprilis 1643. Conſule vitam, quam edidi *in hiſt. Fundationis Monaſterii S. Mariæ Omnium Gratiarum*. Scripſit etiam Italicè

Regole delle Monache del Monaſtero della Madonna di Tutte le Grazie del Terz'Ordine di S.Franceſco, con l'Aggiunta di altri due voti,con le Conſtitutioni fatte con l'autorità del Sommo Pontefice. Panormi apud Cyrillos 1648. in 8. Ibidem apud Petrum de Iſola 1682.& apud Michaelem Conſtantium 1695. in 8.

Scripſit etiam Italicè

Vita della Ven. Serva di Dio Suor Eliſabetta Maria della Paſſione, nel ſecolo Marcheſa della Gibellina. m.ſ. in fol. ſervatur in eodē Monaſterio,

Digitized by Google

Pag. 306. ad JANUM VITALEM, adde: Hymni de SS. Trinitate hoc titulo primùm prodiere

Janus Vitalis de Divina Trinitate. Romæ apud Marcellum Silber, alias Franck, nonis Maiis 1521. in 4. Opus Leo X. grato animo excepit, & in Auctoris honorem ampliſſimum edidit diploma 1. Martii 1521.

Ibidem col. 1. lin. 29. dele verba: *melius forſan* 1554. ex Auctoribus clariſſimis Diarii Liter. Italiæ *tom.* 13. *pag.* 260. qui advertunt, opus inſcriptum: *Theatorizion*, editum Romæ apud Jacobum Mazochium 1514. in 4.

Ex Græco in latinum vertit ex eiſdē Auctoribus *Orationes Lyſiæ*, nempè, *orationem pro Athenienſibus, qui Corinthiis adverſus Lacædemonios auxilium ferentes prælio interiere: & Apologiam pro Eratoſthene.* Romæ apud Mazochium 1515. in 4.

Ejus operâ lucem aſpexit *liber Xenophontis de dictis, & factis Socratis à Card. Baſſarione latinitate donatus*. Romæ apud Ariottum de Trino impenſis Jo. Mazochii 1521. in 4.

Pag. 319. ad JOANNEM ANTONIUM BRANDUM, adde: Epitaphium promiſſum, Romæ in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani, Brando, & Joanni Baptiſtæ Provenzano appoſitum, hìc exſcribam.

Hìc jacent duo lumina Fratrum Tertii Ord. S. Franciſci, Reverendiſſimus P. M. Joannes Baptiſta Provenzanus Siculus Drepanenſis, & P.M. Jo. Antonius Brandus Siculus à Salem, ſanctis moribus, & meritis præclari, in verbi Dei, & ſcientiis ſummoperè verſati: quorum Secundus, cùm eſſet Definitor Generalis obiit XIII. Maii MDCVIII. ætatis ſuę LIII.; Primus tamen bis ad Generalatus dignitatem electus, ſecunda vice vix annum perficiens, fuit ſtatim morte præventus X. Aprilis MDCXIV. ætatis ſuæ IIII. In cujus dignitatem Reverendiſſimus P. M. Sanctorus Peccorella Siculus à Salem, à SS. Paulo V. Vicarius Apoſtolicus aſſumptus eſt; qui ob ſingularem erga eos benevolentiam, lapidem hunc libenti animo dicavit Idibus Maii Anno MDCXIV.

Pag. 321. ad JOANNEM ANTONIUM VIPERANUM, adde: edidit quoque opuſculum

De Bello Melitenſi. Peruſiæ typis Andreę Briſciani 1567. in 4.

Pag. 322. ad JOANNEM AURISPAM, adde: Annum propè agens nonageſimum, Romæ deceſſit anno 1459. *ex Commentariis Pii II.* editis ſub nomine Joannis Gobellini *lib. 2. pag.* 103. apud Diarium Liter. Italiæ *tom.* 11. *pag.* 358. & *tom.* 13. *pag.* 262. De eo etiam Platina *in vita Eugenii IV.* Dialogus Corteſii apud Diarium *cit. to.* 12. *pag.* 348. M. Dacier *in præf. ad vitam Pithagoræ, & Hieroclis*. In epiſtolis Franciſci Filelphi plures habes epiſtolas ad Auriſpam amicum ſuum ſcriptas. Latinitate etiam dedit

Dialogum Luciani de præcedentia Hannibalis, Alexandri, & Scipionis. Extat m.ſ. in membranis apud Jacobum Bracchum Venetiis, ex Auctoribus laudati Diarii *tom.* 13. *pag.* 262. qui addunt: Commentarium Heroclis in aurea carmina Pythagoræ, ab Auriſpa è Græco verſum, à Lambecio *in comment. Biblioth. Cæſar. lib.* 7. *pag.* 133. & à Joanne Fabricio *in Biblioth. Græca lib.* 2. *cap.* 12. ſummoperè laudatum.

Pag. 324. ad JO: BAPTISTAM CAMPANILEM, adde: Ipſum etiam laudat Abb. Michael de Judice *in Obſer. ad appar. Siculor. annal. Aug. Inveges pag.* 103. Obiit Panormi 6. Februarii 1712.

Pag. 325. ad JOANNEM BAPTISTAM CARAMBAM, dele anno 1646. & adde, 28. Septembris 1645. anno æt. ſuæ 52. ex Chronica m. ſ. Tertii Ord. S. Franc. Provinciæ Siculæ.

Pag. 330. ad JOANNEM BAPTISTAM GUARNERIUM, adde: edidit etiam Italicè

Gemmaſeno Idillio. Catanæ apud Roſſum, & Petronium 1626. in 12. prodierat ante in libro:

Tre Idilli con varie, e diverſe compoſitioni fatte in lode dell'opere, & attioni dell'Ill. Sig. D. Franceſco Lanario, & Aragona, Duca di Carpignano. Panormi apud Decium Cyrillum 1621. in 4.

Compagnia de i Benefattori dell'Anime de i Parenti, & Amici nel Purgatorio. Catanæ apud Ioannem Roſſum 1648. in 16.

Pag. 330. ad JOANNEM BAPTISTAM HODIERNAM, adde: Præ foribus ejus domus Palmæ adhuc hæc legitur inſcriptio Italicè, quâ ſe exhibebat omnibus bonarum artium amantibus, multiplicis doctrinæ copiam tradere.

Il Dottor D. Gio: Battiſta Hodierna Arciprete di Palma alli ſtudioſi delle buone lettere, quando pur in eſſo ſi ritrovaſſe qualche bene communicabile, ſi offeriſce ad inſegnare li virtuoſi nelle Scienze, Aritmetica, & Algebra: Computo Eccleſiaſtico: Teorica, e Geometria prattica: Optica, e Proſpettiva: Architettura, e Scenografia: Sferica, e Coſmografia: Aſtronomiça, e Meteora. Di più ſi offeriſce a fabricare in Proſpettiva Portici, Tempii, Palagi, Atrii, Loggie, Villaggi, Scene, Memorie, Sepolcri, Archi Trionfali. Scripſit etiam opus inſcriptum:

Geneologia Temporum, ſeu Hiſtoriæ anni civilis Romani, Principum Romanorum arbitrio inſtituti, ac ſæpius innovati, corrupti, & inſtaurati, à Romulo ad Gregorium XIII. Pont. Max. libri tres, in quibus Anni ipſius cum ad Lunæ, tum ad Solis circuitus variæ applicationes, & magnitudines menſium, ritus, numerus, ordo ſingulorum, magnitudo, atque denominatio diverſas apud Nationes habentur, & recenſentur. m.ſ. Panormi extat in Bibliotheca Ioſephi de Boſco Principis Catholicæ. Italicè

Diſcorſo contro le Coree Modicane di Placido Caraſa. m.ſ. in 4. ſervabat Franciſcus Paternòus Raguſanus, nunc apud Hæredes: ut etiam:

Diſcorſo contro Mariano Perrello per la Pedata nella Chieſa della Madonna delli Milici preſſo Scicli. De hoc veſtigio Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 257.

Pag. 332. ad JOANNEM BAPTISTAM MIGNIAM, adde: ſcripſit præterea Italicè

Relatione delle feſte fatte nella Città di Palermo per il felice Parto della Maeſtà Cattolica della Regina Noſtra Signora, ſotto il governo dell'Ill. Sig. Card. Doria Vicerè, e Capitan Generale in queſto Regno

Digitized by Google

gno di Sicilia l'anno 1626.m.ſ.in 4.extat apud me.

Pag. 334. ad JOANNEM BAPTISTAM PAGANUM, adde : Siculam Provinciam rexit ab anno 1708. ac vivit Panormi hoc anno 1714. doctrinâ inſigniter cumulatus. Edidit etiam Italicè ſuppreſſo nomine

Vita in compendio della Ven. Serva di Dio Suor Franceſca del Serrone del Terz'Ordine di S. Franceſco. Panormi apud Iſolam 1671. in 8.

Pag.335. ad JOANNEM BAPTISTAM PROVENZANUM, adde : Morum gravitate clarus, virtutes ſingulariter coluit; præſertim linguâ eâ cuſtodiâ ſervavit,ut ne quidem verbum jocoſum unquam protulerit.Ad caſtitatis tuitionem jeju-niis,vigiliis,ac flagellis corpus edomare curavit. Orationis ſtudio dicatus diu, noctuque ſacræ pſalmodiæ ſemper interfuit. Cùm ſacrum offerret, magnam lacrymarum vim profundebat. Septem Urbis Eccleſias,Sanctorumque Reliquias nudis pedibus viſitare conſuevit. Sanctitatis famâ defunctus,funebri oratione laudatus eſt:& ad corpus populi avidiſſimè confluxere. Hæc ex Joanne Alberghino *in Chron. m. ſ. Prov. Siculæ Tertii Ord.S.Franc.* Ad ejus ſepulchrum in Eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani epitaphium appoſitum, quod habes in his addictionibus *pag.* 42. Ipſum etiam celebrant Joannes Petrus Creſcentius *in Præſid.Rom. pag.*95. & Hieremias Fuzzius *in Vita B.Hieremiæ de Lambertenghis pag.*67. Edidit etiam Italicè

Conſtituzioni Generali Romane de' Frati del Terz'Ordine di S.Franceſco Regolari Oſſervanti,fatte nell'anno 1601. Romæ typis impreſſorum Cameralium 1601. in 4.

Pag. 344. ad JOANNEM DOXOPRATUM, adde : fuit Ordinis S. Baſilii in Cœnobio Meſſanenſi SS. Salvatoris, ex Silveſtro Maurolico *in mari Oceano lib.* 1. *pag.* 69. Scripſit etiam, Octavio Cajetano teſte, *in Iſagog. ad hiſt.Sicul.cap.*36. *n.* 24. *pag.* 268.

Adverſus omnes Hæreſes, cujus volumina ex Bibliotheca laudati Monaſterii in Hiſpaniam deportata, in Regiam Bibliothecam S.Laurentii illata ſunt.

Pag.350.ad JOANNEM FRANCISCUM MUSARRAM, dele titulum Poeticæ, & Oratoriæ,& adde: edidit primùm Italicè

Introduzzione alle Arti Oratoria, e Poetica. Genuæ apud Antonium Caſamarum 1696.in 12. exinde latinè opus inſcriptum:

Introductiones ad artem Oratoriam, & Poeticam. Panormi typis Dominici Corteſii 1705. in 12. etſi liber hic Italici ſubſtantiam complectatur; non tamen ad verbum verſus eſt,immò aliquid in latino habetur, quod non in Italico.

Pag.355. ad JOANNEM NASUM, adde:Paulus Jovius in quadam epiſtola ad Hieronymum Scannapecum, inter epiſtolas collectas, & editas à Ludovico Dominico, Venetiis 1560.*pag.*8.ait, Petrum Gravinam, celeberrimum Poetam Panormitanum,laudaſſe magnâ eloquentiæ vi Carmina *Siculi.*Sub hujus Siculi Poetæ nomine Ciulum de Alcamo latitaſſe nonnulli cenſuerunt: at horum opinionem reiicit, rectiſſimè eruditiſſimus Joannes Marius de Creſcimbenis *in Comment. hiſt. Poeſ. vulg. vol.* 4. *lib.* 2. *pag.* 67. Sub hujus nomine Siculi, Ferdinandum Balamium Poetam, & Medicum Siculum celebraſſe Gravinam putat Leo Allatius *in epiſt. ad lectorem Poetar. Antiq. pag.* 37. at de Ioanne Naſone intelligendum exiſtimo, eo enim tempore, quo claruit Gravina, Ioannes Naſo antonomaſticè Siculus vocabatur, ob literariam excellentiam : id verò ex Lucio Marineo Siculo,& coævo deducitur: hic enim *in epiſt. lib.* 5. in ea ad Cataldum Pariſium ait : *obiit Joannes Naſo, cui Siculus fuit cognomen*, & Alphonſus Seguritanus *in epiſt. de laudib. Marinei*, cujus verba habes *pag. cit.* 355.

Pag. 363. ad JOANNEM QUINGLES,adde: obiit Panormi 1.. Februarii 1712.

Pag. 370. ad JOSEPHUM ABBATEM, adde: titulus libri de Indulgentiis, hic eſt:

*Compendio delle Indulgenze, e grazie conceſſe alle Chieſe, e Fratri, e a quelli, che portano il Cordone de' Minimi.*Panormi apud Roſſellũ 1646.in 8.

Pag.374. ad JOSEPHUM BLONDUM,adde: Ex relatione habita ab eruditiſſimo Equite Proſpero Mandoſio ſcripſit etiam Italicè

Relazione della Prigionia, e morte del Signor Troilo Savelli Barone Romano. m.ſ.Romæ vagatur per multorum manus.

Pag. 390. ad JOSEPHUM MARIAM POLITIUM, adde: Obiit Panormi 5. Martii 1708.

Pag. 390. ad JOSEPHUM MARIAM THOMASIUM,adde: Panormitanus paſſim exiſtimatus, ac Panormitanus vocatur in Catalogo Profeſſionum Clericorum Regularium edito Romæ, in Relatione inſcripta: *Nomina,Cognomina,Dignitates, & Patriæ Em. & Rev. DD. S.R.E. Cardinalium à SS. D. N. Clemente Papa XI.creatorum*:edita Romæ, & recuſa Panormi 1712.in Relatione Canonizationis SS. Pii V. Andreæ Avellini,Felicis Capuccini, & Catharinæ Bononienſis *pag.* 8. in Imagine ipſius Ioſephi inſculpta Romæ,& in Diario Literatorum Italiæ *tom.* 10. *pag.*526. Vir generis ſplendore, doctrinæ præſtantiâ,ac virtutum ornamento conſpicuus, Sacræ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Qualificator, & Congregationis Sacrorum Rituum Conſultor,à Clemente XI. Pontif. Max. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, reluctante ejus modeſtiâ, creatus eſt 18. Maii 1712. quam dignitatem eidem antea prædixerat ejus Soror Maria Crucifixa à Conceptione, ſanctitatis gloriâ celebris. Bonis omnibus mirificè plaudentibus, ſacram purpuram adeptus, vir ſanè clariſſimus, in Arcadum Academicorum album relatus, emeritis laudum præconiis, ipſo inſcio, acclamatus eſt 9. Auguſti 1712.At hoc Eccleſiæ lumen parum temporis effulgere, parum gaudere licuit; poſt paucos enim menſes, virtutibus ornatiſſimus, prædicto mortis die, magnâ ſanctitatis opinione Romæ extinctum primo Januarii 1713.congemuere omnes. Plura ad eumdem eſſent addenda : at adeat Lector, ſi plura exoptat; ipſius Vitam ſcriptam ab Antonio Maria Borromeo,editam Venetiis 1713.

Digitized by Google

ex Diario Literatorum Italiæ *tom.* 13. *pag.* 441. quam adhuc non vidi. Ipsum etiam laudant Bernardus de Montfaucon *in Diario Italico cap.* 14. *pag.* 191. & Auctores Diarii Literatorum Italiæ *tom.* 10. *pag.* 526. 527. *& seq.* & locis infra citandis: Paulus Olympius Franchettus in oratione Panegyrica edita Faventiæ 1712. & Innocentius Raphael Savonarola in oratione edita Genuæ 1712. ex Diario cit. *tom.* 11. *pag.* 398. & 401. Vincentius Leonius *in vita Jo. Justini Ciampini inter vitas Arcadum ill. par.* 2. *pag.* 222. *& seq.* Idem Ciampinus, Thomasio amicitiæ vinculis mirè adstrictus, ob simultanea studia de rebus ecclesiasticis, in libro: *Sacra historica disquisitio de duobus emblematibus*, Thomasio nuncupato; Clariss. Justus Fontaninus *in epist. ad Theodoricum Ruinartum* apud Diarium cit. *to.* 9. *pag.* 292. aliique. Edidit etiam hæc alia inscripta:

Indiculus Institutionum Theologicarum Veterum Patrum. Romę per Corbellettum 1701. in 4.

Institutiones Theologicæ Antiquorum Patrum, quæ aperto sermone exponunt breviter Theologiam sive Theoricam, sive Practicam. Tomus Primus. Romæ ex typographia Sacrę Cong. de Propaganda Fide 1709. in 8. *Tomus II. & III.* Ibidem 1710. & 1712. in 8. Laudantur in Diario Liter. Italiæ *tom.* 2. *pag.* 514. *tom.* 5. *pag.* 57. *& tom.* 9. *pag.* 468. Ex eodem Diario *tom.* 10. *pag.* 529. prælo paraverat hæc alia inscripta:

Breviculus aliquot monumentorum veteris moris, quo Christi Fideles ad sæculum usque decimum utebantur in celebratione Missarum sive pro se, seu pro aliis, vivis, vel defunctis, & in ejusdem rei oneribus.

De privato Ecclesiasticorum officiorum Breviario extra Chorum.

Memorialis Indiculus veteris, & probatæ in Ecclesia consuetudinis concedendi Indulgentias.

Demum ex Diario cit. *tom.* 9. *pag.* 469. parabat genuinam, & legitimam editionem *Sacramentarii S. Gregorii Magni.*

Pag. 398. ad JOSEPHUM POMAM, adde: edidit etiam Italicè

L'Italia Impoverita, Orazion funerale per l'Esequie del Sereniſſimo Principe Francesco Maria Mediti, celebrate per comando dell'Em. e Rev. Sig. Francesco Cardinale di Acquaviva nella Ven. Chiesa de' Padri dell'Oratorio di Palermo. Panormi apud Antoninum Cortesium 1711. in 4.

Pag. 398. ad JOSEPHUM PRESCIMONIUM, adde: Vir eximius (cujus Majores generis claritate effulsere) ex Proregis, ac Regii Patrimonii facultate, Visitatorem Generalem in Civitate Calatagironis egit, non sine publicæ rei beneficio. Messanæ in Regiæ Audientię foro pluries præfuit Judex, quo in munere justitiæ zelum non obscurè detexit. In arduis negotiis pertractandis adhibitus, sui opinionem ampliavit, ac in dies prolatat. Edidit etian. Italicè

Il Parto di Latona, preservato dall'Iride, ne' Natali del Sole. Serenata per festeggiare nella sontuosa Galleria del Real Palazzo la faustissima Nascita del Ser. Luigi, Carlo, Filippo Prencipe dell' Asturie. Panormi apud Antoninum Epirum. 1707. in 4.

L'Acqua mirabile di Eliseo ristoratrice di Tre Re, e Tre eserciti sitibondi, e dissipatrice de' Moabiti ribelli. Allusione drammatica all'Eucaristia Sacrosanta, Grazia de' Fedeli, e Perdizione de' Reprobi. Ibidem apud Antoninum Cortesium 1712. in 4.

Pag. 411. ad JULIANUM FALCIGLIAM, adde, ex eruditissimo Dominico Antonio Gandolfo *in dissertatione de 200. Augustinianis Script. pag.* 245. quod, Pauli Veneti, & Joannis de Cypro fuit discipulus. In studio Senensi anno 1422. assignatus à B. Augustino Romano Ordinis Generali, instante laudato Paulo; ibidem, ut etiam in Lyceis Bononiensi, & Patavino, scholasticas scientias didicit. Anno 1432. Sacræ Theologiæ Doctor, ac Regens Arminiensis, Generalis socius electus est. Anno 1433. Capitulo Rheni, & Sveciæ Provincię interfuit Prędes. Primarias insulas recusavit. Dum Generalem Ordinis ageret, regiminis sui tempore, ob eximiam ejus curã, ac indefessam vigilantiam, ab Eugenio IV. Sum. Pont. S. Nicolaus Tolentinus in Sanctorum numerum est relatus anno 1446. Demum Messanæ decessit ante diem 20. Maii anno 1459. Scripsit etiam

Definitiones, & Additiones super Constitutiones, nec non Formularium, & Privilegia Ordinis.

Tractatum de Probatione Religionis.

Terminorum naturalium lib. I.

Tractatus singulares.

AD TOMUM SECUNDUM.

Pag. 23. ad LUDOVICUM PANORMITANUM, adde: edidit quoque Italicè

Modo prattico, dato dal Serafico Patriarca S. Francesco a' suoi Religiosi, per applicarsi nel tempo della Solitudine à gli Esercizj Spirituali. Panormi apud Cortesium 1711. in 12.

Novenario di Meditazioni sopra la vita del Serafico P. S. Francesco precedente alla sua Solennità. Ibidem apud eumdem 1709. in 12. suppresso nomine.

La Infelicità Dominante. Discorsi Morali. Ibidem apud eumdem 1712. in 12.

Habet sub prælo

Vita del Ven. Servo di Dio F. Salvatore della Pantellaria Sacerdote Capuccino. Ibidem apud Gasparem Bayonam 1714. in 4.

Pag. 27. ad LYSIAM, adde. Janus Vitalis Panormitanus latinitate donavit duas Lysiæ orationes, nempè:

Orationem in laudem eorum, qui in acie perierunt, dum Athenienses Corinthiis auxilium tulerunt. Pro cæde Eratosthenis. Romæ apud Jacobum Mazochium 1515. in 4.

Tres Lysiæ *Orationes* edidit Joannes Patussa *in tom.* 3. *Enciclopediæ Philologicæ.* Venetiis apud Nicolaum Sarum, & Antoniũ Bartolũ 1710. in 8.

Pag.

Digitized by Google

Pag.33.ad MARCUM ANTONIUM CATANIAM, adde: Juris utriusque Doctor, & Academicus Reaccensus, edidit quoque Italicè

La Gara Planetaria nel dì solenne de' 19. Decembre 1710. per la festività degli anni della Maestà Cattolica di Filippo V. Re delle Spagne. Panormi apud Antoninum Cortesium 1710.in 4. Prodiit etiam in libro: *le simpatie dell'Allegrezza*, Petri Vitalis, à quo *pag.* 9. laudatur.

Pag.34. ad MARCUM ANTONIUM NICOLICCHIAM, adde: pluries vir eximius præfuit Judex in Syracusano Foro, à doctrinâ, & integritate laudatus. Edidit Italicè

L'Esito funesto delle Congiure, divisato in quella, che fu fatta contro Claudio Nerone. Racconto Istorico-Politico. Messanæ apud D. Victorinum Mafteum 1708. in 12.

Uso, ed Abuso del Tabacco, o sia Disertazione Fisico-Medico-Morale, sulle Utiltà, e Nocumenti del medesimo. Lugduni 1708.in 12.& Panormi apud Dominicum Cortesium 1710. in 12.

Pag. 36. ad MARCUM ANTONIUM SCODANIGLIUM, adde: obiit Panormi 27. Martii 1712.dum habebat sub prælo Vitam Ven. Joannis Peccatoris.

Pag. 48. ad MARIUM FELICEM, adde: edidit etiam Italicè

Amaseno Idillio. In libro: *Tre Idillii con varie, e diverse composizioni fatte in lode dell'opere, & attioni dell'Ill. Sig. D. Francesco Lanario, & Aragona Duca di Carpignano.* Panormi apud Decium Cyrillum 1621. in 4.

Pag. 58. ad MATTHÆUM MORVELLUM, adde: edidit Italicè

Invito all'ajuto degli Agonizanti per tutto il Mondo, e necessario a chi desidera morir bene, & ajutare gli altri nel tempo della morte. Romæ apud Grignanum 1644. in 12.

Pag. 69. ad MICHAELEM ANGELUM BONADIES, adde: titulus Statutorum accipe:

Constitutiones, & Statuta Generalia Cismontanæ Familiæ Ord. S. Francisci de Observantia, ex Decretis Capituli Generalis Romani anno 1639. & Toletani an. 1658. compilata, & per Sacram Congregationem super negotiis Episcoporum, & Regularium revisa, & approbata. Romæ ex typog. Rev. Cam. Apostolicæ 1663. in 4.

Pag. 82. ad MOSCHUM, adde: Moschi Idyllia, cum Bionis Idylliis, Gallicis carminibus expressa, notisque illustrata, prodiere Parisiis apud Petrum Aulovinum 1686. in 12. Ex actis Erud. Lipsiæ *supplem. tom. 1. sect. 2. pag. 99.* Anglicè etiam cum eodem Bione edidit Thomas Stanlejus Londini 1651. ex Actis cit. *an.1702. pag.46.*

Pag.85. ad NICOLAUM ALBERTUM,adde: Prodiit Italicè etiam ejus opusculum inscriptũ:

Offerte fervorose al SS. Crocifisso, e Maria Immaculata sempre Vergine da farsi in ogni principio di mese da chi desidera esser vero schiavo delle Piaghe di Cristo Nostro Redentore, e della sua Madre SS. Avvocata de' Peccatori. Panormi apud Gasparem Bayonam 1713.in 12.& ibidem typis Vincentii Toscani 1714. in 12.

Sub prælo

Compendio de' Commentarii Sacro-Storici della Vita di Cristo N. S. Panormi typis Gasparis Bayonæ 1714. in 4.

Pag.92.ad NICOLAUM MARIAM JANUARIUM, adde: scripsit etiam opus, cui titulus:

Ecdicus Europeus ad Sinas, Theologorum Sacræ Parisiensis facultatis sententias, quas super Sinensium cultu, Confucio, & Progenitoribus defunctis exhibito, protulere, commentariolis vindicans. Authographum m.s.in fol.vidi in Bibliotheca egregii viri Jacobi Longhi, nuper ad dignitatem Judicis Regiæ Monarchiæ evecti.

Pag. 96. ad NICOLAUM SERPETRUM, adde: Scripsit etiam librum inscriptum:

Imperatorum Romano-Germanorum Series, ac rerum gestarum epitome. m. s. in 4. extat apud Vitum Riccium Sacerdotem oppidi Ravanusæ.

Pag. 148. ad PETRUM MANCUSUM,adde: decessit Calataniseætæ primo Martii 1713. non sine probitatis famâ; Panormi verò funebri oratione laudatus est ab eximio viro Vincentio Parisio, in peculiari Academia habita in Ecclesia S. Mariæ Agonizantium: & à viris eruditis variis poeticis monumentis commendatus.

Pag. 165. ad PETRUM VITALEM,adde:edidit etiam Italicè suppresso nomine

La vera Fortuna della Città Felice S. Rosalia, incontrata con le Pompe Festive dell'anno 1713. Panormi apud Franciscum Cichè, & Antoninum Epirum 1713. in 4.

Habet sub prælo:Descriptionem Solemnitatis pro faustissima Coronatione Amedei Victoris I. Regis Siciliæ invictissimi, habita Panormi, Siculorum Regum more, 24. Decembris 1713.

Pag. 166. ad PHILEMONEM, adde: Prodiere *Philargyrii Cantabrigiensis Emendationes in Menandri, & Philemonis Reliquias ex nupera editione Jo. Clerici.* Amstelodami apud Henricum Schelte 1711. in 8. in hac etiam editione habentur, Ab. Antonii Mariæ Salvini, viri in Orbe literato celebris, Aduotationes in Philemonis fragmenta: ex Diario Liter. Italiæ *tom. 11. pag.387.*

Pag.247. ad THEOCRITUM:adde: *Theocriti Adonem* nuper edidit Joannes Patussa *in Enciclopedia Philologica tom.4.* Venetiis apud Nicolaum Sarum, & Antonium Bartholum 1710. in 8.

Pag. 250. ad THEOGNIDEM, adde: Theognidis sententias in lucem etiam emisit idem Patussa in eodem tomo Enciclopediæ.

Pag. 291. ad VINCENTIUM ORTALEM, adde: edidit etiam Italicè suppresso nomine

Christo Appassionato proposto all'Anime Christiane per oggetto de' loro santi pensieri. Opera utilissima, distinta in sette Meditationi per tutti i giorni della settimana. Panormi typis Bossii 1676. in 12.

ALEXANDER GUARRASIUS Panormitanus, natus 17. Septembris 1666. adolescens in Panormitanum Clericorum Seminarium admissus, humaniorum, graviorumque scientiarum curriculum in Societatis Jesu Collegio laudabiliter perfecit: ac anno ætatis suæ 21. die 5. Julii 1687. Philosophiæ, & Theologiæ lauream est adeptus. In Metropolitana Panormi Ecclesia Beneficiatorum numero adscriptus; mox anno 1695. Matritum se contulit, ubi Nobilium, ac Dynastarum æstimationem assequutus, post paucos menses anno 1696. 24. Aprilis ex regia præsentatione, inter sex Metropolitanę Panormitanę Ecclesiæ Canonicos, Abbates perpetuos Commendatarios Monasterii S. Joannis Eremitarum adnumeratur 26. Septembris 1696. Cùm in patriam remeasset, concionatoris munus aliquando exercuit. Canonicatus sui, & Abbatiæ prædictæ jura acerrimè promovit, ac propugnavit; annuosque census jam deperditos revocavit, & auxit. Anno 1702. à Ferdinando Bazan, Panormitano Archiepiscopo, Visitatoris Generalis munere totius diœcesis fuit insignitus: & à Josepho Gasch, ejusdem Ecclesiæ Panormitanæ Archipræsul, Judex Synodalis, & Sanctimonialiũ Deputatus constitutus. Plurimorum etiam Ordinum Regularium Judicem Conservatorem egit. Anno 1704. 27. Februarii Thesaurarius ejusdem Panormitanæ Ecclesiæ à Clemente XI. Pont. Max. electus est: at decennio litium repagula, exoptatam ejus possessionem inhibuere: ideoq; in Regiis Siciliæ Tribunalibus jus suum, pluribus conditis allegationibus, propugnare studuit: ac demum, objectionibus dissolutis, hoc anno 1714. possessionem consequutus est. Vivit Panormi ingenio, doctrinâ, morumque probitate clarus. Habet sub prælo

Fulmen legale funditus evertens Propugnaculum Justitiæ firmiter à fundamentis erectum, & juridicè vindicatum in causa Thesaurariæ Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Panormi. Panormi in fol.

B. DOMINICUS SPATAFORA nobilis Panormitanus, Ordinis Prædicatorum, vir sanctimoniæ famâ clarissimus. Panormi Dominicum exortum, multis probavi in ejus vita, quam edidi in Vitis SS. Panormitanorum: ideoque repellenda opinio Dominici Mariæ Marchesii, qui *in Diario Dominic. tom. 6. pag.* 171. Messanensem falsò censuit Dominicum: solo n. ductus argumẽto desumpto à Julio Rancono: hic etenim *in vita B. Dominici edita Romæ an. 1667. pag.* 20. ait: Dominicum Siculum fuisse, ejusque familiam ex primariis Messanæ familiis esse. Marchesium verò Benedictus Clarellus Messanensis *in monum. sacris Messanæ pag.* 279. sequutus est. At familiæ conjecturam latis infirmam esse quisque animadvertet; hæc etenim in duos dispartita ramos claruit, ut modò effulget, ex Augustino Invegio *in appar. Panor. Nobilis pag.* 137. Messanæ, & Panormi: hic verò tum ante, tum post B. Dominici ævum, in multos honorum gradus ascendisse, ostendi. In Panormitano Cœnobio S. Dominici extat ejus antiqua effigies, hac inscriptione exornata: *B. P. M. F. Dominicus Spatafora Nobilis Panormitanus*. Panormi natum Dominicum produnt Joannes Maria Bertinus *in Sacrosanctæ Inquisitionis Rosa Virginea quæst.* 10. *contempl.* 2. *pag.* 387. Thomas Maria Vaginellus in oratione inscripta: *Hercules Atlanticus pag.* 28. Vincentius Auria *in histor. Crucifixi Eccl. Cathed. Panor.* ex tertia editione *pag.* 249. Petrus Cannizzarus *de Religione Panor. m. s. pag.* 2. *&* 290. Hyacinthus Montaltus *in hist. m. s. Ord. Præd. in Sicilia*. Superstes adhuc fama in oppido Ginguno, vulgò, *Monte Cerignone*, & Panormi docet, Dominicum Ordinis insignia accepisse in Panormitano Cœnobio S. Citæ: quod testatur Gaspar Bononiensis Vicarius Conventus Ginguni in epistolis datis ad Priorem Conventus S. Citæ, & ad Proceres Siculos familiæ Spataforæ 6. Septembris 1636. Adhuc servantur in eodem Cœnobio Ginguni literæ patentes scriptæ 24. Maii 1494. quibus Benedictus Utinensis, Provincię S. Dominici Moderator, Vicarium dicti Conventus constituit B. Dominicum: in his ait: *Filio carissimo F. Dominico Spatafora Sacræ Theologiæ Rev. Magistro Conventus S. Citæ de Panormo Provinciæ Trinacriæ Ord. Præd.* Vide vitam à me editam. Natus Panormi in Cœnobio S. Citæ Ordini Prædicatorum nomen dedit. Studiorum curriculo Patavii emenso, Sacræ Theologiæ Magister electus, doctrinâ eminuit. Panormum reversus, Concionatoris munus suscepit magno cum animarum fructu. Præcipuum studium in adipiscendis virtutum ornamentis posuit: ideoque adeò ejus sanctimoniæ opinio invaluit, ut Romam accersitus Ordinis Generalis in suum assumpserit socium. Ut Cœnobium Gingunum Ordinis Prædicatorum fundaret, ad illud oppidum missus, anno 1493. Cœnobium excitavit, extruxit; ac usque ad extremam vitæ lineam gubernavit. Eo in oppido evangelica prædicatione, piisque operibus, incolas omnes ad pietatis officia inflammavit: indefessus operarius spiritualem omnium salutem sedulò curavit. Regulari observantiæ cultu, orationis studio, durissimo vitæ genere, charitate, humilitate, aliisque virtutibus claruit, ac omnium æstimationem promeruit: & ob doctrinæ, ac vitę sanctimoniã, velut novus Thomas habitus. Prædicto demum mortis die sanctè decessit in eodem oppido 11. Decembris 1521. ac miraculis ante, & post obitum à Domino illustratus. Consule Auctores supra relatos. Scripsit

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Horum auctographa paucis ab hinc annis servabat Dominicanus quidam Tauromenitanus, ex Montalto citato.

NICOLAUS MONDIA Monteregalensis Sacerdos, adolescens in patrio Clericorum Seminario literarum studio operam dedit: humaniores etenim literas, Philosophiam, ac Theologiam

Digitized by Google

in Societatis Jesu Collegio didicit, ac Doctoris laureâ donatus est. Sexennio eidem Seminario præfuit Ministri munere: nunc vivit doctrinâ, & eruditione ornatus, in Cathedrali Ecclesia ejusdem Urbis, Vivanderius, ut vocant, vel ut volunt, Canonicus Secundarius. Edidit suppresso nomine opus inscriptum:

De Controversiis Ecclesiæ Cathedralis Metropolitanæ Montisregalis Resolutiones variæ, Auctore J. V. D. D. Mario Lancellotto Almæ Urbis originario, quas D. Castrensi Capuano Pontifici Doctor Anonimus Caloddoni Auctoris Secretarius cõsecras. Romæ per Georgium Placcum 1713. in 4. sub anagrammatico nomine Anonimi Caloddoni latat Don Nicolaus Mondia, verus operis auctor.

VINCENTIUS MONTANA, Melitensis, Syracusanus incola, ex Angelo Matthæo Bonfante in libro: *il Cigno Provocato*, sub nomine Friani Forbottæ edito, *pag.* 6. & Angelico Aprosio in libro: *Visiera Alzata pag.* 30. at ex aliorum, & ipsius Vincentii relationibus Syracusanum fuisse comperi: itaque hic apponere placuit. Natus anno 1634. adolescens, ut patris voluntati obsequeretur, Jurisprudentiæ studiis ingenii partes dicavit: ac Romæ quatriennio huic facultati operam dedit. Syracusas repetiens, Messanæ Doctoris laureâ insignitus est. At mortuo patre, ut propriæ indulgeret propensioni, Martis studia amplexus est: ideoq; in Hispaniâ se contulit, ac in bello inter Hispanos, ac Lusitanos animi sui fortitudinem pugnando detexit. A Joanne Austriaco militum Hispanorũ Dux electus in Belgio, ac navigii cujusdam gubernator cõstitutus, navitèr se gessit. In bello etiam inter Hispanos, Gallosq; in Sicilia non obscura edidit viri strenui argumenta. Demum Liparis, ac adjacentium insularum Gubernatorem non impigrè egit. Inter militaria exercitia literarum studia excoluit, Musis, ac amœnioribus literis impensè addictus. Academicus Reaccensus Panormi, & Officinæ Messanensis sui opinionem inter literatos excitavit. Ineunte etiam ætate graviora studia sequutus, Philosophicis, Astrologicis, Historicis, ac Politicis facultatibus animum adjecit, ex quibus eruditionem hausit non vulgarem. Demum Messanæ decessit anno 1702. Laudatur à Joanne Montalto *in Carmin. Officinæ par.* 2. *pag.* 184. Edidit Italicè

Giudicio Poetico di Antonio Zancume sopra una Canzone di D. Francesco Mugnòs. Venetiis apud Guerilios 1659. in 8. cui respondit laudatus Bonfantes in libro: *Cigno Provocato.*

Poesie. In carminibus Officinæ *par.* 3. Neapoli apud Ægidium Longum 1659. in 12. & *par.* 4. ibidem apud Sebastianum de Alecce 1660. in 12. & in libro: *Stravaganze Liriche degli Accademici della Fucina*. Ibidem apud eumdem 1661. in 12. Hæc ejusdem carminum pars; cùm enim ejus navis propè Messanam naufragium fecisset, poetica sua monumenta maris fluctus absumpsere; ipse verò notatione è furentibus undis emersit.

Discorso Filosofico, ed Astronomico. Barcinonę in 4.

Farmaco Politico.

Hispanâ etiam linguâ

Arcano de Principes.

Prælo etiam paraverat Hispanicè

Epitome Historico de la Sicilia antigua, y moderna. Opus hoc ad manus Jo. Mariæ Amati Soc. Jesu, post ejus mortem pervenit.

Poema Eroico sopra l'Isola di Malta. Ex Joanne Montalto *in carmin. Officinæ par.* 2. *pag.* 184. at si in lucem emiserit, incompertum est.

ANTONINUS MONGITORIUS Panormitanus Sacerdos, hujus Bibliothecæ Auctor. Etsi è Scriptorum Siculorum albo nomen meum excludendum diu censuerim; attamen impellentibus multorum suasionibus, hìc tandem post omnes, tanquam cæterorum minimum, subnectere statui. Patre Josepho Mongitore, spectatæ probitatis viro, in lucem editus primo Maii 1663. tum ut genio indulgerem, tum ut amicorum voluntati morem gererem, inter innumeras mentis evagationes, hæc rudi calamo scripsi, typisque tradidi inscripta:

Bibliotheca Sicula, sive de Scriptoribus Siculis, qui tum vetera, tum recentiora sæcula illustrarunt, Notitiæ locupletissimæ; in quibus non solùm Siculorum Auctorum, qui ad hæc usque tempora scripserunt, Codices excusi, vel manuscripti adnotantur; verùm etiam eorumdem Patria, Ætas, Professio, Munia, Dignitates, Memoranda, Obitus, & Epitaphia recensentur. Encomia itidem, quibus adhuc exteri Scriptores Siculos Auctores exornarunt, in Lectorum gratiam indicantur: nonnulli Scriptorum lapsus corriguntur: pluresque Siculi Scriptores vel ab alienigenis Provinciis usurpati, veræ Patriæ restituuntur. Accessit Apparatus præliminaris Operi prævius, complectens Sicanæ Historiæ prospectum, Disquisitiones de nomine Siciliæ, Siculorum Ingenio, & Literis, & de Computo Olympiadum. Tomus Primus. Panormi ex typographia Didaci Bua 1708. in fol.

Bibliotheca Sicula &c. Tomus hic Secundus. Ibidem typis Angeli Felicellæ 1714. in fol. Italicè

Breve Compendio della Vita di S. Francesco di Sales Vescovo, e Principe di Genéva. Ibidem typis Anglesi, & Leonis 1695. in 12. suppresso nomine.

Il Trionfo Palermitano nella Solenne Acclamazione del Cattolico Re delle Spagne, e di Sicilia Filippo V. festeggiata in Palermo a 30. di Gennajo 1701. Ibidem apud Felicem Marinum 1701. in 4.

Vita de' due Santi Mamiliani Arcivescovi, e Cittadini di Palermo, e de' suoi discepoli pure Palermitani, cioè di S. Mamiliano Martire, e Ninfa, Procolo, Eustotio, e Golbodeo; e di S. Mamiliano Confessore, di Sentio Prete, Convuldio, Eustochio, ed Infante Monaci Confessori. Ibidem apud Michaelem Constantium 1701. in 4.

Vita di S. Filareto Confessore Palermitano dell' Ordine di S. Basilio, col Ragguaglio dell' Invenzione del suo Corpo in Calabria, Traslazione del suo Braccio in Palermo, e Relazione delle Pompe festive celebrate per la stessa Traslazione, accoppiate alla Solennità di S. Rosalia nel 1703. Ibidem ex typographia Cortesii 1703. in 4.

Com-

Digitized by Google

Compendio della Vita di S. Roſalia Vergine Romita Palermitana. Ibidem apud eumdem 1703. in 12. ſuppreſſo nomine.

Vita di S. Oliva Vergine, e Martire Palermitana. Ibidem apud eumdem 1709. in 12.

Vita del B. Agoſtino Novello Palermitano della Nobile Famiglia Termine dell'Ordine di S. Agoſtino. Ibidem apud eumdem 1710. in 4.

Vitæ relatæ vel primùm editæ, vel poſtea recuſæ prodiere in libro inſcripto:

Palermo Santificato dalla Vita de' ſuoi Santi Cittadini. Vita de' Santi, e Beati Palermitani. Ibidem apud Buam 1708. in 8.

Divertimenti Geniali, Oſſervazioni, e Giunte alla Sicilia Inventrice del Dottor D. Vincenzo Auria. Ibidem apud Felicem Marinum 1704. in 4.

Memorie Iſtoriche della Fondazione del Venerabil Monaſtero di S. Maria di Tutte le Grazie nella Città di Palermo, detto di S. Vito, del Terz'Ordine di S. Franceſco. Con le Vite de' ſuoi Fondatori, e d' alcune Religioſe morte in eſſo con fama di Santità. Ibidem apud Dominicum Corteſium 1710. in 4.

Vita di D. Vincenzo Auria Palermitano, detto trà gli Arcadi Imante. In Tomo Tertio Vitarum Illuſtrium Arcadum. Romæ 1714. in 4.

Sub prælo

Muſeo Palermitano, in cui ſi contengono gli Elogj de' Pontefici, Cardinali, Patriarchi, Arcivescovi, Veſcovi, Inquiſitori, e Generali di Religioni Palermitani. in 4.

Quamprimum typis tradere Deo favente ſpero Italicè:

Palermo Divoto di Maria Vergine, e Maria Vergine Protettrice di Palermo. Opera diviſa in quattro libri. Nel Primo ſi dona notizia dell'antica, e continuata divozione alla SS. Vergine in Palermo, e della favorevole Protezione di Maria, moſtrata ſempre verſo l'iſteſſa Città. Nel Secondo l'Origine delle Miracoloſe Immagini di Maria Vergine, che s'adorano in Palermo. Nel Terzo una gara di vicendevole amore tra Maria Vergine, e ſuoi divoti Palermitani. Nel Quarto li Palermitani, che hanno publicato le Glorie di Maria Vergine con i libri dati alla ſtampe. in 4.

Degli Scrittori Maſcherati Centurie Cinque. in 12.

Alia vel jam numeris omnibus abſoluta, vel non dum ad umbilicum perducta, quia an in lucem emittantur ambigo, ſubnectere ſupervacaneum cenſeo.

Digitized by Google

SCRIPTORUM, QUOS EX HAC BIBLIOTHECA SICULA EXCLUSIMUS, NOTITIÆ.

IN ipso Bibliothecæ hujus vestibulo (*in præf. pag. x.*) innui, non opus esse, Siciliam alienis spoliis ditescere: nec fictis Scriptoribus rem nostram amplificare. Unaquæque Provincia suos habet Scriptores, suis gaudeat: propriis satis dives Sicilia. Hinc sicut Siculos ab aliis usurpatos Siciliæ restituere studui; ita, in veritatis obsequium, alienos Scriptores à nonnullis inter Siculos recensitos, libenter aliis reddere curavi: in alienum enim chorum pedem inferre nunquam placuit, ne Æsopicum graculum imitari videatur Sicilia. Siculos quoque nonnullos inter Scriptores adnumeratos, ob libros ipsis falsò adscriptos: & Apocryphos quosdam pseudo-scriptores Siculos animadverti. Hos omnes ab hac Bibliotheca excludendos censui. Ideoque brevem hic attexere horum Notitiam proposui.

EXTERI SCRIPTORES INTER SICULOS A NONNULLIS RECENSITI, ET DELETI.

S. AMBROSIUS clarissimus Ecclesiæ Doctor, Mediolanensis Pastor egregius. In Sicilia natum tradidit Anonymus, sed antiquissimus Auctor, qui S. Lucæ Abbatis vitam scripsit, quam habes apud Octavium Cajetanum *tom. 2. SS. Sicul. pag. 96.* sed ut idem Cajetanus hoc Scriptoris, vel amanuensis lapsum putavit *in Idea SS. Sicul. pag. 23. & in animad. ad tom. 2. SS. Sicul. pag. 34.* ita & ego. Ille ex Sanctorum Siculorum albo Ambrosium delevit, ego ex Scriptorum Siculorum catalogo.

ARNALDUS VILLANOVANUS. Matthæus Silvagius *de tribus Peregrinis cap. 49.* tradit Montem Albanum, Siciliæ oppidum, patriam Arnaldi Philosophi, & Medici peritissimi extitisse: & in eodem oppido ejus corpus sepulchro conditum addit. Ibidem sepultum prodit Fazellus *de rebb. Siculis dec. 1. lib. 10. cap. 1. pag. 212.* qui Raynaldum vocat: ait enim: *nobilitatur* Mons Albanus *Raynaldi Villanovæ medici, & mathematici clarissimi sepulchro, quod in sacello arcis ab omnibus visitur.* At falsum eo in oppido, vel in Sicilia natum. Hispani, & Galli pro ejus patria decertant, ut ait Joannes Imperialis *in Musæo pag. 9.* Inter Hispanos Scriptores recensetur ab Andrea Scoto *in Biblioth. Hispan. tom. 2. pag. 326.* aliisque. In oppido, cui nomen *Cervera* in Hispania, exortum scribit Hieronymus Surita *in annal. Aragon.* apud Carreram in m.s. *de Scrip. Sic.* Natione Gallum, Provincialem, vel Catalaunum, renunciat Josias Simlerus *in epit. Bibl. Gesneri pag. 18.* Narbonensem fuisse tradit Joannes Villanus *in hist. lib. 9. c. 3.* additque in mari demersum, dum Friderici Aragonii, & Siciliæ Regis Orator, ad Pontificem se conferebat: at Genuæ defunctum, ubi & ejus sepulchrum adhuc visitur, prodit Imperialis cit. Hoc unum certum, Siculum nō fuisse Arnaldum, cujus libri, pravis opinionibus fœdati, meritò à Sacra Congregatione Indicis prohibentur.

BENEDICTUS MAZARA Ordinis Reformatorum S. Francisci, edidit Italicè: *Leggendario Francescano.* Venetiis apud Barth. Tramontinum 1676. in 4. Hunc Siculum vocat Fortunatus Hueberus *in menolog. Ord. S. Franc. in hist. proloq. §. 13. pag. 348.* at Sulmonensem rectiùs putat Nicolaus Toppus *in Bibl. Neapol. pag. 314.* à quo inter Neapolitanos Scriptores collocatur.

CALLIMACHUS. Duos Callimachi nomine præ notatos apud Scriptores legimus. Celebrior Callimachus Cyrenæus Poeta non inglorius, qui Ptolomæi Philadelphi tempore vixit, & uxorem habuit Euphratis Syracusani filiam. De eo consule Suidam, Athenæum, Patritium, Gyraldum, Vossium, aliosque. Cyrenæum fuisse, præter auctores relatos; ipsemet Callimachus fatetur, ut observat Gyraldus. Alter autem Callimachus etiam Poeta, prædicti Callimachi nepos fuit, ex Gyraldo *dial. 3. de Poet. hist. pag. 112.* Suida *tom. 1. pag. 1360.* Patritio *in Poetica dec. hist. lib. 1. pag. 118.* Hunc Syracusanum putat Fazellus *de reb. Sicul. dec. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 102.* Thomas Porcachius *in Insulis pag. 41.* Goltzius *in Hist. post. Sic. pag. 89.* Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag. 212.* & Hieronymus Ragusa *in elogiis Sicul. pag. 68. & in Biblioth. pag. 60.* At hunc secundum Callimachum Cyrenæum etiam volunt Suidas *cit.* Carolus Stephanus *in dict. pag. 553.* Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græc. pag. 98.* & Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib. 2. pag. 249.* qui Fazelli, & Porcachii auctoritatem reiicit: rejeciisset & alios, qui post Bonannum scripsere. Hunc & ego non Syracusanum censeo.

CORNELIUS SEVERUS Poeta, & declamator eximius, claruit extremo Augusti ævo. Scripsit carmine *Bellum Siculum*, sed non absolvit morte præventus, ut notat Fabius *lib. 10.* De eo etiam Seneca *suasor. 6.* Scripsit etiam Poema inscriptum: *Ætna*, ex Seneca *epist. 79.* Vide Vossium *de hist. latinis lib. 1. cap. 21. pag. 108.* Hunc Philadelphus Mugnòs *in novo Laertio pag. 151.* vel Catanensem, vel Leontinum ex aliis, at verè Tauromenitanum fuisse tradit, ex Petro Crinito *de Poetis.* Mugnosii sententiam sequitur Hieronymus Ragusa *in Sicil. Bibl. vet. pag. 70.* At Crinitus *de Poetis latinis lib. 3. cap. 57. pag. 479.* de Cornelio, ejusque operibus scribens, Tauromenitanum fuisse non scribit. Lapsum hunc innui Ab. Michaeli de Judice, qui errorem *in obser. ad appar. Siculor. annal. Aug. Invegii pag. 92.* prodidit: sicut & notaverat Vincentius Auria in libro: *la Verità historica svelata pag. 35.* Auctorum nullus Siculum fuisse scripsit.

DECIUS CARRERA Ordinis Prædicatorum, ex Augustino Oldoino *in Athenæo ligustico pag. 148.* fuit Siculus, Genuā oriundus; eoque teste *scripsit multa Theologica, quæ mss. apud Ordinis sui Religiosos Panormi asservantur.* At virum egregiū doctrinā, & sanctimoniā illustrem, non Sicu-

Digitized by Google

lum fuisse scimus, sed Genuensem: Panormi verò Ordinis insignia accepit in Cœnobio S. Citæ, ubi sanctè decessit anno 1643. Genuæ natum tradunt Josephus Boccadifocus *in orat. funebri* edita Panormi anno 1644. & Petrus Cannizzarus *de Relig. Panorm. m. s.* hoc verò sat notum Panormi. Hinc meliùs dicendum, Decium ortu Genuensem, Religione, ac diuturnâ habitatione Panormitanum.

DIOGENIANUS ex Heraclea Siciliæ urbe, teste Matthæo Silvagio *de trib. Pereg. cap. 46. pag.* 171. qui *Dictionarium per ordinem literarum, multaque alia in arte Grammatica, & Collectionem Proverbiorum* scripsit. Heraclensem vocant Raphael Volaterranus *in anthropol. lib.* 15. *pag.* 172. & Carolus Stephanus *in Dict. pag.* 824. aliique ex Suida. Magirus verò *in eponymologio critico pag.* 71. ex eodem Suida, Heraclensem Ponticum fuisse tradit: ita & Petrus Angelus Spera *de nobilit. Prof. Gramm. lib.* 4. *pag.* 231. Sicut non alius, præter Silvagium, Heracleæ urbi Siciliæ adscribit, ita nec ego Siculum puto.

FABRITIUS LUNA. In primo hujus Bibliothecæ tomo *pag.* 192. Fabritium ut Panormitanum proposui: cùm enim Elegiarum, & Epigrammatum librum idem Fabritius Scipioni Vigintimillio Panormitano dicasset, in ipsa epistola nuncupatoria pluries testatur, familiam Lunam (hanc sanè Panormitanam) cum Vigintimillia sanguine conjunctam. Nonnullos etiam Panormitanos, Siculosque literatos, ac Dynastas laudibus ornat. Cl. L. Scipanus in epigrammate in libri calce cecinit de Fabritio:

Proceres quandoque tuos tremuere Sicani:
Florvit Ætbneis gens tua verticibus.

Ac cùm demum in quodam m. s. vidissem Fabritium vocari Panormitanum, inter Siculos sine hæsitatione reposui. At postmodum ad meas pervenit manus ejus Vocabularium editum Neapoli 1536. in quo animadverti è Neapolitano Regno in Siciliam advenisse, ac Neapolitanum civem sese dixisse: præsertim *ver. Parthenope*. Hinc Neapolitanis restituendum censeo: ac libenter eruditissimis Auctoribus Diarii Literatorum Italiæ adhæreo, qui *in tom.* 13. *pag.* 258. notant, Fabritium se Neapolitanum in vocabulario se declarasse.

FRANCISCUS NIGER. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag.* 233. quem sequitur Petrus Paulus Morretta *de Caltagirone cap.* 12. *pag.* 54. hunc Calatajeronensem fuisse scribit, ac edidisse, testatur librum *de conscribendis epistolis*. Deceptū fateor Pirrum; nam etsi hæc familia Calatajeronensis sit, ex qua exortus Franciscus Niger alter Panormitanus, Mathematicus insignis, de quo *tom.* 1. *pag.* 231. attamen hic, qui memoratum opusculum scripsit, Venetus fuit; quod satis liquet ex ipsa libri fronte, in qua legitur: *Francisci Nigri Veneti*. Huic opinioni adstipulantur Petrus Angelus Spera *de nobil. Prof. Gramm. lib.* 4. *pag.* 232. Augustinus Superbus *in Triumpho Heroum Venet. lib.* 3. *pag.* 132. & Jacobus Algericius *in Catalogo Scrip. Venet. pag.* 29.

S. FRANCISCUS PAULANUS Ordinis Minimorum Conditor. Petrus Opmeerus *in Chronograph. an.* 1440. & Volaterranus *in anthropol. lib.* 21. Siculum fuisse scribunt. At lippis, & tonsoribus notum, Franciscum in oppido Paulæ apud Calabros natum. Solummodo hic addam, quòd Antoninus Amicus *in dissert. epistolaribus, ep.* 3. hac reiictâ opinione, firmat à Siculis progenitoribus exortum.

GEORGIUS GUALTERIUS. Gulielmus Cave *in elencho Auctorum præfixo tomo* 2. *historiæ literariæ Scrip. Eccl.* Georgium Gualterium Messanensem publicavit. At certo certius Germanum fuisse, Messanæ autem antiquas Siciliæ tabulas edidisse anno 1625.

S. GREGORIUS MAGNUS Summus Ecclesiæ Pontifex. Stephanus Maurus *in sua Messana cap.* 25. *pag.* 238. inter Sanctos, quos Messanæ adscribit, Gregorium reposuit: at non sine formidine hoc tradidit. Audentior Josephus de Ambrosio *in descrip. Epistolæ Marianæ pag.* 468. Messanæ natum putat, ac probare nititur: nam Gregorius, ait, hæc scribit: *istis partibus unà vobiscum in infantia nutritus sum*. At hæc sunt non Gregorii verba, sed Felicis Messanensis Episcopi, in epistola ad Gregorium scripta: quibus innuit, Felicem unà cum Gregorio Romæ nutritum. Videatur epistola apud Messanenses Albertum Piccolum *de antiquo jure Eccl. Sicul. par.* 1. *cap.* 18. *pag.* 47. Carolum Morabitum *in annal. Eccl. Mess. pag.* 118. Placidum Reinam *in hist. Mess. par.* 2. *pag.* 444. Gregorium verò non Messanensem, non Siculum, sed Romanum fuisse cùm innumeri tradant, non opus est auctorum testimonia hic proferre.

HERALDUS Siculus, scripsit Gallicè *de coloribus*, ex Wolphango Hungaro *in notis vocum ad Caroli Bovilli fabulas*. At non est inter Siculos adnumerandus, ut rectè tradit Petrus Carrera *in fragment. de Scrip. Siculis*, additque Siculi voce Heraldi cognomen designari, non gentis originem; ac fortasse Gallum, nō Siculum fuisse putat.

HERACLIDES LEMBUS. Jacobus Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 331. & 345. Heraclidem hunc Philosophum, Historicum, & Poetam, Siculum fuisse scripsit: quod apud neminem observavi. Bonannum forsan decepit Laertius *lib.* 5. *in vita Heraclidis Pontici*, qui Heraclidem Lembum Callicianum, sive Alexandrinum vocat: ideoque ex Calacta Siciliæ urbe forsan Heraclidem putavit Bonannus. Sed verius Callitianum, seu ut Vossio *de hist. Græcis lib.* 1. *cap.* 20. *pag.* 127. placet, Callatianum credendum ex Callatia in Mœsia minori, juxta Ptolomæum, ut idem Vossius opinatur. Calactæ enim nostræ civis Calactinus dicitur, ex Cluverio *Sicil. antiq. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 291. Neutrum approbant Suidas *tom.* 1. *pag.* 1195. & Josias Simlerus *in epit. Biblioth. Gesneri pag.* 73. qui Oxyrynchitem Heraclidem hunc vocant: Oxyrynchus verò Ægypti civitas ex Ptolomæo, Strabone, aliisque. Hinc à Siculis Scriptoribus Heraclidem Lembum amovendum puto.

HU-

Digitized by Google

HUGO FALCANDUS, auctor celebris *Historiæ de rebus gestis in Siciliæ Regno*, quę prodiit primùm Parisiis 1550. exinde inter Rerum Sicularum Scriptores Francofurti 1579. Siculus à nonnullis existimatur. Siculum putant Augustinus Inveges *in Panor. Nobili pag.* 417. Joannes Buseus *in notis ad epist. Petri Blesensis epist.* 46. *pag.* 683. & Josephus Ambrosius *in descrip. festi epist. Marianæ pag.* 564. Hi autem sententiam amplexi sunt Gervasii Tornacei, qui in ejus historiæ præfatione Siculum arbitratus, de Falcando, ejusque historia ait: *hæc quæ supersunt reliquiæ hominis Siculi*: quod ex eodem Falcando eruit; hic enim in præfatione ad Petrum Panormitanæ Ecclesiæ Thesaurarium, de Sicilia, ejusque calamitatibus *pag.* 2. ait: *Verùm quia difficile est in morte nutricis alumno persuaderi ne lugeat, non possum, fateor, lacrymas continere, non possum desolationem Siciliæ, quæ me gratissimo sinu susceptum benignè fovit, promovit, & extulit, vel præterire silentio, vel siccis oculis memorare*. His verbis addit in ore libri Tornaceus: *Siculum se innuit*. Hinc in ipsa libri facie affixum Siculi nomen legitur: *Historia Hugonis Falcandi Siculi*: quod ab eodem Tornaceo additum puto. At ex allatis Falcandi verbis potius extra Siciliam, quàm in Sicilia natum, colligitur: si enim Siculus fuisset, non *in morte nutricis alumno persuaderi ne lugeat*, dixisset, sed in morte matris filio persuaderi. In verbis verò: *quæ me gratissimo sinu susceptum benignè fovit*, clarè patet Siculum non esse, sed alibi natum, à pueritia in Siciliam delatum. In eadem præfatione *pag.* 12. Panormitani agri delicias describens, addit: *quod si in partem aliam visum deflexeris, occurret tibi mirandarum seges harundinum, quæ cannæ mellis ab incolis nuncupantur.* & paulò post: *comunes autem fructus, & qui penes nos habentur his adjungere superfluum existimavi*. Cùm autem extra Siciliam historiam scripsisset Falcandus, ut ex fine præfationis liquet; nonne ex allatis verbis se non Siculum innuit? Hinc meritò Marianus Valguarnera *de orig. & antiq. Panormi pag.* 76. & 78. ex allatis verbis, non Siculum Falcandum rectè deducit. Ideoque non audiendus Josephus Bonfilius *in hist. Sicil. par.* 1. *lib.* 4. *pag.* 189. *in descrip. Messanæ lib.* 8. *pag.* 61. & 63. & *in apolog. ad topographiam Siciliæ pag.* 3. qui Panormitanum vocat Falcandum: eoque animo id scripsisse puto Bonfilium, ut scilicet Falcandi auctoritatem enervaret, qui Panormi laudes in ipsius historia latè, ornatèque prosequitur: & innueret Falcandum, Panormi encomia scribentem, patriæ studio permotum. Natione Normannum fuisse cum Valguarnera *cit. pag.* 76. statuo: ideoque ab hac Bibliotheca excludendum.

JOACHIM Abbas Florensis, Ordinis Cisterciensis, qui in Sacram Scripturam, multa scripsit, ejusque Vaticinia circumferuntur. Hunc Siculum vocat Martinus del Rio *in disq. mag. lib.* 4. *cap.* 1. *quæst.* 2. *sect.* 2. Baronius verò *in annal. Eccl. tom.* 12. *an.* 1190. *n.* 5. ait: *in Sicilia Monachus Cisterciensis*. At Scriptores innumeri Calabrum fuisse volunt. Consule ejus vitam latè scriptam à Gregorio de Lauro, ac editam Neapoli 1660. ideoque non immeritò inter Neapolitanos Scriptores recensetur à Nicolao Toppio *in Biblioth. Neapol. pag.* 112. & à Leonardo Nicodemo *in addict. ad eamdem pag.* 91.

JOANNES ALPHONSUS BORRELLUS vir celeberrimus, ab editis libris ubique notissimus. Angelicus Aprosius *in Biblioth. Aprosiana pag. XXXVII.* Messanensem protulit. Stephanus de Angelis edidit librum Italicè: *Terze considerazioni sopra una lettera del Molt'Ill. & Ecc. Sig. Gio: Alfonso Borrelli Messinese.* Venetiis 1668. ut etiam *Quarte considerazioni sopra la confermazione d'una sentenza del Sig. Gio. Alfonso Borrelli Messinese.* Patavii 1669. Etsi mathematicas disciplinas in Messanensi Lyceo docuerit; attamen fuit verè Neapolitanus: Neapoli enim 28. Januarii 1608. lucis usuram accepit, teste Carolo Joanne à Jesu in ejus vita edita cum ipsius opere posthumo *de motu animalium*, ita etiam Auctor *tom.* 3. *magni dictionarii, sive supplem. ad Morerium pag.* 205. & Nicolaus Amenta *in vita Leonardi de Capua* edita *in vitis Arcadum Illustr. tom.* 2. *pag.* 10. qui Toppii, & Nicodemi negligentiam exprobare videtur, dum in Bibliotheca Neapolitana, ejusque addictione Borrellum non accensere. Idem Borrellus in epistola nuncupatoria libri sui *de motionibus naturalibus à gravitate pendentibus*, se Neapolitanum prodit. Ultrò Neapolitanum Scriptorem Neapolitanis concedimus.

JOANNES BAPTISTA JULIANA Ordinis Minimorum. Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Agrig. pag.* 358. hunc Siculum ex oppido Julianæ putavit: at ipsum decepit cognomen, fuit etenim ex familia Juliana, non ex oppido Julianæ. Ex provincia Terrę laboris in Regno Neapolitano prodiisse tradit Toppius *in Biblioth. Neapol. pag.* 132. Aversanum fuisse tradit Jo: Bap. Pacichellus in libro: *Napoli in Prospettiva par.* 1. *pag.* 100. Neapolitanum vocat Hippolytus Marraccius *in Biblioth. Mariana par.* 1. *pag.* 679. & Josephus Galeanus *in triumpho S. Casimiri pag.* 33. Nos non Siculum putamus: ideoque à Sicula Bibliotheca concionatorem eximium excludimus.

JOANNES DE NEAPOLI Theologus celebris Ord. Prædicatorum. Siciliæ nostræ adscribitur ab Antonio Possevino *in appar. sacro to.* 2. *pag.* 224. Marraccio *in Bibl. Mariana par.* 1. *pag.* 767. Lusitano *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 136. At passim Neapolitanus à Scriptoribus appellatur, præsertim à Leandro Alberto *de viris ill. Ord. Præd. pag.* 138. Joanne Michaele Pio *de viris ill. Ord. Præd. par.* 2. *lib.* 1. *pag.* 139. Nicolao Toppio *in Bibl. Neap. pag.* 121. Leonardo Nicodemo *in addict. ad eamdem pag.* 104. Ambrosius Altamuranus *in Biblioth. Ord. Præd. pag.* 105. & 471. qui ex familia Sicula exortum tradit: at an verum, videant eruditi. Consule etiam Dominicum Gravinam in ejus vita, quam edidit cum ejusdem *quæstionibus variis.*

S. ISIDORUS Siciliæ Episcopus. Secundus Lancellottus in libro, cui nomen: *Farfalloni degli Antichi Historici far.* 81. ait, Isidorum, Siciliæ

Digitized by Google

Episcopum Etymologiarum libros XX. scripsisse. Non me latet Isidorum quemdam incertæ sedis Episcopum in Sicilia claruisse, de quo Rocchus Pirrus *Siciliæ Sacræ lib. 2. pag.* 463. Arnaldus Wion *in ligno vitæ par. 1. lib. 2. cap.* 57. *pag.* 381. *& par. 2. lib. 3. pag.* 20. *&* 24. Octavius Cajetanus *tom. 1. SS. Siculor. pag.* 225. Ughellus *in Ital. Sac. tom. 2. pag.* 11. Tomayus *de SS. Hispaniæ pag.* 497. Nicolaus Antonius *in Biblioth. Hisp. veter. tom. 1. pag.* 245. aliique. Hunc à Stephano Mauro *in sua Messana cap.* 25. *pag.* 238. & à Josepho Ambrosio *in descrip. Epist. Marian. pag.* 466. inter Sanctos, quos Messanæ adscribunt, collocatur, eo jure, quod relicta sunt primi occupantis. At hic Isidorus in Sicilia Episcopus, à Hieronymo Ragusa *in Siciliæ Biblioth. vet. pag.* 164. inter Siculos Scriptores recensitus, nihil penitus scripsit. Ideoq; in ambiguitatem lapsum puto Lancellottum: ac forsan typographi incuria Italicè pro *Sivigliano*, reposuit *Siciliano*: quis etenim nescit Etymologiarum opus à S. Isidoro Hispalensi scriptum?

JULIUS MAZARINUS S. R. E. Cardinalis, tot orbe celeberrimus. Siculum fuisse innuit Emmanuel Thesaurus *in Inscrip. editis Venetiis* 1679. *pag.* 286. ubi in notis additum *pag.* 290. *Mazarinus Siciliâ oriundus.* Siculum,& Panormitanum renunciavit Joannes Mollerus *de Scrip. Homonymis sect. 1. cap. 3. n. 15. pag.* 67. at sole clarior est, Julium, patre Petro Mazarino Panormitano, natum in oppido Piscinæ apud Samnites anno 1602. ut post alios tradunt Michael Justinianus *de Scrip. liguris pag.* 469. Augustinus Oldoinus *in Athenæo Ligustico pag.* 384. Nicolaus Toppius *in Biblioth. Neapol. pag.* 340.& Alphonsus Pajolus *in ejus Vita pag.* 2. qui *pag.* 1. falsè ait, Mazarenum obscurum Siciliæ oppidum, Cardinali Mazzarino nomen dedisse, ubi ejus pater Petrus exortus: quod etiam scribit Alphonsus Loschus *in comp. histor. tit. 1. de regiis familiis Galliæ pag.* 42. Pater enim Julii Panormi natus, non ab oppido Mazareno cognomen traxit, sed à progenitoribus suis: familia enim Mazarina origine Genuensis, Panormum invecta, hic Julium Mazarinum Soc. Jesu, Cardinalis Julii patruum, edidit, de quo *tom. 1. pag.* 414. Hinc Julius Cardinalis, non ortu, sed origine Siculus fuit: ideoque Robertus Deucherius in opusculo: *de Comparatione Card. Richelii, & Mazarini*, rectè ait: *Mazarinum de sanguine Siculo progenitum.*

LANDULPHUS. Hieronymus Ragusa *in elogiis Siculor. pag.* 170. inter Siculos Scriptores Landulphum recepit; ait enim, quòd inter lucubrationes, quas se editurum pollicebatur Antoninus Amicus Messanensis, Chronicon Landulphi recensetur. *Has inter*, ait, *Auctoris Siculi censendum Chronicon Landulphi, Abbatis S. Mariæ de flumine apud Caccamum à Card. Baronio Fossæ novæ nuncupatum; & in suis Annalibus Ecclesiasticis sæpè laudatum.* At *in sua Siciliæ Biblioth. veteri pag.* 168. ait: *Has inter Auctoris Siculi minimè* (hoc addidit adverbium) *censendum Chronicon Landulphi &c.* Apud Amicum in fine opusculi *de antiquo Urbis Syracusarum Archiepiscopatu pag.* 61. non Caccamum legitur, sed Ceccanum. Caccamum sive Caccabum Siciliæ Civitatem; Ceccanum verò Campaniæ oppidum esse scimus. Chronicon attamen edidit primùm Ferdinandus Ughellus *in calce tom. 1. Italiæ Sacræ.* Romæ 1644. cum hoc titulo: *Chronicon Fossæ novæ Joanne de Ceccano auctore ab anno primo nostræ salutis ad annum* 1217. *ex pervetusto m. s. exemplari Cœnobii Fossæ novæ hactenùs ineditum.* Hinc vides Auctorem, Joannem vocatum non Landulphum de Ceccano: quod & affirmat Michael de Judice *in observ. ad appar. Siculor. annal. Augustini Invegii pag.* 99. etsi postmodum infra *pag.* 103. ex Ragusa Landulphum appellet. At de Chronici hujus auctore hæc Ughellus præfatus est *pag.* 447. *Illud porrò Chronicon, cui, & Fossænovæ, & Ceccani nomen inscriptum est, ob laudatos in eo sæpius Ceccani Comites, præfixum nomen inscriptum fuit. Hoc ingentibus laudibus extollunt nonnulli authores. Author tamen Comitum Ceccani familiarem fuisse videtur, extenditque res suas ad annum usque* 1217. *temporibus Honorii III. Ceccanum verò Campaniæ oppidum est, cujus Domini Ceccani Comites nomen accepere.* Eadem etiam habet Gulielmus Cave *in Scrip. Eccles. hist. liter. par. 2. pag.* 247. Ex his clarè patet auctorem hunc sive Landulphum, sive Joannem voces, ad Siciliam non pertinere. De Chronico pauca Vossius *de historicis latinis lib. 3. cap. 7. pag.* 781. suppresso auctoris nomine; ipsumque citat Baronius ad annum 1151. 1166. & alibi sæpius.

LUDOVICUS MAJORANUS, sive ut aliis placet MAJORINUS, Canonicus Regularis Lateranensis, exinde Episcopus Stabiensis. Messanensem voluit Petrus Ansalonius *de sua familia Ansalonia pag.* 310. At Ludovicum Gravinæ civitatem in Apulia protulisse, ipsamet ejusdem opera proclamant: en liber, cui titulus: *Clypeus militantis Ecclesiæ, seu de vero Dei cultu libri tres ad Carolum IX. Gallorum Regem Christianissimum. Ludovico Majorano Gravinate Canonico Regulari Lateranensi Auctore.* Romæ apud Vincentiũ Accoltum, & Valentem Patritium Socios 1575. in 4. & Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1589. in 8. Consule Nicolaum Toppium *in Bibl. Neapol. pag.* 189. Leonardum Nicodemum *in addict. pag.* 154. & Ughellum *in Italia Sacra tom. 6. pag.* 811.

NICOPOMPUS. Celeberrimus Joannes Caramuel in indice auctorum, quos *in sua Rhythmica* citat, ait: *Nicopompus Poeta Siculus*: ipsumque in eodem opere citat *pag.* 140. At sub hoc nomine latet Joannes Barclajus, vir ab editis libris clarissimus: quod ex clavi ad suam Argenidem addita satis patet.

PARMENIDES Græcus Philosophus, & Poeta, à Francisco Patritio *in Poetica dec. hist. lib. 1. pag.* 71. Eleates Siculus renunciatur. At Elea non Urbs Siciliæ, sed Peloponnesi regio, juxta Geographos: ideoque Scriptorum nullus Siciliæ adscribit Parmenidem. Consule Laertium, Suidam, aliosque apud Laurentium Crassum *in hist. Poet. Græc. pag.* 403.

PE-

Digitized by Google

PETRUS DIACONUS Monachus Caſinenſis, & S.R.E. Cardinalis, multorum operum auctor. Hunc Catanenſem vocat Octavius Cajetanus *in animad. ad tom. 2. SS. Siculor. pag. 3. n. 1.* citans ejus appendicem ad vitam S.Placidi. At ibidem *pag. 22. n. 12.* eamdem appendicem in teſtimonium adducens, Petrum Caſinenſem appellat: ita etiam *in animad. ad tom. 1. pag. 145.* hinc typographi incuriæ adſcribendus error. Fuit Petrus Romanus, non Siculus, ex Voſſio *de hiſtor. latinis lib. 2. cap. 49. pag. 409.* Oldoino *in addict. ad Ciacconium to. 1. pag. 923.* eruditiſſimo Proſpero Mandoſio *in Biblioth. Romana vol. 1. cent. 4. n. 1. pag. 213.* aliiſque innumeris.

PETRUS DE VINEIS à ſecretis Friderici II. Imp. Siculus vocatur à Joanne Georgio Triſſino *in Poet. diviſ. 4. pag. 34.* ſed Capuanis reſtituimus; nam Capuanum fuiſſe, poſt ſexcentos alios, rectiſſimè prodit Joannes Marius de Creſcimbenis *in comm. hiſt. Poeſis vulg. vol. 2. par. 2. pag. 6.*

PHALARIS à tyrannide celebris, patriâ Agrigentinus exiſtimatus eſt à Tobia Magirio *in eponymolog. critico pag. 150.* qui falsè totius Siciliæ ſe potitum tradit; in Agrigentinos enim ſolùm tyrannidem exercuit. Non in Sicilia, ſed ex inſula Cretâ, urbe Aſtyphalide, prodiit. Conſule auctores, quos exhibet Thomas Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 6. cap. 1. pag. 130. & ſeq.*

PHILIPPUS REMARCINECTUS. Editus eſt liber inſcriptus: *Fides Cajetana in controverſia Conceptionis B. Virginis Mariæ ad libram veritatis appenſa, & nulla inventa, Auctore Philippo Remarcinecto Siculo.* Panormi typis Nicolai Buæ 1655. in 8. & alibi. Sub anagrammatica hujus nominis larva latet Hippolytus Marraccius Lucenſis, Cler. Reg. Congregationis Matris Dei, à libris editis, ac pietate eximia in Deiparam Virginem celeberrimus. Ideoque è noſtra Sicula Bibliotheca honorificè dimittimus.

PHILOLAUS Philoſophus Pythagoricus, & Poeta. De hujus patria non eſt una Scriptorum ſententia. Syracuſanum cenſuit, patre Crotoniatâ, Fazellus *de reb. Sicul. dec. 1. lib. 4. cap. 1. pag. 101.* quem ſequuntur recentiores Joſephus Carnilivarius *in hiſt. Sic. lib. 2. pag. 214.* Thomas Porcachius *in inſulis pag. 40.* Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Syrac. pag. 211.* Hieronymus Raguſa *in elog. Sicul. pag. 234. & in Sicil. Biblioth. veter. pag. 227.* aliique. Hubertus Goltzius *in hiſt. poſt. Sicil. pag. 87. Philolaus*, ait, *Syracuſanus, ut nonnulli contendunt, Crotoniata fuit.* At verius Crotoniatam fuiſſe putat Laertius *lib. 8. in ejus vita*, cujus ſententiam amplexi ſunt Laſcaris apud Maurolicum *in hiſt. Sicil. pag. 16.* Jacobus Bonannus *in Syrac. Illuſtr. lib. 2. pag. 247.* Petrus Carrera *in hiſt. Catan. vol. 1. lib. 4. pag. 425.* aliique, quos adducit Joannes de Flores *in Calabria Illuſt. lib. 4. cap. 3. §. 3. pag. 369.* Ex Nicolao Scutellio *in vita Pythagoræ*, & Joanne Juvene *in antiq. Tarenti* apud Laurentium Craſſum *in hiſt. Poet. Græc. pag. 238.* Tarantinus. Duos Philolaos propoſuit Leonardus Cozzandus *de magiſt. antiq. Philoſ. lib. 5. cap. 1. pag. 302. & 303.* Crotoniatam unum, alium Tarantinum. Hoc apud me certum, Siculum non fuiſſe: ideoque ſicut Bonannus *loc. cit.* à Syracuſana urbe Philolaum excluſit, ita & ego à Sicilia excludendum cenſeo.

PHILOXENUS Poeta. Etſi Daniel Heinſius *in lect. Theocrit. cap. 17.* Siculum vocet Philoxenum: Fazellus verò *loc. cit. pag. 102.* Porcachius *loc. cit.* Pirrus *loc. cit. pag. 212.* Goltzius *loc. cit. pag. 90.* & Raguſa *in elog. pag. 236. & in Biblioth. pag. 228.* Syracuſanum velint; attamen antiquiores Scriptores Cytherium fuiſſe produnt, inter hos accenſendi Athenæus *lib. 4. cap. 11. pag. 146. lib. 13. cap. 2. pag. 564.* Diodorus Siculus *lib. 14. n. 47.* Suidas *tom. 2. pag. 1057.* his adde recentiores, qui id ipſum ſcribunt, nempè Gyraldus *de Poet. hiſtor. dial. 9. pag. 344.* Volaterranus *in anthropol. lib. 18. pag. 261.* Craſſus *cit. pag. 239.* Bonannus *cit. pag. 248.* Carrera *loc. cit.* aliique innumeri: ideoq; hi Philoxenum à Sicilia meritò rejecerùt.

PHOCILYDES Philoſophus, & Poeta moraliſſimus. Thomas Fazellus *de reb. Siculis dec. 1. lib. 9. cap. 9. pag. 205.* Mylenſem exiſtimavit Phocilydem: at in errorum indice ſeipſum correxit, ac Philoſophum hunc à Sicilia relegavit. In Siciliam iterum ab exilio revocarunt Mylenſes Flaccomius *in Sicelide ſect. 3. pag. 34.* & Philippus de Amico *in Reflex. hiſt. pag. 31. 32. & 50.* Mylenſem, vel Myleſium fuiſſe, dubiè propoſuere Phocilydem Laſcaris apud Maurolicum *in hiſt. Sic. lib. 1. pag. 22.* Goltzius *in hiſt. poſt. Sic. pag. 90.* & Raguſa *in elogiis Sicul. pag. 237. & in Siciliæ Biblioth. vet. pag. 229.* At Suidas, Voſſius, Gyraldus, Craſſus, & quotquot de Phocilyde ſcripſere, omnes Myleſium fuiſſe tradunt: ideoque Myleſiis ultrò concedendum puto.

PROCLUS Philoſophus. Suidas, ubi de Proclo Lycio ſcribit, duos alios hoc nomine inſignitos addit, quorum primum Siculum dicit; ait enim: *Proclum è Sicilia Malleotem patriâ, qui ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & contra Epicurum.* Id ipſum ſcribit Raphael Volaterranus *in anthrop. lib. 18.* Malleotem etiam, ſine Siculi nomine vocant Carolus Stephanus *in dict. pag. 1608.* & Hieronymus Ruſcellus *in indice vir. illuſtr. pag. 130.* At nullam hujus nominis urbem in Sicilia invenies. Mallea verò oppidum fuit Calabriæ, nunc everſum, teſte Philippo Ferrario *in lex. Geogr.* cum aliis.

QUINTUS HORATIUS FLACCUS. Fidelis Honuphrius in libello, cui titulus: *Sommario Hiſtorico*, edito Venetiis 1675. *pag. 102.* ait: *Meſſanam patriam fuiſſe Horatii celebris Poetæ.* Sed quem latet, Horatium Vanuſinum fuiſſe?

SICULUS PERSONATUS. Prodiit liber Italicè inſcriptus: *Regola certiſſima, e ſicura per ritrovare i ſemplici exotici più difficili a raccoglierſi, ne' luoghi più naſcoſti, e per le montagne più aſpre, nella quale ſi inſegna il vero modo di ſcavarli, e di conſervarli con la virtù, e temperamento proprio per adoperarli a tempo a' malori; opera del Siculo Maſcherato, Botanico del Gran Re del Magor, primo Satrapo dello ſteſſo, e Sopraintendente generale del ſuo giardino, e delle materie medicinali.* Panormi apud

Pol-

Digitized by Google

Pollocronium Malateſtam 1682. in 4. De eo Joannes Cinellus *in Biblioth. volant. plut. 6. pag.* 102. *&* 103. At ſicut ſatis certum eſt, librum hunc nunqnam Panormi editum, nec unquam Panormi Pollocronii nomine typographum extitiſſe; ita incompertum eſt, à quonam auctore ſcriptum hoc opuſculum. Id cenſent eruditi, non à Siculo Botanico conditum.

SIMONIDES Poeta. Cælius Calcagninus *in judicio vocalium*, & Alexander Sardus *de rerum inventorib. pag. mihi* 18. Simonidem Syracuſanum proponunt. Bonannus verò *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 247. Calcagnini ſententiam reiicit; Athenæus enim, Suidas, aliique Scriptores centum antiquiores, Ceum non Siculum volunt; etſi Syracuſas inhabitaverit apud Hieronem I. Bonanni ſententia tanquam vera ſine heſitatione amplectenda.

SYGISMUNDUS ARQUARDUS, ex Abrahamo Ortelio *in Theatro* ſcripſit de Sardinia; & eumdem Siculum Calaritanum fuiſſe tradit. Mirum ſanè, à Geographo ſcriptore Calaritanam urbem in Sicilia deſignari; lippis enim, & tonſoribus notiſſimum eſt, quòd Calaris urbs ſit Sardiniæ, non Siciliæ.

SYGISMUNDUS GELOUS hiſtoricus non incelebris, ſcripſit, Hiſtoriam Franciſci Spiræ, aliaque à Joſia Simlero *in epitome Biblioth. Geſneri pag.* 166. recenſita. At cave ne inter Siculos Scriptores reponas; fuit etenim Tranſylvanus, eodem teſte, non Gelous. Claruit anno 1550. cùm Gela Siciliæ urbs multis retroactis ſæculis defeciſſet. Geloum verò Sygiſmundi cognomen intelligendum.

THEODULPHUS. Auguſtinus Paolettus à concionibus editis clarus *in Sanctuario, & in panegyr. S. Auguſtini pag.* 450. citat Theodulphum Epiſcopum Tauromenitanum *in Biblioth. Vet. PP. tom. 9. pag.* 645. ejuſque nonnulla adducit carmina. Cùm autem in hunc locum à Paoletto citatum vir quidam eximius Tauromenitanus incidiſſet, datis ad me literis 3. Decembris 1704. inſtitit, ut hunc Theodulphum in meam Bibliothecam inſererem. Sed cùm Patrum Bibliothecam vidiſſem, ut citatum à Paoletto locum recognoſcerem, non Theodulphum Epiſcopum Tauromenitanum, ſed Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem inveni, qui carminum libros ſcripſit, ibique exſcriptos à Paoletto verſus comperi. Hinc Paolettum aliud egiſſe animadverti, cùm pro Aurelianenſi, Tauromenitanum ſcripſit.

XANTHUS. Ob ejus neceſſitudinem cum Steſichoro (Xanthum Steſichori Himeræi legatum fuiſſe tradit Carolus Stephanus *in dict.* apud Raguſam infra cit.) quis ſuſpicari poteſt Xanthum Siculum fuiſſe; & inter Siculos repoſuit Raguſa *in Sicil. Bibl. vet. pag.* 280. attamen Lydium fuiſſe tradit Gyraldus *de Poet. hiſtor. dial. 9. pag.* 324. etſi cognomine Lydium putet Patritius *in Poet. dec. hiſt. lib.* 1. *pag.* 104. Conſule Craſſum *in hiſt. Poet. Græc. pag.* 452.

SICULI INTER SCRIPTORES ADSCITI, ET DELETI.

AGATHOCLES Saccenſis, Rex vel potius Syracuſarum Tyrannus. De eo Siculi, exterique Scriptores fusè. A Hieronymo Raguſa *in Elogiis Siculor. pag.* 14. *& in Sicil. Bibl. vet. pag.* 14. inter Siculos Scriptores collocatur; ait enim *pag.* 16. *Biblioth.* quod ſcripſit *Commentaria de officinis Vulcani*, ex Scholiaſte Apollonii *in lib.* 4. *Argonat.* apud Cluverium *in Sicil. antiq. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 411. At fallitur vir eruditus; Agathocles enim noſter, ut ex hiſtoricis omnibus liquidò patet, nunquam literas didicit. Opus verò de officinis Vulcani, alterius Agathoclis eſt: nonnulli etenim hoc nomine inſigniti ſcripſere aliqua, ex Konigio *in Biblioth. vet. & nov.* apud eumdem Raguſam, & Vincentio Coronello *in Biblioth. tom.* 2. *n.* 735. *& ſeq. pag.* 127. Conſule Jo. Gerardum Voſſium *de hiſt. Græcis lib.* 3. *pag.* 317. qui librum memoratum de officinis Vulcani Agathoclis Babylonii fœtum eſſe non immeritò putat. Hanc meam ſententiam amplexus eſt Michael de Judice *in obſer. ad appar. Siculor. annal. Auguſtini Invegii pag.* 92. ideoq; Agathocles è ſcriptorum numero expungendus. Agathoclem hiſtoricum Siculum citat etiam Honuphrius Panvinus *in comment. Urbis Rom.* apud Bonannum *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 248. at opus à ſe conditum, & à Panvino memoratum, *de rebus Cyzicenis*, ejuſdem eſt Agathoclis Babylonii, ut obſervant Bonannus, & Voſſius *loc. cit.*

ANGELICUS RAMPULLA Siculus, qui ter Generalis munere Ordinem S. Joannis de Deo gubernavit. Sub hujus nomine prodiit opuſculum Italicè ſcriptum, cui titulus: *Relazione del Rev. P. Angelico Rampolla, Generale della Religione del B. Gio. d'Iddio, all'Ill. Senato della Città di Palermo intorno a un maravigliosò Muniſtero Reale di Teatine Romite &c.* Panormi apud Buam, & Camagnam 1668. in 8. At librum hunc verè ſcripſit Franciſcus Maria Magius Panormitanus Cler. Reg. cui adſcripſi *tom.* 1. *pag.* 223.

ARISTON Syracuſanus, ut Fazellus opinatur *de reb. Sic. dec.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 379. fuit Tragœdiarum Scriptor. At meritò à Bonanno reiicitur *in Syrac. Illuſtr. lib.* 2. *pag.* 254. nam Livius *lib.* 24. Ariſtonem hunc Tragœdiarum Actorem, non Auctorem renunciat. Ita & Gyraldus *de Poet. hiſt. dial.* 7. *pag.* 295. & Craſſus *in hiſt. Poet. Græcor. pag.* 72. qui etſi Actorem Tragœdiarum cenſeant, neſcio quo jure inter Poetas collocent. De hoc intelligendum puto Athenæum *lib.* 12. ubi inter hiſtriones Ariſtonem reponit.

DIOCLES Panormitanus Orator, à nonnullis memoratur ex Cicerone *in Verrem act.* 4. *or.* 8. at apud Ciceronem Arator, non Orator legitur. Vide *tom.* 1. *pag.* 156.

HENRICUS DE SIMONE. Ex Roccho Pirro *in not. Eccl. Panor. pag.* 215. & Jacobo Philippo Tho-

Digitized by Google

Thomasino *in annal. Canonic. S. Georgii in Alga an.* 1377. *pag.* 179. *& an.* 1386. *pag.* 380. Panormitanus: sed ex Leonardo Orlandino *in descrip. Drepani pag.* 46. nobilis Drepanitanus, qui Panormi Collegium Canonicorum Regularium S. Georgii in Alga fundavit, inter Siculos Scriptores recensetur à Hier. Ragusa, tum *in elogiis Siculor. pag.* 137. tum etiam *in Sicil. Bibl. Vet. pag.* 137. ait enim ex Orlandino cit. Henricum scripsisse *Commentaria in Aristotelis Philosophiam.* Sed nec apud Orlandinum, nec apud alium inveni aliquid scripsisse: ideoque à Scriptorum Siculorum catalogo excludendum censui.

JACOBUS RHEDA Drepanitanus Ordinis Prædicatorum, Sac. Theologiæ Magister, vir doctrinâ clarus, & an. 1478. S. Officii Siciliæ Vicarius. De eo Rocchus Pirrus *in not. Eccl. Mazar. pag.* 546. & Orlandinus *cit. pag.* 48. Siciliæ Quæsitorem vocat Vincentius Nobilis *in Thesauro abscondito de Virgine Drepanitana cap.* 23. *pag.* 790. ut etiam Hier. Ragusa *in elogiis Sicul. pag.* 142. *& in Sicil. Bibl. Vet. pag.* 143. Hic autem in utroque loco citato scripsisse tradit: *duo volumina contra Hæreticos: & unum volumen in Job:* citatque Orlandinum *in descrip. Drepan.* primùm *pag.* 48. inde *pag.* 41. at in nullo horum locorum, nec alibi Orlandinus prodit Jacobum aliquid scripsisse: hinc inter Siculos Scriptores inserere nolui.

OCTAVIUS DE FRANCISCO Messanensis, Sacræ Theologiæ Doctor. Sub hujus nomine prodiit liber Italicè inscriptus: *Ducento, e più calunnie opposte da Gio: Marsilio all'Ill. e Rev. Cardinale Bellarmino, confutate dal Dottor Ottavio de Franceschi Teologo Messinese.* Maceratæ apud Sebastianum Martellinum in 4. Verè opus est Benedicti Justiniani Genuensis Soc. Jesu, qui sub Octavii nomine librum evulgavit. Consule Michaelem Justinianum *de Scrip. Liguris pag.* 134. Augustinum Oldoinum *in Athenæo Ligustico pag.* 103. & Angelicum Aprosium in libro: *Visiera alzata pag.* 40. edito sub nomine Jo. Petri Jacobi Villani.

SCRIPTORES APOCRYPHI SICILIÆ ADSCRIPTI.

CUm nonnullos animadvertissem Siculos, inter Scriptores à quibusdam recensitos, at verè effictos, & apocryphos; ne decepti Siculi, exterique, umbram pro corpore amplectantur, horum notitiam hìc ad operis calcem reiicere curavi. Philadelphus Mugnòs, comminiscendi arte nulli secundus, multos protulit hujus farinæ antiquos Philosophos, Oratores, Poetas *in suo novo Laertio* edito Panormi 1654. ut etiam *in sua Proserpina Rapta* edita Messanæ 1643. ab eo nonnullos mutuavit Hieronymus Ragusa *in suis Elogiis*, ac *in Siciliæ Bibliotheca veteri*: etsi in hujus præfatione *pag.* 4. de Philadelpho scripserit: *multa comminisci videtur, & aliena à vero profiteri*. Hujus fraudem detexit, ac censoriâ virgulâ notavit, eruditissimus vir Vincentius Auria in libro inscripto: *la Verità Historica Svelata, o vero Avvertimenti, e correttioni al nuovo Laertio di D. Filadelfo Mugnòs*. Horum præcipuorum catalogum accipe.

Archilochus Panormitanus.
Argotes Ennensis.
Ericles Erycinus.
Gneus Egrestus Panormitanus.
Gorgadorus Leontinus.
Heliodorus Panormitanus.
Hermodorus Panormitanus.
Hieron Leontinus.
Hiperides Panormitanus.
Hipparcus Selinuntinus.
Lampradion Herbitensis.
Leonidas Leontinus.
Leusippus Lilybœtanus.
Licinius Leontinus.
Nicophemus Leontinus.
Pampidonius Solentinus.
Phelicudius Tyndaritanus.
Phirmion Triocolitanus.
Quintilius Licodiensis.
Quintius Meneleon Tauromenitanus.
Rophron Syracusanus.
Spurion Murgantinus.
Suetonius Murgantinus.
Theodectes Minous.
Theximonides Herbessensis.
Thrasimacus Panormitanus.
Timæophon Leontinus.
Timonactes Leontinus.
Traconitus Panormitanus.

His adde, & alios hìc sequentes apud alios.

DION. Leander Albertus *in Insulis pag.* 61. & Josephus Carnilivarius *in hist. Sicil. lib.* 2. *pag.* 214. Dionis historici Syracusani meminere. At Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 256. cùm nec inter antiquos scriptores, nec inter recentiores, hunc Dionem invenerit, meritò futilem hanc Alberti, & Carnilivarii opinionem putat. Id ipsum sentio, ac fictum Scriptorem censeo.

DION alter Calactinus. Matthæus Silvagius *de tribus Peregrinis pag.* 138. nonnulla Ptolomæi loca referens, ait: *Ætna civitas postea Adranum, nunc Adernio, ut scribit Dion Calatianus*. Hunc Dionem apud neminem comperi: ideoque deceptum puto Silvagium: ac forsan Dionem cum Diodoro confundit: Diodorus enim Siculus de Ætna, inde Hadrano, egit *lib.* 14.

DIONYSIUS. Constantinus Lascaris apud Maurolicum *in hist. Sic. lib.* 1. *pag.* 19. post primum, ac secundum Dionysium, de quibus *tom.* 1. *pag.* 160. *&* 163. alium tertium Dionysium adducit, etiam Syracusarum tyrannum; ac scripsisse ait, Comœdias, Tragœdias, & historica. Sed Bonannus *in Syrac. Illustr. lib.* 2. *pag.* 256. meritò hanc Lascaris opinionem repellit: nam Scriptorum nullus hujus tertii Dionysii meminit. Qui verò Comœdias, Tragœdias, ac historica scripsit, primus fuit Dionysius. Ideoque hic tertius Dionysius è Siculorum Scriptorum albo

ex-

Digitized by Google

expungendus. Nec satis intelligo cur Laurentius Crassus *in hist. Poet. Græc. pag.* 163. & Ragusa *in elogiis Siculor. pag.* 102. Bonanni opinionem adducentes, hunc pseudo-Dionysium inter Poetas, ac Siculos Scriptores constituant: etsi Ragusa recusis, ac ampliatis elogiis; Bibliothecæ titulo editis, in nova editione Dionysiū deleverit.

LAMPRIDIUS USCO. Anselmus Crassus Acensis *in notitiis S. Veneræ dist. 1. pag.* 53. ait, Lampridium Usconem Acensem, historicum antiquum ex Theophilo *in histor. Siciliæ* scripsisse *de incendiis Ætnensibus*. Ita etiam *in Compendio ejusdem vitæ cap.* 1. *pag.* 12. At fictum auctorem censent eruditi: si enim Theophili opus de Sicilia jam deperditum, nunquam apparuisse scimus, ut innui *tom.* 2. *pag.* 252. quis non videt hunc Lampridium, à nullo memoratum, nisi à solo Theophilo, esse apocryphum?

OROPHONIUS. Idem Crassus *in epistola ad lectorem* præfixa *notitiis S. Veneræ pag.* 5. tradit, Orophonem tempore Rogerii Comitis vixisse, ac Græcè *Historiam Siciliæ* scripsisse. Hujus exemplar anno 1563. Romæ in Thesauro S. Praxedis asservatum tradit, à quo nonnulla latinitate donata sunt. Id ipsum habet Jo. Bap. Guarnerius in libro: *Zolle Catanee pag.* 52. Philippus de Amico *in Reflex. hist. Mylar. pag.* 1. & 2. aliique. At Apocryphum auctorem esse hunc Orophonem eruditi censent, ac effictum à quodam, ut mentis adinventiones, hujus auctoritati astrueret. Hujus fictionis suspicionem inuunt Placidus Reina *in epist. ad lect. histor. Messan. par.* 1. Joannes Andreas Massa *in sua Sicilia par.* 1. *pag.* 3. 279. & 303. & *par.* 2. *pag.* 34. aliique.

PHTIANDER. Hunc inter Catanenses illustres recenset Jo: Bap. de Grossis *in decac. Catan. cord.* 9. *pag.* 160. & Historicum, Philosophum, & Astrologum prædicat. Ex eo Hier. Ragusa *in Sicil. Bibl. vet. pag.* 251. inter Siculos Sriptores exscribit. At de Grossis ex Petro Carrera *in hist. Catan. vol.* 1. *lib.* 4. *pag.* 450. hunc Auctorem eruit, qui apocryphis Diodori epistolis innixus, nonnulla de Phtiandro enarrat. Si verò Epistolæ Diodori suppositiæ ab eruditis censentur, ut *tom.* 1. *pag.* 158. innui, inter apocryphos hunc Phtiandrum potiùs, quàm inter Siculos Scriptores collocandum puto.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
NOMINUM, ET COGNOMINUM
TOMI PRIMI.

NUMERUS POST LITERAM A. DESIGNAT APPENDICEM.

A

ACcenſorum Academia 1
Achæus, ſive Achivus 2
Acron 2
Adamus Aſmundus A. 1
Adamus Laurifex A. 1
Ægydius Cæſarenſis 3
Honeſtus 3
Leondelicatus 4
Mancurtius 4
Panormitanus 4
Scrignus A. 1
Tutinus 4
Æſchylus 4
Aetius 7
Agathinus Caſtilionus 7
Guiglia 7. A. 34
Lupus. v. Paulus Junta.
Agathon 7
S. Agatho 8
Alanus 10
Albanicius ab Albano 11
S. Albertus 11
Albertus Fardella 12
Jozzi 12
Palicius 12
Picciolus 12
Tuccarus 12
Alcadinus, ſive Alcadimus 13
Alcimenes 13
Alcimus 13
Alcman 13
Alexander Bonannus 14
Burgos 15. A. 34
Calamatus 15
Chiarenza 16
Dionyſius 17
Grandis 17
Guarraſius A. 46
Palazolus 17
Staiti 17
Alexius Grignanus 17
Lombardus. v. Laurentius Finicchiaro.
Alipandrus 17
Aloyſius Bononius 17
Brancifortius 17
Ciaccius 18
Guilelmus Mõtecatinus, ſeu Mõcada 18
Heredia 18
la Farina 19
Aloyſius la Nuſa 20
Sadoc. v. Ludovicus Sadoc.
lo Scavuzzo 20
Serrovira A. 1
Alphius Ferrarottus 21
Luſſanus. v. Alphonſus Salvus.
Matthiolus 21. A. 34
Urſus 21
Alphonſus Bocconus 21
Cajetanus 21
Caribdus 22
Salvus 22
S. Lucia 23
Alvarus Paternionius 23
Ambroſius Borgheſius 23
Piaggia 23
Ameriſtus. v. Mamertinus,
Anchitus 23
Andreas 23
Andreas Adonninus 25
Andalorus A. 1
Barbatia 25
de Bartholomæo 25
Caſtroregalenſis 27
Chiarellus 28
Cirinus 28
Cordone 29
à Cruce 29
Ferrarius 27
Giambrunus A. 1
Juſtinianus 29
Lomoſtolphus. v. Thomas Fardella.
Laus 29
Longus 30
Maſtrillus 30
Minutolus 31
Mugnòs 31. A. 34
Muſcarà 31
Noledo 32
Panarellus 32
Perruccius 32
Rizzus, ſive Riccius 34
Scamardus 34
Trimarchus 34
Vatticanis 34
Vayola A. 1
Vetranus 34
Angela Crux à SS. Trinitate A. 2
Angelicus Calataniſſetenſis 34

Digitized by Google

Angelicus Spatafora 34
Vavanuzza 34
Angelus Andalorus 201
Antonius Fotius 35
Fardella 35
Galiotus 35
Angelus Carmignanus 35
Giardina, ſive Jardina. 35
Maria Annabata A. 2
Maria Rampulla 35
Maria à Reſurrectione 35
Matthæus Bonfantes 36
de Settis 36
B. Angelus Sineſius 36
Angelus Titonus A. 2
Anna Marcheſia Lavaggi 37
Anna Maria Ardoina 37
Annibal de Afflictis 37
Annibal Bufalus 38. A. 34
Annibal Rubà 39
Anonymus Catanenſis 1 39
Catanenſis 2 39
Catanenſis 3 39
Drepanitanus 39
Juriſconſultus 39
Juriſconſultus 39
Meſſanenſis 39
Panormitanus 39
Siculus 39
Siculus 39
Siculus 39
Siculus 39
Siculus 39
Siculus 40
Siculus 40
Syracuſanus 1 40
Syracuſanus 2 40
Anſelmus Craſſus 40
Fatius 40
Fatius 40
Sampſon 40
Antander, ſive Antandrus 40
Antiochus 41
Antonia Felix Amata 349
Antoninus Agraz 41
Aidonius 53
Alfanus 52
Amatus 42
Amicus 42
Amicus. v. Laurentius Amicus.
Anſaldus. v. Gerardus Anſaldus.
Anſalonius 43
de Aſſali 43
Bononia. v. Antoninus Bononia.
Bottus 43
Brancaccius 43
Brunus 43
Cafora A. 26
Cœli 44
Collurafi 44
Diana 45
Drepanitanus 47. A. 34
Faba 47
Antonius Falſaperna 47
Fatius A. 4
Ferrara 66
Ferrarottus 47
Formica 47
Gallegus 47
Guercius 48
de Judice 48. A. 35
Juratus 48
Lageidara 48. A. 35
Magrì 49
Marcheſius 49
Maria Sieriepepolis 49
Mazzonus 49
de Michaele 49
de Michaele 50
Mirellus, & Mora 50
Moletus 50. A. 35
Mongitorius A. 47
Moſtacius. v. Antoninus Drepanitanus.
Pilus 50
Platamonius 50
Randatienſis 50
Ruffus A. 4
Salomon 51
Saldanus. v. Gerardus Anſaldus.
Salonia 51
Saponius 51
Serra 51
Surdus 51. A. 35
Roſea 51
Tantillus 52
Tettus 50
Thermitanus 52
Vigintimillius A. 4
de Vincentio 52. A. 35
Xibecca 53
Antonius de Alexandro 54
Anſaldus. v. Gerardus Anſaldus.
de Ballis 54
de Ballis 54
Blandus 54
Bononia 55
Bononia 58
Calpurnius A. 5
Caſalettus 58
Caſſarinus 58
Caſtronovus 59
Celeſtris 59
Cianciolus A. 5
Cingalius 59. A. 35
Cordici 60
Corſettus 60
Cotonius 61. A. 35
Cotrona 61
Criſpus 63
Drepanitanus A. 5
Io Duca 63
Io Faſo 64
de Federicis 65
Fermo 65
Fernandez de Guevara 66

An-

Digitized by Google

Antonius Ferrara 66
Ferrarus 66
Ferrus 66
Ferrus 66
Filoteus de Homodeis 66
Flaminius 67
Fortis 67. A. 36
Gangutia 68
la Greca 68
Jannapolis 68
Jardina A. 5
Ignatius Mancusus 68. A. 36
Inveges 68
de Joanne A. 6
Lancea 68
Lancella A. 6
Lombardus 69
Malfi 69
Manriquez. v. Ferdinandus Bazan.
de Maria 69
Mazarienſis 69
Meſſina 69
Montaltus 69. A. 37
Natalis 69
Natolis 71
Oliverius 70
Pacenſis 71
Panormita 54. A. 35
Pirrus 71
Politius 71
Portus 71. A. 37
Prinzivallis 71
à S. Rocchо 72
Romanus Columna 72
Sapiolus 72
Sarzana 72
Scillanus 72
Serrovira 72. A. 37
Siculus 72
Spata A. 7
Spatafora A. 7
Toſcanus 72
Trigona A. 7
Venetianus 73
lo Verſo 74
Vincentius Pandolfus A. 7
Vinutus 75
de Virgilio 75
Viſalli 75
Ura 75
Uſo di mare 75

Apollodorus 75
Apollonius à SS. Trinitate 76
Apuleus Celſus 76
Archangelus Adragna 77
Caprona 77
Garinus 77
Gualterius A. 7
Meſſana 78
à S. Nympha 78
Scandura 78
Tropea 78
Archeſtratus 78
Archetymus 79
Archimedes 79. A. 37
Archinus, ſive Archivus 83
Argiſtrus Juffredus 84
Ariſtocles 84
Ariſtolocus 84
Ariſtoteles 84
Ariſtoxenus 85
Arſenius 85
Aſcanius Donguidius A. 8
Athanaſius Acenſis A. 8
Baſcus 85
Athanes, ſive Athanas 85
Attalus 85
Attilius Opizinga 85
Auguſtinus Arata 85
Baldus 86
Brunus 86
Dentice 86. A. 37
Donatus 86
Floritus 86
Floritus 86
Gervaſius 87. A. 37
Inveges 87. A. 37
Lavaggi 88
de Laurentio 88
Lazzara A. 8
Leondelicatus 88
Martius 88
B. Auguſtinus Novellus 88. A. 37
Papaſidera 90
Rubeus 91
Scilla 91
Spinous 91
Toranus 91
Aurelius Botticella 91
Purpura 91
Riſaliti 92
Auſonius Noctinot. v. Antonius Cotonius.

B

Balthaſſar Abruzzus 92. A. 37
Bononia 92
Cultrana 93
Falſaperla 93
Mazzara 93
Melatius A. 8
Meſſanenſis 93
Paglia 93

Barnabas Durante 94
Baptiſta Baſilis 95
Barbarinus Conſtantius 95
Bartholomæus Aſmundus 95
Bonannus 95
Caſtellus 95
Caſtellus A. 9
Comandus 95

Digitized by Google

Bartholomæus Coppolinus 95
Corbera 95
Cremona 96
Cucejus 96
Grandis 277
Meſſanenſis 96
de Neocaſtro 96
Petraccius 97. A. 37
Piſa 97
Raguſius 97
Rubeus 97
à Sancto Fauſto 98
Sirillus 98
Spatafora 99. A. 37
Taberna 99
Vita A. 9
Bartholus Magius A. 9
Baſilius Amabilis 99
Campanella 99
Cavarretta 99
de Laurentio 100
Benedictus Barbagallus 100. A. 38
Chiarellus 100. A. 38
Chiavetta A. 10
Dini 1 100
Dini 2 100
Emmanuel 101
Fernandez 101
Fidelis 101
Francofontenſis 102
Gaeta 102
Maja 102
Maria Caſtronius 102
de Paſſaflumine 103
Porcarus 103
Salvagus 103
Vitalis 103
Berlingherus Vigintimillius 103
Bernardinus Aſcalcus. v. Franciſcus Alibrandus.
Agliata 104
de Bernardo 104
Faſo 104
Masbel 105
Panormitanus 105
Rocchus 105
Bernardinus Siculus 105. A. 38.
Bernardus Buſcemi 105
Collis 105
Colnagus 106
Gentilis 107
Guttadaurus 107
de Judice A. 10
Juſtinianus 107
Maja A. 10
Maria de Jeſu 108
de Medico 108
Meſſanenſis 108
Meſſanenſis A. 10
Monſecatus 108
Raja 108
de Regibus 109
Riccius 109
Riera 109
Sabia 109. A. 38
Betarmen 109
Bion 1 109. A. 38
Bion 2 110
Blæſus 110
Blandinus 110
Blaſchus Joppolus 110
Lancea 111
Blaſius Burgenſis 111
Draco 111
Militellus 111. A. 38
Bonaventura Angilerius 112
Battalea 112. A. 38
Bellutus 112
Conocchiella 113
Drepanitanus. v. Bonaventura Piſanus.
Genuenſis A. 10
Piſanus A. 11
Sant-Elia 113
Murchius 114
de Rubeis 114. A. 38
Secuſius 115
Stabilis 116
Bornaſius 116
Bothrys 116
Bruno Pactenſis 116

C

Cæcilia A. 11
Cæcilius 117
Cœleſtinus Graſſi 118
Cæſar Albamonte 118
Bellia to. 2. pag. 108.
de Boſco A. 11
Columna Romanus 118
Faraci 118
Ferro 119
Gothus 119
Gravina 119
de Judice 119
Lancea 119
Marullus 120
Cajetanus Baronius A. 11
Buſacca 120
Creſci 120. A. 38
dd Martino 121
Panormitanus 121
Calogerus Cajetanus A. 12
Campailla A. 12
Calphurnius. v. Titus Calphurnius.
Callias 121
Callimachus Monsviridis 121
Camillus Morellus 122
Capito 122
Carcinus 122
Carolus Amicus 123

Ca-

Digitized by Google

Carolus Antonius Converſanus 123
Antonius Gallella 123
Baſtone 123
Belleus 123
Bergallus 123
Carrera 124
Caruſus 124
Cirinus 124
Ficarola 124
Finamore 124
Galluccius 124
Giaconia 124
de Graſſis 125
de Gregorio 125
de Gregorio A. 12
Janlongus 126
Joſephus Cicala 126
Latius 126
Lombardus 126
Maccagnone 127
Mancinus 127
Maria Piazza 127
Maria Pica 127
Maria Vigintimillius 127. A. 39
Mirabella 128
Morabitus 128
Moriſcianus 128
Muſarra 128
de Neapoli 129
Paternionius 129
Regius 129
Salpegni 129
de Tocco 130
Thomaſius 130
Trigona 133
Caſmirus Draco 134
Caſſianus 134
Cataldus Amodei 134
Aquila, ſive Pariſius 134
Cataldus Fimia 135
Florentia 135
Siculus. v. Vincentius Errans.
Celidonius Siinus 135
Ceres 135
Charmus 136
Charondas 136
B. Cheromenus 138
Cherubinus Bellus 138
Chriſtophorus Brignone 138
de Benedictis A. 12
Chryſippus 139
Citharius, ſive Citherius 139
Ciullus dal Camo 140
Claudius Marius Aretius 141
Clemens Ficarra 141
Lardia 141
Netinus 141
Cleon 142
Clitiæ Academia 142
Conradinus de Puteo 142
Conradus 142
Conſtantinus Cajetanus 143
Panormitanus 145
Conus Amorgomia. v. Jacobus Romanus.
Corax 146
Corcetus A. 12
Cornelius Morſia 147
Coſmanus 147
Coſmas à Jeſu Maria A. 12
Coſmas Lenzus 147
Nepita 147
Creon. v. Acron.
Cteſias. v. Tiſias.
Cyrillus 147
Cyrillus Thermitanus 148
Martorana 148
Cyrinus Maurus 148

D

Daphnis 149
Datius Agliata 150
Decius Aloyſius 151
Juſtinianus 151
de Marco 151
Demetrius 152
Demolocus. v. Dinolocus.
Dicæarchus 152
Didacus de Aghirre 153
Aloyſius Monterus 154
Cannata. v. Didacus Sgroi.
Ferula 154
Filippazzi 154
Mataratius 154
Salemius 154
Sgroi 155
Zambutus 155
Zirillus A. 13
Dimolocus 155
Dinolocus 155
Diocles 156
Diocles Panormitanus 156
Diodorus Siculus 156. A. 39
Syracuſanus 159
Diomus 159
Dion 159
Dionyſius 1 160
Dionyſius 2 161
Dionyſius A. 13
Dionyſius Fortunatus 164
à S. Andrea 164
Siculus 164
Diophantus. v. Ecphantus.
Dominicus Alaimus *to.* 2. *pag.* 33.
Arganantius 164
de Auguſtino 165
Bandinus 165. A. 39
Bordonaro 165
Bottonus 165. A. 39
Bucalus 166

Digitized by Google

Dominicus Campisi 166
Caramella. v. Honorius Dominicus Caramella.
Græcus 166
Guglielmini 166
Maria Serpetrus 167
Maria Regius A. 13
Monacò 167
Olivares 167
Dominicus Palamenghi 168. A. 39
à S. Petro 167
Quarteronus A. 13
Rossius, seu Rubeus A. 14
la Scala 168
Scalmatus 169
Spatafora A. 46
Stanislaus Albertus 170. A. 39

E

ECphantus 170
Elias Luna 170
Panormitanus 171
Elisabeth Ajutamichristo 171
Maria à Passione 171
Eliseus à S. Rosalia 171
Elipis 171
Emmanuel Calascibetta 174
Empedocles 1 174
Empedocles 2 179
Empedotimus 179
Enzus, sive Entius 179. A. 39
Epicharmus 180
Epiphanius 184
Erasmus Marotta 184
Salatus 184
Xacca 185
Evagrius 185
Euclides 185
Eudoxus 188
Euhemerus 189
Eumachus 190
Eusebius 191
B. Eustochia A. 14
Eustachius Nicosia 191
de Pernis 191

F

FAbianus Columbus 191
Fabius Ascensus 191
Ballus 191
Fabritius Bertuleus 191
Luna 191
Spucces 191
Felix Episcopus Messanensis 193
Bonafides 193
Brandimarte 193
Potestà 194
Ursus 194
Ferdinandus Balamius 194
de Bazan 195
Bongiornus 196
Letus 196
Paternionus 196
Pompianus 197
Filiæ Stesichori 197
Flaccus Siculus 197
Flaminius Godanus 198
Palmula 198
Patè 198
Flavius Vopiscus 198
Fortunatus Fidelis 199
Francisca Bononiensis 199
Intrigliolo 199
Franciscus Agliata 200
Albamons A. 14
Alibrandus 200. A. 39
Alphonsus 200
Ambrosius Maja 200. A. 40
de Amore 201
Andalorus 201
Franciscus Ansalonus 201
Antonius Aretius 201
Antonius Bardi 201
Antonius Costa 202
Antonius Poma A. 15
Apares 202
Arena 202. A. 40
Avellinus 202. A. 40
Avola 202
Auria. v. Jo: Franciscus Auria.
Baeli 202
Balduccius 203
Balistreri 205
Barberinus Benici 205
Bardi 205
Barone 205
Baronius, & Manfredi 206
Baronius 207
li Bassi. v. Vincentius li Bassi.
Bellus 207
Bertolus 207
Betruccius, sive Bertuccius 207
Bisagni 207
Bissus 207. A. 40
Bissus 208
Blanditius 209
Blundus A. 15
Bonus 209
de Bosco 209
Branciforte 209
la Bruna 209
Brunus 210
Buscellus 210

Digitized by Google

Franciſcus Caffarellus 210
Cagnus 210
Calona 210
Capuanus 210
de Carrecto 210
Carrera 211
Catania 211
Catena 211
Cavallus 212
Cavanna 212
Cavatore 212
Centelles 212
Chiſari 212
Comitus 212
Coſta. v. Franciſcus Antonius Coſta.
Creſcentius 212
Criſtaudus 212
Cupanus 212. A. 40
Diſpenza 213
Dominedous A. 15
Flaccomius 213
Frangimore 213
Galletti 214
Garſia 214
Gaſtone 214
Gemma 215
Gentilis 215
Gravina 215
Gueli 215
la Guzza 215
à Jeſu Maria 216
Inguardiola 216
Intorcetta 216
Joannellus 216
Jojuſienſis 216
Italia 217
Latius 217. A. 40
Leontinus 217. A. 40
Londres 217
Magius 217
Magretti 217
Majorana 217
Mannellus 218. A. 40
Marcheſius 218
Maria Arena 219
Maria Billeci 219
Maria Cirinus 219. A. 40
Maria Grapheus 219. A. 40
Maria Joangrandis Muſarra 219
Maria de Leone 219
Maria Magius 219. A. 40
Maria de Monaco 225
Maria Paſſalacqua. v. Franciſcus Paſſalacqua.
Maria Piſanus 226. A. 40
Maria Riccius A. 15
Maria Rhini A. 16
Maria Spinellus 226
Maurolycus 226. A. 40
Maurolycus 229
Mazarenſis 229
Mazarenſis 230
Mellaurus 230
Franciſcus Meſſanenſis. v. Franciſcus Panarellus.
Milanenſis 230
Milus A. 17
Miroldus 230
Monachus 230
Monsleo 230
Morabitus 230
Mugnòs 230
Neapolis 231
Niger 231
Niger 231
Nocetus A. 17
Oliverius 231
Pactenſis 231
Palma 231
Panarellus 232
Pancaldus 232
Paruta 232
Paſſalacqua 232
Perdichizzi 232
Petronius 233
Pharaonius 233
Piſanus 233
Platamonius 233
de Podio 233
Politius. v. Petrus Anſalonius.
Polyntius. v. Franciſcus Vita Polyntius.
Pomius 234
Potenzanus 234
Previ 234
Principatus 235
Protus A. 17
Privitera 235
Provenzalis 235
de Puteo 234
Rajatus 236
Riccius 236
Rificatus 236
Romanus 236
Romanus 237
Rubbaus 237
Saccenſis 237
Salafia 238
Salernus 238
de Sancto Stephano 239
Sclafani 238
Scorſus 239. A. 41
Scolarus 239
Scuderius 239
Siclenſis 240
Siclenſis 240
Solitus 240
Sparacinus 241
Spinola 241
de Stephano 241
Tabonus A. 17
Tedeſchius 241
Torneſius 241
Torres 241
Trahina 242
Tramontana 242
Turanus 243

Digitized by Google

Franciſcus Valcaſſar 243
Velez 243
Vetranus 243
Vita 244
Vita Polyntius 244
Fridericus Agrigentinus 244
Auria 244
Campixianus 245
de Carretto 211

G

GAbriel Cicer 250
de Fabiis 250
Filoramus 250
Gandulphus A. 18
Garſias Maſtrillus 251
Gaſpar Arianus 251
Buccerius 251
Catalanus 251
Liccus 251
Meazza 252. A. 41
Orioles 252
Paſſarellus 252
Regius 252
Ricra 252
Sghemma 253
Vigintimillius 254
Gaſto Spinola 254
Georgius 254
Georgius Fighera 254
Tagliavia 255
Vaccarinus 255
Gerardus Agliata 255
Agliata 255
Anſaldus 255
Columba 256
Nocitus 256
Germanus à S. Vincentio 256

HElenus 268
Helianactes 268
Heliodorus Scrignus 268
Henricus de Medicis 268
Henricus Rex Siciliæ 268
Henricus Teſta 269
Heraclides 1 269
Heraclides 2 269
Hermodorus 270
Herodicus 270
Hicetas 270
Hieron 271
Hieronyma Meſſanenſis A. 18
Hieronymus de Angelis 272
Aprea 273
Avila 273
Auſilia 273
Baſilicò 273
Bononia 274

Fridericus Grapheus 245. A. 41
Imperator 245
Lætus 248
Orioles A. 18
Sabia 248
Frontinus. v. Sextus Julius Frontinus.
Fulgentius Caccabenſis 249
Caſtiglionus 249

G

Geſualdus de Bononiis 257
la Farina 257
Guarnerius 257
Panormitanus 257
Gibertus Piſaurus A. 18
Gilibertus Iſar, & Corilles 257
Glicerius ab Annunciatione 258
B. Gordianus 262
Gorgias 258. A. 41
Gratianus Cremata. v. Ignatius Camerata.
S. Gregorius Agrigentinus Epiſcopus 262
Gregorius Archiepiſcopus Siciliæ 263
de Auguſtino 263
Benignus A. 18
Canalis 264
Cerameus. v. Theophanes Cerameus.
Marſala 264
Matina 264
Morellus 264
Tancredus 264
Valentianus 264
Gualtherius Paternionus 265
Gualtherius Paternionus 265
Guilelmus de Hieraci 265
de Perno 265
Guido de Columnis 265
Gutterras della Valle 267

H

Hieronymus Branci 275
Brancifortius 275
Camerata A. 18
Carafa 275
Catybdus 275
la Chiana 275
Clarusmons 275
Comes 276
Dragonetus 276
Errans. v. Hieronymus Politienſis.
Fazellus 276
Ferlitus 276
Fimia 279
Fraſſia 277
Gagliardus 277
Gandolfus 277
Germanus 277
Grandis 277
Gravina 278

Digitized by Google

Hieronymus la Jacona 278
de Joanne 278
Jorlandus 279
Jovinus 279
Iveglia 279
Lancea 280
Lombardus 280
Magius 280
la Manna 280. A. 41
Manſonus A. 18
Maria Calataniſſetenſis 281
Maria Guagenti 281
Matranga 281
Minà 282
Montaltus 282
Nicoloſius 282
Opizinga 282
Orlandus 282
Panormitanus 282
Panormitanus 283
Panormus 283
Pharaonius 283
Politienſis 284
Pugliſius 284
Purpugnanus 284
Raguſa 284. A. 41
de Rapis 285
Regius 285
Renda-Raguſa 285
Riccius 286
Roſa 286. A. 41
Salomon 286
à S. Georgia 286
Seidì 286
Sileci 286
Spucces 286
Suterenſis 286

Hieronymus Traina 287
Trimarchi 287
Triolus 287
Turanus 287. A. 41
Vigintimillius 287. A. 41
Hilarion Perdicarus 288
Hilarius 288
Hippolytus 289
Hippolytus Arminius 289
Falcone 289
ab Hippolyto 290
Maja 290
Honorius Dominicus Caramella 291
Honorius Anſalonius 292
de Jorlanda 292
Honuphria Bonanno 292
Honuphrius Cicala 292
Fortinus 292. A. 41
Malateſta 292
Paruta 293
Pugliſi 293
Vita 293
Horatius Alimena 293
Amantia 294
Hortenſius Scammacca 294
Hyacinthus ab Aſcenſione 294
Campolus 294
Ciaccius 295
Comparatus 295
Grimaldus 295
Maria Fortunius 295
Maria Roſcianus 296
Montaltus 296
Penſabene 296
Politus 296
Salemius 296
Trabona 296

I

Jaceta. v. Hicetas.
Jacobus Agliata 297
Alicatenſis. v. Jacobus Lalumia.
Amatus 297
Bendicis 297
de Benedictis A. 19
Bonannus 297
Bonincontrus 297
Cæſarius 297
Caldarone 297
Cardia 298
Caribdus 298
lo Caſcio 298
Catanzarus 298
de Chirco 298
Cita 298
Confortus 299
Corſalis 299
Craſſus 299
Diacetus 299
Fuſca 299. A. 19
Gaginus 299

Jacobus Gemma 299
Humana 299
Lalomia 299. A. 41
Leontinus 299
Longus 300
Loredanus 301
Magdalena 301. A. 41
Manganus 301
de Maria 301
Masò 301
Melatius 301
Moncada 301
Morellus 301
Muccionius 302
Mugnòs A. 19
Neapolis 302
Pacti 302
Pirronus 302
Pizzolus 302
Profectus 302
Ribaldus 302
Romanus 302

Digitized by Google

Jacobus S. Lucia 302
Scafilis 303
Scimè A. 19
Sortinus 303
Spinellus 303
Syracuſa 303
Syracuſa 303
de Thermis 304
Tramontana 304
Virga 304
Vitalis 304
Urbanus 304
Zummus 305. A. 41
Janus Vitalis 305. A. 42
Ibycus 306
Iceta. v. Hicetas.
Jeremias Panormitanus 308
Ignatius Balſamus 309
Camerata 309
Galeanus 309
Gaſtone 309
Guglielmus 310
Ingarſia A. 19
Mazara 311
Munneci. v. Vincentius Mignia.
de Panormo A. 20
à S. Raymundo A. 20
Tedeſchius 311
Timpanarus 311
de Vio 311
Illuminatus de Cuzanitis 311
de Martio 312
Meſſanenſis 311
Oddus 311
Panormitanus 312
Inghilfredus 312
Innocentius Marcinonius 312
Roccafortis 313
Involutorum Academia 313
Joachim Bona A. 20
Joannes N. 313
Joannes N. 314
Joannes Agliata 314
Alberghinus 314
Alberghus 314
Albertus à S. Joſepho 314
Albertus Paſqualis 314
Aloyſius Lellus 315
Aloyſius Septimus 315
Ambroſius Priaroggia 316
Ancona 316
Andreas Bartolus 317
Andreas à Cruce 317
Andreas Gattus 317
Andreas Roſcianus 317
Andreas Roſcianus 318
Anſalonius 318
Antonius Brandus 319. A. 42
Antonius Cannetius 319
Antonius Faſſarus A. 21
Antonius Giuffus 320
Antonius Joppolus 320
Panormitanus. v. Jo. Antonius Seſſa.
Joannes Antonius Phaſides A. 21
Antonius Provina 320
Antonius Reſanus 320
Antonius Salomia 320
Antonius Sclafanus 320
Antonius Scrofanus 320
Antonius Seſſa A. 21
Antonius Trigona 321
Antonius Viperanus 321. A. 42
Aragona 322
Auriſpa 322. A. 42
Joannes Baptiſta Arata 323
de Ballis 323
Baſilis 323
Biſſus 323
de Blaſchis 323
Bonfantes 324
Brunus 324
Campanilis 324. A. 42
Caramba 325. A. 42
Carminata 325
Carvana A. 22
Caſtellus 325
Chiaverta 326
Chriſtadorus 326
Daverus 327
de Franchis 327
Giattinus 327
Grapheus 328
de Groſſis 329
Guarnerius 329. A. 42
Guccionus 330
Hodierna 330. A. 42
Jaluna 332
de Judice 332
Lartius 332
Maccarellus 332
Mangionus A. 22
Mignia 332. A. 42
Nicoloſius 332
Paganus 334. A. 43
Panormitanus 334
Pilus 334
Provenzanus 335. A. 43
Romanus Columna 335
Romanus Columna 335
la Roſa 336
Rubeus 336
de Septimo 336
Sidoti 337
Spinola 337
Valdina 337
Vallegius 337
Vizzari 338
Joannes Bernardinus Nocetus 338
Beroaldus A. 22
Bertonius. v. Proſper Jambertonus.
Bonajutus 340
Boneſera 340
Bononia 340
Brancaccius 340
Burgius 341
de Campo 342

Joan-

Digitized by Google

Joannes Carrozza 342
Caſtagna 342
Chriſoſtomus Ajellus A. 22
Chriſoſtomus à S. Anna A. 23
Criſpus 342
Dies 342
Dominicus Ballus 343
Dominicus Candela 343
Dominicus Cardullus 343
Dominicus de Cavallaris 343
Dominicus Epiſcopus 343
Dominicus Proſimus 344
Doxopater 344. A. 43
Evangeliſta Panormitanus 344
Evangeliſta Florentia 244
Filingerius 344
Formica 345
de Franchis 345
Franciſcus Amagrima. v. Franciſcus Maria Magius.
Franciſcus Aſſarus 345
Franciſcus Auria 345
Franciſcus de Caſtillo 346
Franciſcus Muſarra 346. A. 43
Franciſcus Turanus. v. Franciſcus Turanus.
Gattus. v. Joannes Andreas Gattus.
Gothus 346
Jacobus Adria 346
Jacobus Cuffarus 347
Jardina 347
Juffredus 347
Lætus A. 23
Leonardus Homodeus A. 23
de Leone 347
Lucas Barberius 347
Mannus 347
Maria Amatus 348
Maria Amicus 350
Maria Bertinus 349
Maria Brunus 351
Maria Calataniſſectenſis 350
Maria Cotonius A. 23
Maria Ferrerus 350
Maria Hieracenſis 350
Maria Netinus 351
Maria Preſtiphilippus 351
Maria Tuſenſis 351
Marraſius 352
Martinus de Aquino 352
Martinus Gaglio 352
Matthæus Ciaccius. v. Matthæus Ciaccius. 352
Matthæus Gibertus 352
Melatius 355
Miſtretta 355
Mylenſis A. 24
Montaltus 355
Naſus 355. A. 43
Natalis 355
Nicolaus Rizzari 357
Nicolaus Rizzari 357
Onofrius 357
Joannes de Paternione 357
Paulus Chiarandanus 358
Paulus ab Epiphania 358
Petrus Apulus A. 24
Petrus Caſtellus 359
Petrus Corilanza 359
Petrus Flaccomius 359
Petrus Grafeus 359
Petrus Marcheſius 360
Petrus de Villadicanibus 360
Philippus Bonus 360
Philippus Ingarſia 360
Philippus de Lignamine 362
Philippus Paternionus 362
Philippus Teſtai 363
de Planis 363
Præcipius 363
Quingles 363. A. 43
Rainerius 363
Ramondettus S. Martinus 363
Reitanus 364
Ricca 365
Ricciarus A. 24
Ruſtici 365
à Sancto Jacobo Majori A. 23
Scorſus 365
Siculus 313
Stella 366
Storniolus 366
Thomas Moncata 366
Thomas Longobardus 367
Tornamira 367
Vigintimillius 367
Vigintimillius 368
Vincentius Aliſerius 368
Vincentius Valenti 368
Zitus A. 24
Jonius A. 25
Jordanus Anſalonius 368
Caſcini 369
Faſus A. 25
à Sancto Stephano. v. Jordanus Anſalonius.
à Sancto Vincentio A. 25
Jorlandus Bonamanus 370
Maſcardus 370
Joſephus Abbas 370. A. 43
Agliata 370
Alaimus *tom. 2. pag. 33.*
Albion Calaſcibetta 370
Amatus 370
de Ambroſio 370
de Andrea 370
Anellus 371
Artalis 371
Auguſtinus 372
Auguſtinus 372
Ballus 372
Barlotta 373
Bernardus Caſtelluccius 374
Blondus 374. A. 43
Boccadifuoco 374
Bonfilius 375

Ca-

Digitized by Google

Josephus Cafora A. 26
Cagius, seu Cajus 375
Cajola 375
Cammaratatensis 375
Cannizzarus A. 26
Caprì 376
Carusus 376
Carusus 376
Castellus 376
Castilionus 376
Celestris 376
Centorbus 376
Cicala 376
Collesanensis 377
Columbus 377
Cordicius 377
Cozzo. v. Basilius de Laurentio.
Cumia 377
de Curtis 378
Dens 378
Dominici A. 27
de Evola A. 27
Facella 378
Faracius 378
Faulisius 378
Fernandez 379
Ferruggia 379
de Flores 380
Fraffica 381
Galeanus 381
Galia 383
Gallettus 383
Galluzzo 383
Gangutia 383
Gelosus 383
Genovesa 383
Giacolnus. v. Josephus Panormitanus.
Granus A. 27
Grimaldus A. 27
Gulì A. 27
S. Josephus Hynnographus 384
Josephus Januarius 386
de Judice 386
de Judice 386
de Judice 386
S. Julianus 387
Landolina 387
Lauria 387
Licata 387
Lombardus A. 28
Magdalena A. 28
Mancusus 388
Mancusus 388
Marchesius 388
Maresca 388
Maria Costa 389
Maria Malacria 389
Maria Mazzara 389
Maria Polizzius 390. A. 43
Maria Requesens 390
Maria Salamonius A. 28
Maria Thomasius 390. A. 43
Maria Trainitus A. 28
Josephus Mariconda 391
de Martino 391
Martius 391
à Matre Dei 392
de Messana A. 29
Michael Marquz 392
Millemagius 392
Moletius 392
de Montagna 393
Moradellus 393
Morellus 394
Morsicatus 394
Munebria 394
Muni 394
de Neapoli 394
Nocera 395
Palazzottus 395
Palumbus 395
Panormitanus 395
Perdicarus 395
Pirronus 396
Pilaja 396
Pittalà 396
Planzonus 397
Politus 397
Polizzius 398
Poma 397
Pomius 397
Pomius, seu Poma 397. A. 44
Prescimonius 398. A. 44
Quartararus 400
Quartus 400
Ragusa 400
Ricciardus 401
Riccius 401
Riccius 401
Ridulphus 401
Romanus 401
Rossus A. 29
Rotella. v. Seraphinus Rotella.
Saidì 402
Sala 402
Sancetta 402
Scala 402
Scala 402
Scammacca 402
Scibilia A. 29
Scimè A. 29
Scimeca 403
Scoma 404
Seminara. v. Josephus Collesanensis.
Severinus 404
Spatafora 404
Spina 404
Spucces 404
Squillacius 405
Taberna. v. Josephus Cammaratensis.
Tamagna. v. Josephus à Matre Dei.
Thomas Riotta 406
Tristainus 406
Vadasusus 406
Vassallus 406
Villardita 406

Jose-

Digitized by Google

Joſephus Vincentius Maraſcia 406
Viſtarchus 407
Vita 407
Vitalis 408
de Voglia 408
Vollarus 409
Xibecca 409
Xibecca 409
Iſaaccus 409
Iſidorus Comitinus 411
Carbonarus 410
de Caſtillo 410
Guccionus A. 29
Panormitanus 411
Siclenſis 411
Spinellus 411
Julianus Calagiura 411
Julianus Falciglia 411. A. 44
Majalis 411
Montefuſcus 412
Julius de Campo 413
Firmicus Maternus 412
Frontinus. v. Sextus Julius Frontinus.
Jandaidonus 414
Mazarinus 414
Morra 415
Oriſtaneus 415
Philoteus de Homodeis 415
de Simone 415
Thomaſius 416
Xifo. v. Iſidorus Siclenſis.
Juniperus Drepanitanus 416
Juſtinus 417
Juſtinus Fimia 419

INDEX TOMI SECUNDI.

L

Lælius Centurionus 3
Lælius Palumbus. v. Paulus Bellus.
Laudantius Alcides 3
Laura Bonanno 4
Laurentius Abbas 4
Amicus 4
Antiquus 4
Arpa 4
Balſamus 5
Bolanus 5
Cioffus. v. Laurentius Panormitanus.
Corradus 5
Ferrarus 5
Finicchiarus 5
Lancea 6
Maria Piſanus 6
Mariconda 6
Maurici 6
Panormitanus 6
Pegolus 6
Vigevi 7
Lazarus Cardona 7
S. Leo II. 7
Leo Centuripinus 11
Corinthius 11
Roſſellus 11
Leodorus Scrignus. v. Heliodorus Scrignus.
Leonardus Amatus 11
de Bartholomæo 11
Campagna 12
Ciminus 12
Cinnamus 13
Fragalis 13
Germanus 13
Homodeus 13
Loredanus 13
Orlandinus 13
Patè 14
Sacconius 15
Simon 15
Teſta 15
Leopoldus à S. Joanne Baptiſta 15
Lucas Barberius. v. Joannes Lucas Barberius.
Calaſcibetenſis 15
Marineus. v. Lucius Marineus.
Meſſanenſis 15
Siculus. v. Petrus Siculus.
S. Lucianus 15
Lucianus Riccardus 16
Lucius Cintius 16
Lucius Flaminius A. 30
Marineus 16
Portius Calbetus: v. Albertus Picciolus.
S. Marcus. v. Thomas Tamburinus.
Siviglia 18
Ludovicus Baldus 18
Blancus. v. Ludovicus Panormitanus.
de Blaſchis 18
Bonitus 18
Buglius 20
Lalomia 20
Manſonius 20
Maraſcia 21
Meſſanenſis 21
Minutolus 21
Monacò 22
Montaltus 22
Nocilla 22
Panormitanus 22
Panormitanus 22. A. 44
Pappalardus 23
Protoſpatarus 23
Sadoc 23
Scotus 23
Selvagius 24
Spotus 23
Viſitanus 24
Lupus 24
Lycus 24
Lyſias 25. A. 44
Lyſinus 27

Digitized by Google

M

Malacus. v. Maracus.
Maldatus 28
Mamercus 28
Mamertinus 28
Mamertinus 28
Manfredus Cremona 28
Manfredus Placentia 29
Manfredus Rex 29
Manfredus Sammatarus A. 30
Marachus 30
Marcellus Capra 30
Catanenſis. v. Marcellus Romanus.
Cirinus 30
Converſanus 30
Craſſus 31
Romanus Columna 31
B. Marcus 31
Marcus Alegambius 32
Antonius Alaimus 32
Antonius Catania 33. A. 45
Antonius Ferrara 34
Antonius Marcheſius 34
Antonius Martines 34
Antonius Nicolicchia 34. A. 45
Antonius Seſtinus. v. Placidus Samperius.
Aurelius Scodaniglio 36. A. 45
Baſilius Plancarenus. v. Marcus Plancarenus Baſilius.
la Cava 36
Manolopolus 37
Plancarenus Baſilius 37
à Robore 37
à S. Roſalia 37
Serius 37
Valdeſius 38
Maria Crucifixa à Conceptione 38
Magdalena à S. Auguſtino 39
Marianus Accardus 40
Alcamenſis 41
Bichettus 41
Bonincontrus 41
Bononia 41
Bruſcatus 42
Carafa 42
Cœlius 42
Draco 42
de Jeſu 42
de Juliana 42
de Laurentio 43
Maringus 43
Migliaccius 43
Muſcus 44
Peronus 44
Perrellus 44
Valguarnera 44
lo Vecchio 45
Marinus. v. Mamertinus.
Marius Albioſus 46
Aretius. v. Claudius Marius Aretius.
Marius Bonafides 46
Buglius 46
Caribdus 47
Cutellus 47
Diana 48
Draco. v. Marianus Draco.
Felix 48. A. 45
de Gatta 48
Giurba 48
de Gregorio 49
Italia 49
Migliaccius 49
Muta 49
Reitanus 50
Tortellius 50
Trabuccus 51
Xaverius Bottonus 51
Martha Bonanno 52
Martinus Anaſtaſius 52
Barbarà 53
Ciaurella 53
la Farina 53
Mira 53
Perſona 53
Platienſis 54
Salpetra 55
Martius Albergus 55
Matthæus ab Alexandro 55
Anna 55
Caldus 55
Candidus 56
de Caſtillo 56
Catalanus 56
Catanenſis. v. Matthæus Silvagius.
Ciaccius 56
Donia 56
Fatius 57
Fatius. v. Matthæus Ciaccius.
Gibertus. v. Joannes Matthæus Gibertus.
de Gregorio 57
Morvellus 57. A. 45
Orlandus 58
Riccius 59
Riccius 59
Rubeus 59
Rubinus 59
à S. Stephano 59
Scammacca 60
Silvagius 60
Surianus A. 30
Maturinus Textor 61
Mauritius Epiſcopus Catanenſis 61
Mauritius de Gregorio 61
Maurus Burgius 62
Chiaula 62
Marcheſius 63
Panormitanus. v. Maurus Chiaula.
S. Maximianus 64
Maximus Montorus 64

Ma-

Digitized by Google

Maximus Panormitanus 64
Mazzeus de Ricco. v. Matthæus Riccius.
Rubeus. v. ut ſupra.
Medicorum Academia 65
Melchior Plaja 65
Menecrates 66
Menecrates 66
Meſo. v. Mœſon.
Metellus 66
S. Methodius 66
Michael Amodeus 69
Angelus Bibonenſis 69
Angelus Bonadies 69. A. 45
Angelus Caſſati 70
Angelus Clarusmons A. 30
Angelus Corleonenſis 70
Angelus Fardella 70
Angelus Mancharuſus 71
Bertoluccius 72
Boa 72
Burgius 72
Calvus 73
Calvus 73
Cantellus 73
Caracocius 73
Caruſus 74
Michael Caſſarinus 74
Felſina 74
Frazzetta 74
Glycas 75
Ingaſtonus 76
Joenius 76
de Judice 76
Juvinus 77
Liparis 77
Moraſchinus. v. Michael Remigius Moraſchinus.
Perramutus 78
Platienſis 78
Remigius Moraſchinus 78
de Vio 79
Modeſtus Gambacurta 80
Modeſtus à SS. Sacramento 81
Mœſon 81
Monachi Siculi 81
Monachi Siculi Benedictini 81
Monymus 81
Moſchion 82
Moſchus 82. A. 45
Moſchus 83
Mythæcus 83

N

Natalis de Amico 84
Donadeus 84
Schittinus 84
Natalitius Adonius. v. Joſephus de Voglia.
Buſcellus 84
Monteſanus 85
Muratorius 85
Nicea. v. Hicetas.
Niceta. v. Hicetas.
Nicias 85
Nicolaus 85
Nicolaus Albertus 85. A. 45
Antonius Coloſſus 86
Antonius de Federicis 86
Antonius Serina 86
Aragonia 86
Aronica 86
Bellus 86
Blaſcus 87
Bonetus 87
Brunus 87
Cannizzarus 87
Catanutus 87
Chiuppa 88
Coppola 88
Coxia 88
Datus 88
Deodatus. v. Nicolaus Datus.
Gervaſius 88
Jacobus de Alibrando 89
Jacobus Saccanus. v. Nicolaus Saccanus.
Intrigliolus 89
Nicolaus à S. Joanne Baptiſta 89
Joſephus Preſcimonius. v. Joſephus Preſcimonius.
Lavaggis 90
Letus 90
Lipſous 90
Longombardus 90
Magrì 91
Maria Januarius 91. A. 45
Maria Sclavus 92
Maria Sollima 92
Maria Tedeſchius 93
Marſala 93
Maugerius 93
Mondia A. 46
Morſus 93
Muſacchius. v. Nicolaus à S. Jo. Baptiſta.
Muſſutus 94
Nigidus. v. Placidus Nigidus.
Petrus Chilleus 94
Riccius 94
Riccius 94
Ritzonus 95
Saccanus 95
Serius 95
Serpetrus 95. A. 45
Sollima 96
Sollima. v. Nicolaus Maria Sollima.
Spetialis 96
Spetialis 96
Stizzia 97
Sylvaticus 98

Digitized by Google

Nicolaus Tedeſchius 98
Terranova 103
Toſcanus 102
Valla 102
Urſus 103
Urſus 103
Nicolaus Zummus 103
Nicoletta Paſchalis 104
Nina 104
Nuntius Perciaboſcus A. 30
Surdanus. v. Antoninus Surdus.
Nymphodorus 104

O

Octavianus Bulgarinus 105
Præconius 1 105
Præconius 2 107
Octavius Abruzzus 107
Archangelus 107
Auguſtinus 108
Balſamus 108
Bellia 108
de Bononia 109
Brancifortius 109
Buglius 110
Cajetanus 110
Caracciolus 111
Catalanus 111
Octavius Corſettus 1 111
Corſettus 2 112
Gravina 113
Potenſanus 113
Rizzarus 113
Sapientia 114
Spinola 114
Tedeſchius 114
Odo de Columnis 114
Officinæ Academia 114
Olympius Julianenſis 115
Orpheus 115
Orthon 115

P

Pamphilus 116
S. Pantænus 116
Parthenius Zanglajus 118
Paſchaſinus 118
Paulus Abbatiſſa 119
Aidonius 119
Alpherius 119
Amatus A. 30
Anca 119
de Angelis 120
Bellus 120
Biſcontis. v. Paulus Vicecomes.
Bocconus. v. Sylvius Bocconus.
Cajus, ſive Chaggius 121
Catania 121
Cœleſtinus A. 32
Crinius 122
Ferrus 122
Franciſcus Perramutus 122
Friſca 123
Jordanus 123
Junta 123
Lombardinus A. 31
Mazzonius 123
Mel 123
Ortalis 123
Pizzutus 123
Principatus 124
Reſtifa 124
Salernus 124
Saponius 124
Sarmientus 124
Thermitanus. v. Paulus Aidonius.
Tintus 124
Varveſius 124
Paulus Vicecomes 124
Viperanus 125
Pauſanias 125
S. Peregrinus 126
Peregrinus Adernionenſis 126
Perottus de Offida 126
Petro 126
Petrus Abbus 127
Alagona 127
Alcamenſis 127
Alliata 127
Amicus 128
Anellus 128
Anſalonius 128
Antonius Caſaccius. v. Sigiſmundus Ruſſus.
Antonius Majorana 148
Antonius Tedeſchius 128
Antonius Tornamira 128
Argirus 130
Attardus 130
de Blaſio 131
Blondulillus. v. Petrus Braccerus.
Blondus 131
Braccerus 131
Brechixius 131
Cajetanus 132
Cajetanus 132
Calanna 132
Caldarinus 132
Calzolarius 137
Cannizzarius 132
Capacius 133
Carrera 133
Cicer 134

Pe-

Digitized by Google

Petrus Clemens 134
Comes 135
Cordicius 135
Corilanza. v. Joannes Petrus Corilanza.
Corſectus 135
Diſcordanus 137
Donzella 137
Donzella 137
Draco 137
Draco 138
Emmanuel 138
Emmanuel 138
Flaccomius. v. Jo. Petrus Flaccomius.
Fontanetta 138
Fortis 139
Fullonus 139
Gambacurta 140
de Graſſis 140
Gravina 140
de Gregorio 142
de Gregorio 143
Gulotta 143
Henricus 143
Hieremias 143
Jardina A. 31
Inteliſanus 146
Jojuſienſis 146
Joſephus Rodriquez 146
Joſephus Sanclemens, v. Joſephus Galeanus.
Luna 146
Macheronus 147
Magius 147
Magrus 147
Majorana 148
Mancuſus 148. A. 45
Marcheſius 149
Maria Cicala 149
Maria Mutolus 150
Martyr Emmanuel. v. Petrus Emmanuel.
Martyr Scandariatus 150
Mataplana 150
Mennitus 151
de Minio 151
Oliverius 151
Opezingha 151
Pariſius 152
Patavinus 152
Paternionius 152
Paulus Corſus 153
Paulus Morretta 153
Paulus Piſanus 154
Paulus Platania 154
Paulus Scicolonus 154
Pavonus 154
Petrolus 154
Pipis 154
Piſciotta 176
de Platea 154
Ranzanus 155
Riaca 157
Rizzarus 157
Roſa 157
Petrus Salernus 157
Sanmartinus 158
Santeranus 158
Sarnus 158
Scotus 158
Siculus 158
Siculus 159
Specialis 160
Squillacius 160
Tognolettus 160
Trimarchius 161
Velaſcus 161
Veneroſus 161
Vincentius Platamonius. v. Petrus Martyr Scandariatus.
Vincentius Tedeſchius 162
Vincius 162
Vitalis 162
Vitalis 162. A. 45
Phaneſtus Muſica. v. Stephanus Amicus.
Philadelphus Maurus 163
Mugnòs 163
Philemon 1 164. A. 45
Philemon 2 166
Philemon 3 167
Philina 167
Philinus 167
Philinus 167
S. Philippus 167
Philippus Amicus 168
de Barberiis 168
Bologninus 168
Burſa 169
Cammarata 169
Clemens 169
Ferrarius 169
Gambinus 170
Giacomazzus 170
Gothus 170
Kersbelius 171
Macerius 171
Maſſaria 171
Mazzerius 171
Meſſanenſis 173
Natolus 173
Paruta 173
Perdicarus 176
Piſciotta 176
Piſciotta 176
Platienſis. v. Joannes Maria Hieracenſis.
Politius 177
Salernus 177
à Samperio 177
Savona 178
Scafilis 178
Setajolus 178
Siculus. v. Philippus de Barberiis.
Syracuſanus. v. Philippus de Barberiis.
Triolus 179
Philiſtion 179
Philiſcus 180

Digitized by Google

Philiſtus 180
Philiſtus 181
Philometor 182
Philon 182
Philonides 182
Philonides 182
Phormus 183
Photinus. v. Phormus.
Piſtorius 183
Pius Angelus Fardella. v. Angelus Fardella.
Pius Coſta 183
Placidus Agitta 184
Bertuccius 184
Calvarius 184
Campulus 184
Caraſa 184
Catanuſus 185
Coſta 185
Ebanus 185
de Judice 185
Maria Vannus 185
Merlinus 186
Nigidus 186
Reina 187
Rubeus 187
Placidus Samperius 187
lo Sciglio 188
Seſſa 188
Spatafora 188
Polus 188
Polycarpus Allous 189
Polycletus 189
Polycritus 189
Polydorus 190
Polyzelus 190
Pompeus de Angelis. v. Paulus de Angelis.
Pompeus Ragulius 190
Porphyrius 191
Priamus Capotius 192
Probus 192
Proſper Fabarius 192
Jambertonus 192
Incorcetta 193
Pacificus 194
Tomaſellus 194
Proxenus 194
Ptolomeus Gallina 194
Publius Fabritius Bertuleus. v. Fabritius Bertuleus.
Python 194

R

RAdicatorum Academia 195
Rainerius Panormitanus 195
Rainerius Scipio Chiavellus 195
Raphael Bonherba 195
Maffeus 196
Trigona 196
Raymundus de Amico 196
Bonfilius 196
Cinthius Ligippus 196
Maria Protus 196
de Puteo 196
Raymundetta 197
Raynaldus de Montauro 197
Reaccenſorum Academia 198
Regina Jurata 200
Reginaldus de Montauro. v. Raynaldus de Montauro.
Ricardus la Monacha 200
Rinthon 200
Rocchus Gambacurta 201
Minutolus 201
Pirrus 201
Potenzanus 203
Sortinus 203
Rogerius Panormitanus. v. Rogeronus.
Paruta 203
Vigintimillius 203
Rogeronus Panormitanus 204
Romanus Sincerus 204
Rufinus Scaciottus 204
Rutilius Xirotta 204
Xirotta 204

S

SAlvator Francionus 206
Majorana 206
Marcheſius 206
Maria Ruffus A. 32
Narenſis 206
Piſanus A. 33
Sambucenſis 206
Salvus Caſetta 207
Panormitanus 208
Stanchainchiano 208
Sanctorus Bava 208
Meſſanenſis 208
Oliva 208
Pariſius 209
Sanctorus Vitalis 209
Sanctus Ayellus 209
Gigas 209
Occus A. 33
Sala 209
Scipio de Caſtro 209
Henricus 210
de Laurentio 212
Portius 212
Sapientia 212
Trigona 212
Scopas 212
Sebaſtianus Anſalonus 213
Bagolinus 213

Se-

Digitized by Google

Sebastianus Caronitus 215
Combus 215
la Farina 215
Giusinus 215
Neapolis 216
Petrafica 215
Ragusa A. 33
Saccus 216
à Sancta Rosalia 216
Tauromenitanus 216
Vella 216
Ugolinus 216
Seminarium Catanense 216
Seraphinus Calatajeronensis 217
Corleonensis 217
Gonzalez 217
Intrigliolus 217
Legius 217
Mylensis 218
Oddus 218
Panormitanus 218
Pontanus 218
Rotella 218
à S. Catharina Senensi 218
à SS. Petro, & Paulo 218
à S. Bernardo 219
Sofia 219
S. Sergius 219
Sergius Monachus 221
Sextus Clodius 221
Sextus Julius Frontinus 222
Sibylla Sicula 224
Siculus Flaccus. v. Flaccus Siculus.
Siculus Poeta 225
Sigysmundus Cappellus 225
de India 225
Roffius 225
Silenus 225
Silvester Maurolycus 226
Rifica 226
Sigonius 226
Sylvius Bocconus 227
Tornamira 228
Simon Algaria 229
Fimia 229
de Hieronymo 229
Impellizzerius 229
Leontinus 229
Parisius 230
Parmensis 231
Raus 231
Raus 231
Sistus 233
Tuballinus 233
Valguarnera 233
Vivacitus 233
Sophocles 233
Sophron 233
Soficles 235
Sosiphanes. v. Soficles.
Sositheus 235
S. Stephanus Papa 236
Stephanus Abbas 237
de Amico 238
de Anna 238
Maurus 239
Mira 239
Monsapertus 239
Monsregalis 239
Panormitanus 239
Politius 239
Porrus 239
Prothonotarius 239
Tuccius 239
Stesichorus 241
Symmias 244

T

Terpsion 245
Thales 245
Theleftes 245
Themistogenes 245
Theocritus 246. A. 45
Theodoridas 248
Theodorus 248
Theodorus Arianus 248
Belleus 249
Theodosius 249
Theodosius 249
Theognis 249. A. 45
Theophanes Cerameus 250
Theophanius Mancius 252
Theophilus 252
Theophilus Pius. v. Benedictus Dini.
Theseus Capotius 252
Thomas Afflictus 252
Agnus 252
Aversa 254
Ballus 254
Thomas Bellorosius 255
Bonjoannes 255
Buscemius 255
Calona 256
Caloria 256
Campailla 258
Caula, sive Chiaula 258
Comes 259
Corvaja 259
Fardella 259
Fannutius Picenumbrus 259
Fazellus 259
Giglius 260
de Gregorio 260
Jacona 261
Leontinus. v. Thomas Agnus.
Mannarinus 261
Maria Vaginelli. v. Petrus Martyr Scandariatus.
Messanensis. v. Thomas Caloria.
de Monacho 261

Digitized by Google

Thomas Moncata. v. Jo. Thomas Moncata.
Panormitanus. v. Thomas Mannarinus.
Sanchez de Haro 262
de Sancto Raymundo 262
Saxus 262
Schifaldus 262
Spatafora 263
Tamburinus 263
Tedeschius 264
Thomas Tropianus 264
Thyrsis 264
Timæus 264
Timagoras 266
Timocles 267
Timotheus Fulcus 267
Tisias 267
Titus Julius Calphurnius 268
Tobias Bonfaris 270

V

VAlens Quaresima 271
Valentinus Vitalis 271
Valerianus Bulzeus 271
de Franchis 271
Valerius Russus 271
Ubertinus de Marinis 271
Vespesianus Spucces 272
Victorinus Aucellus 272
Victorius Laudus 272
Victorius Panormitanus 273
Vincentia Maria Landolina 273
Vincentius Abbatissa 273
de Agrigento 273
Alcamensis. v. Ciullus dal Camo.
Alias 273
Alphonsus 274
Amatus 274
Arnaus 274
Auria 274
Barbarus 277
Belandus 277
Bonannus 277
de Bosco 277
Bonincontrus 277
Brancifortius 278
Calabrous 278
Calogerus 278
Candidus 278
Caquetius 280
Castagnola 280
Celestris 280
Cicala 280
Cicala 280
Colocasius 280
Cremona 280
de Cutellis 280
de Helia 281
Errans 281
Vincentius Eustachius Benincasa 281
la Farina 281
Fassarus 281
Ferrarottus 282
Ferrerius 283
Ferrerius 284
Finocchiarus 284
Galataus 284
Gallus 284
Giattinus 284
Giglius 285
Græcus 285
la Grua 285
Hieremia 285
Homodeus 285
Jancardus 286
de Joanne 286
de Judice 287
Libassi 287
Lipocellus 287
Littara 287
Maraxia 289
Maria de Neapoli 289
Maria Verdinus 289
Maurus 289
Mazza 289
Micciulla 289
Mignia 289
Mirabella 290
Moncata 290
Montana A. 47
Morellus 290
Motycensis. v. Vincentius Raguſa.
Navarra 290
Nobilis 290
Ortalis 291. A. 45
Vincentius Paganus 291
Pandolfus 291
Parisius 292
Percolla 292
Pizzutus 292
Politius 293
Pollastra 293
Raguſa 293
Regius 294
Ricciarella 294
Riccius 294
Rifica 294
Romanus 295
Salemius 295
à S. Angelo 295
Sanctus Marcus 295
Senensis, sive Senesius 295
Siculus 295
Silvarius 295
Solitus. v. Franciscus Solitus.
Spinous 295
Tancredus 296
Turris 296
Turturetus 296
Valguarnera 297
Vigintimillius 297
Viraldus de Roccho 297
Vitus Albertus Mustacius 297
Carvinus 297
Chiappisius 298
Colosius 298
Pizza 298
Salernus 298
Sicomus 298
Sorba 299
Urbanus Messanensis 299
Politiensis 299

X

XAverius Acciarellus 300
Castellus 300
Xenarchus 300
Xenophon, sive Xenophron 301

Digitized by Google

INDEX
COGNOMINUM, ET NOMINUM

A

Abbas S. Albertus
Joſephus
Laurentius
Petrus
Stephanus
Abbatiſſa Paulus
Vincentius
Abruzzus Balthaſſar
Octavius
Accardus Marianus
Acciarellus Xaverius
Acenſis Athanaſius
Adonninus Andreas
Adragna Archangelus
Adria Joannes Jacobus
de Afflictis Annibal
Thomas
de Aghirre Didacus
Agitta Placidus
Agliata Bernardinus
Datius
Franciſcus
Gerardus
Gerardus
Jacobus
Joannes
Joſephus
Petrus
Agnus Thomas
Agraz Antoninus
Agrigentinus Fridericus
de Agrigento Vincentius (nus
Aidonius Antoninus Thermita-
Paulus
Ajellus Jo: Chriſoſtomus
Sanctus
Ajutamichriſto Eliſabeth
Alagona Petrus
Alaimus Dominicus
Joſephus
Marcus Antonius
Albamontius Cæſar
Franciſcus
ab Albano Albanicius
Alberghinus Joannes
Albergus Joannes
Martius
Albertus Dominicus Stanislaus
Nicolaus
Albion Calaſcibetta Joſephus
Albioſus Marius
Alcamenſis Marianus
Petrus
Alcides Laudantius
Alegambius Marcus
de Alexandro Antonius
ab Alexandro Matthæus
Alfanus Antoninus
Algaria Simon
Alias Vincentius
Alibrandus Franciſcus
Nicolaus Jacobus
Alimena Horatius
Aliſerius Jo: Vincentius
Alliata Petrus
Allous Polycarpus
Aloyſius Decius
Alpherius Paulus
Alphonſus Franciſcus
Vincentius
Amabilis Baſilius
Amanthia Horatius
Amata Antonia Felix
Amatus Antoninus
Jacobus
Jo: Maria
Joſephus
Leonardus
Paulus
Vincentius
de Ambroſio Joſephus
de Amico Natalis
Raymundus
Amicus Antoninus
Antoninus
Carolus
Jo: Maria Calataniſſe-
tenſis
Laurentius
Petrus
Philippus
Amodei Cataldus
Amodeus Michael
de Amore Franciſcus
Stephanus
Anaſtaſius Martinus
Anca Paulus
Ancona Joannes
Andalorus Andreas
Angelus
Franciſcus
de Andrea Joſephus
Anellus Joſephus
Petrus
de Angelis Hieronymus
Paulus
Anghilerius Bonaventura
Anna Matthæus
de Anna Stephanus
Annabata Angelus Maria
ab Annunciatione Glicerius
Anſaldus Antoninus
Antonius
Gerardus
Anſalonius Antoninus
Franciſcus
Honorius
Joannes
Jordanus
Petrus
Sebaſtianus
Antiquus Laurentius
Apares Franciſcus
Aprea Hieronymus
Apulus Jo: Petrus
Aquila Cataldus
de Aquino Jo: Martinus
Aragona Joannes
Aragonia Nicolaus
Arata Auguſtinus
Jo: Baptiſta
Archangelus Octavius
Ardoina Anna Maria
Arena Franciſcus
Franciſcus Maria
Aretius Claudius Marius
Franciſcus Antonius
Arganantius Dominicus
Argirus Petrus
Arianus Gaſpar
Theodorus
Arminius Hippolytus
Arnaus Vincentius
Aronica Nicolaus
Arpa Laurentius
Artalis Joſephus
ab Aſcenſione Hyacinthus
Aſcenſus Fabius
Aſmundus Adamus
Bartholomæus
Aſſalis Antoninus
Aſſorus Jo: Franciſcus
Attardus Petrus
Aucellus Victorinus
Avellinus Franciſcus
Averſa Thomas
de Auguſtino Dominicus
Gregorius
Octavius
Auguſtinus Joſephus
Joſephus
Avila Hieronymus
Avola Franciſcus
Auria Fridericus
Jo. Franciſcus
Vincentius
Auriſpa Joannes
Auſilia Hieronymus

Digitized by Google

B

Baeli Franciſcus
Bagolinus Sebaſtianus
Balamius Ferdinandus
Balducci Franciſcus
Baldus Auguſtinus
Ludovicus
Baliſtreri Franciſcus
de Ballis Antonius
Antonius
Jo: Baptiſta
Ballus Fabius
Jo: Dominicus
Joſephus
Thomas
Balſamus Ignatius
Laurentius
Octavius
Bandinus Dominicus
Barbagallus Benedictus
Barbara Martinus
Barbaraci Germanus à S. Vincentio
Barbarus Vincentius
Barbatia Andreas
de Barberiis Philippus
Barberius Jo: Lucas
Bardi Franciſcus Antonius
Franciſcus
Barlotta Joſephus
Barone Franciſcus
Baronius Archangelus à S. Nympha
Cajetanus
Franciſcus
Baronius,& Manfredi Frāciſcus
de Bartholomæo Andreas
Leonardus
Bartholus Jo: Andreas
Baſcus Athanaſius
Baſilicò Hieronymus
Baſilis Baptiſta
Jo: Baptiſta
Baſtone Carolus
Battalea Bonaventura
Bava Sanctorus
Bazan Ferdinandus
Belandus Vincentius
Belleus Carolus
Theodorus
Bellia Cæſar
Octavius
Belloroſus Thomas
Bellus Cherubinus
Franciſcus
Nicolaus
Paulus
Bellutus Bonaventura
deBenedictis Chriſtophorus
Jacobus
Benici Franciſcus Barberinus
Benignus Gregorius
Benincaſa Vincētius Euſtachius
Bergallus Carolus
Bernal Bernardus Maria à Jeſu
de Bernardo Bernardinus
Beroaldus Joannes
Bertinus Jo: Maria
Bertoluccius Michael
Bertolus Franciſcus
Bertonus. v. Jambertonus.
Bertuccius Placidus
Bertuleus Publius Fabritius
Betruccius Franciſcus
Bianco Franciſcus Mazarenſis
Bibonenſis Michael Angelus
Bichettus Marianus
Billeci Franciſcus Maria
Biſagni Franciſcus
Biſſus Franciſcus
Franciſcus
Jo: Baptiſta
Blancus Ludovicus Panormitanus
Blanditius Franciſcus
Blandus Antonius
de Blaſchis Jo: Baptiſta
Ludovicus
Blaſcus Nicolaus
de Blaſio Petrus
Blondolillus Petrus
Blondus Franciſcus
Joſephus
Petrus
Boa Michael
Boccadifuoco Joſephus
Bocconus Alphonſus
Silvius
Bolanus Laurentius
Bologninus Philippus
Bona Joachim
Bonadies Michael Angelus
Bonafides Felix
Marius
Bonajutus Joannes
Bonamanus Jorlandus
Bonanna Honuphia
Laura
Martha
Bonannus Bartholomæus
Franciſcus
Jacobus
Vincentius
Bonaſera Joannes
Bonetus Nicolaus
Bonfantes Angelus Matthæus
Jo Baptiſta
Bonfaris Tobias
Bonfilius Joſephus
Raymundus
Bongiornus Ferdinandus
Bonherba Raphael
Bonincontrus Jacobus
Marianus
Bonincontrus Vincentius
Bonjoannes Thomas
Bonitus Ludovicus
Bononia Aloyſius
Antonius
Antonius
Balthaſſar
Hieronymus
Joannes
Marianus
Octavius
Bononienſis Franciſca
de Bononiis Geſualdus
Bonus Franciſcus
Jo: Philippus
Bordonaro Dominicus
Borgeſius Ambroſius
de Boſco Cæſar
Franciſcus
Vincentius
Botticella Aurelius
Bottonus Dominicus
Marius Xaverius
Bottus Antoninus
Braccerus Petrus
Brancaccius Antoninus
Joannes
Brancifortius Aloyſius
Franciſcus
Hieronymus
Octavius
Vincentius
Brancius Hieronymus
Brandimartis Felix
Brandus Jo: Antonius
Brechixius Petrus
Brignone Chriſtophorus
la Bruna Franciſcus
Brunus Antoninus
Auguſtinus
Franciſcus
Jo: Baptiſta
Jo: Maria Tuſenſis
Nicolaus
Bruſcatus Marianus
Bucalus Dominicus
Buccerus Gaſpar
Bufalus Annibal
Buglius Ludovicus
Marius
Octavius
Bulgarinus Octavianus
Bulzeus Valerianus
Burgarellus Conſtantinus Panormitanus
Burgenſis Blaſius
Burgius Joannes
Maurus
Michael
Burgos Alexander
Burſa Philippus
Buſacca Cajetanus
Buſcellus Franciſcus

Digitized by Google

Buſcellus Natalitius
Buſcemus Bernardus
Thomas

C

Caccabenſis Fulgentius
Cæſarius Jacobus
Cæſarò Ægidius
Caffarella Franciſcus
Cafora Antoninus
Joſephus
Cagius Joſephus
Paulus
Cagnus Franciſcus
Cajetanus Alphonſus
Calogerus
Conſtantinus
Octavius
Petrus
Petrus
Cajola Joſephus
Cajus Joſephus
Paulus
Calabrous Vincentius
Calafata B. Euſtochia
Calafatus Jo: Chriſoſtomus à S. Anna
Calagiura Julianus
Calamatus Alexander
Calanna Petrus
Calaſcibetta Emmanuel
Calaſcibetta Joſephus Albion
Calaſcibectenſis Lucas
Calatajeronenſis Seraphinus
Calataniſſectenſis Angelicus
Hieronymus Maria
Caldarinus Petrus
Calderonus Jacobus
Petrus
Caldus Matthæus
Calogerus Vincentius
Calona Franciſcus
Thomas
Caloria Thomas
Calphurnius Titus Julius
Calpurnius Antonius
Calvarius Placidus
Calvus Michael
Calvus, & Salonia Michael
Calzolarius Petrus
Cammarata Hieronymus
Ignatius
Philippus
Cammaratenſis Joſephus
Campagna Leonardus
Campailla Calogerus
Thomas
Campanella Baſilius
Campanilis Jo: Baptiſta
Campiſi Dominicus
Campixianus Fridericus
lo Campo Julius
Campolus Hyacinthus
Placidus
Campus Joannes
Julius
Canalis Gregorius
Candela Jo: Dominicus
Candidus Matthæus
Vincentius
Cannetius Jo: Antonius
Cannizzarus Joſephus
Nicolaus
Petrus
Cantellus Michael
Capacius Petrus
Capotius Priamus
Theſeus
Cappellus Sigyſmundus
Capra Marcellus
Caprì Joſephus
Caprona Archangelus
Capuanus Franciſcus
Caquetius Vincentius
Caracciolus Octavius
Caracocius Michael
Carafa Hieronymus
Marianus
Placidus
Caramba Jo: Baptiſta
Caramella Honorius Dominicus
Carbonarus Iſidorus
Cardia Jacobus
Cardona Lazarus
Cardullus Jo: Dominicus
Caribdus Alphonſus
Hieronymus
Jacobus
Marius
Carmignanus Angelus Maria
Carminata Jo: Baptiſta
Caronitus Sebaſtianus
Carrera Carolus
Franciſcus
Petrus
Carretto Franciſcus
Fridericus
Carrozza Joannes
Catvana Jo: Baptiſta
Carvinus Vitus
Caruſus Carolus
Joſephus
Joſephus
Michael
Seraphinus Mylenſis
Caſalettus Antonius
Caſcini Jordanus
Caſcio Jacobus
Caſetta Salvus
de Caſſarinis Angelus Matthæus
Caſſarinus Antonius
Michael
Caſſati Michael Angelus
Caſtagna Joannes
Caſtagnola Vincentius
Caſtelluccius Joſephus Bernardus
Caſtellus Bartholomæus
Bartholomæus
Jo: Baptiſta
Jo: Petrus
Joſephus
Xaverius
Caſtilionus Agathinus
Fulgentius
Joſephus
de Caſtillo Jo: Franciſcus
Matthæus
Iſidorus
de Caſtro Scipio
Caſtronius Benedictus Maria
Caſtronovus Antonius
Caſtroregalenſis Andreas
Catalanus Gaſpar
Matthæus
Octavius
Catania Franciſcus
Marcus Antonius
Paulus
Catanzarus Jacobus
Catanuſus Placidus
Catanutus Nicolaus
Catena Franciſcus
de Cavallaris Jo: Dominicus
Cavallus Franciſcus Sicle nſis
la Cava Marcus
Cavanna Franciſcus
Cavarretta Baſilius
Cavatore Franciſcus
Celeſtris Antonius
Joſephus
Vincentius
Celius Marianus
Celſus Apuleus
Centelles Franciſcus
Centorbi Joſephus
Centurionus Lælius
Cerameus Gregorius
Theophanes
Chacon Thomas
Chagius Paulus
Chaula Thomas
la Chiana Hieronymus
Chiappiſius Vitus
Chiarandanus Jo: Paulus
Chiarellus Andreas
Benedictus
Chiarenza Alexander
Chiavellus Rainerius Scipio
Chiavetta Benedictus
Jo: Baptiſta
Chiaula Maurus
Thomas
Chilleus Nicolaus Petrus
de Chirco Jacobus
Chiſari Franciſcus

Chiup-

Digitized by Google

Chiuppa Nicolaus
Ciaccius Aloyſius
Hyacinthus
Matthæus
Cianciolus Antonius
Ciaurella Martinus
Cicala Carolus Joſephus
Honuphrius
Joſephus
Petrus Maria
Vincentius
Vincentius
Cicer Gabriel
Petrus
Ciminus Leonardus
Cincius Lucius
Cingalius Antonius
Cinnamus Leonardus
Cinthius Ligippus Raymundus
Cioffus Laurentius Panormita-
Cirinus Andreas (nus
Carolus
Franciſcus Maria
Marcellus
Cita Jacobus
Clara Coſmas à Jeſu Maria
Clarusmons Hieronymus
Michael Angelus
Clemens Petrus
Philippus
Cœleſtinus Petrus
Cœli Antoninus
Colleſanenſis Joſephus
Collis Bernardus
Collorafius Antoninus
Colnagus Bernardus
Colocaſius Vincentius
Coloſius Vitus
Coloſſus Nicolaus Antonius
Columba Gerardus
Columbus Fabianus
Joſephus
Columna Romanus Cæſar
de Columnis Guido
Odo
Comandus Bartholomæus
Combus Sebaſtianus
Comes Hieronymus
Petrus
Thomas
Comitinus Iſidorus Panormi-
tanus
Comitus Franciſcus
Comparatus Hyacinthus
Confortus Jacobus
Conocchiella Bonaventura
Conradus Laurentius
Conſtantius Barbarinus
Converſanus Carolus Antonius
Marcellus
Coppola Nicolaus
Coppolinus Bartholomæus
Corbera Bartholomæus
Cordicis Antonius
Joſephus
Petrus
Cordonus Andreas
Corilanza Jo: Petrus
Corinthius Leo
Corleonenſis Michael Angelus
Seraphinus
Corſalis Jacobus
Corſettus Antonius
Octavius
Octavius
Petrus
Corſus Petrus Paulus
Corvaja Thomas
de Coſciis Nicolaus
Coſta Franciſcus Antonius
Joſephus Maria
Pius
Placidus
Cotonius Antonius
Joannes Maria
Cotrona Antonius
Coxa Nicolaus
Cozzus Baſilius
Craſſus Anſelmus
Jacobus
Marcellus
Cremona Bartholomæus
Manfredus
Vincentius
Creſcentius Franciſcus
Creſci Cajetanus
Crinous Paulus
Criſpus Antonius
Joannes
Criſtadorus Jo: Baptiſta
Criſtaudus Franciſcus
à Cruce Andreas
Cucejus Bartholomæus
Cuffarus Jo: Jacobus
Cultrana Balthaſſar
Cumia Joſephus
Cupani Franciſcus
de Curtis Joſephus
de Cutellis Vincentius
Cutellus Marius
Cutrana Balthaſſar
de Cuzanitis Illuminatus Meſſa-
nenſis

D

DAtus Nicolaus
Daverus Jo: Baptiſta
Dente Joſephus
Dentice Auguſtinus
Diacetus Jacobus
Diana Antoninus
Marianus
Dies Joannes
Dini Benedictus
Dini Benedictus
Dionyſius Alexander
Diſcordanus Petrus
Diſpenza Franciſcus
Dominici Joſephus
Dominedous Franciſcus
Donadeus Natalis
Donatus Auguſtinus
Donguidius Aſcanius
Donia Matthæus
Donzella Petrus
Petrus
Doxopater Joannes
Drepanitanus Antoninus
Bonaventura Piſanus
Juniperus
Draco Blaſius
Caſimirus
Marianus
Petrus
Petrus
lo Duca Antonius
Durante Barnabas

E

EBanus Placidus
Emmanuel Benedictus
Petrus
ab Epiphania Jo: Paulus
Epiſcopus Jo: Dominicus
Errans Hieronymus Politienſis
Vincentius
Evola Joſephus

F

FAba Antoninus
Fabarius Proſper
de Fabiis Gabriel
Facella Joſephus
Falciglia Julianus
Falcone Hippolytus
Falſaperla Antoninus
Balthaſſar
Fannutius Picenübrus Thomas
Faracius Cæſar
Joſephus
Fardella Albertus
Angelus
Maria Magd. à S. Au-
guſtino
Michael Angelus
Thomas
Farina v. la Farina.
Faſſarus Jo: Antonius
Vincentius
Faſus Antonius
Bernardinus
Jordanus à S. Vincentio
Fatius Anſelmus

Digitized by Google

Fatius Anſelmus
Antoninus
Matthæus
Fauliſius Joſephus
Fazellus Hieronymus
Thomas
de Federicis Antonius
Nicolaus Antonius
Thomas à S. Raymundo
Felix Marius
Felſina Michael
Ferlitus Hieronymus
Fermus Antonius
Fernandez Benedictus
de Guevara Antonius
de Medrano Joſephus
Ferrara Antonius
Marcus Antonius
Ferrarius Andreas Caſtrorega-
Antonius (lenſis
Laurentius
Philippus
Ferrarottus Alphius
Antoninus
Vincentius
Ferrerius Jo: Maria
Vincentius
Vincentius
Ferruggia Joſephus
Ferrus Antonius
Antonius
Cæſar
Paulus
Ferula Didacus
Ficarola Carolus
Ficarra Clemens
Fidelis Benedictus
Fortunatus
Fighera Georgius
Filingerius Joannes
Filippazzi Didacus
Filoramus Gabriel (nius
Filotheus de Homodeis Anto-
Fimia Cataldus
Hieronymus
Juſtinus
Simon
Finamore Carolus
Finicchiarus Laurentius
Vincentius
Firmicus Maternus Julius
Flaccomius Franciſcus
Jo: Petrus
Flaminius Antonius
Lucius
Florentia Cataldus
Jo: Evangeliſta Panormitanus
De Flores Joſephus
Floritus Auguſtinus
Auguſtinus
Fontanetta Petrus
Formica Antoninus
Joannes
Fortinus Honuphrius
Fortis Antonius
Petrus
Fortunatus Dionyſius
Fortunius Hyacinthus Maria
Fotius Angelus
Fragalis Leonardus
de Franchis Joannes
Joannes Baptiſta
Valerianus
Francionus Salvator
Francofontenſis Benedictus
Frangimore Faanciſcus
Fraffia Hieronymus
Fraſſica Joſephus
Frazzetta Michael
Friſcia Paulus
Frontinus Sex. Julius
Fulcus Timotheus
Fullonus Petrus
Fuſca Jacobus

G

Gaeta Benedictus Francofontenſis
Gaginus Jacobus
Gagliardus Hieronymus
Galatæus Vincentius
Galeanus Ignatius
Joſephus
Galeotus Angelus
Galia Joſephus
Gallegus Antoninus
Gallella Carolus Antonius
Gallettus Franciſcus
Joſephus
Gallina Ptolomæus
Galluccius Carolus
Joſephus
Gallus Vincentius
Gambacurta Modeſtus
Petrus
Rocchus
Gambinus Philippus
Gandolfus Hieronymus
Gangutia Antonius
Garinus Archangelus
Garſia Franciſcus
Gaſtone Franciſcus
Ignatius
Michael
la Gatta Marius
Gattus Joannes Andreas
Geloſus Joſephus
Gemma Franciſcus
Jacobus
Genoveſa Joſephus
Gentilis Bernardus
Franciſcus
Genuenſis Bonaventura
Germanus Hieronymus
Leonardus
Gervaſius Auguſtinus
Nicolaus (tanus
Giacalone Joſephus Panormi-
Giacomazzus Philippus
GiaconaSebaſtianus à S. Roſalia
Giaconia Carolus
Giambrunus Andreas
Giardina Angelus
Giattinus Jo: Baptiſta
Vincentius
Gibertus Jo: Matthæus
Gigas Sanctus
Giglius Thomas
Vincentius
Giuffus Jo: Antonius
Giurba Marius
Giuſinus Sebaſtianus
Glycas Michael
Gonzalez Seraphinus
Godanus Flaminius
Gotus Cæſar
Joannes
Philippus
Græcus Dominicus
Vincentius
Grandis Alexander
Bartholomæus
Hieronymus
Granus Joſephus
Grapheus Franciſcus Maria
Fridericus
Jo: Baptiſta
Jo: Petrus
Graffi Cœleſtinus
de Graffis Carolus
Petrus
Gravina Cæſar
Franciſcus
Hieronymus
Octavius
Petrus
la Greca Antonius
de Gregorio Carolus
Carolus (tanus
Jeremias Panormi-
Marius
Matthæus
Mauritius
Petrus
Petrus
Thomas
Grignanus Alexander
Grimaldus Hyacinthus
Joſephus
de Groſſis Jo: Baptiſta
la Grua Vincentius
Guagentus Hieronymus Maria
Calataniſſetenſis
Gualterius Archangelus
Guarnerius Geſualdus

Digitized by Google

Guarnerius Jo: Baptiſta
Guarraſius Alexander
Guccionus Jo: Baptiſta
Iſidorus
Gueli Franciſcus
Guercius Antoninus
Guglielmini Dominicus
Guglielmus Ignatius
Guiglia Agathinus
Guli Joſephus
Gulotta Petrus
Guttadauro Bernardus
la Guzza Franciſcus

H

de Helia Vincentius
Henricus Petrus
Scipio
Heredia Aloyſius
Hieracenſis Jo: Maria
de Hieraci Gulielmus
Hieremias B. Petrus
Vincentius
de Hieronymo Simon
ab Hippolyto Hippolytus
Hodierna Jo: Baptiſta
de Homodeis Julius Philotheus
Homodeus Jo: Leonardus
Leonardus
Vincentius
Honeſtus Ægidius
Humphrius Joannes
Humana Jacobus
Hymnographus S. Joſephus

I

la Jacona Hieronymus
Jacona Thomas
Jaluna Jo: Baptiſta
Jambertonus Proſper
Jancardus Vincentius
Jandaidonus Julius
Janlongus Carolus
Jannapolis Antonius
Januarius Joſephus
Nicolaus Maria
Jardina Antonius
Joannes
Petrus
de Jeſu Bernardus Maria
Marianus
à Jeſu Maria Coſmas
Maria Franciſcus
Impellizzerius Simon
India Sigyſmundus
Ingarſia Ignatius
Jo: Philippus
Ingaſtonus Michael
Inguardiola Franciſcus
Inteliſanus Petrus
Intorcetta Franciſcus
Proſper
Intrigliola Franciſca
Intrigliolus Nicolaus
Seraphinus
Inveges Antonius
Auguſtinus
Joangrandis Franciſcus Maria
de Joanne Antonius
Hieronymus
Vincentius
Joannellus Franciſcus
Jojenius Michael
Jojuſienſis Franciſcus
Petrus
Joppolus Blaſcus
Jo: Antonius
Jordanus Paulus
de Jorlanda Honorius Panormitanus
Jorlandus Hieronymus
Jovinus Hieronymus
Michael
Jozzi Albertus
Isfar, & Coriglies Gilibertus
Italia Franciſcus
Marius
de Judice Antoninus
Bernardus
Cæſar
Joannes Baptiſta
Joſephus
Joſephus
Michael
Placidus
Vincentius
Iveglia Hieronymus
Juffredus Argiſtrus
Joannes
de Juliana Marianus
Julianenſis Olympius
Junta Paulus
Jurata Regina
Juratus Antoninus
Juſtinianus Andreas
Bernardus
Decius

K

Kersbelius, ſive Kersbeelius Philippus.

L

Lætus Ferdinandus
Fridericus
Joannes
Nicolaus
Lafarina Aloyſius
Geſualdus Panormitanus
Lafarina Martinus
Sebaſtianus
Vincentius
Laguidara Antoninus
Lalomia Jacobus
Ludovicus
Lamanna Hieronymus
Lamoſtolfus Andreas
Lancea Antonius
Blaſcus
Cæſar
Eliſabeth Maria à Paſſione
Hieronymus
Laurentius
Lancella Antonius
Landolina Joſephus
Vincentia Maria
Lanuſa Aloyſius
de Lape Bernardus de Regibus
Lardia Clemens
Lartius Jo: Baptiſta
Laſcala Dominicus
Latius Carolus
Franciſcus
Lavaggi Anna Marcheſia
Auguſtinus
Nicolaus
Laudus Victorius
de Laurentio Auguſtinus
Baſilius
Clemens Netinus
Marianus
Scipio
Lauria Joſephus
Laurifex Adamus
Laus Andreas
Lazara Auguſtinus
Leggius Seraphinus
Lellus Jo: Aloyſius
Lenzus Coſmas
Leondelicatus Ægidius
Auguſtinus
de Leone Franciſcus Maria
Joannes
Leontinus Franciſcus
Jacobus
Simon
Thomas
Libaſſi Vincentius
Licata Joſephus
Liccus Gaſpar
de Lignantine Jo: Philippus
Liparis Michael
Lipocellus Vincentius
Lipſous Nicolaus
Littara Vincentius
Lombardinus Paulus
Lombardus Alexius
Antonius
Carolus
Hieronymus
Joſephus
Londres Franciſcus

Digitized by Google

Longobardus Jo: Thomas
Nicolaus
Longus Andreas
Jacobus
Loredanus Jacobus
Leonardus
Luna Elias
Fabritius
Petrus

M

Macarellus Jo: Baptiſta
Maccagnone Carolus
de Macceriis Philippus
Macheronus Petrus
Maffeus Raphael
Magdalena Jacobus
Joſephus
Magius Bartholus
Franciſcus
Franciſcus Maria
Hieronymus
Petrus
Magretti Franciſcus
Magrì Antoninus
Nicolaus
Magrus Petrus
Maja Benedictus
Bernardus
Franciſcus Ambroſius
Hippolytus
Maimon Michael Angelus Bibonenſis
Majorana Franciſcus
Petrus
Petrus Antonius
Salvator
Malacria Joſephus Maria
Malateſta Honuphrius
Malfis Antonius
Mancharuſus Michael Angelus
Mancinus Carolus
Mancius Theophanius
Mancurtius) Ægidius
Mancuſius)
Mancuſus Antonius Ignatius
Joſephus
Joſephus
Petrus
Manganus Jacobus
Mangionus Jo. Baptiſta
la Manna Hieronymus
Mannarinus Thomas
Mannelli Franciſcus
Mannus Joannes
Manolopolus Marcus
Manriquez Antonius
Manſonius Hieronymus
Ludovicus
Maraſcia Joſephus Vincentius
Vincentius
Marcheſius Antoninus
Franciſcus
Jo: Petrus
Joſephus
Marcus Antonius
Maurus
Petrus
Salvator
Marcinonius Illuminatus
de Marco Decius
Mareſca Joſephus
de Maria Antonius
Jacobus
Mariconda Joſephus
Laurentius
Marineus Lucius
Maringus Marianus
de Marinis Ubertinus
Marotta Eraſmus
Marquez Joſephus Michael
Marraſius Joannes
Marſala Gregorius
Nicolaus
Martines Marcus Antonius
de Martino Cajetanus
Joſephus
de Martio Illuminatus Panormitanus
Martius Auguſtinus
Joſephus
Martorana Cyrillus Thermitanus
Marullus Cæſar
Masbel Bernardinus
Maſcardi Jorlandus
Masò Jacobus
Maſſaria Philippus
Maſtrillus Andreas
Garſias
Mataratius Didacus
Mataplana Petrus
Maternus Julius Firmicus
Matina Gregorius
Matranga Hieronymus
Matraſcia Ludovicus
à Matre Dei Joſephus
Matthiolus Alphius
Maugerius Nicolaus
Maurici Laurentius
Maurolycus Franciſcus
Franciſcus
Silveſter
Maurus Cyrinus
Philadelphus
Stephanus
Mayalis Julianus
Mazara Balthaſſar
Ignatius
Joſephus Maria
Mazarenſis Antonius
Franciſcus
Franciſcus
Mazarinus Julius
Mazerius)
de Mazeriis) Philippus
Mazonius Paulus
Antoninus
Mazza Vincentius
Meazza Gaſpar
de Medicis Henricus
de Medico Bernardus
Mel Paulus
Melatius Balthaſſar
Jacobus
Joannes
Mellaurus Franciſcus
Mennitus Petrus
Merlinus Placidus
de Meſeriis Philippus
Meſſana Archangelus
de Meſſana Joſephus
Meſſanenſis Balthaſſar
Bartholomæus
Bernardus
Bernardus
Lucas
Ludovicus
Philippus
Sanctorus
Thomas
Urbanus
Meſſina Antonius
Micciulla Vincentius
de Michaele Antoninus
Antoninus
Michael Marquez Joſephus
Migliaccius Marianus
Marius
Mignia Jo: Baptiſta
Vincentius
Milanenſis Franciſcus
Militellus Blaſius
Millomagius Joſephus
Milus Franciſcus
Minà Hieronymus
de Minio Petrus
Minniti Jo: Maria Netinus
Minutolus Andreas
Ludovicus
Rocchus
Mira Martinus
Stephanus
Mirabella Carolus
Vincentius
Mirellus Antoninus
Miroldus Franciſcus
Miſtretta Joannes
Moletius Joſephus
Moletus Antoninus
la Monacha Ricardus
Monacò Dominicus
Ludovicus
de Monaco Franciſcus Maria
Thomas
Monachus Franciſcus
Moncata Aloyſius
Jacobus
Jo: Thomas

Mon-

Moncata Vincentius
Mondia Nicolaus
Mongitorius Antoninus
Monsapertus Stephanus
Monsecatus Bernardus
Monsleo Franciscus
Monsregalis Stephanus
Monsviridis Callimacus
de Montagna Josephus
Montalbanus Salvator Sambucensis
Montaltus Antonius
Hieronymus
Hyacinthus
Joannes
Ludovicus
Montana Vincentius
de Montauro Raynaldus
Montecatinus. v. Moncata.
Montefuscus Julianus
Monterus Didacus Aloysius
Montesanus Natalitius
Montorus Maximus Panormitanus
Raynaldus
Mora Julius
Morabitus Carolus
Franciscus
Moradellus Josephus
Moraschinus Michael Remigius
Morellus Camillus
Gregorius
Jacobus
Josephus
Vincentius
Morsia Cornelius
Morisianus Carolus
Morretta Petrus Paulus
Morsicatus Josephus (sione
Morso Elisabeth Maria à Pas-
Nicolaus
Morvellus Matthæus (tanus
Mostacius Antonius Drepani-
Vitus Albertus
Muccionius Jacobus
Mugnòs Andreas
Franciscus
Jacobus
Philadelphus
Munebria Josephus
Muratorius Natalitius
Murchius Bonaventura
Musacchius Nicolaus à S. Io:
Baptista
Musarra Carolus
Io: Franciscus
Muscarà Andreas
Muscus Marianus
Mussutus Nicolaus
Muta Marius
Mutolus Petrus Maria
Mylensis Ioannes
Seraphinus

N

NArensis Salvator
Naso Ioannes
Natalis Antonius
Ioannes
Natolis Antonius Pactensis
Philippus
Navarra Vincentius
de Neapoli Carolus
Josephus
Vincentius Maria
Neapolis Franciscus
Iacobus
Sebastianus
de Neocastro Bartholomæus
Nepita Cosmas
Nicolicchia Marcus Antonius
Nicolosius Hieronymus
Io: Baptista
Nicosia Eustachius
Niger Franciscus
Franciscus
Nigidus Placidus
Nocera Josephus
Nocetus Franciscus
Io: Bernardinus
Nocilla Ludovicus
Nocitus Gerardus
Nobilis Vincentius
Noledus Andreas
Novellus B. Augustinus

O

OCcus Sanctus
Oddus Illuminatus
Seraphinus
de Offida Paulus
Oliva Sanctorus
Olivares Dominicus
Oliverius Antonius
Franciscus
Petrus
Onofrius Ioannes
Opizinga Attilius
Hieronymus
Petrus
Orioles Gaspar
Fridericus
Oristaneus Iulius
Orlandinus Leonardus
Orlandus Hieronymus
Matthæus
Orsalis Paulus
Vincentius

P

PAcificus Prosper
Pactensis Antonius
Pactensis Bruno
Franciscus
de Pactis Iacobus
Paganus Io: Baptista
Vincentius
Paglia Balthassar
Palamenghi Dominicus
Palazzolus Alexander
Palazzottus, & Tagliavia Iose-
Palicius Albertus (phus
Palma Franciscus
Palmula Flaminius
Palumbus Josephus
Panarellus Andreas
Franciscus
Pancaldus Franciscus
Pandolfus Antonius Vincētius
Vincentius
Panormita Antonius
Panormitanus Ægidius
Bernardinus
Gesualdus
Hieronymus
Hieronymus
Io: Baptista
Josephus
Laurentius
Ludovicus
Ludovicus
Maximus
Salvus
Seraphinus
Stephanus
Victorius
de Panormo Ignatius
Panormus Hieronymus
Papa Glicerius ab Annuncia-
tione
Papasidera Augustinus
Pappalardus Ludovicus
Parisius Cataldus
Io: Paulus ab Epiphania
Petrus
Sanctorus
Simon
Vincentius
Parmensis Simon
Paruta Franciscus
Honuphrius
Philippus
Rogerius
Paschalis Nicoletta
Pasquàlis Ioannes Albertus à
S. Iosepho
de Passaflumine Benedictus
Passalacqua Franciscus
Passarellus Gaspar
Patavinus Petrus
Patè Flaminius
Leonardus
Paternionus Alvarus
Carolus
Ferdinandus

Digitized by Google

Paternionus Gualterius
Gualterius
Ioannes
Io: Philippus
Petrus
Pavonius Petrus
de Pazzis Cataldus
Pegolus Laurentius
Penſabene Hyacinthus
Perciaboſcus Nuntius
Percolla Vincentius
Perdicarus Hilarion
Ioſephus
Philippus
Perdichizzi Franciſcus
de Pernis Euſtachius
de Perno Gulielmus
Peronus Marianus
Perramutus Michael
Paulus Franciſcus
Perrellus Marianus
Perronus Ioſephus
Perruccius Andreas
Perſona Martinus
Petraccius Bartholomæus
Petrafica Sebaſtianus
Petrolus Petrus
Petronius Franciſcus
Pharaonius Franciſcus
Hieronymus
Philippi Franciſcus (tonius
Philotheus de Homodeis An-
Piaggia Ambroſius
Piazza Carolus Maria
Vitus
Pica Carolus Maria
Picciolus Albertus
Pilaja Ioſephus
Pilus Antoninus
Io: Baptiſta
Pipis Petrus
Pirronus Iacobus
Pirrus Antonius
Bartholomæus à S.Fauſto
Rocchus
Piſa Bartholomæus
Piſanus Bonaventura
Franciſcus
Franciſcus Maria
Laurentius Maria
Petrus Paulus
Salvator
Piſaurus Gibertus
Piſciotta Petrus
Philippus
Philippus
Pittalà Joſephus
Pizzolus Jacobus
Pizzutus Paulus
Vincentius
Placentia Manfredus
Plaja Melchior
Plancarenus Baſilius Marcus
de Planis Joannes
Planzonus Joſephus
Platamonius Antoninus
Franciſcus
Platania Petrus Paulus
de Platea Petrus
Platienſis Martinus
Michael
de Podio Franciſcus
Politienſis Hieronymus
Urbanus
Politius Antonius
Joſephus
Joſephus Maria
Philippus
Stephanus
Vincentius
Politus Joſephus
Pollaſtra Vincentius
Polyntius Franciſcus
Poma Franciſcus Antonius
Joſephus
Joſephus
Pomius Franciſcus
Joſephus
Joſephus
Pompianus Ferdinandus
Pontanus Seraphinus à S. Ca-
tharina Senenſi
Porcarus Benedictus
Porrus Stephanus
Portius Scipio
Portus Antonius
Potenſanus Franciſcus
Octavius
Rocchus (nus
Poteſtà Cajetanus Panormita-
Felix
Potitus Hyacinthus
Præconius Octavianus
Octavianus
Præcopius Joannes
Preſcimonius Joſephus
Preſtiphilippus Jo: Maria Hie-
racenſis
Previ Franciſcus
Priaroggia Jo: Ambroſius
Principatus Franciſcus
Paulus
Prinzivallis Antonius
Privitera Franciſcus
Profectus Jacobus
Proſimus Jo: Dominicus
Prothonotarius Stephanus
Prothoſpatarus Ludovicus
Protus Franciſcus
Raymundus Maria
Provenzalis Franciſcus
Provenzanus Jo: Baptiſta
Provina Joannes Antonius
Puglifius Hieronymus
Honuphrius
Purpugnanus Hieronymus
Purpura Aurelius
de Puteo Franciſcus
Raymundus
Puteus Conradinus

Q

QUareſima Valens
Quartararus Joſephus
Quarteronus Dominicus
Quartus Joſephus
Quingles Joannes

R

RAguſa Hieronymus
Joſephus
Sebaſtianus
Vincentius
Raguſius Bartholomæus
Pompeus
Raja Bernardus
Rajatus Franciſcus
Rainerius Joannes (nes
Ramondetta S.Martinus Joan-
Raymundus
Rampulla Angelus Maria
Randatienſis Antoninus
Ranzanus Petrus
de Rapis Hieronymus
Raſia Urbanus Meſſanenſis
Raus Simon
Simon
de Regibus Bernardus
Regius Carolus
Dominicus Maria
Gaſpar
Hieronymus
Joſephus
Vincentius
Reina Placidus
Reitanus Joannes
Joannes Antonius
Marius
Renda-Raguſa Hieronymus
Requeſens Joſephus Maria
Reſtifa Paulus
à Reſurrectione Angelus Maria
Rhini Franciſcus Maria
Riaca Petrus
Ribaldus Jacobus
Ricca Joannes
Riccardus Joſephus
Lucianus
Ricciarella Vincentius
Ricciarus Joannes
Joannes Nicolaus
Joannes Nicolaus
Octavius
Petrus
Riccius Andreas

Digitized by Google

Riccius Bernardus
Ferdinandus
Franciſcus
Franciſcus Maria
Hieronymus
Joſephus
Joſephus
Matthæus
Nicolaus
Nicolaus
Vincentius
de Ricco Mazzeus
Riera Bernardus
Gaſpar
Riotta Joſephus Thomas
Riſaliti Aurelius
Riſica Silveſter
Vincentius
Riſicatus Franciſcus
Ritzonius Nicolaus
Rizzari v. Ricciarus
Rizzo v. Riccius
à Robore Marcus
Roccafortis Innocentius
Rocchus Bernardinus
de Roccho Vincentius
Rodriquez Joſephus Petrus
Romanus Franciſcus
Jacobus
Joſephus
Vincentius
Romanus Columna Antonius
Franciſcus
Jo:Baptiſta
Jo:Baptiſta
Marcellus
Rotella Seraphinus
Roſa Hieronymus
la Roſa Jo: Baptiſta
Roſa Petrus
Roſcianus Hyacinthus Maria
Jo: Andreas
Jo: Andreas à Cruce
Roſea Antoninus
Roſſellus Leo
Roſſius Dominicus
Joſephus
Sygiſmundus
Valerius
Rubà Annibal
Rubbaus Franciſcus
Rubeus Auguſtinus
Bartholomæus
Dominicus
Jo: Baptiſta
Mazzeus
Placidus
de Rubeis Bonaventura
Rubinus Matthæus
Ruffus Antoninus
Salvator Maria
Ruſtici Joannes

S

SAba Sanctus
Sabia Bernardus
Fridericus
Saccanus Nicolaus
Saccenſis Franciſcus
Sacconius Leonardus
Saccus Sebaſtianus
Sadoc Ludovicus
Saidì Joſephus
Sala Joſephus
Salafia Franciſcus
Salatus Eraſmus
Saldanus Antoninus
Salemius Didacus
Hyacinthus
Vincentius
Salernus Franciſcus
Paulus
Petrus
Philippus
Vitus
Salomon Antoninus
Hieronymus
Joſephus Maria
Salonia Antoninus
Jo: Antonius
Salpegni Carolus
Salpetra Martinus
Salvagus Benedictus
Salvus Alphonſus
Sambucetiſis Salvator
Sammatarus Manfredus (pus
à Samperio Montisfortis Philip
Samperius Placidus
Samſon Anſelmus
Sancetta Joſephus
Sanchez de Haro Thomas
à S. Anna Jo: Chriſoſtomus
à S.Catharina Senenſi Seraphinus
à S. Georgia Hieronymus
S. Lucia Alphonſus
S. Lucia Jacobus
à S. Nympha Archangelus
à S. Roſalia Eliſeus
à S. Roſalia Marcus
à S. Roſalia Sebaſtianus
à SS. Trinitate Angela Crux
à SS. Trinitate Apollonius
à SS. Petro,& Paulo Seraphinus
à SS. Sacramento Modeſtus
à S. Andrea Dionyſius
à S. Angelo Vincentius
à S. Auguſtino Maria Magdalena
à S. Bernardo Seraphinus
S. Clemens Petrus Joſephus
S. Elia Bonaventura
à S. Fauſto Bartholomæus
à S. Jacobo Majori Joannes
à S. Jo: Baptiſta Leopoldus
à S. Jo: Baptiſta Nicolaus
S. Marcus Vincentius
à S. Petro Dominicus
à S. Raymundo Ignatius
Thomas
S. Rocchus Antonius
de S. Stephano Franciſcus
à S. Stephano Jordanus
à S. Stephano Matthæus
à S. Vincentio Germanus
à S. Vincentio Jordanus
Sanmartinus Jo: Ramondetta
Petrus
Raymundus Ramondetta
Santeramus Petrus
Sapientia Octavius
Scipio
Sapiolus Antonius
Saponius Antoninus
Paulus
Sarmientus Paulus
Sarnus Petrus
Sarzana Antonius
Savona Philippus
Saxus Thomas
Scadura Archangelus
Scaciottus Ruffinus
Scafilis Jacobus
Philippus
la Scala Dominicus
Joſephus
Joſephus
Scalmatus Dominicus
Scamardi Andreas
Scammacca Hortenſius
Joſephus
Matthæus
Scandariatus Petrus Martyr
lo Scavuzzo Aloyſius
Schifaldus Thomas
Schittinus Natalis
Scibilia Joſephus
Scicolonus Petrus Paulus
lo Sciglio Placidus
Scilla Auguſtinus
Scillanus Antonius
Scimè Jacobus
Joſephus
Scimeca Joſephus
Sclafanus Franciſcus
Jo: Antonius
Sclavus Nicolaus Antonius
Scodaniglius Marcus Aurelius
Scolarus Franciſcus
Scoma Joſephus
Scorſus Franciſcus
Joannes
Scotus Ludovicus
Petrus
Scrignus Ægidius
Heliodorus
Scrofanus Jo: Antonius
Scuderius Franciſcus

Se-

Digitized by Google

Secusius Bonaventura
Seidi Hieronymus (sis
Seminara Josephus Collesanen-
Senensis.) Vincentius
Senesius)
de Septimo Jo: Aloysius
Jo: Baptista
Serina Nicolaus Antonius
Serius Marcus
Nicolaus
Serpetrus Dominicus
Nicolaus
Serra Antoninus
Serrovira Aloysius
Antonius
Sessa Jo: Antonius
Placidus
Sestinus Marcus Antonius
Setajolus Philippus
de Setti Angelus
Severinus Josephus
Sghemma Gaspar
Sgroi Didacus
Siculensis Franciscus
Franciscus
Isidorus
Sicomus Vitus
Siculus Antonius
Bernardinus
Petrus
Petrus
Sidoti Jo. Baptista
Sieripepolis Antoninus Maria
Sigonius Sylvester
Siinus Celidonius
Sileci Hieronymus
Silvagius Ludovicus
Matthæus
Silvarius Vincentius
de Silvestro Antonius
Simon Leonardus
de Simone Julius
Sincerus Romanus
Sinesius Angelus
Sirillus Bartholus
Sistus Simon
Siviglia Lucius
Sofia Seraphinus à S.Bernardo
Solitus Franciscus
Sollima Nicolaus
Nicolaus Maria
Sorba Vitus
Sortinus Jacobus
Rocchus,
Sparacinus Franciscus
Spata Antonius
Spatafora Angelicus
Antonius
Bartholomæus
B.Dominicus
Josephus
Placidus
Thomas
Specialis Nicolaus
Nicolaus
Petrus
Spina Josephus
Spinellus Franciscus Maria
Jacobus
Isidorus Siculensis
Spinola Franciscus
Gasto
Jo: Baptista
Octavius
Spinous Augustinus
Vincentius
Spotus Ludovicus
Spucces Fabritius
Josephus
Hieronymus
Vespesianus
Squillacius Josephus
Petrus
Stabilis Bonaventura
Staiti Alexander (mitanus
Stancainchiano Salvus Panor-
Stella Joannes
de Stephano Franciscus
Stizia Nicolaus
Storniolus Joannes
Strata Ignatius à S.Raymundo
Surdus Antoninus
Surianus Matthæus
Suterensis Hieronymus
Sylvaticus Nicolaus
Syracusa Jacobus
Jacobus

T

Taberna Bartholomæus
Josephus Camara-
tensis
Tabonus Franciscus
Tagliavia Georgius
Tamburinus Thomas
Tamagna Josephus à Matre Dei
Tancredus Gregorius
Vincentius
Tantillus Antoninus
Tauromenitanus Sebastianus
Tedeschius Franciscus
Ignatius
Nicolaus
Nicolaus Maria
Octavius
Petrus Antonius
Petrus Vincentius
Thomas
Terranova Nicolaus
Testa Henricus
Leonardus
Testai Jo: Philippus
Tettus Antoninus Randatiensis
Textor Maturinus
de Thermes B. Augustinus
Jacobus
Thermitanus Timotheus
Thomasia Crucifixa Maria à
Conceptione
Thomasius Carolus
Josephus Maria
Julius
Timpanarus Ignatius
Tintus Paulus
Titonus Angelus
de Tocco Carolus
Tognolettus Petrus
Tomasellus Prosper
Toranus Augustinus
Tornamira Joannes
Petrus Antonius
Silvius
Tornesius Franciscus
Torres Franciscus
Tortellius Marius
Toscanus Antonius
Nicolaus
Trabona Hyacinthus
Urbanus Politiensis
Trabuccus Marius
Traina Franciscus
Hieronymus
Trainitus Josephus Maria
Tramontana Franciscus
Jacobus
Trigona Antonius
Carolus
Jo: Antonius
Raphael
Scipio
Trimarchi Andreas
Hieronymus
Petrus
Triolus Hieronymus
Philippus
Tristainus Josephus
Tropea Archangelus
Tropianus Thomas
Tuballinus Simon
Tuccari Albertus (nitate
Tuccittus Apollonius à SS. Tri-
Tuccius Stephanus
Turanus Augustinus
Franciscus
Hieronymus
Turris Vincentius
Turturetus Vincentius
Tutinus Ægydius

V

Vaccarinus Georgius
Vadasusus Josephus
Valcassar Franciscus
Valdesius Marcus
Valdina Jo: Baptista

Va-

Digitized by Google

Valenti Jo: Vincentius
Valentianus Gregorius
Vualguarnera Marianus
Simon
Vincentius
Valla Nicolaus
della Valle Gutterras
la Valle Nicolaus
Vallegius Jo: Baptiſta
Vannus Placidus Maria
Varveſius Paulus
Vaſſallus Joſephus
Vatticane Andreas
Vavanuzza Angelicus Catanisſectenſis
Vayola Andreas
lo Vecchio Marianus
Velaſcus Petrus
Velez Franciſcus
Vella Sebaſtianus
Veneroſus Petrus
Venetianus Antonius
Verdinus Vincentius Maria
lo Verſo Antonius
Vetranus Andreas
Franciſcus
Ugolinus Sebaſtianus
Vicecomes Paulus
Vigevi Laurentius
Vigintimillius Antoninus
Berlingherius
Carolus Maria
Vigintimillius Gaſpar
Hieronymus
Joannes
Joannes
Rogerius
Vincentius
de Villadicanibus Jo: Petrus
Villardita Joſephus
de Vincentio Antoninus
Vincius Petrus
Vinutus Antonius
de Vio Ignatius
Michael
Viperanus Jo: Antonius
Paulus
Virga Jacobus
de Virgilio Antonius
Viſalli Antonius
Viſitanus Ludovicus
Viſtarchus Joſephus
Vita Bartholomæus
Franciſcus
Franciſcus
Honuphrius
Joſephus
Marcus à S. Roſalia
Vitalis Benedictus
Jacobus
Janus
Joſephus
Petrus
Petrus
Vitalis Sanctorus
Valentinus
Vivacitus Simon
Vizzari Jo: Baptiſta
de Voglia Joſephus
Vopiſcus Flavius
Ura Antonius
Urbanus Jacobus
Uſodimare Antonius
Urſus Alphius
Felix
Nicolaus
Nicolaus

X

Xiacca Eraſmus
Xibecca Antoninus
Joſephus
Joſephus
Xirotta Rutilius
Rutilius

Z

Zambutus Didacus
Zirillus Didacus
Zitus Joannes
Zummus Jacobus
Nicolaus



Digitized by Google

INDEX TOPICUS.

COMPLECTENS SICULOS SCRIPTORES JUXTA ORDINEM CUJUSCUMQUE PATRIÆ.

ABULENSIS
Michael Calvus.

ACENSES
Anſelmus Craſſus
Archangelus Scandura
Archangelus Tropea
Athanaſius Acenſis
Benedictus Barbagallus
Cœleſtinus Graffi
Eraſmus Xiacca
Petrus Paulus Platania
Vincentius Hieremia.

ADERNIONENSES
Joſephus Galluzzus
Peregrinus Adernionenſis.

ÆTNEUS
Thyrſis.

AGRIGENTINI
Acron
Archinus, ſive Archivus
Auguſtinus Lazara
Carcinus
Carolus Caruſus
Conradinus de Puteo
Dinolocus
Dominicus Palamenghi
Empedocles
Empedocles
Franciſcus Antonius Bardi
Franciſcus de Carrecto
Franciſcus Cavallus
Franciſcus Petronius
Fridericus Agrigentinus
Fridericus de Carrecto
S. Gregorius Epiſcopus
Joannes Baptiſta Caroana
Jorlandus Maſcardus
Joſephus Blondus
Joſephus Caruſus
Ludovicus Matraſcia
Maria Crucifixa à Conceptione
Marius Diana
Martinus Perſona
Metellus
Moſchus
Nicolaus Valla
Petrus Attardus
Philinus
Sophocles.

AGYRENSES
Benedictus Fidelis
Diodorus Siculus
Euſebius
Fortunatus Fidelis
Franciſcus Mellaurus
Iſaaccus
Raphael Bonherba.

AIDONENSIS
Valerianus Bulzeus.

ALCAMENSES
Alphius Matthiolus
Andreas Cordone
Antonius Romanus Columna
Auguſtinus Spinous
Carolus Latius
Ciullus dal Camo
Franciſcus Latius
Franciſcus Tabonus
Hieronymus Auſilia
Joſephus Abbas
Marianus Alcamenſis
Petrus Alcamenſis
Petrus Antonius Tornamira
Sebaſtianus Bagolinus
Silvius Tornamira
Stephanus Politius
Vincentius Politius.

ALEXANDRINUS
Michael Angelus Clarusmons.

ALICATENSES
Aloyſius Lanuſa
Aloyſius Serrovira
Antonius Serrovira
Bonaventura Murchius
Didacus Ferula
Franciſcus Barberinus Benici
Franciſcus Blundus
Jacobus Lalomia
Joſephus Maria Thomaſius
Petrus Anellus
Petrus Paulus Sieolonus.

ARCARENSES
Antoninus Surdus
Franciſcus Brunus
Joannes Vincentius Valenti
Joſephus Riccardus
Michael Angelus Caſſati
Michael Boa
Natalis Donadeus
Nicolaus Chiuppa
Philippus Salernus
Placidus Merlinus
Victorius Laudus
Vincentius Gallus.

ASSORINI
Archangelus Garinus
Franciſcus de S. Stephano
Hyacinthus Penſabene
Michael Cantellus.

AUGUSTENSES
Franciſcus Vita
Honuphrius Vita
Petrus Patavinus.

BIBONENSES
Joſephus Romanus
Michael Angelus Bibonenſis
Vincentius Romanus.

BICARENSES
Franciſcus Salernus
Martinus Mira.

BIDENI
Bernardinus Rocchus
Jo: Baptiſta Guccionus
Jo: Franciſcus Muſarra
Lucius Marineus
Seraphinus Oddus.

BLANCAVILLENSES
Franciſcus Gemma
Jacobus Gemma.

BRONTENSES
Paulus Ortalis
Vincentius Ortalis.

BUCCHERIENSIS
Joſephus Riccius.

BURGIENSES
Blaſius Burgienſis
Dominicus Monacò
Franciſcus Turanus
Hieronymus Turanus
Philippus Giacomazzus
Sebaſtianus Saccus.

BUSACCHINENSES
Coſmas à Jeſu Maria
Petrus Fontanetta
Proſper Pacificus.

CACCABENSES
Antonius lo Faſo
Fulgentius Caccabenſis
Georgius Vaccarinus
Hyacinthus Ciaccius
Jordanus à S. Vincentio.

CÆSARENSIS
Ægidius Cæſarenſis.

CALACTINI
Cæcilius
Demetrius
Silenus
Thales.

CALATABILLOCTENSES
Gregorius Canalis
Ioſephus Scoma.

CALATAFIMENSES
Franciſcus Avola
Hieronymus Triolus
Vitus Albertus Moſtacius
Vitus Sicomus.

CALATAHIERONENSES
Antonius Fortis
Antonius Politius
Balthaſſar Paglia

Digitized by Google

Bonaventura Secuſius
Franciſcus Monsleo
Hieronymus Lancea
Innocentius Marcinonius
Joannes Burgius
Joannes Miſtretta
Joannes Nicolaus Rizzari
Joſephus Lauria
Manfredus Sammatarus
Marius Trabuccus
Michael Perramutus
Nicolaus Longombardus
Paulus Franciſcus Perramutus
Petrus Paulus Morretta
Seraphinus Calatahieronenſis.
CALATANISSECTENSES
Angelicus Calataniſſectenſis
Didacus Filippazzi
Hieronymus Gravina
Hieronymus la Jacona
Hieronymus Maria Calataniſſectenſis
Jo: Chriſoſtomus à S. Anna
Jo: Maria Calataniſſectenſis
Nicolaus Aronica
Philippus Ferrarius
Thomas Tamburinus
Vincentius S. Marcus.
CALATAXIBECTENSES
Joſephus Vita
Lucas Calataxibectenſis.
CAMARATENSES
Franciſcus Diſpenſa
Jacobus Virga
Joſephus Camaratenſis
Ludovicus Lalomia
Mauritius de Gregorio.
CAMERINENSIS
Orpheus.
CARINENSES v. HYCCARENSES.
CASTROBONENSES
Balthaſſar Abruzzus
Octavius Abruzzus
Vincentius Errans.
CASTROLEONENSIS
Michael Felſina.
CASTRONOVANI
Bartholomæus Comandus
Hieronymus Traina.
CASTROREGALENSES
Andreas Caſtroregalenſis
Bartholomæus Coppolinus
Marianus Peronus
Octaviamus Præconius
Octavianus Præconius
Paulus Crinous
Petrus Cicer
Vincentius Maria de Neapoli.
CASTROVETERANI
Bartholus Magius
Blaſius Militellus
Felix Brandimarte
Franciſcus Magius
Georgius Tagliavia
Joſephus Pomius
Joſephus Quartararus
Paulus Anca
Petrus Luna
Petrus Magius
Petrus Martyr Scandariatus
Raphael Maffeus
Simon Fimia.
CATANENSES
Adamus Aſmundus
Albertus Palicius
Alvarus Paternionius
Andreas Laus, ſive à Cruce
Andreas Rizzus, ſive Riccius
B. Angelus Sineſius
Anonymus 1
Anonymus 2
Anonymus 3
Antoninus Platamonius
Antonius de Alexandro
Antonius Lancea
Bartholomæus Aſmundus
Bernardus Colnagus
Betarmen
Blandinus
Blaſcus Lancea
Bonaventura Bellutus
Cæſar Gravina
Carolus Mancinus
Carolus Paternionius
Cataldus Fimia
Ceres
Charondas
Coſmas Nepita
Dominicus Guglielmini
Epiphanius
Euſtachius Nicoſia
Euſtachius de Pernis
Ferdinandus Paternionus
Franciſca Intrigliolo
Franciſcus Blanditius
Gaſtone
Milanenſis
Monachus
Morabitus
Privitera
Provenzalis
Romanus
Tedeſchius
Fridericus Campixianus
Gaſpar Riera
Geſualdus Guarnerius
Gualtherius Paternionus
Gualtherius Paternionus
Henricus de Medicis
Hieronymus Dagonettus
Fimia
la Manna
Horatius Amantia
Hyacinthus Potitus
Jacobus Romanus
Ignatius Gaſtone
Tedeſchius
Joannes Anſalonius
Baptiſta Baſilis
Baptiſta Caramba
Baptiſta de Groſſis
Baptiſta Guarnerius
Dies
Filingerius
de Franchis
Nicolaus Rizzari
de Paternione
Philippus Paternionus
Rainerius (tinus
Ramondetta Sanmar-
Ricciarus
Thomas Moncata
Joſephus Cumia
de Judice
Licata
Munebria
Squillacius
Juſtinus Fimia
Laurentius Bolanus
Finicchiarus
Ludovicus Scotus
Marcellus Romanus Columna
Marius Cutellus
Matthæus Silvagius
Mauritius
Maurus Burgius
Michael Joenius
Juvinus
Nicolaus Catanutus
Intrigliolus
Maria Tedeſchius
Ritzonus
Stizzia
Octavius Archangelus
Buglius
Rizzarus
Sapientia
Tedeſchius
Petrus Amicus
Capacius
Diſcordanus
Gulotta
Pavonus
Rizzarus
Squillacius
Philiſtion
Philonides
Ptholomæus Gallina
Python
Raymundus Raymondetta Sãmartinus
Sanctorus Oliva
Scipio Portius
Scipio Sapientia
Seraphinus Intrigliolus
Simon Vivacitus
Thomas Tedeſchius
Valerianus de Franchis

Vin-

Digitized by Google

Vincentius de Cutellis
Finicchiarus
Græcus
Maurus
Moncata
Seneſius
Xaverius Acciarellus.

CENTURIPINI

Apuleus Celſus
Leo Corinthius.

CEPHALÆDITANI

Antonius lo Duca
Benedictus de Paſſaflumine
Jo: Baptiſta de Franchis
Jo: Baptiſta Spinola
Joſephus de Flores
Matthæus Anna
Petrus Velaſcus
Sebaſtianus Combus
Stephanus de Anna
Thomas à S. Raymundo.

CERAMENSIS

Bonaventura de Rubeis.

CIMINNENSES

Bonaventura Battalea
Felix Urſus
Octavianus Bulgarinus
Paulus Amatus
Sanctus Gigas
Vincentius Amatus.

CLARAMONTANI

Ægydius Mancurtius
Theophanius Mancius
Thomas Chaula
Vitus Pizza.

CLUSENSES

Joſephus Riccius
Nicolaus Blaſcus.

COLLESANENSES

Jacobus Amatus
Illuminatus Oddus
Joannes Ruſtici
Joſephus Collefanenſis.

CORLEONENSES

Antonius Sarzana
Franciſcus de Amore
Joannes Naſo
Joſephus de Martino
Marianus Maringus
Michael Angelus Corleonenſis
Seraphinus Corleonenſis
Simon de Hieronymo
Valerius Ruſus.

DREPANITANI

Ægydius Honeſtus
Ægydius Scrignus
S. Albertus
Albertus Fardella
Angelus Fardella
Anonymus
Antoninus Drepanitanus
Maria Sieripepolis
Antonius de Ballis

Antonius de Ballis
Caſtronovus
Criſpus
Ferrus
Ferrus
Portus
Baſilius Cavarretta
Bernardinus de Bernardo
Bernardus Riera
Bonaventura Genuenſis
Piſanus
Stabilis
Cæſar Ferrus
Carolus Carrera
Elias Luna
Eraſmus Salatus
Franciſcus Antonius Poma
Maria de Monaco
Valcaſſar
Heliodorus Scrignus
Hieronymus Riccius
Jacobus Bendicis
Cita
de Maria
Scafilis
Joannes Baptiſta Provenzanus
Criſpus
Mannus
Maria Cotonius
Joſephus Barlotta
Galia
Poma
Thomas Riotta
Julius Oriſtaneus
Juniparus Drepanitanus
Leonardus Orlandinus
Martinus Barbarà
Michael Angelus Fardella
Michael Burgius
Nicolaus Magrì
Riccius
Terranova
Paulus Jordanus
Lombardinus
Petrus Pariſius
Philippus Clemens
Politius
Scafilis
Triolus
Thomas Fardella
de Monacho
Vincentius Barbarus
Nobilis
Vitus Sorba.

ENNENSES

Adamus Laurifex
Anſelmus Fatius
Fatius
Ceres
Ferdinandus Letus
Hieronymus de Angelis
Jo: Baptiſta Brunus
Joſephus Spina

Octavius Catalanus
Philiſtion
Philonides
Vincentius Bonannus.

ERYCINI

S. Albertus
Antonius Cordici
Antonius Toſcanus
Carolus Joſephus Cicala
Franciſcus Palma
Joannes Ancona
Joſephus Cordicius
Joſephus Grimaldus
Nicolaus Toſcanus
Petrus Cordicius
Petrus de Platia
Vitus Carvinus
Vitus Salernus.

FRANCAVILLENSES

Joſephus Pittalà
Joſephus Preſcimonius
Michael Caracocius.

FRANCOFONTENSIS

Benedictus Francofontenſis.

FRAZANENSES

Antoninus Magrì
Dominicus Bordonaro
Policarpus Allous.

FURNARIENSIS

Joſephus Millemagius.

GALATENSIS

Antonius Cingalius.

GANGIENSIS

Philippus Kersbelius.

GELOI

Apollodorus
Archeſtratus
Euclides
Pauſanias
Timagoras.

GERACENSIS, ſive HERACENSIS

Jo: Maria Hieracenſis.

GIOJUSIENSES. v. JOJUSIENSES.

GUALTERIENSES

Archangelus Gualterius
Nicolaus Petrus Chilleus.

HERBITENSIS

Philinus.

HIMERENSES

Filiæ Steſichori
Helianactes
Mamertinus
Petro
Steſichorus.

HYCCARENSES

Jo. Baptiſta Paganus
Matthæus Orlandus.

JOJUSIENSES, ſive GIOJUSIENSES

Franciſcus Jojuſienſis
Petrus Jojuſienſis.

ISPI-

Digitized by Google

ISPICEFUNDANUS
Franciſcus Chifari.
JULIANENSES
Joſephus Raguſa
Olympius Julianenſis.
LAPIDARIENSIS
Ludovicus Pappalardus.
LEONFORTENSIS
Petrus Mancuſus.
LEONTINI
Agathinus Caſtilionus
Agathon
Alphius Ferrarottus
Carolus Antonius Converſanus
Cyrinus Maurus
Dominicus Bottonus
Franciſcus Apares
Gabriel de Fabiis
Gorgias
Henricus Teſta
Herodicus
Hieronymus Clarusmons
Hippolytus Arminius
Hortenſius Scammacca
Jacobus Leontinus
Joſephus Ridulphus Scammacca
Laurentius Antiquus
S. Lucianus
Marcellus Converſanus
B. Marcus
Matthæus Candidus
Paulus Mel
Petrus Clemens
Philadelphus Maurus Mugnòs
Silveſter Sigonius
Simon Leontinenſis
Thomas Agnus.
LIBRITIENSES
Andreas Muſcarà
Antoninus Collorafi.
LICODIENSES
Andreas Mugnòs
Franciſcus Mugnòs.
LILYBOETANI
Alexius Grignanus
Antonius Lombardus
Antonius Prinzivallis
Benedictus Emmanuel
Bonaventura Angilerius
Gregorius Valentianus
Joſephus Marcheſius
Paſchaſinus
Priamus Capotius
Probus
Theſeus Capotius
Thomas Schifaldus
Vincentius Colocaſius.
LIMINENSIS
Joſephus de Evola.
MARSALENSES v. LILYBOETANI.
MAZARIENSES
Anſelmus Sampſon
Antonius de Federicis
Antonius Mazarienſis
Auguſtinus Floritus
Floritus
Lavaggi
Martius
Bartholomæus Cremona
Raguſius
Callimachus Monsviridis
Carolus Maccagnone
Mirabella
Ferdinandus Pompianus
Franciſcus Galletti
Franciſcus Maria Grapheus Mazarienſis
Mazarienſis
Hippolytus ab Hippolyto
Joannes Jacobus Adria
Joannes Melatius
Joſephus Anellus
Centorbus
Politus
Vadaſuſus
Nicolaus Antonius de Federicis
Antonius Serina
Bellus
Urſus
Urſus
Paulus Ferrus
Philon
Pompeus Raguſius
Vincentius Arnaus.
MAZARINENSES
Antonius Blandus
Bernardus Buſcemi
Joſephus Artalis
Rocchus Sortinus.
MEDIUSSENSIS
Baſilius de Laurentio.
MEGARENSES
Alcimenes
Theognis.
MELILLENSES
Joſephus Triſtainus
Leonardus Germanus.
MENDÆUS
Polycritus.
MENENSES
Alexander Palazolus
Antonius Flaminius
Franciſcus Betrucciùs Capuanus
Gaſpar Buccerius
Jo: Baptiſta Jaluna
Jo: Leonardus Homodeus
Ludovicus Buglius
Michael Amodeus
Bertoluccius
Natalitius Muratorius
Placidus Nigidus,
MESSANENSES
Albertus Jozzi
Picciolus
Tuccarus
Alcman
Alexander Burgos
Calamatus
Staiti
Alphonſus Caribdus
Andreas Adonninus
Andalorus
Barbatia
de Bartholomæo
Chiarellus
Cirinus
Juſtinianus
Minutolus
Panarellus
Trimarchus
Vatticanus
Vayola
Angelicus Spatafora
Angelus Andalorus
Antonius Fotius
Giardina, ſive Jardina de Settis
Anna Maria Ardoina
Annibal Bufalus
Rubà
Anonymus
Antoninus Amicus
Anſalonius
Brancaccius
Cœli
Faba
Ferrarottus
Laguidara
Mirellus
Moletus
Ruffus
Serra
Antonius Cianciolus
Ferrara
Jannapolis
Meſſina
Oliverius
Sapiolus
Spatafora
Viſalli
Ariſtocles
Aſcanius Donguidius
Auguſtinus Donatus
Scilla
Balthaſſar Meſſanenſis
Bartholomæus Caſtellus
Cuccius
Meſſanenſis
de Neocaſtro
Petraccius
Piſa
Spatafora
Baſilius Amabilis
Benedictus Chiarellus

Digitized by Google

Benedictus Dini
Dini
Porcarus
Salvagus
Bernardus Juſtinianus
Meſſanenſis
Meſſanenſis
Raja
Riccius
Bothrys
Cæcilia
Cæſar Gothus
Lancea
Marullus
Carolus Antonius Gallella
Cirinus
Galluccius
de Gregorio
de Gregorio
Morabitus
Moriſcianus
Muſarra
Clemens Lardia
Coſmas Lenzus
Decius Juſtinianus
de Marco
Dicæarchus
Didacus Sgroi
Zirillus
Dominicus Arganantius
Bucalus
Quarteronus
Roſſius, ſive Rubeus
la Scala
Scalmatus
Euhemerus
B. Euſtochia Calafata
Felix
Flaminius Patè
Franciſcus Alibrandus
Andalorus
Anſalonus
Antonius Coſta
Arena
Avellinus
Baliſtreri
Biſagni
Cavatore
Joannellus
Maria Arena
Maria Cirinus
Maria Joangrandis
Muſarra
Maria de Leone
Maurolycus
Maurolycus
Nocera
Panarellus
Pancaldus
Pharaonius
de Puteo
Romanus
Rubbatis

Franciſcus Torneſius
Tramontana
Gaſpar Paſſarellus
Gerardus Columba
Gregorius Tancredus
Guido de Columnis
Hieronyma
Hieronymus Baſilicò
Carybdus
Fraſſia
Pharaonius
Trimarchi
Hyacinthus ab Aſcenſione
Campolus
Jacobus Cæſarius
Cardia
Caribdus
Confortus
Fuſca
Longus
Loredanus
Manganus
Moncata
Neapolis
Pacti
Pirronus
Tramontana
Ibycus
Ignatius Balſamus
Camerata
Guglielmus
Ingarſia
Illuminatus Meſſanenſis
Joannes Andreas Gattus
Antonius Viperanus
Baptiſta de Blaſchis
Baptiſta Caſtellus
Baptiſta Grapheus
Baptiſta Romanus Columna
Baptiſta Vizzari
Bernardinus Nocetus
Carrozza
Dominicus Cardullus
Dominicus Proſimus
Formica
Gothus
Natalis
Petrus Apulus
Petrus Caſtellus
Petrus Marcheſius
Petrus de Villadicaſibus
Philippus de Lignamine
Reitanus
Storniolus
Thomas Longobardus
Vigintimillius
Joſephus de Ambroſio
de Andrea
Bonfilius
Columbus
de Curtis

Joſephus Dens
Fraſſica
Gallettus
Genoveſa
Guli
Maria Coſta
Maria Trainitus
à Matre Dei
de Meſſana
Moletius
Nocera
Pilaja
Severinus
Spatafora
Viſtarchus
Iſidorus Carbonarus
Laudantius Alcides
Laurentius Abbas
Corradus
Vigevi
Leonardus Campagna
Loredanus
Patè
Simon
Teſta
Leopoldus à S. Jo: Baptiſta
Lucas Meſſanenſis
Ludovicus Meſſanenſis
Minutolus
Monacò
Viſitanus
Lupus
Lycus
Mamertinus
Marcellus Cirinus
Marcus Antonius Ferrara
Antonius Nicolicchia
Manolopolus
Plancarenus Baſilius
Marianus Cœlius
de Jeſu
Marius Bonafides
Caribdus
Giurba
de Gregorio
Reitanus
Xaverius Bottonus
Matthæus Caldus
Ciaccius
Riccius
Rubinus
à S. Stephano
Maturinus Textor
Michael Liparis
Nicolaus Antonius Coloſſus
Bonetus
Brunus
Coxia
Jacobus de Alibrando
Maria Januarius
Maria Sclavus
Maria Sollima
Saccanus

Digitized by Google

Nicolaus Sollima
Nicoletta Paſchalis
Octavius Balſamus
Odo de Columnis
Parthenius Zanglajus
Paulus Abbatiſſa
Bellus
Principatus
Saponius
Varveſius
Petrus Anſalonius
Blondus
Caldarinus
Cœleſtinus Meſſanenſis
Comes
de Gregorio
de Gregorio
Henricus
Marcheſius
Maria Mutolus
Mennitus
Paulus Corſus
Paulus Piſanus
Riaca
Santeranus
Trimarchius
Philippus Burſa
Gambinus
Gothus
Meſſanenſis
Placidus Bertuccius
Calvarius
Campolus
Catanuſius
Coſta
Reina
Rubeus
Samperius
lo Sciglio
Seſſa
Polycletus
Polyzelus
Raymundus de Puteo
Rocchus Gambacurta
Minutolus
Salvator Marcheſius
Sanctorus Meſſanenſis
Scipio de Caſtro
Scipio Henricus
Seraphinus Rotella
à S. Bernardo
Silveſter Maurolycus
Riſica
Stephanus Maurus
Porrus
Prothonotarius
Theodorus Arianus
Thomas Caloria, ſeu Meſſanenſis
Comes
de Gregorio
Saxus
Spatafora
Valentinus Vitalis
Victorinus Aucellus
Vincentius Abbatiſſa
Alias
Calogerus
Caſtagnola
EuſtachiusBenincaſa
Ferrarottus
Galataus
Mazza
Riccius
Riſica
Vitus Coloſius
Urbanus Meſſanenſis
Xaverius Caſtellus.
MILITELLENSES IN VALLE NETI
Ægidius Tutinus
Alphius Urſus
Franciſcus Brancifortius
Jo: Baptiſta Rubeus
Marius Tortellius
Michael Ingaſtonus
Petrus Carrera.
MILITELLENSIS IN VALLE NEMORUM
Sebaſtianus Caronitus.
MONFORTENSIS
Stephanus Tuccius.
MYRTHENSIS
Franciſcus Cupanus.
MISTRETTENSES
Joſephus Gangutia
Thomas Averſa.
MONFORTENSES. v. S. PETRI MONFORTIS.
MONTALBANUS
Leonardus Sacconius.
MONTEREGALENSES
Antonius Venetianus
Franciſcus Baronius
Joſephus Lombardus
Nicolaus Mondia
Paulus Catania
Vincentius Turris.
MOTYCENSES
Carolus Janlongus
Didacus Matarazius
Salernius
Dominicus Olivares
Fabius Aſcenſus
Fabritius Betrulcus
Franciſcus Oliverius
Hieronymus Raguſa
Hieronymus Renda-Raguſa
Hyacinthus Salernius
Joſephus Celeſtris
Lazarus Cardona
Petrus Santarinus
Placidus Catafa
Regina Jurata
Thomas Campailla
Vincentius Raguſa,
MUSUMELLENSES
Franciſcus Frangimore
Joannes Baptiſta Bonfantes
Octavius Caracciolus.
MYLENSES
Antonius Ura
Cæſar Columna Romanus
Cajetanus Buſacca
Cajetanus de Martino
Franciſcus Baeli
Caffarellus
Flaccomius
Maria Piſanus
Neapolis
Perdichizzi
Jacobus Catanzarus
Joannes Mylenſis
Jo: Petrus Flaccomius
Joſephus Caſtellus
Joſephus Perronus
Laurentius Amicus
Laurentius Maria Piſanus
Natalis de Amico
Philippus Amicus
Raymundus Maria Prothus
Salvator Piſanus
Seraphinus Mylenſis.
NARENSES
Antonius Trigona
Balthaſſar Melatius
Calogerus Cajetanus
Hieronymus Gagliardus
Joſephus Roſſus
Proſper Fabarius
Salvator Narenſis
Sigyſmundus Roſſus
Vincentia Maria Landolina.
NESITANI
Jacobus Muccionius
Jo: Jacobus Cuffarus
Joſephus S. Julianus
Julianus Montefuſcus
Marius Albioſus
Petrus Draco.
NETINI
Andreas Barbatia
Antoninus Mazzonus
Antonius Caſſarinus
Corſettus
Vinutus
Archangelus Meſſana
Bonaventura Conocchiella
Clemens Netinus
Hieronymus Iveglia
Hieronymus Puglieſius
Jacobus Humana
Profectus
Ribaldus
Joannes Antonius Provina
Auriſpa
Baptiſta Labius
Lucas Barberius
Maria Netinus

Joan-

Digitized by Google

Joannes Marrasius
Ricca
Josephus Landolina
la Scala
la Scala
Marianus Accardus
de Laurentio
Michael Cassarinus
Nicolaus Datus
Specialis
Specialis
Paulus Mazzonius
Petrus Pipis
Raymuudus de Amico
Bonfilius
Raynaldus de Montauro
Rocchus Pirrus
Sebastianus Vella
Sigysmundus Cappellus
Simon Impellizzerius
Vincentius Littara
Paganus
Ricciarella.

NICOSIENSES

Antonius Cotonius
Josephus Planzonus
Villardita
Marcellus Capra
Martinus Ciaurella
Petrus Vincius.

NOARENSIS

Julius de Campo.

PACTENSES

Bruno Pactensis
Dionysius Fortunatus
Franciscus Dominedous
Magretti
Pactensis
Protus
Vita Polyntius
Jacobus de Benedictis
Jo: Martinus Gaglio
Petrus Cajetanus
Pisciotta
Philippus Pisciotta
Pisciotta
Placidus Agitta.

PALATIOLENSIS

Bernardus Maria de Jesu.

PANORMITANI

Ægidius Panormitanus
Agathinus Guiglia
S. Agatho Papa
Alexander Bonannus
Dionysius
Guarrasius
Aloysius Bononius
Brancifortius
Guglielmus Moncata
Heredia
la Farina
lo Scavuzzo
Alphonsus Bocconus
Alphonsus Salvus
S. Lucia
Ambrosius Borgesius
Piaggia
Andreas
Andreas Longus
Mastrillus
Noledo
Perruccius
Scamardus
Vetranus
Angela Crux à Ss. Trinitate
Angelus Maria Rampulla
Maria à Resurrectione
Matthæus Bonfantes
Titonus
Anna Marchesia Lavaggi
Annibal de Afflictis
Anonymus Panormitanus
Antonia Felix Amata
Antoninus Agraz
Alfanus
Amatus
de Assali
Bottus
Brunus
Cafora
Diana
Falsaperla
Fatius
Gallegus
Guercius
de Judice
Marchesius
Mongitorius
Pilus
Salomon
Salonia
Saponius
Tantillus
Vigintimillius
de Vincentio
Xibecca
Antonius Bononia
Calpurnius
Casalettus
Celestris
la Greca
Jardina
Ignatius Mancusus
de Joanne
Lancella
de Maria
Natalis
Panormita
à S. Roccho
Usodimare
Archangelus Adragna
Caprona
à S. Nympha
Argistrus Juffredus
Athanasius Bascus
Attilius Opizinga
Augustinus Arata
Baldus
Gervasius
de Laurentio
B. Augustinus Novellus
Augustinus Papasidera
Rubeus
Toranus
Aurelius Botticella
Purpura
Risaliti
Balthassar Bononia
Falsaperla
Baptista Basilis
Barnabas Durante
Bartholomæus Bonannus
Castellus
Corbera
Sirillus
Basilius Campanella
Benedictus Chiavetta
Fernandez
Maja
Maria Castronius
Vitalis
Berlingherius Vigintimillius
Bernardinus Agliata
Faso
Masbel
Panormitanus
Bernardus Collis
de Judice
Maja
de Regibus
Sabia
Blascus Joppolus
Blasius Draco
Bonaventura Sant-Elia
Cæsar Albamontius
Bellia
de Bosco
de Judice
Cajetanus Baronius
Cresci
Panormitanus
Camillus Morellus
Carolus Amicus
Bastone
Bergallus
Ficarola
Finamore
Giaconia
de Graffis
Lombardus
Maria Piazza
Maria Pica
Maria Vigintimillius
de Neapoli
Regius
Salpegni
de Tocco
Casmirus Draco
Cataldus Aquil. sive Parisius

Ce-

Celidonius Siinus
Chriſtophorus de Benedictis Brignone
Clemens Ficarra
Conradus
Conſtantinus Panormitanus
Cornelius Morſia
Datius Agliata
Decius Aloyſius
Didacus Aloyſius Monterus Zambutus
Diocles
Dominicus Alaimus
de Auguſtino
Græcus
Maria Regius
Serpetrus
Spatafora
Stanislaus Albertus
Elias Panormitanus
Eliſabeth Ajutamichriſto
Eliſeus à S. Roſalja
Enzus, ſive Entius
Fabianus Columbus Ballus
Fabritius Spucces
Felix Bonafides Poteſtà
Ferdinandus de Bazan Bongiornus
Flaminius Palmula
Franciſca Bononienſis
Franciſcus Agliata
Albamontius
Ambroſius Maja
Balduccius
Bardi
Barone
Baronius
Biſſus
Biſſus
de Boſco
la Bruna
Buſcellus
Calona
Catania
Cavanna
Centelles
Comitus
Creſcentius
Criſtaudus
Garſia
Gentilis
Gravina
Gueli
à Jeſu Maria
Italia
Londres
Majorana
Manuellus
Marcheſius
Maria Billeci
Maria Magius
Franciſcus Maria Riccius
Maria Rhini
Milus
Miroldus
Niger
Paruta
Piſanus
Platamonius
Pomius
Potenſanus
Principatus
Rajatus
Sclafani
Scolarus
Scorſus
Spatacinus
Trahina
Velez
Vetranus
Fridericus Auria
Grapheus
Imperator
Sabia
Fulgentius Caſtiglionus
Gabriel Cicer
Garſias Maſtrillus
Gaſpar Arianus
Catalanus
Liccus
Meazza
Orioles
Regius
Sghemma
Vigintimillius
Gaſto Spinola
Gerardus Agliata
Agliata
Germanus à S. Vincentio
Geſualdus de Bononiis Panormitanus
Gibertus Piſaurus
Gilibertus Isfar, & Corilles
Glicerius ab Annunciatione
Gregorius de Auguſtino
Carafa
Marſala
Matina
Morellus
Guilelmus de Hieraci
Gutterras de la Valle
Henricus Rex
Hieronymus Aprea
Bononia
Branci
Brancifortius
Carafa
la Chiana
Fazellus
Ferlitus
Gandolfus
Germanus
de Joanne
Jorlandus
Hieronymus Magius
Manſonus
Matranga
Minà
Nicoloſius
Opezinga
Orlandus
Panormitanus
Panormitanus
Panormus
Purpugnanus
de Rapis
Regius
Sileci
Spucces
Vigintimillius
Hippolytus Maja (la
Honorius Dominicus Caramel-
Honorius Anſalonius
de Jorlanda
Honuphria Bonanna
Honuphrius Cicala
Fortinus
Malateſta
Paruta
Pugliſi
Horatius Alimena
Hyacinthus Comparatus
Grimaldus
Maria Fortunius
Maria Roſcianus
Montaltus
Jacobus Agliata
Calderone
de Chirco
Craſſus
Diacetus
Gaginus
Magdalena
Morellus
Mugnòs
Scimè
Sortinus
Spinellus
de Thermis
Vitalis
Urbanus
Janus Vitalis
Jeremias Panormitanus
Ignatius Galeanus
à S. Raymundo
Timpanarus
de Vio
Illuminatus Panormitanus
Inghilfredus
Innocentius Roccafortis
Joachim Bona
Joannes Agliata
Alberghinus
Albertus à S. Joſepho
Aloyſius Lellus
Aloyſius Septimus
Ambroſius Priaroggia
Joan-

Joannes Andreas Bartholus
Andreas à Cruce
Andreas Roſcianus
Antonius Faſſarus
Antonius Giuffus
Antonius Reitanus
Antonius Seſſa
Baptiſta Arata
Baptiſta de Ballis
Baptiſta Biſſus
Baptiſta Campanilis
Baptiſta Carminata
Baptiſta Chiavetta
Baptiſta Chriſtadorus
Baptiſta Daverus
Baptiſta Giattinus
Baptiſta de Judice
Baptiſta Maccarellus
Baptiſta Mangionus
Baptiſta Mignia
Baptiſta Panormitanus
Baptiſta Pilus
Baptiſta Romanus Columna
Baptiſta la Roſa
Baptiſta de Septimo
Baptiſta Sidoti
Baptiſta Vallegius
Joannes Beroaldus
Bonaſera
Bononia
Brancaccius
de Campo
Caſtagna
Chriſoſtomus Ajellus
Dominicus Ballus
Dominicus Epiſcopus
Evangeliſta Panormitanus
Franciſcus Auria
Franciſcus de Caſtillo
Jardina
Juffredus
Lætus
de Leone
Maria Amatus
Maria Bertinus
Maria Ferrerus
Martinus de Aquino
Matthæus Gibertus
Onofrius
Paulus ab Epiphania
Petrus Corilanza
Petrus Grafeus
Philippus Teſtal
Præcopius
Quingles
à S. Jacobo Majori
Scorſus
Stella
Tornamira
Vigintimillius
Vincentius Aliferius
Joannes Zitus
Jordanus Caſcini
Joſephus Agliata
Alaimus
Amatus
Auguſtinus
Auguſtinus
Ballus (cius
Bernardus Caſtelluccio
Cafora
Cajus, ſive Cagius
Cannizzarus
Caruſus
Caſtilionus
Cicala
Dominici
Facella
Fernandez
Galeanus
Geloſus
Januarius
de Judice
de Judice
Magdalena
Mancuſus
Mancuſus
Mareſca
Maria Polizzius
Maria Requeſens
Maria Salamonius
Maria Thomaſius
Mariconda
de Montagna
Moradellus
Morellus
Morficatus
Palumbus
Panormitanus
Perdicarus
Pomius, ſive Poma
Quartus
Sala
Sancetta
Scimè
Scimeca
Spucces
Vincentius Maraſcia
Vitalis
de Voglia
Vollarus
Xibecca
Xibecca
Iſidorus de Caſtillo
Guccionus
Panormitanus
Julianus Calagiura
Majalis
Julius Mazarinus
Laura Bonanno
Laurentius Arpa
Baſſamus
Ferrarus
Lancea
Laurentius Mariconda
Maurici
Panormitanus
Pegolus
Leo Roſſellus
Leonardus de Bartholomæo
Ciminus
Cinnamus
Homodeus
Lucianus Riccardus
Ludovicus Baldus
de Blaſchis
Bonitus
Manſonius
Nocilla
Panormitanus
Panormitanus
Protoſpatarus
Sadoc
Salvagius
Manfredus Rex
Marcellus Craſſus
Marcus Antonius Catania
Antonius Marcheſius
Antonius Martines
Aurelius Scodaniglio
la Cava
à S. Roſalia
Serius
Valdeſius
MariaMagdalena à S.Auguſtino
Marianus Bichettus
Boninconcrus
Bononia
Bruſcatus
Carafa
Draco
de Juliana
Migliaccius
Valguarnera
lo Vecchio
Marius Buglius
Italia
Migliaccius
Muta
Martha Bonanno
Martinus Anaſtaſius
la Farina
Martius Albergus
Matthæus de Caſtillo
Catalanus
Donia
Fatius
Morvellus
Scammacca
Maurus Chiaula
Marcheſius
Maximus Panormitanus
Michael Caruſus
Frazzetta
de Judice
Remigius Moraſchinus
de Vio

Digitized by Google

Modeſtus Gambacurta
à SS. Sacramento
Natalis Schittinus
Natalitius Buſcellus
Nicolaus Albertus
Cannizzarus
Coppola
Gervaſius
à S. Jo: Baptiſta
Lavaggis
Letus
Marſala
Morſus
Muſſutus
Serius
Tedeſchius
Octavius Auguſtinus
Bellia
de Bononia
Brancifortius
Corſettus
Corſettus
Gravina
Potenſanus
Spinola
Paulus Alpherius
Cajus, ſive Chaggius
Pizzutus
Sarmientus
Tintus
Vicecomes
Viperanus
Petrus Abbus
Alliata
Antonius Majorana
Barcerus, ſive Blondo-
Cajetanus (lillus
Cannizzarius
Corſettus
Donzella
Draco
Emmanuel
Emmanuel
Fortis
Fullonus
Gambacurta
de Graſſis
Gravina
Hieremias
Jardina
Inteliſanus
Joſephus Rodriquez
Magrus
Majorana
Maria Cicala
Matapiana
Opezinga
Paternionius
Ranzanus
Salernus
Sarnus
Scotus
Specialis
Petrus Tognolettus
Veneroſus
Vitalis
Vitalis
S. Philippus
Philippus Bologninus
Cammarata
Maſſaria
Paruta
Perdicarus
Savona
Setajolus
Pius Coſta
Placidus de Judice
Maria Vannus
Spatafora
Proſper Tomaſellus
Rainerius Panormitanus
Rainerius Scipio Chiavellus
Raymundus Cinthius Ligippus
Rocchus Potenzanus
Rogerius Paruta
Vigintimillius
Rogeronus Panormitanus
Rutilius Xirotta
Xirotta
Salvator Francionus
Majorana
Maria Ruffus
Salvus Caſetta
Panormitanus
Sanctorus Bava
Pariſius
Vitalis
Sanctus Ayellus
Occus
Sala
Scipio de Caſtro
de Laurentio
Sebaſtianus Anſalonius
la Farina
Giuſinus
à S. Roſalia
Seraphinus Gonzalez
Legius
Panormitanus
à S. Catharina Senenſi
S. Sergius Papa
Sextus Coldius
Sigyſmundus de India
Silvius Bocconus
Simon Algaria
Pariſius
Parmenſis
Raus
Raus
Tuballinus
Valguarnera
Stephanus Abbas
de Amico
Mira
Monsapertus
Panormitanus
Stephanus Panormitanus
Thomas Afflictus
Ballus
Belloroſius
Bonjoannes
Calona
Jacona
Mannarinus
Tropianus
Titus Julius Calphurnius
Tobias Bonfaris
Ubertinus de Marinis
Veſpeſianus Spucces
Victorius Panormitanus
Vincentius de Agrigento
Alphonſus
Auria
de Boſco
Bonincontrus
Calabrous
Cicala
Cicala
Cremona
la Farina
Faſſarus
Ferrerius
Ferrerius
Giattinus
la Grua
de Helia
Jancardus
de Joanne
Libaſſi
Lipocellus
Maraſcia
Maria Verdinus
Micciulla
Migula
Morellus
Navarra
Pandolfus
Pariſius
Percolla
Pizzutus
Pollaſtra
Regius
Silvatius
Tancredus
Turturetus
Valguarnera
Vigintimillius.
PARTANNENSIS
Bartholomæus Vita.
PARTHENICENSIS, SIVE SALÆ PARTHENICI
Franciſcus Scuderius.
PATERNIENSES
Alexander Chiarenza
Bartholomæus Taberna
Bernardus Monſecatus
Cæſar Faraci
Gerardus Anſaldus
Jo: Baptiſta Nicoloſius.

PE-

Digitized by Google

PETRENENSIS
Joſephus Faulisius.
PICTINENSES
Angelus Maria Annabata
Philippus Natolus.
PIRAINENSES
Antonius Pactenſis
Bartholomæus Rubeus.
PLANÆ GRÆCORUM
Seraphinus à SS.Petro,& Paulo.
PLATIENSES
Antonius Pirrus
lo Verſo
Bartholomæus à S. Fauſto
Carolus Trigona
Dominicus Bandinus
Emmanuel Calaſcibetta
Franciſcus Cagnus
Inguardiola
Intorcetta
Maria Spinellus
Niger
Previ
Hieronymus Montaltus
Seidì
Joannes Antonius Trigona
Franciſcus Aſarus
Paulus Chiarandanus
Philippus Bonus
Joſephus Albion Calaſcibetta
Boccadifuoco
Polizzius
Seidì
Marcus Alegambius
Martinus Platienſis
Michael Platienſis
Proſper Jambertonus
Intorcetta
Raphael Trigona
Richardus la Monacha
Scipio Trigona
Vincentius Salemius.
POLITIENSES
Antonius Ferrari
Balthaſſar Cultrana
Hieronymus Politienſis
Hilarion Perdicarus
Hyacinthus Trabona
Placidus Ebanus
Romanus Sincerus
Urbanus Politienſis.
RACUDIENSES
Franciſcus Catena
Nicolaus Lipſous
Serpetrus
Rufinus Scaciottus.
RAGUSANI
Antoninus de Michaele
Carolus Belleus
Thomaſius
Jo: Antonius Cannetius
Jo: Antonius Joppolus
Jo: Antonius Sclafanus
Jo: Baptiſta Hodierna
Joſephus Michael Marquez
Julius Thomaſius
Sebaſtianus Ugolinus
Theodorus Belleus.
RAMETTENSIS
Fridericus Orioles.
RANDATIENSES
Antoninus Randatienſis
Eraſmus Marotta
Franciſcus la Guzza
Hieronymus Camerata
Jo: Dominicus de Cavallaris
Joſephus Martius
Nuntius Perciaboſcus
Petrus Oliverius.
REPHAUDALENSIS
Joſephus Ferruggia.
RAYHALBUTENSES
Cataldus Florentia
Dominicus Campiſi
Jo: Philippus Ingarſia
Marcus Antonius Alaimus
Petrus Brechixius
Petrus Macheronus.
RAYHALMUTENSIS
Bernardus Guttadauro.
ROCCELLENSIS
Franciſcus Riſicatus.
ROCCHENSES
Jo: Baptiſta Valdina
Joſephus Scibilia
Paulus Junta.
SACCENSES
Ægydius Leondelicatus
Andreas Giambrunus
Angelus Galiotus
Antonius Inveges
Malſi
de Virgilio
Auguſtinus Brunus
Inveges
Leondelicatus
Cataldus Amodei
Franciſcus Bellus
Saccenſis
Gerardus Nocitus
Joſephus Granus
Julius Jandaidonus
Leonardus Amatus
Nicolaus Riccius
Paulus Fiſcia
Sergius
Thomas Buſcemius
Thomas Fazellus
Vitus Chiappiſius.
SALEMITANI
Didacus de Aghirre
Franciſcus Paſſalacqua
Ignatius de Panormo
Jo: Antonius Brandus
Julianus Falciglia
Manfredus Cremona
Manfredus Placentia
Petrus de Blaſio.
SAMBUCENSES
Melchior Plaja
Michael Angelus Bonadies
Salvator Sambucenſis.
S. LUCIÆ DIOECESIS MESSANENSIS
Jacobus S. Lucia.
S. ANGELI
Martinus Salpetra
Matthæus de Alexandro
Vincentius à S. Angelo.
S. MARCI
Paulus Salernus.
S. PETRI MONFORTIS
Gabriel Filoramus
Philippus à Samperio.
S. PHILADELPHUS, SIVE SANFRADELLUS
Jo: Dominicus Candela
Joſephus Cajola.
S. STEPHANI VALLIS MAZARIÆ
Joannes Alberghus.
S. STEPHANI VALLIS NEMORUM
Jordanus Anſalonius.
SAVOCENSIS
Jacobus Pizzolus.
SELINUNTINI
Ariſtoteles
Ariſtoxenus
Theleſtes.
SICLENSES
Balthaſſar Mazzara
Calogerus Campailla
Franciſcus Bonus
Carrera
Siclenſis
Siclenſis
Hieronymus Roſa
Jacobus Bonincontrus
Ignatius Mazzara
Joannes de Planis
Joſephus Maria Mazzara
Iſidorus Siclenſis
Marianus Perrellus
Michael Calvus
Vincentius Celeſtris.
SORTINENSIS
Vincentius Spanous.
SPACCAFURNENSIS. v. ISPICEFUNDI.
SUTERENSES
Hieronymus Jovinus
Hieronymus Suterenſis.
SYRACUSANI
Achæus
Alcadinus
Alipandrus
Alphonſus Cajetanus
Anonymus Syracuſanus

Ano-

Digitized by Google

Anonymus Syracuſanus
Antander
Antiochus
Antonius Cotrona
Montaltus
Archeſtratus
Archetymus
Archimedes
Athanes
Bartholomæus Grandis
Bernardus de Medico
Bion
Bion
Callias
Charmus
B. Cheromenus
Citharius
Claudius Marius Aretius
Cleon
Conſtantinus Cajetanus
Corax
Dinolocus
Diocles
Diodorus
Dion
Dionyſius
Dionyſius
Dionyſius à S. Andrea
Ecphantus
Epidotimus
Epicharmus
Eudoxus
Flavius Vopiſcus
Franciſcus Antonius Aretius
Leontinus
Salafia
Georgius
B. Gordianus
Gregorius Benignus
Gulielmus de Perno
Helenus
Heraclides
Heraclides
Hicetas
Hieron
Hieronymus Avila
Comes
Grandis
Hippolytus Falcone
Jacobus Bonannus
Jacobus Masò
Zummus
Joannes Montaltus
S. Joſephus Hymnographus
Julius Morra
Lucius Siviglia
Ludovicus Montaltus
Lyſias
Marachus
Marius Felix
S. Maximianus
Menecrates
Menecrates
S. Methodius
Michael Angelus Mancharuſus
Monymus
Moſchion
Moſchus
Mythæcus
Natalitius Monteſanus
Nicias
Nicolaus
Nicolaus Zummus
Nymphodorus
Octavius Cajetanus
Paulus de Angelis
S. Peregrinus
Petrus Alagona
Philemon 1
Philemon 2
Philemon 3
Philina
Philippus de Barberiis
Philiſtus
Philiſtus
Phormus
Polydorus
Rinthon
Scopas
Sophron
Soſicles
Soſitheus
S. Stephanus Papa
Symmias
Terpſion
Themiſtogenes
Theocritus
Theodoridas
Theodotus
Theodoſius
Theodoſius
Thomas Sanchez de Haro
Timocles
Tiſias
Vincentius Candidus
Homodeus
Mirabella
Montana
Xenarchus.
TAUROMENITANI
Evagrius
Georgius Eighera
Joſephus Caprì
Sebaſtianus Tauromenitanus
Theophanes Cerameus
Thomas Corvaja
Timæus.
TERRANOVANI
Antoninus Juratus
Cherubinus Bellus
Petrus Donzella.
THERMITANI
Aloyſius Ciaccius
Antoninus Thermitanus
Auguſtinus Dentice
Cyrillus Thermitanus
Franciſcus Bertolus
Solitus
Hieronymus Salomon
Jacobus lo Caſcio
Joſephus Faracius
Joſephus Maria Malacria
Leonardus Fragalis
Paulus Aidonius
Petrus Calanna
Roſa
Timotheus Fulcus.
TRABIENSIS
Eliſabeth Maria à Paſſione.
TROYNENSES
Joſephus de Neapoli
Leo Corinthius
Petrus Vincentius Tedeſchius
Sebaſtianus Neapolis
Vincentius Turturetus.
TURTURICENSIS
Vincentius de Judice.
TUSENSES
Antoninus de Michaele
Jo: Maria Tuſenſis.
UCRIENSES
Matthæus de Gregorio
Petrus Argirus.

SCRIPTORES SICULI INCERTÆ PATRIÆ

Æſchylus
Aetius
Alanus
Albanicius ab Albano
Alcimus
Alexander Grandis
Anchitus
Antoninus Formica
Antonius Fernãdez de Guevara
Antonius Filotheus de Homodeis
Antonius Gangutia
Antonius Scillanus
Antonius Siculus
Ariſtolocus
Arſenius
Attalus
Barbarinus Conſtantius
Bernardinus Siculus
Bernardus Gentilis
Blæſus
Bornaſius
Capito
Caſſianus
Chryſippus
Corcetus
Coſmanus
Cyrillus
Daphnis
Diomus
Dionyſius
Elpis
Eumachus

Digitized by Google

Ferdinandus Balamius
Flaccus Siculus
Flaminius Godanus
Franciſcus Alphonſus
de Podio
Riccius
Spinola
Torres
Fridericus Lætus
Gandulphus
Gregorius Archiepiſcopus
Hermodorus
Hieronymus Lombardus
Hieronymus à S. Georgia
Hilarius
Hippolytus
Jacobus Corſalis
Jacobus Melatius
Joannes Siculus
Siculus
Antonius Salonia
Aragona
Bonajutus
Doxopater
Jonius
Jorlandus Bonamanus
Joſephus Muni
Joſephus Palazzottus
Joſephus Vaſſallus
Julius Firmicus Maternus
Julius Philoteus de Homodeis
Julius de Simone
Juſtinus Epiſcopus
Lælius Centurionus
S. Leo II. Papa
Lucius Cincius
Lucius Flaminius
Lyſinus
Maldatus
Mamercus
Marcus à Robore
Marianus Muſcus
Marius de Gatta
Matthæus Surianus
Michael Glycas
Mœſon
Nicolaus Aragonia
Nicolaus Maugerius
Nicolaus Sylvaticus
Nina
Orthon
Panphilus
S. Panthænus
Paulus Reſtifa
Perottus de Offida
Petrus Antonius Tedeſchius
Petrus de Minio
Petrolus
Siculus
Siculus
Philippus Mazzerius
Philometor
Piſtorius
Porphyrius
Proxenus
Sebaſtianus Petrafida
Sebaſtianus Raguſa
Sextus Julius Frontinus
Sibylla
Simon Siſtus
Theophilus
Thomas Fannutius
Thomas Giglius
Valens Quareſima
Vincentius Belandus
Brancifortius
Coquetius
Giglius
Siculus
Xenophon

GYPSIENSIS
Antonius Fermo.

Tom. 1. pag. 213. ad FRANCISCUM CUPANI adde: Cùm Cupanus morte præventus Hiſtoriam Naturalem Siciliæ, ſeu de Plantis Siculis &c. unà cum exoticis, imaginibus earum ſeptingentis ex ære ſculptis, ſuiſque, quæ præfixo Aſteriſco afferuntur, deſcriptionibus, præſertim Sicularum Stirpium noviter à ſe adiuventarum, cum nova Animalium, ac Foſſilium Siculorum acceſſione, haud mediocri ex parte confusè tamen elucubratam, perficere, & undequaque conſcribere non potuerit: ne XXV. annorum laboribus molitum opus penitùs periret, Antonius Bonannus, & Gervaſius, Panormitanus, acerrimi judicii eximius Botanophilus, ſub auſpiciis Panormitanorum Procerum D. Joſephi de Boſco Principis Catholicæ, & D. Joſephi Alliatæ Villæfrancæ Principis, ſumptus munificentiſſimè ſuppeditantium, tantum opus communi Botanicorum voto expetitum, concinnâ methodo, ordine alphabetico, deſcriptionibus etiam quàmplurimis propriis, ac numeris omnibus perficiendum, & abſolvendum ſummo labore, ac ſtudio ſuſcepit; ejus tandem ſolertiſſimâ operâ extat Panormi ſub prælo in plures tomos diſtribuendum in fol. hac inſcriptione:

Pamphyton Siculum, ſive Hiſtoria Naturalis Plantarum Siciliæ. Continens Plantas omnes in Sicilia ſponte naſcentes, & exoticas eamdem incolentes, cum ſuis etymologiis, certis proprii generis notis, Auctorum tum Veterum, tum Recentiorum ſynonymis, vernaculis linguarum nominibus, deſcriptionibus, locis, uſu, & viribus. Compluribus inſuper ſtirpibus noviter adinventis, & accuratè deſcriptis, quas denotat Aſteriſcus, locupletata, & demum æreis imaginibus circiter ſeptingentis è vero tractis, & graphicè inciſis, in quibus non ſolùm plantæ noviter adinventæ, ſed quædam ab Auctoribus tantùm deſcriptæ, vel malè exſculptæ enumerantur, illuſtratæ. Huic accedit Animalium, Siculorumque Foſſilium curioſiſſima Selectio. Opus olim inchoatum ab Adm. Rev. P. Franciſco Cupani, Tertii Ordinis S. Franciſci, S. T. M. ex Oppido Myrthi in Sicilia, Botanoſopho ſui temporis celeberrimo; nunc verò perfectum, omnibus numeris abſolutum, & in lucem editum ſummo ſtudio, & labore Antonii Bonanni, & Gervaſi, Panormitani.

Tom. 1. pag. 311. ad IGNATIUM DE VIO adde: Rogatus edidit Italicè ſuppreſſo nomine

Faſcetto di fiori eruditi raccolti inſieme, ed eſpoſti nella Speziaria del Sig. Vincenzo Bonanno, e Gervaſi, preſentati alla Sacra Real Maeſtà di Vittorio Amedeo Primo N. S. Re di Sicilia, di Geruſalemme, e di Cipro, Duca di Savoja, e Monferrato, Principe del Piemonte &c. & Anna Maria d'Orleans Regina N. S. nella ſolenne entrata di queſto Gran Monarca, celebrata nella Città di Palermo Capitale di tutto il Regno. Panormi apud Cichè 1713. in 4.

Note ſopra l'Iſcrizione intagliata nella Mole Marmorea, eretta nel Portico meridionale del Duomo della Felice, e Fedeliſſima Città di Palermo, Capo del Regno. Per la Regia Coronazione della Sacra Real Maeſtà di Vittorio Amedeo di Savoja, Re di Sicilia, Geruſalemme, e Cipro, e della Maeſtà di Anna di Francia, e d'Inghilterra, Reina. Ibidem apud Gaſparem Bayonam 1714. in 4.

Digitized by Google

SP. D. JOANNES BRANCACCIUS

JCtus PANORMITANUS

ERUDITORUM SICULORUM NOMINE AD TYPOGRAPHUM.

SIste, Bibliothecam ne evulges Typographe: typis tuis noſtras perfecit laudes Author, non opus ſuum; cùm enim ſapientiſſimi viri, iidem modeſtiſſimi eſſe conſueverint, modeſtiæ plus æquo conſulens Antoninus, finem operis, licèt operi dederit, è conſpectu amiſit, dum ſe celare ſtuduit. Multa de nobis, pauca de ſe, in hoc opere dicit Antoninus, & non rectè. Quamquam enim ab elogio ſibi elucubrando, uti ſibi conſcripſerat unà cum vitæ ſuæ hiſtoria Carolus Patinus vir doctiſſimus in Vitis Lectorum Patavienſium, Antoninum avocaret, & non leviter, ſola ſcilicet, quam prodit, Bibliotheca; quæ elogium quodcumque, quod Antoninus Antonino efformaret, ſtatim evincet ſuperfluum; ſi enim Mongitorius uno hoc in libro includit omnium Siculorum libros; & lance, quâ debet, Scriptorum doctrinam lſbrat, ac laudat; quis ſupervacaneum non ducet, ſi ipſe de ſe dicet, vel quòd ſcivit, quæ Scriptores ſinguli ſciverunt, vel quæ ſinguli neſciverunt? certè omnia ſcire debet, qui omnium Eruditorum æquus æſtimator, laudator eſt, ac cenſor: permittat nihilominus Antoninus vera, quæ de ſe ipſo prodere, umbratilis vanitatis nota, ejus animum ſubduxit, nobis ad veritatis amorem, virtutis ſtimulum, & poſterorum exemplum hic potiùs delibare, quàm conſcribere. Redi ad torcularia tua, Typographe, & ejus operi abſolutiſſimo perfectionem hanc unam adde; quæ illi deeſt, Authoris Elogium. Nec dedigneris, ut ejus ablandiaris genio, nobis obtemperare, qui nobis hucuſque defudaſti. Scimus te Mongitorio obſequentiſſimum, ſi ex hoc uno fonte bona, ac lucra innumera fluxerunt tibi. At quoque non ignoramus, illi diſplicere nequaquam poſſe, niſi velit ſe, opuſque ſuum improbare, quæ nunc tibi mandamus, aut typis tuis. Si enim illi placuit Scriptores Siculos celebrare; & ut hoc aſſequeretur, impenſis nullis pepercit, aut ſtudio; cur ergo Siculus Author cùm ſit; & inter hos, quamquàm ſe minimum appellet, maximus, elogium de ſe inſcribit nullum? Certè ſui elogium in hoc opere, quod tacet ut Author, non evitabit ut Siculus: Strue ergo literas, & excude: Antoninus Mongitorius Panormi lucis uſuram accepit die primo menſis Maii anno 1663. honeſtis parentibus natus, pièq; ab ipſis educatus, ab ineunte ætate vividum, ac præcox ingenium humanioribus primùm literis, dein Oratoriæ Arti ità feliciter admovit, ut coëtaneos ſuos longè ſuperaret: mox pari animi contentione, ac ſtudii aſſiduitate, gravioribus Philoſophiæ, ac Theologiæ ſcientiis operam dedit, eo profectu, ut abſolutis magna cum laude illarum curriculis in laborum præmium Doctoris lauream in utraque facultate obtinuerit. Clericali militiæ adſcriptus omne ferè ſcientiarum genus, quod Eccleſiaſticum virum ornare poteſt, perdidicit, ac tam egregiè perdidicit, ut in illarum quolibet ingenii acumen, doctrinæ quæſtum, eruditionis copiam mirificè prodiderit. Hiſtoriæ tùm Eccleſiaſticæ, tùm profanæ, ac præſertim Siculæ, & Patriæ ſuæ, luculentiſſimam ſupellectilem, vel ex totius Antiquitatis theſauro, vel ex oblivionis latebris erutam, Juris utriuſque ſanctiones, ſacræ Bibliæ peritiam, Sanctorum Patrum ſententias, Theologiæ Moralis, Scholaſticæ, Dogmaticæ, Aſceticæ, atque etiam Myſticæ præcepta ità tenet, ut plerique etiam literati viri, quos inter emicuit Ferdinandus de Bazan Archiepiſcopus Panormitanus, cui à Sacello fuit, ab Antonino noſtro conſilia in arduis illarum ſcientiarum adytis expeterent. Cùm idem Antiſtes ad Cleri exercitationem, & ornatum, in Palatii ſui ædibus nonnullas ſcientiarum Academias, per ſingularum hebdomadarum dies diſtributas inſtituiſſet, noſtrum Antoninum inter Academicos Theologiæ Myſticæ adſcriptum voluit: in eaque plures habuit cum Auditorum approbatione diſcurſus. Sanè eximiâ valuit non modò apud Siculos, verùm etiam exteros in illuſtrandis Siculis hiſtoriis opinione, quâ perciti Viri eruditiſſimi, hac tempeſtate in Italia florentes, arctiſſimam cum eo amicitiam contraxere, ac epiſtolarum uſu ultrò, citròque commeantium magna cum ejus nominis celebritate foverunt; demirati enim ſunt viri clariſſimi in Mongitorio certare maximam hiſtoricæ eruditionis copiam, & Antiquitatum ſtudium ſingulare, cum integro veritatis candore, ſano vera à falſis diſcernendi judicio, accuratâ omnium criſi, & magnâ, cum res poſtulat, confutandi modeſtiâ. Inter illos adnumerantur, ut Siculos innumeros mittam, Antonius Magliabechi, Proſper Mandoſius, Joannes Marius de Creſcimbenis, Apoſtolus Zenus, Hyacinthus Gimma, Vincentius Coronellus, Bonaventura Sant'Elia, aliique ab editis libris ſatis celebres. Amœniora Muſarum ſtudia dilexit ad animi oblectamentum ſimul, & ornatum, ac plura cecinit poëſi latiâ, etruſcâ, & ſiculâ; ideoque adſcriptus Reaccenſorum Academiæ, egregia ingenii ſui monumenta prodidit, magna cum commendatione ſemper excepta, quorum multa inedita, alia in aliorum libris excuſa circumferuntur. Hinc meritò recenſitus inter Academicos Arcados Romę ſub nomine Liparii Tritiani, & Incurioſos Roſciani. Operoſiſſimus Sacerdos ſcripti neſcius, vel in conſcribendis elucubrationibus, vel in obeundis, quæ Virum eccleſiaſticum decent, muniis inſudat; quà enim

Digitized by Google

enim rudes sacrâ cathecheſi inſtruxit, & apoſtolicis concionibus ad pietatem accendit, quâ Chriſti-Fidelium, ac præſertim Monialium ſacrâ exomologeſim excipit,& ad virtutis ſemitâ dirigit,quâ in Sęcularium Sodalitiis varia religionis officia verbo, & exemplo promovet ; hoc unum inter tot literarios labores, quibus quotidiè pertinaciter eſt addictus, ſemper præ oculis habens, ut Sacerdotali muneri, ac oneri, & nomine,& re non deeſſet, ideoque magnam apud omnes ſibi promeruit laudem. Neque hoc loco prætereundum cenſeo, quòd ſæpè Mongitorium de Antiquitatibus Siciliæ,ac Patrię conſulerint viri eruditiſſimi, Præſules, Dynaſtæ, ut nuper evenit, pro ſolemni, ex more Veterum Regum Siciliæ, Panormi habita inauguratione Sereniſſimi Regis noſtri, quem Deus ſoſpitet,Victorii Amedei, ac quātum profuerit illius inexhauſta Sicularum rerum notitia, perſpectum Viri Nobiles habuere. Anno, quo hujus Bibliothecæ tomus ſecundus evulgatur, 1714. vivit Author, & illuſtrandis Patriæ, ac Siciliæ rebus, quotidianam operam impendit, à doctrina, prudentia, comitate, ac probitate commendatus: dignus profectò, ut ei diuturniſſimam vitam à D.O.M. apprecemur. Antoninum ſummis laudibus celebrant ex exteris Scriptores nobiliſſimi *in Actis Eruditorum Lipſiæ an.* 1702.*pag.*141.& Bibliothecę Siculę,quam Author apparabat, cum laude meminere, & an. 1707. menſis Octobris *pag.* 465. ubi *de Siciliæ Inventrice Vincentii Auriæ,*& ad eam *Animadverſionibus,& Additamentis* noſtri Mongitorii,honorificentiſſimum fertur judicium,eum *Doctiſſimum* appellant, & in eiſdem *Actis* an. 1708. menſis Aprilis *pag.*189. ubi pleno calamo de Bibliothecæ Siculæ tomo primo, *Doctiſſimum, optimèque de Patria ſua merentem*, ejus Bibliothecam *opus abſolutiſſimum* commendant ; & *pag.* 542. Authori noſtro vitam,& vires apprecantur.Authores doctiſſimi libri Italicè editi, cui titulus : *Galleria di Minerva tom.* 4. *par.* 11. *fol.* 225. hæc de Antonino noſtro habent, latinè verſa : *D. Antoninus Mongitore, Eruditus Sacerdos ejuſdem Urbis* (Panormi) *in rebus Patriæ ſuæ verſatiſſimus, quique edendæ Bibliothecæ Siculæ* (*opus eſt ſummè à literatis viris expetitum*) *adlaboravit.* & *f.*358. in Indice: *operâ Domini Mongitorii impatienter exoptatur à literaria Republica Sicula Bibliotheca ; quæ omni ſolertiâ eruditorum Siculorum elucubrationes, ac monumenta recenſebuntur.* & in *tom.* 5. Joannes Cinellus Bibliothecam, quam Volantem vocat, adnectens in noſtri Authoris laudibus ſiſtit. Authores eruditiſſimi Diarii Literatorum Italiæ *tom.* 5. *f.* 404. *Vita B. Auguſtini Novelli conſcripta à D. Antonino Mongitore Panormitano Presbytero, literato Orbi notiſſimo, ob tot opera in lucem edita, ac præſertim Bibliothecam Siculam, cujus abſolutio communi omnium voto expectatur; ejus enim beneficio Scriptorum Siculorum monumenta,quæ majori ex parte oblivione conſepulta jacebant, illuſtrabuntur.* & *tom.* 7. *f.*159. *Attentiſſimum* Mongitorium vocant, & ibidem *f.*173. inter recentiores,qui elucubrationibus ſuis magnum Siciliæ ſplendorem attulere, Antoninum noſtrum accenſent; & *tom.* 13. *art.* 8. *f.* 225. *& ſeq.* luculentiſſimum,idemque honorificentiſſimum tomi Primi Bibliothecæ Siculæ judicium promunt, ad cujus calcem *f.* 263. hæc in latinum translata reponunt:*Cum impatientia expectatur Siculæ Bibliothecæ, cui Dominus Mongitorius ſupremam manum impoſuit, tomus ſecundus ; quo is tot Scriptorum nomen, multòque magis ſuum toti reddet poſteritati memorandum.* & *tom.*14.*art.*15.*f.*348. ſcribunt: *Dominus Mongitorius admodum probè probat eos omnes deceptos eſſe &c.* De eo etiam honorificè meminere Clariſſimi Scriptores Galli Monumentorum Trevoltianorum *tom.menſ.Martii* 1702.*f.*95. ab edita duorum SS. Mamilianorum Panormi Civium,& Archiepiſcoporum, Joſephi Vincentii Maraſciæ Hiſtoria poſthuma. Dominicus Antonius Gandolfus Auguſtinianus in libro: *Diſſertatio Hiſtorica de ducentis Celeberrimis Auguſtinianis Scriptoribus f.* 247. *De ipſo tamen* (videlicet de Juliano Falciglia) *diſſerent clariſſimi eruditi D. Antoninus Mongitorius Panormitanus Presbyter ſæcularis, & P. Hieronymus Raguſa Motycenſis Soc.Jeſu.* Blaſius de Avitabile in libro, qui inſcribitur : *Componimenti della Colonia Sebezia nel dottorato dell'Ecc. Principe Signor D.Annibale Albani*, in epiſtola ad Apoſtolum Zenum hæc latinè facta habentur : *D. Antoninus Mongitore, nobilis literatus Panormitanus.* Eum allegat Vincentius Coronellus in Bibliotheca univerſali *tom.* 3. *n.* 994. *& tom.* 4. *f.* 285. *& tom.* 5. *f.* 420. Joannes Marius de Creſcimbenis in ſuis *Rhythmis* italicè editis Romæ *f.* 297. in Authoris noſtri laudem ità cecinit:

Ambra, dono pregiato
Del Chiaro Mongitore :
Dono, o quanto a me grato!
Del famoſo Scrittore,
Che or di Sicilia eterna i dotti Eroi
Ne' chiari fogli ſuoi.

& *f.* 424. ibidem de Authore noſtro hæc in latinum verſa extant: *D.Antoninus Mongitore Panormitanus : Vir hic literatus, ut mihi refertur, Bibliothecam Siculam conſcribit.* Idem *in Arcadia f.*186. inter literaria nuncia hæc recenſet: *Legerunt hinc Arcanium, indè Liparium* (nomen Mongitorio in illa Academia ſortitum) *exactam diſquiſitionem inſtituere, illum augendi gratiâ illuſtrium Scriptorum Magni Hipponenſium Paſtoris Alumnorum monumentum hunc illa Siculorum,qui literis claruerunt, inſignium. & in Commentar. ad Hiſtor. vulgar.Poeſ. vol.* 2. *par.* 2. *fol.* 3. *has noſtras opiniones ſequutus eſt doctiſſimus Antoninus Mongitore in Bibliotheca Sicula, in qua amplè effulget ejus inexhauſta eruditio, egregia cum diſcretione, ſanoque judicio copulata*; & *ibidem f.* 16. 20. 79. 261. *& vol.* 4. *Commentar. f.* 91. *&* 159. Antoninum appellat *Doctiſſimum*, & *vol.* 2. *f.* 283. *Judicioſiſſimum*, & *ibidem f.* 316. & *vol.* 5. *f.* 58. *Accuratiſſimum*, & in præcit. *vol.* 4. *f.*108. *&* 200. & *vol.*5. *f.*33. *Eruditiſſimum*, & *vol.* 4. *f.* 190. ejus Bibliothecam *eruditiſſimam* inſcribit. Ejus authoritate fulcit dicta ſua, & allegat *vol.* 2. *par.* 2. *f.* 2. 12. 13. 15. 17. 19. 22. 39. 309. *&* 424. *&* *vol.* 4. *f.*74.

Digitized by Google

78. 87. 90. 91. 99. 100. 106. 109. 116. 140. 141. 143. 146. 147. 152. 153. 160. 162. 163. 194. 200. 201. 202. *& in vol.* 5. *f.* 32. 50. 51. 54. 58. 61. 90. *&* 92. Bernardus Trivisanus dignum putavit nostrum Antoninum, ut in cœtum primi nominis literatorum cooptaretur, ex quibus (*Arconti* ab eo appellantur) juxtà sibi optimè propositam Idæam nova, ac benè formata in Italia consurgeret ad promovendas scientias, ac artes literaria Respublica, ut patet in calce libri, qui inscribitur: *Riflessioni sopra il buon gusto intorno le scienze, e le arti di Lamindo Pritanio*, Venetiis apud Aloysium Pavinum 1708. in 12. P. Joannes Andreas Massa Finalien sis è Soc. Jesu *in sua Sicil. par.* 1. *pag.* 153. *Eruditissimum* dicit *D. Antoninum Mongitore*, eumque allegat *pag.* 212. *& in suis Notis ad Isagog. P. Octavii Cajetani cap.* 42. *pag.* 357. *Eruditissimum* repetit; & Abbas Hyacinthus Gimma *in Elog. Academic. Rosciani par.* 1. *fol.* 3. ejus Bibliothecæ meminit, & *par.* 2. *f.* 187. Bibliothecam hanc *volumen proficuum*, & Mongitorium *eruditum Scriptorem* appellat. E' Siculis nonnullos seligam, quos inter Vincentius Auria *in Relat. Imaginis Christi Domini Servatoris è Cruce pendentis*, quæ in Metropolitana Panormi Ecclesia colitur, ex tertia editione *pag.* 43. inter Scriptores à literis, & eruditione omni laude dignos Mongitorium reponit, & *pag.* 116. ejus *ad Siciliam Inventricem Animadversiones*, *& Additiones eruditissimas* vocat, & *pag.* 160. *Eruditissimum Panormitanum à notitiis ejus* (idest Vitę SS. duorum Mamilianorum Pan. Archiepisc.) *veterum, ac recentiorum monumentorum, ac virtutibus omni laude dignum.* & *pag.* 170. *fervidum Antonini zelum*, & *pag.* 201. ipsum *Eruditissimum* laudat. Et in *Gigino Redivivo pag.* 35. *D. Antoninus Mongitore Eruditus Panormitanus, qui illustrandæ Bibliothecâ Siculâ, Siculisque Scriptoribus Siciliæ adlaborat. & in Sicilia Inventrice cap.* 7. §. 13. *pag.* 20. *De Joanne Baptista Hodierna, ejusque opere commeritâ laude distinctè, ac plenissimè agit D. Antoninus Mongitore in Bibliotheca Sicula.* P. D. Michael de Judice Abbas Cassinensis *in Notis ad Appar. Anal. Sicul. Augusti. Inveg. pag.* 87. *Insigne Patrii soli ornamentum D. Antoninus Mongitore in Observationibus ad cap.* 2. §. 1. *Siciliæ Inventricis eruditissimi viri Vincentii Auriæ*, & pag. 90. *Hypis Rheginus: de eo, de aliis Historicis Siculis hìc resignandis, vide diligentissimè extructam Bibliothecam Siculam à numquam satis laudato D. Antonino Mongitore.* & pag. 93. *De sanctissima Gregorii Matre Cajetanus tom.* 1. *SS. Siculor. & D. Antoninus Mongitore inter Panormitanas Divas eruditissimè vindicans.* & pag. 95. *De eo ingenuè scribit D. Antoninus Mongitore*, & infra: *De Diodori epistolis accipe judicium eruditissimi, & ingenui viri Antonini Mongitore*; & pag. 104. *Plurima alia rerum Sicularum m. f. requiri poterunt in Bibliotheca Sicula diligentissimi de Mongitore*; eumque allegat *pag.* 95. 100. 101. 102. 104. 108. 110. 111. 112. Antonius Joseph Maria Surdus in libro italico: *Vittorie della Penitenza pag.* 134. hæc in Antonini laudem concinnat latinè versa: *Legatur recens Bibliotheca Sicula tam in primo, quàm in secundo tomo Eruditissimi Doctoris D. Antonini Mongitore, in qua spectabuntur Alcarenses Viri, qui opera sua in lucem ediderunt, & hujus S. Pontificis* (Leonem II. intelligit) *Patriæ Præteusores; ubi non modò memorati Authoris ingenium demiratur, ac doctrina, verùm etiam officium, quod ei debet Sicilia universa, quòd tot viros literatos in suis doctissimis elucubrationibus æternati commisisset.* Honuphrius Fortinus *de Natura, & Salubritate Aeris Panormitani sect.* 9. *pag.* 58. *D. Antoninum Mongitore Sacerdotem Panorm. virum omni eruditione præditum in sua Bibliotheca Sicula.* Augustinus Gervasi in *Oratione funebri* D. Dominici Alaymi, cui titulus: *Perfecti Medici Specimen* editâ in calce *Pompæ Emortualis* memorati Dominici *pag.* 80. *Trinacria Heroum fœcundissima Mater, in qua viri omni scientiarum genere ornatissimi semper extitere, quos recensct in Bibliotheca Sicula eruditissimus Conivis noster D. Antoninus Mongitore Siciliæ decus insigne, & ornamentum.* Author Anonymus præfatæ *Pompæ in funere antedicti Dominici pag.* 23. *Innuit eruditus sermo Doctoris D. Antonini Mongitore paucis, sed perpensis verbis hujus scientiæ necessitates juxtà spirituosas vasti ingenii sui dotes, ut qui facundus operam suam adhibuit in studiosè colligendis omnibus, quotquot extiterint, Scriptoribus in fertilissima Trinacria, cujuscumque scientiæ monstra parere assueta, quibus summariè perfruèris in ejus Bibliotheca Sicula, quâ Siculos Authores immortales effecit, gloriosam famam, & ejus nomen æternum*; & pag. 54. *ejus magis individuæ prærogativæ delineatæ videntur à celebri calamo Doctoris D. Antonini Mongitore.* Marcus Antonius Nicolicchia *in epist. dedicat. in lib.* cui titulus: *Uso, ed Abuso del Tabacco*, hæc habet, latinè reddita: *D. Antoninus Mongitore, Panormitanus, celebris Scriptor de Viris literatis, & de rebus Siculis memoriâ dignioribus. Vir profundæ doctrinæ, & eruditionis.* Joannes Maria Amatus in opusculo, quod inscribitur: *la Conca d'oro in tripudio: pag.* 6. *à me libenter prætermittuntur* (Regalium Acclamationum descriptiones) *cùm eas nitidissimo stylo retulisset in suo Triumpho Panormitano Sacerdos D. Antoninus Mongitore, qui hactenùs hanc nobilissimam Patriam multis in lucem productis operibus illustravit, magisque splendoribus ditabit Bibliothecâ Siculorum omnium Scriptorum, quam in dies monumentis plurimùm reconditis pretiosiorem facit*; Hæc ex Italico in latinum versa Amatus, eumque citat *in orat.* 1. *Studior. pag.* 25. 30. *&* 60. Andreas Perrucci *in epistol.*, cujus fragmentum Petrus Æmilius Guascus exscribit *in epist. ad Lector. par.* 1. *Elogior. Academicorum Rosciani Hyacinthi Gimma: prætermittam igitur, Orbem literatum, ingeniumque tuum doctissimum de eo Judices agant.* Antonius Lancella *in discursu de Utilitate Prosodiæ P. Placidi Spatapheri* italicè edito n. 17. Antoninum *celebrem Scriptorem*, ejusque *ad Siciliam Inventricem Animadversiones* appellat *eruditissimas*, allegatque *n.* 7. 8. 13. 14. 15. 16. sicuti etiam Antonius Ignatius Manusius *in Vita S. Rosaliæ Virg. Pan. pag.* 20. 26. 27. 28. 35. 46. 50. 51. 56. 62. 65. 70. 79. 84. Ignatius de Vio *in Notis ad Epi-*

Digitized by Google

Epigraphen insculptam in Metropolitana Pan. Ecclesia de solemni Coronatione Serenissimi Regis Nostri Victorii Amedei *pag.* 36. *&* 72. Ferdinandus Titonus *in præf. ad Lect.* libri, cui titulus: *Clypeus distinctionis Scoticæ, seu Formalis pag.* 8. *Antoninus Mongitore S. T. D. Panormitanus Presbyter, vir à multiplici eruditione, historiæ crisi, & veritatis studio commendatus, de Siciliæ, & Patriæ rebus satis benemeritus.* alique. Præter editos libros *pag.* 47. Appendicis exhibitos, evulgavit etiam suppresso nomine

Vita di D. Nicolò Alberti Sacerdote Palermitano, e brieve Notitia della sua opera del Paradiso. Prodiit Panormi apud Joannem de Neapoli 1709. in fol. cum ejusdē Alberti opere, quod ipse expumicavit, ac in publicam lucem emittendum curavit. Inter permultas lucubrationes, quas impigro complurium annorum studio, & mirâ eruditione vel absolvit, vel ferè ad umbilicum perductas habet; quasque edere molitur, etiam recensentur hæ aliæ.

Addictiones Variæ ad Siciliam Sacram celeberrimi, & ingenui Viri Abbatis D. Rocchi Pirri.

Aurea Concha Panormus encomiis exterorum, Siculorumque Scriptorum exornata. Tomus Secundus, additus tomo primo Hyacinthi Mariæ Fortunii Panormitani.

De Scriptoribus Siciliæ, sive Notitia Auctorum, qui de Sicilia, ejusque rebus, Urbibus, oppidisque scripsere.

Vetera Siculorum Poetarum fragmenta, notis illustrata.

Siciliæ Tribunalia, eorumque origo, leges, progressus, Præsides, Judices.

Italicè etiam

Vite degli Uomini Illustri in santità Palermitani. Tomi due.

Istoria Sacra di tutte le Chiese, Conventi, Monasterj, Spedali, e altri luoghi pii della Città di Palermo. Tomi IV.

Istoria Cronologica degli Arcivescovi della Metropolitana Chiesa di Palermo, Primaria nel Regno di Sicilia.

Memorie lapidarie della Città di Palermo, in cui si contengono tutte le antiche, e moderne Iscrizioni, che si vedono ne' Tempj, Palaggi, Teatri, Fonti, Piazze, Ponti, Baloardi, Porte, ed altri più conspicui luoghi della Città di Palermo, brievemente spiegate.

Degli Annali di Palermo Tomo Quarto, dal tempo, che lasciò D. Agostino Inveges.

La Regia, e Capo della Sicilia, Compendio Istorico degli Annali di Palermo.

Sicilia Ingannata, overo del culto degl'Idoli nella Sicilia, de' Tempj, Altari, Statue, e luoghi consacrati alle false Deità, prima della venuta del Redentore in tutta la Sicilia.

I Terremoti della Sicilia Discorso Istorico.

Sicilia ricercata nelle sue cose più memorabili naturali, e artificiali.

Elucidario Siciliano.

Vocabulario Siciliano.

Memorie Istoriche del Monastero de' Setti Angioli dell'Ordine delle Minime nella Città di Palermo.

Discorsi varj apologetici in difesa de' Santi Palermitani.

Vita del Ven. Servo di Dio Sac. D. Giuseppe Quartararo della Città di Castelvetrano in Sicilia.

Proverbj Siciliani riscontrati con i Proverbj Greci, latini, e Italiani, brievemente spiegati.

Le Accademie d'Italia.

Dal Piacevole il Serio, Racconti ameni moralizati.

Gli Eccessi regolati con la misura della Prudenza.

Et alia.



Digitized by Google

ERRATA GRAVIORA

PRIMI TOMI

EX NOVA RECENSIONE CORRIGENDA.

IN APPARATU.

Prior numerus designat paginam, secundus lineam.

Pag.	lin.	*Error*	*Correctio*
10.	38.	elenchum	elenchus
18.	55.	confundiſſe	confudiſſe
19.	4.	Italia	Italiam
	9.	Sicilia	Siciliam
	25.	Sicilia	Siciliam
27.	42.	annus	annum

IN PRIMO TOMO OPERIS.

Prior numerus designat paginam, secundus columnam, tertius lineam.

Pag.c.lin.	*Error*	*Correctio*
12.2.33.	clarus	clarum
32.2.34.	depopulabantur	depopularentur
37.2.14.	Romæ	Romam
42.1.32.	pro Sereniſſimæ	pro Agente Sereniſſimæ
44.2.12.	eminentiorem	eminentius
45.1. 6.	lingua	linguam
47.2.19.	demeſticis	domeſticis
48.1. 4.	fundotore	fundatore
51.1.33.	Hiereſolymitanus	Hieroſolymitanus
62.1.26.	*dele verba*	nonnullorum Cardinalium à Confeſſionibus fuit
68.1.55.	editus	editus Meſſanæ
87.1.63.	Galeno Chimicũ	Galeno-Chimicſt
2.60.	idea	ideam
61.	chronologia Pontificia	chronologiã Pontificiam
62.	chronologia Regia	chronologiã Regiã
107.2.11.	Fabariæ	Rayhalbuti
124.1.42.	hæc	hæ
128.1.18.	Kitcherius	Kircherio
135.1.34.	Catanenſis	Rayhalbutenſis
2.57.	relata	relatam
140.1.18.	incompertum	compertum
163.1.18.	urbe	urbem
172.1.45.	Amicorum	Aniciorum
2.40.	*dafuncta*	*defuncta*
54.	erga	ergo
182.2.34.	ærea ſtatua	æream ſtatuam
190.1. 1.	FABIUS	FABIANUS
2.47.	cojectare	conjectare
194.2.15.	incompertum	compertum
206.2.21.	Smilacis	Salmacis
217.2.29.	fama	famam
226.1.47.	natura	naturæ
240.1. 3.	natus anno 1617.	ex literis teſtimonialibus Baptiſmi nunc mihi exhibitis natus 10. Martii 1616.
245.1.20.	incompertum	compertum
255.2.27.	eumdem	idem
261.1.12.	alio	alii
264.1.43.	Caſinenſis	Siculæ
311.1.20.	*Mariggio*	*Meriggio*
316.2.56.	in 4.	in fol.
341.1.22.	beari	beare
353.2.59.	Veronenſem	Veronenſe
356.1.33.	Carolo	Joſepho
357.2.38.	inſula	infula
63.	ediecit	adjecit
365.1.60.	Spinola	Spinoſa
366.2.26.	Antonius	Thomas
372.2.48.	furtunæ	fortunæ
373.1.36.	domicili	domicilii
376.2.67.	Satella	Statella
277.2.47.	*Anacorata*	*Anacoreta*
378.2.48.	Supranæ	Inferioris
380.1.12.	conſiiio	conſilio
2.51.	acris	aeris
381.2.14.	una	unam
15.	quarta	quartam
390.1.14.	1675.	1673.
394.2.36.	Italiæ	Italiæ
398.2.53.	Juriſperitis	Juriſperiti
	ſcientiſſimis	ſcientiſſimi
	integerrimis	integerrimi
403.1. 4.	Maria	Mariæ
407.1.44.	*to. p.*	*to. 3. p. 94.*
408.2.60.	candidati	candidatos
410.2.60.	Ptnormitanus	Panormitanus
411.2.54.	Caſinenſis	Siculæ
416.1.33.	materatione	maceratione

IN SECUNDO TOMO.

5.2. 1.	Caſinenſis	Siculæ
6.1.25.	ſacroſque canones	ſacriſq; canonibus
27.	in arduis	de arduis
8.1.50.	tedio	tœdio
59.	adductas	adductæ
9.2.21.	illuc	illic
11.1.23.	quam	quæ
2.55.	tractatum	tractatuum
17.2.46.	Marineus	Marineum
62.	ibi	illuc
19.1.22.	Bergomenſam	Bergomenſem
35.1. 1.	Academias	Academiæ
40.2.42.	poſſet	poſſe
44.2.40.	veneta	venerata
47.2.15.	Panormi	Panormum
51.2.38.	Senenenſes	Senenſes
59.	à morum	à moribus
55.2.16.	quodam	quoddam
24.	quemdam	quamdam
30.	Manniti	Menniti

Digitized by Google

Pag.c.lin.	Error	Correctio
57.1.61.	Romæ	Romam
58.1.19.	alium	aliud
61.1.34.	promeritis	promeritorum
2.24.	delactus	delatus
65.2.36.	proſolvit	perſolvit
67.2.47.	Judices	Judicibus
52.	calumnioribus	calumniatoribus
68.2.62.	Ballandus	Bollandus
69.1. 9.	verſum,& editum	verſo, & edito
48.	moſtrum	monſtrum
72.2.10.	verecendi	verecundi
73.2.60.	jurgium	jurgiorum
74.2.15.	fœcundiæ	facundiæ
77.1.14.	erupuiſſet	eripuiſſet
78.2.33.	Theologis	Theologicis
79.1.59.	Poeticæ	Poeticas
2.10.	maritimus	maritimas
80.2. 5.	dignitatem	dignitate
16.	Boroniæ	Baroniæ
81.2.19.	Peritiſſimus parlor coquus urbanus	Peritiſſimũ pariter coquum urbanum
85.2. 6.	ſegeſtum	ſugeſtum
86.1.35.	magna pars	magnam partem
87.1.54.	Tertariam	Tartariam
88.2.45.	ſepultus	ſepultum
93.1.55.	rudura	rudera
95.2.54.	perſcrutare	perſcrutari
97.1.12.	dictioni	ditioni
98.2.57.	progenitum	progenitus
100.1.36.	Parmæ	Parmam
103.2.23.	comparuit	comparavit
104.1.58.	in eo	in eum
105.2.36.	nonnullorum	nonnullarum
106.2. 5.	eumque	idque
7.	vinum	vivum
57.	laude	laudem
111.1. 1.	redactus	redacto
112.1.30.	abborrens	abhorrens
113.2.17.	vividiſſimæ	vividiſſimas
116.2.57.	Italus ſtrenuus	Italum ſtrenuum
117.1. 4.	in Sicilia	in Siciliam
2.63.	longa annorum epoca	longam annorum epocam
118.1.23.	inclytos	inclyti
121.1.33.	vinculis	vincula
126.1.18.	ſagrificia	ſacrificia
56.	ſolitudine	ſolitudini
60.	comprehenus	comprehenſus
136.1.33.	diſcidente	diſcedente
36.	militania	militaria
50.	pariciſque	pauciſque
2, 9.	eſaltationem	exaltationem
137.2.63.	ordins	ordines
138.1. 1.	poſtomodum	poſtmodum
139.1.34.	vedi	vidi
2.13.	Siculorum	Sicularum
140.2.53.	fuiſſet	fuiſſe
141.1.39.	à naturam	à natura
142.1.58.	ſire	ſine
2.35.	geſtit	gestit
144.1.19.	obeumdum	obeundum
27.	ſanctimoniã	ſanctimonia

Pag.c.lin.	Error	Correctio
145.1.28.	Bononiam	Bononiæ
59.	Hæc	Hanc
149.1.15.	dictione	ditione
63.	*decida*	*deicida*
150.2.34.	1613.	1713.
151.2.56.	neptis	neptem
157.2.26.	eumdem	idem
163.1.56.	Relatæ	Relatas
57.	editæ	editas
171.1.45.	mortuum	mortuus
174.1.46.	inteloquutores	interloquutores
177.1.38.	Rigentis	Regentis
42.	Exitatato	Excitato
180.2.14.	profeciſſe	profectum fuiſſe
183.1.54.	hiĉ	hunc
62.	&	ex
2.46.	Monaſterio	Monaſterium
184.1.40.	Phledotomia	Phlebotomia
185.1.61.	etruſis	etruſcis
186.1. 8.	ſcholaſticam, ac	, ac ſcholaſticam
187.2.54.	in qua	in quam
190.2.39.	artiùs	arctius
192.1.12.	perviſitus	perquiſitus
195.1.32.	antiquioris	antiquioribus
201.2.47.	præbendus	præbendas
203.2.53.	Paleſtrinæ	Præneſtris
206.1.31.	emit	emiſit
207.1.30.	hoc	hunc
2.41.	quocumque	cuicumque
208.1. 3.	emeritæ	emeritas
211.1.34.	librum	liber
213.1.14.	deſcibi	deſcribi
214.1.37.	blanditias	blanditiis
215.2.10.	Indicem	Judicem
217.1. 5.	Rigi	Regii
2.26.	Caſtagutus	Coſtagutus
44.	pubicè	publicæ
218.1.13.	contemplatione	contemplationi
220.2. 5.	rerum	reum
221.1.42.	inſciptionibus	inſcriptionibus
2.33.	locus	locùm
34.	allatus	allatum
228.1.41.	initia	Inita
2. 1.	metitis	meritis
230.2.51.	clarior	clarius
232.1.19.	periones	petitiones
43.	c	&
2. 3.	ſolemniis	ſolemnia
36.	diuturos	diuturnos
46.	magna pars	magnam partem
234.1.53.	evaueſcit	evaneſcit
235.2.54.	Soitheum	Soſitheum
57.	pœnieus	pœnitens
2.27.	virum in Sicilia natum	vir in Sicilia natus
237.1.51.	multoſq; Epiſcopos	multiſq; Epiſcopis
238.2. 5.	novam Abbatiam	nova Abbatia
239.1.23.	à Rationum	à Rationibus
59.	doctrinam	doctrina
240.1.22.	gregiè	egregiè
2.23.	cadavere	cadaveri
39.	ſanctimonia	ſanctimoniam

Digitized by Google

Pag.c.lin.	*Error*	*Correctio*
242.2.53.	toidemq:	totidemq:
245.2.50.	fœctum	fœtum
247.1.11.	detrhare	detrahere
248.1.19.	ſchoiis	ſcholiis
249.2. 7.	redditam	reddita
24.	Morerio	Morerius
250.1.42.	adverſati	adverſari
251.1.51.	id in	in
252.2.20.	traditum	tradito
37.	adſcitus	adſcitum
253.1. 4.	ex Siculus	ex Siculis
2.54.	hanc S.Petri vitam	hæc S. Petri vita
254.2.53.	ictu	ictui
255.2.20.	Anverſæ	Antuerpiæ
257.2.48.	unus	unum
258.2.21.	excellet	excellit
259.1.52.	ſtudiorum	ſtudiorum cauſa
260.1. 3.	hìc	huc
262.2.43.	incultu	inculto
263.1.36.	hanc	hæc
265.2.14.	covitio	convitio
268.2.23.	confundiſſe	confudiſſe
271.2.50.	Regi	Regni
275.1.49.	imago ære inſculpta	imaginem ære inſculptam
277.1.31.	Reaccenſorum	Reaccenſos
279.1.17.	recolit	recoluit
284.1. 1.	*poſt pag.363.adde:*	ejus Authographũ ſummo ſtudio ſervat Panormi Jo: Franciſcus Ferrerius Vincentii affinis, Patriç olim Senator, & Tabulæ nummulariæ Præfectus.
287.1. 5.	anni	annis
296.1.51.	ſuperaſſe	ſupereſſe
297.1.63.	quos	quas
298.2.13.	exempla-	exemplar
299.1.47.	pater	patrem

IN APPENDICE.

1.1.21.	juſta	juxta
3.2. 3.	fuit	fuerit
28.	podagiæ	podagræ
4.1.46.	Præſules	Præſulibus
47.	Proreges	Proregibus
8.1.37.	Meſſanæ	Meſſanam

Pag.c.lin.	*Error*	*Correctio*
12.1.34.	Cámitatu	Comitatu
59.	Rationum	à Rationibus
14.1.18.	ALBAMONS	ALBAMONTIUS
15.2.41.	*ad Franciſcum Antonium Pomá adde:*	edidit etiam Italicè: *Breve Compendio d'alcune Allegrezze, e ſpeciali giubili de' Santi Sposi Gioachino, ed Anna, Genitori dell'Immaculata Vergine Maria, ed Avi di Giesù Criſto.* Romæ apud Bernabò 1714. in 12.
15.2.56.	Drepanitanus	Panormitanus
22.2. 9.	Avenionenſis	Avenionenſe
23.2.36.	profeciſſent	profecti fuiſſent
24.1. 1.	Milenſis	Mylenſis
31.2.37.	*ad Paulum Lombardinum adde:*	ex Gallica lingua librum ad formam dialogi etiam tranſtulit in Italicam, & ad formam diſcurſus redegit, inſcriptum: *Inſtruzioni ſopra gli obligbi più principali de' Cavalieri di Malta.* Romæ typis Bernabò 1713. in 12.
35.2.27.	profecit	profectus eſt
37.1.10.	*con fama*	*diſonto con fama*
45.1.22.	Antonium	Aurelium
46.1.24.	Archipræſul	Archipræſule
2.44.	Regulari	Regularis
50.2. 8.	reijcta	rejectâ
46.	oſſervavi	obſervavi
51.2.26.	accenſere	accenſuere
55.	Ambroſius Altamuranus	Ambroſio Altamurano
52.1.10.	Hunc	Hic
24.	tot	toto
54.1.21.	eumdem	idem
2.18.	ibique	indèque
56.2. 7.	innunt	innuunt
65.2.35.	Politus	Poritus
72.1.37.	Crinius	Crinous

Edi inceptum opus anno 1708. poſt multa repagula abſolutum eſt die 10. Junii S. Olivæ Virgini, & Martyri Panormitanæ ſacrâ, anno 1714.

LAUS DEO.

C47418

Digitized by Google